Toronto University Library

Presented by

[the] Right Reverend The Lord Bishop of Southwell

through the Committee formed in

The Old Country

to aid in replacing the loss caused by

[T]he disastrous Fire of February the 14th 1890

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/musaeherodoto02hero

LGr
H562C.2
DEPARTMENTAL LIBRARY.

HERODOTI MUSAE.

TEXTUM AD GAISFORDII EDITIONEM RECOGNOVIT,
PERPETUA TUM

FR. CREUZERI

TUM SUA ANNOTATIONE INSTRUXIT, COMMENTATIONEM DE VITA ET SCRIPTIS HERODOTI, TABULAS GEOGRAPHICAS INDICESQUE

ADIECIT

IO. CHRIST. FEL. BAEHR.

VOLUMEN SECUNDUM.

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO.
cIↄIↄCCCXXXII.

LONDINI
APUD BLACK, YOUNG & YOUNG.

18340
27/11/41
6

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΡΙΤΗ.

ΘΑΛΕΙΑ.

1 ʼΕΠΙ τοῦτον δὴ τὸν Ἄμασιν Καμβύσης ὁ Κύρου 193
ἐστρατεύετο, ἄγων καὶ ἄλλους τῶν ἦρχε, καὶ Ἑλλήνων Ἴωνάς τε καὶ Αἰολέας, δι᾽ αἰτίην τοιήνδε.
2 Πέμψας Καμβύσης ἐς Αἴγυπτον κήρυκα, αἴτεε

Mittitur ab Amaside Cyro petenti medicus ocularius, et Cambysi filiam ipsius petenti, Nitetis Apriae filia pro sua.

Cap. I.

Ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν Ἄμασιν Καμβύσης — ἐστρατεύετο] Expeditionis a Cambyse adversus Aegyptios susceptae in causas inquirit Dahlmann. Herodot. p. 148; quippe quas latius patere existimat et ex prioris temporis dissidiis atque inimicitiis repetendas, cum Cambysem satis stimulare posset et ambitio et vero etiam ira, eo quod Aegyptii olim cum Croeso foedus contra Persas iniissent, excitata. Accedebat quod terras Aegypto adiacentes pater iam Persarum ditioni adiecerat, quam ulterius promovere ad gloriam regnique sui dignitatem pertinere existimabat filius. Itaque non peculiares quasdam, quales Herodotus hoc capite ac seqq. pro illius aetatis indole ac ratione enarrat causas, expeditioni in Aegyptum institutae fuisse censet Dahlmann., sed illas latius patentes, ad ipsum Persarum imperium regisque ambitionem maxime pertinentes. Nec aliam belli causam revera fuisse iudicat Heeren. Ideen. II, 2 p. 406, nisi divitias atque opes Aegypti, quibus Persae inhiarint. — Quibus *Cr.* haec addit: „Si tamen reputamus universam sibi Asiam Persas vindicasse (vid. supra I, 4 ibiq. annott. p. 14), Asiae autem antiquitus accensam fuisse Libyam (Plat. Gorg. p. 523 E. p. 265 seq. Heindf. cf. Schaefer. Melett. p. 36 seq.); si porro reputamus, Nabuchodonosorem Babylonium Aegyptum Libyamque adeo armis tentasse (Megasthen. ap. Strab. XV, 6 p. 8 seq. Tzschuck. cf. Io. Müller. Allgem. Gesch. I p. 86), Persarum autem reges semetipsos pro successoribus Babyloniorum habuisse; haud absurdum videatur credere, Cambysem sibi persuasisse, se antiquo hereditarioque iure suo dominationem Aegypti Libyaeque postulare posse.“

Ἄμασιν θυγατέρα· αἴτεε δὲ ἐκ συμβουλίης ἀνδρὸς
Αἰγυπτίου, ὃς μεμφόμενος Ἄμασιν ἔπρηξε ταῦτα,
ὅτι μιν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἰητρῶν ἀπο-
σπάσας ἀπὸ γυναικός τε καὶ τέκνων, ἔκδοτον ἐποίησε
ἐς Πέρσας, ὅτε Κῦρος πέμψας παρὰ Ἄμασιν αἴτεε
ἰητρὸν ὀφθαλμῶν, ὃς εἴη ἄριστος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ.
3 ταῦτα δὴ ἐπιμεμφόμενος ὁ Αἰγύπτιος, ἐνῆγε τῇ συμ-
βουλίῃ κελεύων αἰτέειν τὸν Καμβύσεα Ἄμασιν θυγατέ-
ρα· ἵνα ἢ δοὺς ἀνιῷτο, ἢ μὴ δοὺς Καμβύσῃ ἀπέχθοι-
4 το. ὁ δὲ Ἄμασις, τῇ δυνάμει τῶν Περσέων ἀχθόμενος,
καὶ ἀῤῥωδέων, οὐκ εἶχε οὔτε δοῦναι οὔτε ἀρνήσασθαι·
εὖ γὰρ ἠπίστατο, ὅτι οὐκ ὡς γυναῖκά μιν ἔμελλε
5 Καμβύσης ἕξειν, ἀλλ' ὡς παλλακήν. ταῦτα δὴ ἐκλογι- 194

ἐκ συμβουλίης] Retinui hoc, quod Wesseling. loco vulgatae *ἐκ βουλῆς*, quam revocarunt Schweigh. et Gaisf. posuerat, assentientibus Sancrofti libro et Vindobonens. Apud Theon. Progymn. p. 56 legitur *ἐκ συμβουλῆς*, quod ipsum dubiae fidei esse putat Wesseling., immerito, nam invenitur *συμβουλῆς* apud Nostrum I, 157 sine ulla lectionis varietate. At frequens Herodoto *συμβουλίη*, quod monstrant loci a Schweigh. in Lex. Herod. s. v. collecti. Significat vero *ἐκ συμβουλίης* *suasu, consilio.* — Mox delevi comma post *Ἄμασιν* vulgo positum. Infra c. IV: *μεμφόμενός κού τι Ἀμάσι* aliquot libri afferunt *Ἄμασιν*, structurâ minus sanequam solitâ, cum dativus personae plerumque adiiciatur. At nostro loco nil impedit, quo minus accusativus *Ἄμασιν* ad *ἔπρηξε* quoque referatur.

ἰητρὸν ὀφθαλμῶν] Cum Persae artem medicam minus callerent, non mirum est, Aegyptios advocatos fuisse medicos, ut qui artis hujus ob peritiam tum temporis valde celebrati fuisse videantur, quosque etiam post Cambysem secum habuit Darius, ut intelligitur ex III, 129. Postea eorum in locum Graeci successerunt medici. Tu conf. ad Ctesiae fragmm. nott. pag. 16 seqq. et quae ad Herodotum II, 84 adscripsimus.

ἵνα ἢ δοὺς ἀνιῷτο, ἢ μὴ δοὺς] Tum in his, tum in verbis seqq. *οὐκ εἶχε οὔτε δοῦναι οὔτε ἀρνήσασθαι* Herodoto fortasse obversatum fuisse Euripidem in Iphigen. Aul. 56, qui ipse Aeschylum imitatus sit Suppl. 385, notat Valcken.

ὡς παλλακήν] Pellices multas praeter uxores legitimas, quibus nati soli ius succedendi in regno habebant, alere solebant reges Persarum, filios inde susceptos plerumque ad munera ampliora et magistratus, v. c.

ζόμενος, ἐποίησε τάδε. ἦν Ἀπρίεω τοῦ προτέρου
βασιλέος θυγάτηρ κάρτα μεγάλη τε καὶ εὐειδής,
6 μούνη τοῦ οἴκου λελειμμένη· οὔνομα δέ οἱ ἦν Νί-
τητις. ταύτην δὴ τὴν παῖδα ὁ Ἄμασις κοσμήσας
ἐσθῆτί τε καὶ χρυσῷ, ἀποπέμπει ἐς Πέρσας ὡς ἑωυ-
7 τοῦ θυγατέρα. μετὰ δὲ χρόνον ὥς μιν ἠσπάζετο, πα-
8 τρόθεν οὐνομάζων, λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ παῖς· „Ὦ
βασιλεῦ, διαβεβλημένος ὑπὸ Ἀμάσιος οὐ μανθά-
νεις, ὃς ἐμέ σοι κόσμῳ ἀσκήσας ἀπέπεμψε, ὡς ἑωυ-
τοῦ θυγατέρα διδούς, ἐοῦσαν τῇ ἀληθηΐῃ Ἀπρίεω·
τὸν ἐκεῖνος, ἐόντα ἑωυτοῦ δεσπότεα, μετ' Αἰγυ-
9 πτίων ἐπαναστὰς, ἐφόνευσε.“ Τοῦτο δὴ τὸ ἔπος
καὶ αὕτη ἡ αἰτίη ἐγγενομένη ἤγαγε Καμβύσεα τὸν
Κύρου, μεγάλως θυμωθέντα, ἐπ' Αἴγυπτον. οὕτω
2 μέν νυν λέγουσι Πέρσαι. Αἰγύπτιοι δὲ οἰκηϊεῦνται

Cambyses non, ut Aegyptii fingunt, Nitetide, sed Cassandane matre natus.

---

satrapias evehentes. Conf. ad Ctes. fragmm. pag. 178. 230.

μεγάλη τε καὶ εὐειδής] Eodem modo loquitur cap. 3. De discrimine utriusque vocis habet quaedam Ammon. de differ. p. 61. 62. — Cum Apries quadraginta quatuor annis ante interfectus esse dicatur, colligit inde Wesselingius, plus quadraginta annos iam numerasse virginem, antequam ad Cambysem mitteretur. At monuit Larcher. hoc minus certum esse, quod ante quadraginta quatuor annos interfectus perhibeatur Apries ab Amaside; quo etiam regnante, plures adhuc annos vixisse videri Apriem. — Ad seqq. κοσμήσας ἐσθῆτί τε καὶ χρυσῷ (i. e. *veste aurata ornatam*) conf. supra I, 111. Plutarch. Artaxerx. 15 et Xenophont. Memorabb. III, 11 §. 4: καὶ μητέρα παροῦσαν αὐτῇ ἐν ἐσθῆτι καὶ θεραπείᾳ οὐ τῇ τυχούσῃ κ. τ. λ. — Non multum inde distat, quod paulo inferius apud Nostrum legitur: ὃς ἐμέ σοι κόσμῳ ἀσκήσας. Quem usum verbi ἀσκεῖν eodem fere sensu quo κοσμεῖν attigimus ad II, 130.

διαβεβλημένος ὑπὸ Ἀμάσιος οὐ μανθάνεις] i. e. „*Ab Amasi te deceptum esse nescis.*“ Participii usum multis illustravit Valcken. Tu vide modo Matth. §. 548 Gram. Gr. ne plura. — Citat haec Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 143. 144.

Cap. II.

Αἰγύπτιοι δὲ οἰκηϊεῦνται Καμβύσεα] οἰκηϊεῦνται Sancrofti liber exhibet. Alii οἰκειεῦνται, alii οἰκειοῦνται. Atque ipse Noster supra I, 4: οἰκειεῦνται et I, 94 οἰκηϊοῦνται. Quod satis documento est, quantopere in hisce

Καμβύσεα, φάμενοί μιν ἐκ ταύτης δὴ τῆς Ἀπρίεω θυγατρὸς γενέσθαι· Κῦρον γὰρ εἶναι τὸν πέμψαντα παρὰ Ἄμασιν ἐπὶ τὴν θυγατέρα, ἀλλ' οὐ Καμβύσεα λέγοντες δὲ ταῦτα, οὐκ ὀρθῶς λέγουσι. οὐ μὴν οὐδὲ λέληθε αὐτοὺς, (εἰ γάρ τινες καὶ ἄλλοι, τὰ Περσέων νόμιμα ὀρθῶς ἐπιστέαται καὶ Αἰγύπτιοι,) ὅτι πρῶτα μὲν νόθον οὔ σφι νόμος ἐστὶ βασιλεῦσαι, γνησίου παρεόντος· αὖτις δὲ, ὅτι Κασσανδάνης τῆς Φαρνάσπεω θυγατρὸς ἦν παῖς Καμβύσης, ἀνδρὸς Ἀχαιμενίδεω, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς Αἰγυπτίης. ἀλλὰ παρατρέπουσι τὸν λόγον, προσποιεύμενοι τῇ Κύρου οἰκίῃ συγγενέες εἶναι. καὶ ταῦτα
3 μὲν ὧδε ἔχει. Λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὁ λόγος, ἐμοὶ μὲν

Memorari et aliam causam

---

ac similibus Noster variet, minime ille quidem sibi constans unamve certam quandam sectans normam, quam qui ubique in talibus teneri velint, ii vereor ut causam suam satis tueri possint, si ulla codicum stet auctoritas. — Caeterum conf. Matth. Gr. Gr. §. 51 p. 119. Ad argumentum loci pertinent Athen. XIII, pag. 560 F. et Polyaen. VIII, 29.

νόθον οὔ σφι νόμος ἐστὶ βασιλεῦσαι] De successione, quae in regno Persarum valuit, plura leguntur apud Brisson. De reg. Pers. princip. I, 6 seqq. quibuscum conf. Heeren. Ideen I. p. 468 seq. Vix enim videtur certus succedendi ordo inter regis filios obtinuisse, ut omnino fieri solet in orientalium regnis. Nam cum ii tantum e regis filiis rite succederent, qui legitimo matrimonio erant oriundi, haud raro tamen pellicum quoque filios invenimus omnia molientes, quo ad summum pervenirent imperium rerumque potirentur. Inde seditiones, tumultus, bella domestica.

τῆς Φαρνάσπεω] In psephismate, quod Olbiae detexit et descripsit P. de Köppen, invenitur regis nomen *Saïtapharnes;* a quo non valde abhorrent, eodem viro docto monente, *Ariopharnes*, quod Thracum regis fuit nomen, *Artaphernes* (Her. V, 25), itemque *Pharnaspes*, qui h. l. nominatur (nomine forsan deducto ab *asp* i. e. *equo*), *Pharnazathres* (VII, 65) *Pharandates* (IX, 76), *Pharnuches* (VII, 88), *Pharnaces*, quod nomen frequentius occurrit per Bosporum. Ac videtur radix *Phara* indicare *rubrum*. Cf. P. de Köppen Nordgestade des Pontus (Vien. 1823) pag. 94.

Cap. III.

ἐμοὶ μὲν οὐ πιθανός] Confert Wesseling. I, 52, ob particulam *μέν* opinor, quae hic ponitur, non sequente particula *δέ*. Nos

belli a Cambyse in Aegyptum suscepti, minus verisimilem illam.

οὐ πιθανός· ὡς τῶν Περσίδων γυναικῶν ἐσελθοῦσά
τις παρὰ τὰς Κύρου γυναῖκας, ὡς εἶδε τῇ Κασ-
σανδάνῃ παρεστεῶτα τέκνα εὐειδέα τε καὶ μεγάλα,
2 πολλῷ ἐχρᾶτο τῷ ἐπαίνῳ, ὑπερθωυμάζουσα. ἡ δὲ
Κασσανδάνη, ἐοῦσα τοῦ Κύρου γυνὴ, εἶπε τάδε.
3 „Τοιῶνδε μέντοι ἐμὲ παίδων μητέρα ἐοῦσαν Κῦρος
ἐν ἀτιμίῃ ἔχει· τὴν δ' ἀπ' Αἰγύπτου ἐπίκτητον ἐν
4 τιμῇ τίθεται." Τὴν μὲν, ἀχθομένην τῇ Νιτήτι, εἰ-
πεῖν ταῦτα· τῶν δέ οἱ παίδων τὸν πρεσβύτερον εἰ-
5 πεῖν Καμβύσεα· „Τοιγάρ τοι, ὦ μῆτερ, ἐπεὰν
ἐγὼ γένωμαι ἀνὴρ, Αἰγύπτου τὰ μὲν ἄνω, κάτω 195
6 θήσω· τὰ δὲ κάτω, ἄνω." Ταῦτα εἰπεῖν αὐτὸν
ἔτεα ὡς δέκα κου γεγονότα, καὶ τὰς γυναῖκας ἐν
θωύματι γενέσθαι· τὸν δὲ, διαμνημονεύοντα, οὕτω
δὴ, ἐπεί τε ἀνδρώθη, καὶ ἔσχε τὴν βασιληΐην,
ποιήσασθαι τὴν ἐπ' Αἴγυπτον στρατηΐην.

4 Συνήνεικε δὲ καὶ ἄλλο τι τοιόνδε πρῆγμα γε-
2 νέσθαι ἐς τὴν ἐπιστράτευσιν ταύτην. ἦν τῶν ἐπι-

Phanes Graecus transfugit ab Amaside ad Cambysem.

---

malumus advertere lectores ad Herodoti studium veri exquirendi summamque eius in enarrandis rebus cautionem, ut eo maiorem reliquis ab Illo narratis fidem tribuant. — Ad verba seqq. *ἐν τιμῇ τίθεται* conf. quae similia sunt allata ad II, 141 init. 172.

τὰ μὲν ἄνω, κάτω θήσω κ. τ. λ.] i. e. *plane confundam omnes res evertamque Aegyptum.* Est proverbialis locutio de rebus in perpetua fere inconstantia positis, fluctuantibus atque incertis. De qua videsis Heindorf. ad Platon. Phaedon. pag. 172 seq. et Vömel. ad Demosthen. Philipp. I §. 41 pag. 211. — Ad verba: *ἔτεα ὡς δέκα κου γεγονότα* conf. Matth. Gr. Gr. §. 425, 2 b. et Thomam Magist. s. v. *γέγονα* pag. 183, ubi accusativum in hac locutione praeferri docet. At male ille pro *δέκα κου* exhibet *δώδεκα*. *ποιεῖσθαι στρατηΐην* Herodoto esse: *expeditionem suscipere, facere*, monuit Valcken. laudans III, 30. V, 77.

Cap. IV.

Συνήνεικε δὲ καὶ ἄλλο κ. τ. λ.] De structura verbi *συνήνεικε* conf. supra laudd. ad I, 73. 13. et infra III, 14. — *ἐπιστράτευσιν* hic exhibent optimi quique libri, et Lexic. Seguier. p. 94, 20. *στράτευσιν* ex Aldina fluxit. Infra IX, 3 in fin. est *ἐπιστρατηΐη*.

ἦν τῶν ἐπικούρων] Indicantur *milites mercenarii* mercede e Graecis potissimum, Ionibus at-

κούρων τῶν Ἀμάσιος ἀνὴρ γένος μὲν Ἁλικαρνησ-
σεὺς, οὔνομα δέ οἱ Φάνης, καὶ γνώμην ἱκανὸς,
3 καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμος. οὗτος ὁ Φάνης, μεμφό-
μενός κού τι Ἀμάσι, ἐκδιδρήσκει πλοίῳ ἐξ Αἰγύ-
4 πτου, βουλόμενος Καμβύσῃ ἐλθεῖν ἐς λόγους. οἷα
δὲ ἐόντα αὐτὸν ἐν τοῖσι ἐπικούροισι λόγου οὐ σμι-
κροῦ, ἐπιστάμενόν τε τὰ περὶ Αἴγυπτον ἀτρεκέστα-
τα, μεταδιώκει ὁ Ἄμασις, σπουδὴν ποιεύμενος
5 ἑλεῖν. μεταδιώκει δὲ, τῶν εὐνούχων τὸν πιστότα-
τον ἀποστείλας τριήρεϊ κατ' αὐτόν· ὃς αἱρέει μιν
ἐν Λυκίῃ, ἑλὼν δὲ, οὐκ ἀνήγαγε ἐς Αἴγυπτον·
σοφίῃ γάρ μιν περιῆλθε ὁ Φάνης. καταμεθύσας

---

que Caribus, conducti, quales iam ante Amasin Apries conduxerat eumque secutus ipse Amasis, quem omnino φιλέλληνα praedicabant (II, 178). Tu conf. II, 163 ibiq. nott. Add. III, 11. 139 coll. 145. 146.

καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμος] τὰ πολέμια Aldina editio una cum tribus codd. Reliqui, inter quos Florentinus ac Mediceus: τὰ πολεμικά, quod ex coniectura sive emendatione viri cuiusdam docti ortum videtur, qui τὰ πολέμια haud raro *rem militarem, res bellicas* indicare ignorabat. De qua vocis significatione Wesselingius citat V, 78. 111. VII, 9 §. 3. 238. IX, 57, alia ad Diodor. Sicul. I, 54. Add. Krüger. ad Xenophont. Anabas. I, 6 §. 1. — Locutionem ἐλθεῖν ἐς λόγους (*ad colloquium venire, colloqui*), quae proxime invenitur, expressit Pausanias I, 22 §. 3 monente Siebel. ad h. l. Ad οἷα δέ conf. supra I, 189. II, 28.

ἀποστείλας τριήρεϊ κατ' αὐτόν] i. e. — *eunuchorum fidissimum mittit cum navi ad illum.* In Florentino, Mediceo, binisque aliis: τριήρη. Equidem retinui τριήρεϊ (sive τριήρει), quod Wesselingius firmavit his locis: III, 44. VI, 39. V, 85. Inde opinor patet, quid statuendum sit de III, 52, ubi vid.

σοφίῃ γάρ μιν περιῆλθε ὁ Φάνης] i. e. *dolo, calliditate eum circumvenit Phanes.* σοφίην *calliditatem* indicare, ad Herodot. II, 172 monuerat Valcken. Ad verbum περιῆλθε conf. Pausan. VI, 18 §. 2: τέχνῃ περιῆλθε, ubi Herodotei loci non immemor fuit Siebelis. Paulo post ex Florent. cum Schweigh. et Gaisf. reposuimus στρατεύεσθαι Καμβύσῃ; quae vulgo legebantur ordine inverso. Ad verba ἀπορέοντι τὴν ἔλασιν (i. e. *qui de itinere incertus erat, consilii expers*) conf. IV, 179. I, 75 coll. II, 121 §. 3. In proxime seqq. διεκπερᾷ pro futuro accipiendum. Tu conf. Fischer. ad Wel-

6γὰρ τοὺς φυλάκους, ἀπαλλάσσετο ἐς Πέρσας. ὡρμημένῳ δὲ στρατεύεσθαι Καμβύσῃ ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ἀπορέοντι τὴν ἔλασιν, ὅκως τὴν ἄνυδρον διεκπερᾷ, ἐπελθὼν φράζει μὲν καὶ τἄλλα τὰ Ἀμάσιος πρήγματα, ἐξηγέεται δὲ καὶ τὴν ἔλασιν, ὧδε παραινέων· πέμψαντα παρὰ τὸν Ἀραβίων βασιλέα δέεσθαι, τὴν διέξοδόν οἱ ἀσφαλέα παρασχεῖν.

5 Μούνῃ δὲ ταύτῃ εἰσὶ φανεραὶ ἐσβολαὶ ἐς Αἴγυπτον. ἀπὸ γὰρ Φοινίκης μέχρι οὔρων τῶν Καδύτιος πόλιος,

Ora maritima inde a Phoenice usque ad Aegyptum, quorum ditionis: urbes Cadytis et Ieny-

---

ler. II p. 358. Matth. Gr. Gr. pag. 323. —

In fin. capitis pro: *παρὰ τὸν Ἀραβίων βασιλέα* unus Parisinus liber exhibet *Ἀράβιον*, quod non male hic legi censet Schweigh. conf. III, 5. 7. Nec equidem repugnarem, si tantum legeretur *παρὰ τὸν Ἀράβιον* (ut I, 2 fin. *τὸν Κόλχον*), deleta voce *βασιλέα*, quam tamen omnes h. l. scripti libri agnoscunt.

Cap. V.

Μούνῃ δὲ ταύτῃ εἰσὶ φανεραὶ κ. τ. λ.] Quae hoc loco describitur via in Aegyptum una illa quidem, per quam terrestri itinere ex Palaestina in Aegyptum (i. e. per Idumaeam quae vocatur, Pelusiacaque deserta) pervenire licet, eâ Herodotum ipsum in hanc terram pervenisse putat Wesseling. Praefat. p. V ed. Gaisf. At verisimilius videri monet Heyse Quaest. Herod. p. 97 navi eo profectum esse Herodotum, potissimum ob ea verba, quae initio leguntur capitis sexti, ubi Noster se iis adnumerare videatur, qui illam in terram navigarint. De tempore, quo Noster Aegyptum adierit, conf. nott. ad III, 15. De urbe *Cadyti* s. Hierosolymis monuimus in Excurs. XI ad II, 159 p. 922 seqq. Nec aliter Heeren. Ideen I, 2 p. 114. De *Palaestina Syria* conf. I, 105 ibiq. not. De *Syriae* nomine latius patente diximus ad I, 72.

τῶν Καδύτιος πόλιος ἐστὶ Σύρων] Gaisford. exhibuit: *πόλιος, ἥ ἐστι Σύρων*, vulgoque exstare ait *ἥ ἐστι*, cuius loco Gronovius eumque secutus Reizius ac Schaeferus: *γῆ ἐστι*. Equidem cum Matthiae nescire me fateor, quomodo explicandum sit *ἣ ἐστὶ* (non, ut apud Matth. legitur, *ἡ ἐστὶ*; ita enim exhibuit Schweigh.); nec magis placet a Gronovio insertum *γῆ*, quod glossam redolet. Itaque ut sana sit oratio, voculam *ἥ*, quae confusionem peperit, prorsus eiiciendam esse censui, quippe quum etiam in seqq. simplex adiiciatur genitivus verbo *εἶναι*. Aliter Matthiae, cui videtur Herodotus, quum dicere vellet, *ἀπὸ γὰρ Φοινίκης μέχρι οὔρων τῶν Καδύτιος πόλιος ἡ χώρη ἐστὶ Σύρων*, institutae orationis oblitus ultima ad Cadytin urbem retulisse, *ἥ ἐστὶ Σύρων*.

sus: Typho in palude Serbonide occultatus.

ἥ ἐστι Σύρων τῶν Παλαιστινῶν καλεομένων· ἀπὸ δὲ Καδύτιος, ἐούσης πόλιος (ὡς ἐμοὶ δοκέει) Σαρ- 196
δίων οὐ πολλῷ ἐλάσσονος, ἀπὸ ταύτης τὰ ἐμπόρια τὰ ἐπὶ θαλάσσης μέχρι Ἰηνύσου πόλιός ἐστι τοῦ
2 Ἀραβίου· ἀπὸ δὲ Ἰηνύσου, αὖτις Σύρων μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, παρ' ἣν δὴ τὸ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν· ἀπὸ δὲ Σερβωνίδος λίμνης, ἐν τῇ δὴ λόγος τὸν Τυφῶ κεκρύφθαι, ἀπὸ ταύτης ἤδη
3 Αἴγυπτος. τὸ δὴ μεταξὺ Ἰηνύσου πόλιος καὶ Κασίου τε οὔρεος καὶ τῆς Σερβωνίδος λίμνης, ἐὸν τοῦτο οὐκ ὀλίγον χωρίον ἀλλ' ὅσον τε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας
6 ὁδὸν, ἄνυδρόν ἐστι δεινῶς. Τὸ δὲ ὀλίγοι τῶν ἐς

Vasa testacea, quibus vinum importatur in

μέχρι Ἰηνύσου πόλιός ἐστι] *Ienysus* eo loco exstitit, ubi nunc vicus *Kan Iones*, qui non multum a Gaza distans, ex Aegypto et quidem ex loco Salahiah prope Pelusium per deserta XXVII mill. Germanicc. proficiscentibus primus se offert arbores, aquam, herbas, alia, commonstrans. Tu vid. Rennel. Geogr. Her. p. 496. I. W. Hartmann. Das Paschalik Aegypten p. 861—863. — In proxime seqq. male pro τοῦ Ἀραβίου quidam libri τῆς Ἀραβίου. Intelligitur enim, usu satis noto, rex Arabum. Conf. ne plura I, 2.

μέχρι Σερβωνίδος λίμνης] De hoc lacu diximus ad II, 6. De *Casio* monte vid. ibid. nott. Ubi etiam attigimus fabulam de Typhone, in cuius speciem omnis fere rerum naturalium excessus intempestivus quasi coalescit, qui inde pro nimio quovis ardore, foetore adeoque peste habetur, ut mirum non sit loca sive deserta soleque nimio torrentia sive siticulosa paludibusque foeda Typhonis receptaculum, domicilium ac sedem fingi primariam. De qua plura Creuzer. in Commentt. Herodott. p. 289. Conf. etiam Ritter. Erdkunde II p. 400. coll. 303. — Voculam ἤδη post verba ἀπὸ ταύτης cum Gaisf. ex aliquot libris recepi.

ἀλλ' ὅσον τε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδόν] Cum a Casio monte usque ad Ienysum iter sit XV milliar. Germanicc., a Serbonide lacu adeo minus, Persarum exercitum quatuor quotidie confecisse milliaria statuit Rennel. l. l. p. 496. Ad seqq. verba Creuzerus l. l. p. 288 laudat Plutarchi locum in Anton. 3 p. 917 A., additque quam periculosa sint belligerantibus haec deserta, documento esse Gallorum exercitum, nuper a Britannorum duce Sidn. Smith. in fugam coniectum.

Αἴγυπτον ναυτιλλομένων ἐννενώκασι, τοῦτο ἔρχομαι φράσων. ἐς Αἴγυπτον ἐκ τῆς Ἑλλάδος πάσης, καὶ πρὸς, ἐκ Φοινίκης, κέραμος ἐσάγεται πλήρης οἴνου δὶς τοῦ ἔτεος ἑκάστου· καὶ ἓν κεράμιον οἰνηρὸν ἀριθμῷ κείμενον οὐκ ἔστι (ὡς λόγῳ εἰπεῖν) 1
2ἰδέσθαι. κοῦ δῆτα, εἴποι τις ἂν, ταῦτα ἀναισι-

Aegyptum, collecta et aqua impleta quo deferantur.

Cap. VI.

ἐννενώκασι] Ad formam conf. quae diximus ad I, 10 et I, 68 (ubi p. 176 a. lin. 12 pro I, 68 scribi debet I, 77); ad argumentum conf. nott. ad III, 5.

κέραμος ἐσάγεται πλήρης οἴνου] κέραμος collective hic de *vasis figlinis*, de *cadorum* s. doliorum *numero* s. *multitudine* intelligendum. Hoc vero ex loco, optime monente Heeren. Ideen. I, 2 p. 121 et II, 2 p. 382, intelligitur, quaenam res a Phoenicibus in Aegyptum, tunc vitibus carentem, introductae fuerint, quantumque vini commercium floruerit hasce per regiones.

καὶ ἓν κεράμιον οἰνηρὸν ἀριθμῷ κ. τ. λ.] i. e. Quamquam tot dolia vino repleta quotannis in Aegyptum importantur, tamen ne unum quidem istorum doliorum figlinorum per Aegyptum videre licet. Quare iure quaesieris, quid istis doliis fiat, quamnam ad rem adhibeantur ita ut ex hominum conspectu prorsus evanescant. Ad hanc quaestionem, in quam unumquemque sponte incidere consentaneum est, iam respondet Herodotus, usum doliorum ad aquas per deserta ferendas indicans; quorum doliorum figlinorum loco nunc nemo nescit adhiberi a proficiscentibus utres.

κεράμιον οἰνηρὸν ex hoc loco citant Pollux VII, 161 p. 802 seq. Hemsterh., ubi cf. interprr. et Lexic. Seguier. pag. 110, 32. ἓν ἀριθμῷ („*ne unum quidem numero*") non quidem abundanter, sed gravitatis et sententiae augendae causa additum puto. Conf. Weiske De pleonasmm. L. Gr. p. 45. 46. ne plura. Pro ἰδέσθαι edd. recentt. post Stephanum εἰδέσθαι. Tu conf. I, 88 ibiq. nott. Infra III, 12 ἴδοιτο. Pro κείμενον (i. e. *repositum*) aliquot libri κεινὸν (i. e. *vacuum* sc. *dolium*), quod perperam recepit Schaefer. Nam e scholio natum videtur, ut recte monuit Schweigh.

κοῦ δῆτα — ταῦτα ἀναισιμοῦνται] E Florentino nuper receptum ἀναισιμοῦνται, addicente uno Parisino atque Aldina, pro vulg. ἀναισιμοῦται. Satis enim notum apud Herodotum verbum plurale subinde sequi neutra pluralia (v. c. I, 76. II, 128 alia plura, quae dabit Fischer. ad Weller. III, a. pag. 343). Sensus loci est: *quonam*, i. e. *quemnam sane in usum haec dolia insumantur* s. *adhibeantur*. Non valde dispar, quod I, 179 legitur: δεῖ με ἐπιφράσαι, ἵνα ἐκ τῆς τάφρου ἡ γῆ ἀναισιμώ-

μοῦνται; ἐγὼ καὶ τοῦτο φράσω. δεῖ τὸν μὲν δήμαρχον ἕκαστον ἐκ τῆς ἑωυτοῦ πόλιος συλλέξαντα πάντα τὸν κέραμον, ἄγειν ἐς Μέμφιν· τοὺς δὲ ἐκ Μέμφιος ἐς ταῦτα δὴ τὰ ἄνυδρα τῆς Συρίης κομί-
3 ζειν, πλήσαντας ὕδατος. οὕτω ὁ ἐπιφοιτέων κέραμος, καὶ ἐξαιρεόμενος ἐν Αἰγύπτῳ, ἐπὶ τὸν πα-
7 λαιὸν κομίζεται ἐς Συρίην. Οὕτω μέν νυν Πέρσαι εἰσὶ οἵ τὴν ἐσβολὴν ταύτην παρασκευάσαντες ἐπ' Αἴγυπτον κατὰ δὴ τὰ εἰρημένα σάξαντες ὕδατι,

Eius instituti auctores Persae: Cambysis foedus cum rege Arabum.

θῃ. Conf. etiam II, 11. De verbo ἀναισιμοῦν monuimus ad I, 179.

δεῖ τὸν μὲν δήμαρχον ἕκαστον κ. τ. λ.]. Νομάρχην, qui scilicet administrando nomo praefectus erat, supra II, 177 Noster nominaverat, ubi vid. nott. Iam h. l. δήμαρχον appellat, quo nomine designari putem eos, qui singulis vicis ad unum eundemque nomum adscriptis (τοπαρχίας vocat Strabo XVII p. 1136 A. s. p. 787), praepositi fuerint. Infra III, 27 memorantur ἐπίτροποι, *vicomagistri*, qui demarchis opinor fuerint subiecti. τὰ ἄνυδρα τῆς Συρίης sunt ea ipsa deserta, quae supra indicaverat, ex Palaestina in Aegyptum proficiscentibus permeanda. Moneo propter Larcherum, qui h. l. sic vertens: *dans les lieux arides de la Syrie*, iustam vituperationis causam dedit alteri Gallo interpreti.

οὕτω ὁ ἐπιφοιτέων κέραμος, καὶ ἐξαιρεόμενος κ. τ. λ.] i. e. *Hoc modo dolia figlina ista in Aegyptum* (a Phoenicibus e Syria) *invecta ibique exposita* (e navibus sc.), ad *priora* (dolia) *in Syriam retro deferuntur*. Minus accurate Larcherus: „ainsi toutes les jarres que l'on porte en Egypte et que *l'on y met en reserve*, sont reportées etc." Quem verbo ἐξαιρεόμενος Nos tribuimus sensum, eum confirmat alter locus IV, 196: ἐπεὰν ἀπίκωνται καὶ ἐξέλωνται τὰ φορτία.

Cap. VII.

σάξαντες ὕδατι] sc. ταύτην τὴν ἐσβολήν i. e. *hanc viam per deserta aquâ proficiscentibus necessariâ instruentes.* Est enim Herodoti sententia, Persas fuisse, qui simulatque Aegypto essent potiti, illud iter terrestre (per deserta a Palaestina usque ad Aegypti fines prope Pelusium) adparaverint, quique eo, quo indicarit modo, aquâ necessariâ illud instruxerint. σάττειν apud Herodotum omnino valet *instruere*, *ornare*, ut VI, 70. 73. VII, 62, ubi de armatura dicitur indeque idem fere valet quod ὁπλίζειν *armis instruere.* Tu conf. Valcken. ad h. l. Alia ad nostrum locum exempla attulerunt interpretes, ut Lucian. de Dea Syr. 48. Athen. VII p. 322.

2ἐπεί τε τάχιστα παρέλαβον Αἴγυπτον. Τότε δὲ οὐκ ἐόντος κω ὕδατος ἑτοίμου, Καμβύσης πυθόμενος τοῦ Ἁλικαρνησσέος ξείνου, πέμψας παρὰ τὸν Ἀράβιον ἀγγέλους, καὶ δεηθεὶς τῆς ἀσφαλείης ἔτυχε, πίστις δούς τε καὶ δεξάμενος παρ' αὐτοῦ.

Arabum quanta fides, qui ritus in foedere faciendo, qui Dii, quae capillorum tonsura.

8 Σέβονται δὲ Ἀράβιοι πίστις ἀνθρώπων ὁμοῖα τοῖσι μάλιστα. ποιεῦνται δὲ αὐτὰς τρόπῳ τοιῷδε· τῶν βουλομένων τὰ πιστὰ ποιέεσθαι, ἄλλος ἀνὴρ ἀμφοτέρων αὐτῶν ἐν μέσῳ ἑστεὼς, λίθῳ ὀξέϊ τὸ ἔσω τῶν χειρῶν παρὰ τοὺς δακτύλους τοὺς μεγά-2λους ἐπιτάμνει τῶν ποιευμένων τὰς πίστις· καὶ ἔπειτα λαβὼν ἐκ τοῦ ἱματίου ἑκατέρου κροκύδα, 197 ἀλείφει τῷ αἵματι ἐν μέσῳ κειμένους λίθους ἑπτά·

τοῦ Ἁλικαρνησσέος ξείνου] Ἁλικαρνησσέος ex Florentino binisque aliis recepi libris pro vulg. Ἁλικαρνησσῆος, quod idem damnavit Struve in Spec. II. Quaest. de Herodot. dial. p. 1 seqq. 16. Illam lectionem in secundo vocabulo exordii I, 1 a me receptae substituendam existimo. — Ad accusativum πίστις conf. Matth. Gr. Gr. §. 80 not. 6.

Cap. VIII.

ὁμοῖα τοῖσι μάλιστα] De locutione vid. Matth. Gr. Gr. §. 290 et conf. III, 57. Sequentia verba sic intellige: Si qui velint foedus inire secum, alius quidam vir inter utrumque (paciscentem sc.) medius collocatus lapide acuto interiorem manum utriusque illius, qui foedus inire velit, iuxta pollicem incidit etc.

ἐκ τοῦ ἱματίου ἑκατέρου κροκύδα] Male duo libri κροκίδα; reliqui vulgatum tenent. Pollux VII, 63 p. 732 ita: λέγει οὖν Ἡρόδοτος· Λαβὼν κρόκυν ἐκ τοῦ ἱματίου. Deinde ex Aristophane laudat κροκύδα. Significatur *floccus* plane ut in Theophrast. Charact. 2 aliisque locis a Wesseling. indicatis. Pro ἑκατέρου iidem libri ἑκάστου. Perperam. Namque ἑκάτερος dicitur, cum uterque seiunctim suum quisque peragit; ἀμφότεροι, cum uterque idem eadem in re agit. Post Ammonium de differ. vocabb. pag. 14 monuit, hoc loco allato, Wyttenbach. ad Plutarch. Morall. I, 2 pag. 1060 seq. Tu conf. infra III, 12. 60.

ἀλείφει — λίθους ἑπτά·] Numerus *septenarius* apud Arabes quoque sacer fuisse videtur; quin ad *septem* oves iuramentum exigitur in Genes. XXI, 28 seqq. Et ipsum verbum שבע vel potius נִשְׁבַּע (quod solum in usu est) *iuravit*, deducitur a voce שֶׁבַע i. e. *septem*, eam ipsam ob causam, quod, cum numerus septenarius in omni oriente san-

τοῦτο δὲ ποιέων, ἐπικαλέει τόν τε Διόνυσον καὶ
3 τὴν Οὐρανίην. ἐπιτελέσαντος δὲ τούτου ταῦτα, ὁ
τὰς πίστις ποιησάμενος τοῖσι φίλοισι παρεγγυᾷ τὸν
ξεῖνον, ἢ καὶ τὸν ἀστὸν, ἢν πρὸς ἀστὸν ποιέηται·
οἱ δὲ φίλοι καὶ αὐτοὶ τὰς πίστις δικαιεῦσι σέβεσθαι.
4 Διόνυσον δὲ θεὸν μοῦνον καὶ τὴν Οὐρανίην ἡγεῦν-
ται εἶναι· καὶ τῶν τριχῶν τὴν κουρὴν κείρεσθαί φασι,
κατάπερ αὐτὸν τὸν Διόνυσον κεκάρθαι· κείρονται
δὲ περιτρόχαλα, περιξυροῦντες τοὺς κροτάφους. οὐ-

---

ctus habeatur, inde in confirmandis iuramentis adhibentur symbola septemplicia. Vid. Winer. Simon. Lex. manual. pag. 941. — Ad voc. ἐπιτελέσαντος conf. II, 63 ibiq. nott.

κείρονται δὲ περιτρόχαλα, περιξυροῦντες τοὺς κροτάφους] Perperam Florentinus cum aliis quibusdam: ὑποτρόχαλα, et paulo post Sancrofti liber: ὑποξυροῦντες. περιτρόχαλα affert quoque Photius in Lexic. p. 366 Dobr. hoc ipso ex loco. Est vero περιτρόχαλα κείρεσθαι: *in orbem tonderi*, plane ut in Plutarch. Morall. (II) pag. 261 F. (ubi vid. Wyttenbach. Tom. VII part. 1 p. 17.) apud Agath. I p. 11 C., ubi Franc. περίτροχον κειρόμενοι. Atque Pollux II, 29 inter tonsurae genera memorat quoque περιτρόχαλα; quod genus Athenis dictum fuisse σκαφίον, ex Hesychio s. v. σκαφίον discimus. Ad hanc vero tonsuram Arabibus quoque hominibus usitatam Wesseling. refert Ieremiae verba IX, 26: קְצוּצֵי פֵאָה (i. e. *circumcisos, circumtonsos capitis angulo* s. *in rotundam capitis comam adtonsos*). Et iure, si quidem plerique Ieremiae interpretes et veteres et recentiores sic ea verba accipienda esse docent. Conf. Rosenmüller. Schol. ad h. l. (P. VIII Vol. I p. 303) et Iahn. Archaeolog. I. 2 p. 106. Quocum loco Ieremiae si (quod me monuit F. Hitzig, vir doctissimus mihique amicissimus) comparantur eiusdem prophetae XXV, 23 et XLIX, 32, apparet, haec non nisi de Arabibus gentibus, quae in desertis habitant, intelligi posse. Et Arabes usque ad suum aevum eundem tonsurae modum servasse monet Scholiast. Graecus in Levit. XIX. Iam, ut ad Herodotum revertar, verba περιξυροῦντες τοὺς κροτάφους (*circum tempora capillos radentes, tondentes*) addita videntur de industria, quippe quibus auctor antecedentia accuratius explicet. Quare minime ex interpretamento natum περιξυροῦντες, prouti videtur Valcken.; nec magis opinor necessarium, eodem viro auctore, scribere πέριξ ξυρεῦντες, cum περιξυροῦντες non sit forma Ionica. Ad usum vocis πέριξ Tu conf. V, 87. 115. ne plura. —

5 νομάζουσι δὲ τὸν μὲν Διόνυσον, Ὀροτάλ· τὴν δὲ
9 Οὐρανίην, Ἀλιλάτ. Ἐπεὶ ὦν τὴν πίστιν τοῖσι ἀγγέλοισι τοῖσι παρὰ Καμβύσεω ἀπιγμένοισι ἐποι-
2 ήσατο ὁ Ἀράβιος, ἐμηχανᾶτο τοιάδε. ἀσκοὺς καμήλων πλήσας ὕδατος, ἐπέσαξε ἐπὶ τὰς ζωὰς τῶν κα-

Quomodo Arabs Cambysi aquae copiam in desertis providerit, narrari diverse.

Ὀροτάλ] Ita cum Schweigh. et Gaisf. edidimus, addicente Florentino aliisque. In Florentino tamen prius exstitisse videtur *Ὀροτάλτ*, quod idem plures alii exhibent libri. Sancrofti liber *Ὀρατάλ*, edd. vett. *οὐροτάλτ* [„et ita scribit Payne Knight on symbolic. lang. §. 30 pag. 22." *Cr.*], unde Wesseling. reposuerat *Οὐροτάλ*, monens hic designari duo totius orientis praecipua numina, *Solem* et *Lunam*, inque voce *Οὐροτάλ* manifesto inesse Hebraeorum et Arabum אור i. e. *solem*, *lumen*. Contra Hammer. in Annall. Viennenss. X p. 222 *Οὐροτάλ* probabiliter corruptum censet pro *Οὐσατάλ*, quae vera sit Arabica vox. *Ἀλιλάτ* eadem est dea, quae I, 131 vocatur *Ἀλίττα*, luna s. coelestis Venus Arabum. Tu conf. Bochart. Phaleg II, 19 a Wesseling. citatum. Cuius eiusdem deae in sacro Mohammedi codice fit mentio: اللات in Sur. 51, pag. 298 Marecc. Atque etiam العزي quod procul dubio, iudice Hitzigio, cui haec debeo, idem est atque *κοζὲ* apud Ioseph. Antiqq. XV, 7 §. 9, quod Edomitarum est numen. Edomitas autem Herodotus una cum Arabibus complecti videtur; de quo multis monuit Hottinger. Histor. orient. pag. 228 seqq. ed. sec. coll. Pocock. Spec. Histor. Arabb. p. 89 seqq. ed. White. Ab hac vero dea eiusque cultu Arabum genti Alilaeis, cuius meminit Diodor. III, 44, nomen inditum fuisse probabilis est sententia F. H. Mülleri De rebb. Semitt. (Berolin. 1831) pag. 42, quocum conf. Bochart. Phaleg. II, 19.

Cap. IX.

ἀσκοὺς καμήλων] Intelligit *utres e pelle camelorum factos* s. omnino pellem camelorum, quâ scil. utris loco uterentur. Tu conf. VII, 26 ibiq. interprett. Inde hoc loco *ἀσκοὶ* (*pelles camelorum*) opponuntur *ταῖς ζωαῖς καμήλοις* (i. e. *vivis camelis*); quibus sc. hos utres aquâ repletos imposuit. Namque *ἐπισάττειν* significat *imponere*. Inde quoque fit nostrum *sattlen*. Conf. Xenoph. Anab. III, 4, 35. Pro *ἐπέσαξε* male unus liber *ἐπέλαξε*. Vulg. citat. Lex. Seg. p. 94, 23. Paulo post pro *ὑπέμεινε* Schw. et Gaisf. ex Florentino libro et Passion. cod. receperunt *ὑπέμενε*. Nos censorem secuti in Ephemeridd. Ienenss. 1817 nr. 164 pag. 374 retinuimus vulgatam lectionem plurimorum librorum auctoritate firmatam.

μήλων πάσας· τοῦτο δὲ ποιήσας, ἤλασε ἐς τὴν ἄνυ-
δρον, καὶ ὑπέμεινε ἐνθαῦτα τὸν Καμβύσεω στρα-
3 τόν. Οὗτος μὲν ὁ πιθανώτερος τῶν λόγων εἴρη-
ται· δεῖ δὲ καὶ τὸν ἧσσον πιθανὸν, ἐπεί γε δὴ λέ-
4 γεται, ῥηθῆναι. Ποταμός ἐστι μέγας ἐν τῇ Ἀρα-
βίῃ, τῷ οὔνομα Κόρυς· ἐκδιδοῖ δὲ οὗτος ἐς τὴν
5 Ἐρυθρὴν καλεομένην θάλασσαν. ἀπὸ τούτου δὴ ὦν
τοῦ ποταμοῦ λέγεται τὸν βασιλέα τῶν Ἀραβίων,
ῥαψάμενον τῶν ὠμοβοέων καὶ τῶν ἄλλων δερμά-
των ὀχετὸν μήκει ἐξικνεύμενον ἐς τὴν ἄνυδρον, ἀγα-
γεῖν διὰ δὴ τούτου τὸ ὕδωρ· ἐν δὲ τῇ ἀνύδρῳ με-

Οὗτος μὲν ὁ πιθανώτερος τῶν λόγων] Monet Rennel. l. l. pag. 494, hoc itinere adhuc eos uti, qui Aegyptum terrestri via ex Asia petant; quod tamen vix licuisse tot copiis tantoque exercitui, cum omnis Arabia vix ac ne vix quidem tantam utrium copiam, quanta ad Cambysis exercitum sustentandum fuisset opus, afferre potuerit; ut hactenus minus probabilis fiat Herodoti narratio. In quo tamen nimis dubitanter cunctari et insistere videtur vir sagacissimus. Alteram Herodoti narrationem ob spatium longum, unde aqua fuerit deducta, miram utique videri idem iudicat, nisi forte propiores fuerint fontes puteique, e quibus aqua per fistulas in receptacula sit ducta. Ac simile quid, quod recentiori aetate accidit, idem affert Rennel. l. l.

τῷ οὔνομα Κόρυς] Abulfedae, ut monuit Wesseling., est *torrens Core.* Nihil aliunde mihi quidem constat. Ritter. Vorhalle p. 88 de voce *Koros* ac similibus per Asiam obviis, quas ad Solem eiusque cultum spectare omnes vult, disputans, hunc quoque Arabiae fluvium attigit. — Ad verbum ἐκδιδόναι conf. Herod. II, 6. De *rubro mari* diximus ad I, 1.

ῥαψάμενον τῶν ὠμοβοέων κ. τ. λ.] i. e., *ab eo inde fluvio dicitur rex Arabum consutis coriis et bovinis et aliis* (pellibus) *canalem ad deserta illa usque pertinentem parasse* perque eum aquas duxisse.“ ὠμοβοέη, ubi vulgo supplent δορά, *pellis* s. *corium bovinum*, invenitur quoque IV, 65 et VII, 91, ubi cf. interprr. Plura similia vid. in Lambert. Bos. Ellipss. Graecc. pag. 115 seq. — Pro ῥαψάμενον plures libri ἁψάμενον, quod cave recipias. Mox pro ἐπικνεύμενον restitui ἐξικνεύμενον, quod praeter Parisinos libros exhibet in margine (nam in textu ipso haec verba plane desunt) Florentinus, iubente quoque Schweigh. in Lex. Herod. s. v. Cf. III, 108 et I, 171. II, 34. IV, 10. 16. 192.

6 γάλας δεξαμενὰς ὀρύξασθαι. ἵνα δεκόμεναι τὸ ὕδωρ σώζωσι. ὁδὸς δ' ἔστι δυώδεκα ἡμερέων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐς ταύτην τὴν ἄνυδρον. ἄγειν δέ μιν διὰ ὀχετῶν τριῶν ἐς τριξὰ χωρία.

10 Ἐν δὲ τῷ Πηλουσίῳ καλεομένῳ στόματι τοῦ Νείλου ἐστρατοπεδεύετο Ψαμμήνιτος ὁ Ἀμάσιος παῖς, 198
2 ὑπομένων Καμβύσεα. Ἄμασιν γὰρ οὐ κατέλαβε ζῶντα Καμβύσης, ἐλάσας ἐπ' Αἴγυπτον· ἀλλὰ βασιλεύσας ὁ Ἄμασις τέσσερα καὶ τεσσεράκοντα ἔτεα, ἀπέθανε· ἐν τοῖσι οὐδέν οἱ μέγα ἀνάρσιον πρῆγμα συνενείχθη. ἀποθανὼν δὲ, καὶ ταριχευθεὶς, ἐτάφη ἐν τῇσι ταφῇσι τῇσι ἐν τῷ ἱρῷ, τὰς αὐτὸς οἰκοδομή-
3 σατο. Ἐπὶ Ψαμμηνίτου δὲ τοῦ Ἀμάσιος βασιλεύοντος Αἰγύπτου, φάσμα Αἰγυπτίοισι μέγιστον δὴ ἐγέ-

Psammenitus a. 525 et patri succedit, et Cambysem ad Pelusium ostium castris factis opperitur: prodigium, pluvia guttatim labens in Aegypto superiore.

δεξαμεναὶ sunt *aquarum receptacula, cisternae*, ut VI, 119.

διὰ ὀχετῶν τριῶν ἐς τριξὰ χωρία] Vocula τριῶν a Mediceo, Florentino, aliis abest. Ac mihi quoque illa ex interpretamento sive additamento orta videtur.

Cap. X.

Ἐν δὲ τῷ Πηλουσίῳ καλεομένῳ στόματι κ. τ. λ.] Male in Florentino, Mediceo, aliis ἐστρατεύετο pro ἐστρατοπεδεύετο; quae eadem confusio exstat V, 14. Nam *ad* (ἐν) *Pelusium ostium* Nili castra et excubiae militum erant. Tu vid. II, 141. 154, et de ostio Nili Pelusiaco Excurs. ad II, 17 pag. 905. Ad vocem κατέλαβε conf. notatt. ad II, 66. Pro Ψαμμήνιτος Florentinus et unus Paris. Ψαμμίνιτος et hic et infra III, 14.

ἀλλὰ βασιλεύσας — ἀπέθανε] Quum post regnum XLIV annorum Amasis mortuus esse h. l. dicatur, eiusque mors in ann. 525 sive, ut rectius statuere videtur Volneius, in ann. 526 a. Chr. incidat, inde ab anno 570 a. Chr. illum Aegypto praefuisse credibile fit, conf. II, 172. At Diodorus Siculus I, 68 eum LV annos regnasse scribit mortuumque tamen Ol. LXIII, 3 s. 526 a. Chr. Conf. Schultz Specim. Appar. ad annall. critt. pag. 27.

ἐν τοῖσι οὐδέν οἱ μέγα ἀνάρσιον πρῆγμα συνενείχθη] οὐδὲν ἀνάρσιον πρῆγμα hic valet: *nil mali, nil incommodi, nulla calamitas.* Inde graviori sensu ἀνάρσια sunt etiam *res indignae, haud ferendae*, ut I, 114. V, 89. 90. IX, 37. 110. Ex Homero fluxit vox; cf. Od. XI, 459, ubi Apollonius in Lex. Hom. pag. 123. Toll. ἀνάρσιοι ἄνδρες explicat πολέμιοι.

ἐτάφη ἐν τῇσι ταφῇσι κ. τ. λ.] Tu vid. II, 169.

νετο· ὕσθησαν γὰρ Θῆβαι αἱ Αἰγύπτιαι, οὔτε πρότερον οὐδαμὰ ὑσθεῖσαι, οὔτε ὕστερον τὸ μέχρι ἐμεῦ, 4 ὡς λέγουσι αὐτοὶ Θηβαῖοι. οὐ γὰρ δὴ ὕεται τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου τὸ παράπαν· ἀλλὰ καὶ τότε ὕσθησαν αἱ Θῆβαι ψακάδι.

11 Phanis liberorum iugulatorum sanguis ab Aegyptiorum auxiliariis potus: victi Aegyptii.

Οἱ δὲ Πέρσαι, ἐπεί τε διεξελάσαντες τὴν ἄνυδρον ἵζοντο πέλας τῶν Αἰγυπτίων ὡς συμβαλέοντες, ἐνθαῦτα οἱ ἐπίκουροι οἱ τοῦ Αἰγυπτίου, ἐόντες ἄνδρες Ἕλληνές τε καὶ Κᾶρες, μεμφόμενοι τῷ Φάνῃ, ὅτι στρατὸν ἤγαγε ἐπ' Αἴγυπτον ἀλλόθροον, μηχανῶνται 2 πρῆγμα ἐς αὐτὸν τοιόνδε. ἦσαν τῷ Φάνῃ παῖδες ἐν Αἰγύπτῳ καταλελειμμένοι· τοὺς ἀγαγόντες ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ ἐς ὄψιν τοῦ πατρὸς, κρητῆρα ἐν

ὕσθησαν γὰρ Θῆβαι κ. τ. λ.] Conf. Suidas s. v. βουλήσεται et ὕσθησαν. Tu vide quae diximus ad I, 193. II, 13. 14. Mox e Florentino edidimus οὐδαμὰ, ut I, 56. 58. Miror Gaisfordium, qui sibi inconstans hic reliquit vulgat. οὐδαμᾶ. Apud Suidam l. l. invenitur οὐδαμῆ. Schweigh. in textu item reliquit οὐδαμᾶ, sed in Lex. Herod. s. v. alteram commendat scripturam. Idem dedimus III, 53. 65 (ubi μηδαμᾶ vulgo). 88. 101. Et conf. VII, 50.

ὕσθησαν αἱ Θῆβαι ψακάδι] ψακάδι offerunt Mediceus, Florentinus, alii; Sancrofti liber, bini Pariss. atque Eustath. ad Dionys. Perieg. 248 ψεκάδι; minus bene, cum antiquiorem formam esse ψακάδα moneant Grammatici. Vid. Moeris pag. 419 ibique nott. In Aldina aliisque libris aliquot exstat ψεκάσι. Intelliguntur autem *imbres tenues*, qui Aelian. H. A. VI, 41 dicuntur ῥανίδες λεπταί. Add. Aristoph. Pac. 121 ibiq. Schol. Wessel. praeterea citat Plutarch. II p. 596 C. Heraclit. Allegor. pag. 466 et Aristidis locum in Aegyptt. pag. 339 s. T. III p. 567 [II pag. 449 Dindorf.]: ἔτι τοίνυν καὶ τὰ κάτω τῆς Αἰγύπτου λαμπρῶς πολλάκις ὕεται· ψακάδι μὲν γὰρ καὶ ἄνω πολλάκις ὡς ἐν χρόνοις, ἀλλά τάγε πρὸς θαλάττης καὶ κατὰ συνήθειαν πολλῷ (sc. ὑετῷ ὕεται).

Cap. XI.

οἱ ἐπίκουροι οἱ τοῦ Αἰγυπτίου κ. τ. λ.] *mercenarios* milites regis Aegyptiorum intelligit. Vid. nott. ad III, 4.

ὅτι στρατὸν — ἀλλόθροον] ἀλλόθροος (i. e. *alia lingua utens*, inde *alienigena*, *peregrinus*) vox Homerica; conf. Odyss. I, 183 (ubi Apollonius p. 88 explicat βαρβάρους) III, 302. XIV, 43. XV, 452. In quo antiqui coloris quid inesse nemo non videt. Apte Italus Interpres admonuit Baruch. IV, 15.

μέσῳ ἔστησαν ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων· μετὰ
δὲ, ἀγινέοντες κατὰ ἕνα ἕκαστον τῶν παίδων, ἔσφα-
3 ζον ἐς τὸν κρητῆρα. διὰ πάντων δὲ διεξελθόντες
τῶν παίδων, οἶνόν τε καὶ ὕδωρ ἐσεφόρεον ἐς αὐ-
τόν· ἐμπιόντες δὲ τοῦ αἵματος πάντες οἱ ἐπίκουροι,
οὕτω δὴ συνέβαλον. μάχης δὲ γενομένης καρτερῆς,
καὶ πεσόντων ἐξ ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων πλή-
12 θεϊ πολλῶν, ἐτράποντο οἱ Αἰγύπτιοι. Θῶυμα δὲ
μέγα ἴδον, πυθόμενος παρὰ τῶν ἐπιχωρίων. τῶν
γὰρ ὀστέων περικεχυμένων χωρὶς ἑκατέρων τῶν ἐν
τῇ μάχῃ ταύτῃ πεσόντων· (χωρὶς μὲν γὰρ τῶν Περ-
σέων ἐκέετο τὰ ὀστέα, ὡς ἐχωρίσθη κατ' ἀρχάς·
2 ἑτέρωθι δὲ, τῶν Αἰγυπτίων·) αἱ μὲν τῶν Περσέων

Aegyptiorum crania robusta, Persarum fragilia, quam ob causam: paucissimi Aegyptii calvi. Achaemenes Darii F. ab Inaro victus et caesus a. 463.

ἀγινέοντες κατὰ ἕνα ἕκαστον τῶν παίδων] κατὰ a binis Parisinis abest. Male. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 427 not. 2 pag. 789. Ad argumentum citat Wesselingius similem fere barbariem Apollodori Cassandrensis tyranni in Diodor. Sic. II p. 563 seq. Atque etiam alias apud gentes similia fere memorantur de sanguine humano, qui, vino mixtus inque pateris circumlatus, ab iis, qui foedera iungebant, gustabatur. De Scythis ipse Noster IV, 70 eique consentiens Lucianus in Toxari cap. 37, ubi vid. Iacob. De Romanis conf. Plutarch. in Publicol. cap. 4 init. pag. 98, coll. Sallust. Catil. 22. De Armeniis atque Iberis Tacitus testatur Annall. XII, 47, ubi vid. Lipsii nott. Quin etiam apud Ungaros, Camanos, Hibernos idem valuisse monet I. Grimm (Deutsche Rechtsalterth. pag. 193 seq.) hoc diserte adiiciens, nulla immanis moris vestigia apud Germanos reperiri. Hebridianis solis morem fuisse legimus, ut manus humano sanguine tinctas iungentes iurarint communi voce; plane ut Scythae gladios, sagittas et lanceas sanguini immergere dicuntur apud Herodot. l. l.

πεσόντων ἐξ ἀμφοτέρων κ. τ. λ.] Vocula ἐξ a binis libris abest, plane ut I, 76, ubi tamen, mea quidem sententia, aegre caremus praepositione, quae quo minus inseratur, obstant libri scripti ad unum omnes.

Cap. XII.

αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαί εἰσι κ. τ. λ.] Plurima ex his leguntur in Excerptt. Cod. Palatini, quae contuli in Creuzeri Commentt. Herodott. pag. 429. Paulo ante ad vocem ἑκατέρων conf. quae ad III, 8 monita sunt. In seqq. διατετρανέεις ob futuri formam citat Matth Gr. Gr. pag. 491. Pro θέλεις Sancrofti liber θέλοις. Caeterum haec

κεφαλαί εἰσι ἀσθενέες οὕτω, ὥστε εἰ θέλεις ψήφῳ 85
μούνῃ βαλέειν, διατετρανέεις· αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων
οὕτω δή τι ἰσχυραὶ, μόγις ἂν λίθῳ παίσας διαῤῥή-
3 ξειας. αἴτιον δὲ τούτου τόδε ἔλεγον, καὶ ἐμέ γ᾽
εὐπετέως ἔπειθον, ὅτι Αἰγύπτιοι μὲν, αὐτίκα ἀπὸ
παιδίων ἀρξάμενοι, ξυρεῦνται τὰς κεφαλὰς, καὶ 199
4 πρὸς τὸν ἥλιον παχύνεται τὸ ὀστέον. τὠυτὸ δὲ 91
τοῦτο καὶ τοῦ μὴ φαλακροῦσθαι αἴτιόν ἐστι·
Αἰγυπτίων γὰρ ἄν τις ἐλαχίστους ἴδοιτο φαλα-
5 κροὺς πάντων ἀνθρώπων. τούτοισι μὲν δὴ
τοῦτό ἐστι αἴτιον ἰσχυρὰς φορέειν τὰς κεφαλάς.
τοῖσι δὲ Πέρσῃσι, ὅτι ἀσθενέας φορέουσι τὰς
κεφαλὰς, αἴτιον τόδε· σκιητροφέουσι ἐξ ἀρχῆς,

---

verba Synesium spectare in Encom. Calv. p. 77, monet Wessel.

οὕτω δή τι ἰσχυραὶ, μόγις ἂν — διαῤῥήξειας] i. e. *Aegyptiorum vero crania ita sunt valida, ut lapide percutiens aegre diffringas.*" Particulam *ὡς*, quam ante *μόγις* exhibuerant editiones, cum Schweigh. et Gaisf. abieci, quoniam a libris omnibus scriptis abest et Noster utique ita sine coniunctione loqui solet; conf. III, 108. IV, 52, quae attulit Schweigh. Assentitur Matth. in Gr. Gr. p. 1286; qui idem pag. 912 consulendus ob voces *δή τι*; Tu add. III, 120. 145. IV, 28. II, 135. Cum iisdem viris doctis pro *διαῤῥήξεις* scripsi *διαῤῥήξειας*, quod dudum, ut monuit *Cr.*, voluerat Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 249, approbante Dissen. in Disquiss. philoll. I pag. 10, quodque Sancrofti liber cum tribus aliis suppeditat. Nam futurum cum *ἄν*, ut ab Herodoto omnino alienum est, ita huic loco minime conveniens, in quo optativum sibi flagitat ratio.

αἴτιον ἰσχυρὰς φορέειν τὰς κεφαλάς] Omittitur articulus *τοῦ* ante infinitivum post *αἴτιον*, paulo antea additus. Conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1064 not. *β*.

σκιητροφέουσι ἐξ ἀρχῆς] i. e. *ab initio* (ab eo tempore quo nati sunt) *pueros sub umbra educant*, parietibus inclusos; quod ipsum eo refero, quod, ipso Herodoto auctore I, 136 filii recens nati apud Persas quinque per annos mulieribus solis committuntur, nec ullum in patrum conspectum per hoc tempus veniunt. De quo more plura Brisson. De reg. Pers. princip. II, 82 seq., qui idem de principum filiis, qui eunuchis plerumque tradebantur instituendi, consulendus II, 166. „Quibus adde nunc Olympiodorum in Platonis Alcib. prior. p. 153 et quem ad eum locum laudavi I. de Hammer in Annall. Literr. Vindobonn. Vol. VIII p. 381

6 πίλους τιάρας φορέοντες. ταῦτα μέν νυν τοιαῦτα ἐόντα εἶδον· εἶδον δὲ καὶ ἄλλα ὁμοῖα τούτοισι ἐν Παπρήμι, τῶν ἅμα Ἀχαιμένεϊ τῷ Δαρείου διαφθαρέντων ὑπὸ Ἰνάρω τοῦ Λίβυος.

---

et Vol. IX p. 63." *Cr.* — Pro σκιητροφεῖν, cuius loco σκιατραφεῖν Plato dixit Polit. VIII, 9 (de quo vid. Ast. ad Phaedr. p. 262 et Heindorf. ad Phaedr. p. 228), posteriore aetate σκιοτραφεῖν dicebatur. Conf. de hac scriptura Creuzer. ad Olympiod. Commentt. in Plat. Alcib. II p. 42 not. 28.

πίλους τιάρας φορέοντες] πίλοι quaevis dicuntur *capitis tegumenta*. Unde fit, ut ipsa *tiara*, quae ad Persas proxime spectat iisque usitatum fuit capitis tegumentum, *pileo* (quippe latioris significationis vocabulo) subinde denotetur; nec mirum, apud Synesium loco supra laudato simpliciter inveniri πίλους sine τιάρας. Fuit autem *tiara* perquam similis iis pileis, quos adhuc per orientem gestare solent (*Turban* vocant), erecta illa quidem plerumque et eo, quod ab inferiore et superiore parte aeque lata erat, a cidari in apicem exeunte diversa atque pro ordinum gradibus distincta. Quâ tiarâ eâque varii generis ornati adhuc conspiciuntur Persae in ruderibus Persepolitanis. Tu vid. Mongez Mém. de l'Instit. IV p. 15 seqq. Ex Herodoto inprimis huc facit VII, 61; alia veterum testimonia attulit Brisson. l. l. II, 184. Ad Herodotum respexit, auctore Valcken. Plato De Legg. XII p. 492 D. — *Cr.* citat: „Platon. Scholiast. pag. 185 Ruhnk. Astii Comment. p. 545. Valckenarii Scholas in Act. Apostoll. III, 7. Tom. I p. 545 et Iacobs ad Antholog. Gr. Vol. IX p. 428." — De alia vocis huius significatione dicemus ad IV, 23. — Paulo post cum Schweigh. et Matth. reliqui εἶδον, a Gaisf. e binis libris mutatum in ἴδον. De *Papremi* conf. II, 63 ibiq. nott.

τῶν ἅμα Ἀχαιμένεϊ τῷ Δαρείου κ. τ. λ.] Hanc in rem conferantur Herodot. VII, 7. Ctes. Excerptt. Perss. 32, (ubi conf. nott. pag. 170 sqq.) Thucydid. I, 104. 109. *Inarus*, e Libyae s. Africae regionibus Aegypto adiacentibus in hanc ipsam terram irruens, in Deltae paludibus stagnisque contra Persarum copias se tenuit, quorum dux Achaemenes, ab Artaxerxe rege ac fratre, primo regni anno 462 a. Chr. n. cum magnis copiis et terrestribus et navalibus missus, Inarum quidem vicit, sed ipse obiit; ita ut Inarus, ab Atheniensibus post adiutus, Persis resistere posset usque ad annum 456 a. Chr. n., ubi a Megabyzo superatur. Ex hoc autem loco Dahlmannus (Herodot. p. 68—70) tempus colligi posse existimat, quo Herodotus Aegyptum viserit, nimirum post ann. 456 a. Chr. n., intra 454 —

Aegyptiorum in urbe Memphi obsessorum deditio: Afri, Cyrenaei, Barcaei ultro se dedunt.

13 Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ἐκ τῆς μάχης, ὡς ἐτράποντο,
ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ. κατειληθέντων δὲ ἐς Μέμ-
φιν, ἔπεμπε ἀνὰ ποταμὸν Καμβύσης νέα Μυτιλη-
ναίην, κήρυκα ἄγουσαν ἄνδρα Πέρσην, ἐς ὁμολο-
2 γίην προκαλεόμενος Αἰγυπτίους. οἱ δὲ, ἐπεί τε τὴν
νέα εἶδον ἐσελθοῦσαν ἐς τὴν Μέμφιν, ἐκχυθέντες
ἀλέες ἐκ τοῦ τείχεος, τήν τε νέα διέφθειραν, καὶ
τοὺς ἄνδρας κρεουργηδὸν διασπάσαντες, ἐφόρεον
3 ἐς τὸ τεῖχος. καὶ Αἰγύπτιοι μὲν μετὰ τοῦτο πολιορ-
κεύμενοι, χρόνῳ παρέστησαν. Οἱ δὲ προσεχέες Αἰ-

---

444 a. Chr. n. s. vitae annum tricesimum et quadragesimum. Tu conf. nott. ad III, 15. Pro Ἰνάρῳ cave recipias quod e duobus libris enotatur Ἰνάρου. Conf. ad Ctes. fragmm. l. l. *Libys* dicitur i. e. *Libyum rex* s. *regulus*.

Cap. XIII.

κατειληθέντων δὲ ἐς Μέμφιν] i. e. *cum intra Memphin coacti, compulsi essent*. Eodem modo I, 80 fin. III, 146. coll. I, 24 ibiq. nott. VI, 133 ibiq. Wessel. — ἀνὰ ποταμὸν *adverso flumine*, ut monuit Valcken. citans I, 194 II, 96. IV, 18, ubi additur articulus τὸν, quem omissum videmus et h. l. et IV, 14. Paulo post scripsi cum recentt. edd. Μυτιληναίην pro Μιτυλ. Tu vid. nott. ad I, 27. In seqq. cum Schweigh. et Matth. retinui εἶδον, cuius loco Gaisf. e binis libris receperat ἴδον, plane ut cap. 12.

καὶ τοὺς ἄνδρας κρεουργηδὸν διασπάσαντες] i. e. *homines in frusta discerptos s. dilaniatos sursum tollunt intra moenia*. κρεουργηδὸν apud Eunap. in Aedes. p. 26 ed. Boiss. invenitur, ubi vid. not. Boissonadii pag. 223 qui, cum adiectiva in δὸν exeuntia *modum* et *rationem* significent, κρεουργηδὸν, quod a κρεουργὸς descendit, proprie sic vertendum esse monet: „ad modum carnium edulium, quae per frusta dissecantur.“ De his adverbiis, quae in δὸν finiuntur, plura Fischer. ad Weller. I pag. 297. 298. In articulo τοὺς immerito haerere videtur Wesselingius, scribendum esse statuens: καὶ διακοσίους ἄνδρας κ. τ. λ., quum in *ΤΟΥΣ* lateat *ΗΗΣ*. At significantur quotquot in navi fuerant, ad unum fere omnes; ut recte monuit Schweigh. Et requiritur, puto, articulus vel ob verba praegressa et quodammodo opposita τήν τε νέα διέφθειραν. — τεῖχος hic de *castello* s. *arce* Memphidis intelligendum esse satis apparet ex III, 14. Larcherus citat III, 91. IV, 124.

χρόνῳ παρέστησαν] i. e. *tandem in deditionem venerunt*. χρόνῳ valet: *tempore aliquo praeter-*

βυες, δείσαντες τὰ περὶ τὴν Αἴγυπτον γεγονότα,
παρέδοσαν σφέας αὐτοὺς ἀμαχητί· καὶ φόρον τε
4 ἐτάξαντο, καὶ δῶρα ἔπεμπον. ὡς δὲ Κυρηναῖοι καὶ
Βαρκαῖοι, δείσαντες ὁμοίως ἃ καὶ οἱ Λίβυες, ἕτερα
5 τοιαῦτα ἐποίησαν. Καμβύσης δὲ τὰ μὲν παρὰ Λι-

---

lapso, tandem, denique. Conf. I, 68 ibiq. nott. „Adde Fischer. ad Weller. III p. 222 et Rükkert ad Platonis Conviv. p. 215.“ *Cr.* παρέστησαν ex h. l. citat Thomas Magister pag. 692 s. v. Tu conf. III, 45. 155 et quae Wesselingius attulit: V, 56. VI, 99. 140. Imitatur Pausanias VIII, 27 §. 1, ubi Herodoti non oblitus est Siebelis.

καὶ φόρον τε ἐτάξαντο] i. e. *tributum sibi imponi passi sunt, tributum pendere spoponderunt.* Ad locutionem conf. infra III, 89 ibiq. nott. et de medii verbi in hisce vi ac potestate Kuster. de verbb. Graecc. med. cap. 8 pag. m. 123. Similia verba media, in quibus similis obtinet vis ac potestas recensuit multa, nec verbo τάξασθαι (nam aoristus in his potissimum spectandus) cum compositis omisso, E. Fr. Poppo in scriptione de Graecc. verb. med. inserta libro, qui inscribitur: Neues Archiv f. Philol. u. Paedag. v. Seebode 1829 nr. 57 pag. 227 not. 9. In his enim verbis medium vim activi cum accusativo pronominis reflexivi coniuncti et verbi intransitivi habet. — Libyes hosce, qui Aegypto proximi tum Cambysi se dederint, Herodotum ipsum visisse existimat Dahlmann (Herodot. p. 71 seq.); eosdemque esse suspicatur, quibus Inarus ille olim imperitarat, et postea, ipsius Herodoti aetate, Thannyras, Inari filius, de quo vid. III, 15. — ὡς in seqq., quod satis notum, valet: *eodem modo, similiter etiam.* Cf. III, 152 et Fischer. ad Weller. I pag. 259 seq. ne plura.

δείσαντες ὁμοίως ἃ καὶ οἱ Λίβυες] Sancrofti liber ac Vindobonensis: ὁμοίως ὡς καὶ οἱ Λίβυες. Schaeferus ediderat ὁμοίως καί. Atque sic quoque scribendum esse iudicat Struve in Spec. I Quaest. de Herodot. dialect. p. 24—26, vel e binis illis libris recipiendum ὡς loco pronominis relativi, quod, ubicunque apud Herodotum post vocabula simile quid aut idem significantia reperiatur adiuncta particula καί, aspiratione careat; ut sane ἃ hoc loco stare nequeat. Mihi quidem istud ὡς, quod bini libri afferunt, ex antecedenti vocula ortum videtur; alterum quo minus recipiam, librorum obstat auctoritas, quos in talibus deserere non audeam. — Ante τοιαῦτα cum recentt. inserui ἕτερα plane ut I, 120, ubi vid. nott. III, 79, coll. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I, 1 pag. 113 seq.

βύων ἐλθόντα δῶρα φιλοφρόνως ἐδέξατο· τὰ δὲ
παρὰ Κυρηναίων ἀπικόμενα μεμφθείς, ὡς ἐμοὶ δο-
κέει, ὅτι ἦν ὀλίγα· ἔπεμψαν γὰρ δὴ πεντηκοσίας
μνέας ἀργυρίου οἱ Κυρηναῖοι· ταύτας δρασσόμενος
14 αὐτοχειρίῃ διέσπειρε τῇ στρατιῇ. Ἡμέρῃ δὲ δεκάτῃ
ἀπ' ἧς παρέλαβε τὸ τεῖχος τὸ ἐν Μέμφι Καμβύσης,
κατίσας ἐς τὸ προάστειον ἐπὶ λύμῃ τὸν βασιλέα
τῶν Αἰγυπτίων Ψαμμήνιτον, βασιλεύσαντα μῆνας
ἕξ, τοῦτον κατίσας σὺν ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι, διεπει-
2 ρᾶτο αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, ποιέων τοιάδε. στείλας αὐ-
τοῦ τὴν θυγατέρα ἐσθῆτι δουλήϊῃ, ἐξέπεμπε ἐπ'
ὕδωρ ἔχουσαν ὑδρήϊον· συνέπεμπε δὲ καὶ ἄλλας
παρθένους ἀπολέξας ἀνδρῶν τῶν πρώτων, ὁμοίως

Psammenitus, amisso regno, quod sex menses tenuerat, dolorem in sua et liberorum calamitate premit: in amici fortuna misera in gemitum erumpit: movet Croeso et Persis lacrimas: Cambysi misericordiam.

πεντηκοσίας μνέας ἀργυρίου] Atticae si intelligantur minae, quarum sexaginta conficiunt talentum, summa argenti erit octo talentorum et viginti minarum. Haec si ad nostros numos revocaris, existit summa 12064 imperiall. sive 21715 florenn. 14 crucigg. Cf. Wurm De pondd. etc. ratt. pag. 56 seq. et Tab. XIII. XIV. — *αὐτοχειρίῃ* (*suis ipsius manibus*) invenitur quoque I, 140. III, 66. 74.

ταύτας δρασσόμενος] „Rarior constructio. Vid. Schleusneri nov. thes. vet. test. II pag. 200 s. v. δράσσεσθαι. — καταδράττεσθαι etiam genitivum adiunctum habet apud Proclum in Alcib. I cap. 54.“ *Cr.*

Cap. XIV.

κατίσας ἐς τὸ προάστειον] Conf. I, 14 ibiq. nott. Add. V, 25. 26. — *ἐπὶ λύμῃ* invenitur supra II, 121 §. 4, ubi vid.

διεπειρᾶτο αὐτοῦ τῆς ψυχῆς] Koen. ad Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 15 pag. 397 mavult διεπειρέετο. Non addicunt libri scripti, nisi quod unus Sancrofti liber offert διεπειρέατο. Sensum loci sic redde: *animum eius tentabat s. tentare studuit.* Nam in imperfecto inest conatus ac studii significatio. De qua conf. I, 68 ibiq. nott., ne plura. ψυχήν Schweigh. recte interpretatur *animum*, citans VI, 128, ubi eodem sensu Nostrum dixisse putat: διεπειρᾶτο αὐτῶν — τῆς ὀργῆς. Infra III, 119 legitur ἀπεπειρᾶτο γνώμης. — In seqq. ad verba ἐπ' ὕδωρ vid. Matth. Gr. Gr. p. 1169 et Fischer. ad Weller. Gr. Gr. III, b pag. 243. Ad ea verba, quae proxime antecedunt, *Cr.* conf. the Classical Journ. Vol. II p. 582 seq. — ἀπολέξας et quae sequuntur, citat Thomas Magist. p. 54.

3 ἐσταλμένας τῇ τοῦ βασιλέος. ὡς δὲ βοῇ τε καὶ 200
κλαυθμῷ παρῆσαν αἱ παρθένοι κατὰ τοὺς πατέρας, οἱ μὲν ἄλλοι πατέρες ἀνεβόων τε καὶ ἀντέκλαιον, ὁρέοντες τὰ τέκνα κεκακωμένα· ὁ δὲ Ψαμμήνιτος,
4 προϊδὼν καὶ μαθὼν, ἔκυψε ἐς τὴν γῆν. παρεξελθουσέων δὲ τῶν ὑδροφόρων, δεύτερά οἱ τὸν παῖδα ἔπεμπε μετ' ἄλλων Αἰγυπτίων δισχιλίων τὴν αὐτὴν ἡλικίην ἐχόντων, τούς τε αὐχένας κάλῳ δεδεμέ-
5 νους, καὶ τὰ στόματα ἐγκεχαλινωμένους. ἄγοντο

ὡς δὲ βοῇ τε καὶ κλαυθμῷ παρῆσαν αἱ παρθένοι κατὰ τοὺς πατέρας] i. e. *quae cum clamantes et eiulantes advenirent eum in locum* (s. adessent eo loco), *quo patres* (ex adverso ipsis) *erant collocati* s. *considebant.* Retinui παρῆσαν, omnibus fere libris scriptis probatum, et a verbo παρεῖναι ea significatione, de qua diximus ad I, 21, derivandum. Wesselingius e binis libris exhibuerat παρήεσαν, Reiz. et Schaef. παρήϊσαν, quod Matthiae h. l. citans in Gramm. Gr. p. 1154 retinuit, in textu ipso exhibens παρῆσαν (a verbo παριέναι, *praetereundi* opinor significatione, quae mihi quidem ab h. l. aliena videtur, quamquam sic accepisse video Valckenarium). Similis in his verbis confusio I, 62. II, 163. Pro κατά, quod cum recentt. edd. dedimus, plurimi libri παρά, cuius tamen hic nullus esse potest locus. Nam κατὰ in talibus significat *ex adverso*, *contra*, optime monente Valcken., qui citat Herodot. II, 121. III, 86. VI, 101. Thucyd. VIII, 86, alia. Inde Matthiae l. l. vernacule sic reddit: „*da wo ihre Väter sassen.*“ Ad dativos βοῇ τε καὶ κλαυθμῷ eundem conf. Matth. §. 405 not. 2. — In seqq. pro ἀντέκλαιον in Aldina, Florentino libro, aliis, ἀνέκλαιον. Reliqui omnes vulgatum firmant. Paulo post retinui προϊδὼν καὶ μαθὼν, cuius loco e duobus libris Schaefer. προςιδὼν κ. μ. Itidem mox dedi cum reliquis παρεξελθουσέων, ad quod tuendum Wesseling. citat VI, 117 Sophocl. Antigon. 933. Florentinus cum aliis: παρελθουσέων.

τούς τε αὐχένας κάλῳ δεδεμένους] Ita cum Schweigh. et Gaisf. dedi. Vulgo τοὺς δὲ αὐχ. Quod in aliis libris et scriptis et editis post δεδεμένους insertum legebatur ἦγον, id meliorum librorum auctoritate cum iisdem viris doctis abiecimus. Sunt autem participia δεδεμένους et ἐγκεχαλινωμένους per quandam sensus structuram iungenda cum verbis: τὸν παῖδα — μετ' ἄλλων Αἰγυπτίων. — In seqq. cum Schweigh. et Gaisf. edidi ἄγοντο pro vulg. ἤγοντο. Illud Aldina iam praebet liberque Florentinus cum uno Parisino.

δὲ ποινὴν τίσοντες Μυτιληναίων τοῖσι ἐν Μέμφι ἀπο-
λομένοισι σὺν τῇ νηΐ· ταῦτα γὰρ ἐδίκασαν οἱ βα-
σιλήϊοι δικασταὶ, ὑπὲρ ἀνδρὸς ἑκάστου δέκα Αἰγυ-
6 *πτίων τῶν πρώτων ἀνταπόλλυσθαι. ὁ δὲ, ἰδὼν πα-*
ρεξιόντας, καὶ μαθὼν τὸν παῖδα ἀγεόμενον ἐπὶ
θάνατον, τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων τῶν περικατημέ-
νων αὐτὸν κλαιόντων καὶ δεινὰ ποιεύντων, τὠυτὸ

καὶ μαθὼν τὸν παῖδα ἀγεόμενον ἐπὶ θάνατον] Plurimi libri (in quibus Mediceus, Florentinus, Sancrofti liber, alii) cum Wesseling. editione exhibent ἡγεόμενον, quod Matthiae tuetur, tum in nota ad h. l., ubi interpretatur: „*qui ceteros praegrediens, ante ceteros ad mortem ducebatur*", cum ἡγεῖσθαί τινι pervulgatum sit, v. c. VII, 40; tum in Gr. Gr. pag. 430, ubi exponit: *der vorangieng*, alteram lectionem ἀγεόμενον e scribendi errore fluxisse ratus. Et facit huc quodammodo III, 15 init., ubi legimus: ἀλλὰ πρῶτον κατακοπέντα. At nos ex Aldina, binis libris addicentibus cum Schweigh. et Gaisf. hoc ipsum dedimus ἀγεόμενον, quae ionica est forma pro ἀγόμενον. Conf. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 233, Aristotel. Rhett. II, 8. Idem sine cunctatione recipi vult Buttmann. (Gr. Gr. mai. II pag. 31 not. ***), nisi multo verisimilius, hoc ipsum ἀγεόμενον corruptum esse ex ἀγινεόμενον. Probavit quoque Werferus in Actt. phill. Monacc. I p. 269 seq. coll. I pag. 76, idem mox scribi iubens ἐπὶ θανάτῳ (pro ἐπὶ θάνατον), et paulo infra: ἐπὶ θανάτῳ (pro ἐπὶ θάνατον) στείχοντα, cum solemnis fere haec sit formula. Conf. Spohn. ad Isocrat. Panegyric. §. 154 (cap. 41). Wesselingius coniecerat: τὴν ἐπὶ θανάτῳ plane ut Pausan. I, 20 §. 4 dixit; ad quem locum Herodotei loci non immemor fuit doctissimus interpres. Tu conf. supra I, 109 ibiq. nott. Equidem libris invitis nil mutare sum ausus, cum accusativus hac in formula quamquam minus frequens, minime tolli debeat. Monuit Sintenis in Schulzeitung. 1831, II pag. 587, ubi vid.

τὠυτὸ ἐποίησε τὸ καὶ ἐπὶ τῇ θυγατρί] i. e. *idem fecit, quod in filia.* καὶ plures codd. omittunt. Neque tamen eieci particulam, quam in huiusmodi locutionibus Noster relativo pronomini addere solet. Plura Struve l. l. pag. 24. Ad verba ἐπὶ τῇ θυγατρί conf. Viger. pag. 624. In proxime antecedd. δεινὰ ποιεύντων adverte verbum activum, cuius loco crebrius sane invenitur medium verbum hac in formula, quae miros ad motus affectusque, quos quis aliquam rem aegre ferens edit, significandos adhibetur. Conf. III, 155. IV, 33. VII, 1 et quae alia attulit Iacob. ad Lucian.

7 ἐποίησε τὸ καὶ ἐπὶ τῇ θυγατρί. παρελθόντων δὲ καὶ
τούτων, συνήνεικε ὥς τε τῶν συμποτέων οἵ ἄνδρα
ἀπηλικέστερον, ἐκπεπτωκότα ἐκ τῶν ἐόντων, ἔχοντά
τε οὐδὲν, εἰ μὴ ὅσα πτωχὸς, καὶ προσαιτέοντα τὴν
στρατιὴν, παριέναι Ψαμμήνιτόν τε τὸν Ἀμάσιος,
καὶ τοὺς ἐν τῷ προαστείῳ κατημένους τῶν Αἰγυ-
8 πτίων. ὁ δὲ Ψαμμήνιτος ὡς εἶδε, ἀνακλαύσας μέ-
γα, καὶ καλέσας οὐνόματι τὸν ἑταῖρον, ἐπλήξατο
9 τὴν κεφαλήν. Ἦσαν δ' ἄρα αὐτοῦ φύλακοι, οἳ τὸ
ποιεύμενον πᾶν ἐξ ἐκείνου ἐπ' ἑκάστῃ ἐξόδῳ Καμ-
10 βύσῃ ἐσήμαινον. θωυμάσας δὲ ὁ Καμβύσης τὰ
ποιεύμενα, πέμψας ἄγγελον, εἰρώτα αὐτὸν, λέγων
11 τάδε· „Δεσπότης σε Καμβύσης, Ψαμμήνιτε, εἰ-
ρωτᾷ, διότι δὴ τὴν μὲν θυγατέρα ὁρέων κεκακωμέ-
νην, καὶ τὸν παῖδα ἐπὶ θάνατον στείχοντα, οὔτε ἀνέ-
βωσας, οὔτε ἀπέκλαυσας· τὸν δὲ πτωχὸν, οὐδέν σοι
προσήκοντα, ὡς ἄλλων πυνθάνεται, ἐτίμησας;“ Ὁ μὲν

Toxar. cap. 33 pag. 111. Itaque haud scio an IX, 33 praeferenda sit Florentini libri et aliorum quorundam lectio: δεινὰ ἐποίευν, ubi Wesselingius ob IX, 52. 93 praetulit δεινὰ ἐποιεῦντο, quod bini libri offerunt. Ad verba seqq. σ υ ν ή ν ε ι κ ε ὥ σ τ ε conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1038 et supra III, 4.

ἄνδρα ἀπηλικέστερον] i. e. *virum aetate provectiorem.* Glossa Herod. reddit πρεσβύτερον. — In seqq. retinui ὡς εἶδε, cuius loco Gaisf. cum Schaefero ὡς ἴδε, uno Sancrofti libro addicente, qui exhibet ὡ ς ἴ δ ε ν. — Pro τὸ ποιεύμενον πᾶν Wass. ad Thucyd. I, 143 scribi voluit: τὸ π. ἅ π α ν, quod idem praebent Sancrofti liber ac Vindobonensis. Quo tamen vix opus.

οὔτε ἀπέκλαυσας] Aldina et Mediceus liber: ἀ ν έκλαυσας. Vulgatam tuetur Wesseling. laudans II, 121. Aeschyl. Prometh. 638. Sophocl. Oed. Tyr. 1466. Philoctet. 709 et Procopium sollertem priscorum scriptorum aemulatorem, hoc verbo ἀποκλαύειν frequentissime utentem. Infra III, 65 utrumque ἀνακλαίειν et ἀποκλαίειν promiscue ponitur.

ὡς ἄλλων πυνθάνεται] i. e. *ut ex aliis cognovit.* Aldina, Florentinus liber cum binis aliis: πυνθάνομαι, quod Schweigh., qui in textu retinuit πυνθάνεται, vehementer placet, cum regis scilicet verbis homo loquatur et in seqq. quoque sic re-

12 δὴ ταῦτα ἐπειρώτα, ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε· „Ὦ παῖ Κύρου, τὰ μὲν οἰκήϊα ἦν μέζω κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν· τὸ δὲ τοῦ ἑταίρου πένθος, ἄξιον ἦν δακρύων· ὃς ἐκ πολλῶν τε καὶ εὐδαιμόνων ἐκπεσὼν, 201
ἐς πτωχηΐην ἀπῖκται ἐπὶ γήραος οὐδῷ." Καὶ ταῦτα

---

spondeat Psammitichus, ac si cum ipso rege praesenti colloqueretur. Mihi hoc speciosius quam verius videtur. Matth. exhibuit πυνθάνομαι. Ad verba μέζω κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν (ubi ἢ abest a Florentino binisque aliis) conf. Matth. Gr. Gr. §. 448, b. Alia exempla locutionis, in qua ὥστε omitti quoque potest, ad h. ipsum locum collegit Valcken.

ἐπὶ γήραος οὐδῷ] *in limine senectutis*, de iis, qui ad extremam pervenerunt senectutem aut proxime ad eam accedunt. Qua formula Homerica (conf. v. c. Il. XXII, 60. XXIV, 486. Od. XV, 346) nec Plato nec alii abstinuerunt. Tu conf. Ast. ad Platon. Polit. I, 2 pag. 326. 327. — Paulo antea pro πένθος Valckenaerio magis placet πάθος, quod unus suppeditat liber. Nos eam secuti sumus lectionem, quae optimorum librorum probatur consensu.

καὶ ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ὑπὸ τούτου κ. τ. λ.] Sensus verborum expeditus, structura grammatica maxime impedita; quam ut expediret, Schweigh. ἀπενειχθέντα participium pro verbo finito positum videri statuit; quamquam quos affert locos ad hanc structuram probandam VI, 31. 79, ii maxime videntur esse alieni. Ad eandem ferme rationem Steger. hunc locum explicat, ad ἀπενειχθέντα supplendo ἦν, quod idem valeat atque ἀπενείχθη. Sed in praefatione pag. XII seqq. hoc ei displicere dicit; rescribi mavult ὦν (pro ὡς), quae particula apud Herodotum ad orationem continuandam inserviat. Pro ὑπὸ τούτου, quod ad nuntium a Cambyse missum pertinet, idem legi vult τὰ ἀπὸ τούτου, i. e. *quae ab hoc* (sc. Psamminito) *proficiscebantur, quae ab hoc dicta erant!* Nobis placet apodosin exordiri a verbis ὡς δὲ λέγεται κ. τ. λ., a quibus ipsis infinitivi sequentes δακρύειν κ. τ. λ. pendent eâ structurâ, quam ad I, 58 attigimus; ad protasin, quam ego mihi constituo e verbis: καὶ ταῦτα ὡς — εἰρῆσθαι, vel idem verbum λέγεται supplendum vel infinitivus explicandus secundum eam rationem, de qua Matth. Gr. Gr. §. 538. Itaque is fere loci sensus esse videtur: *Cum haec, relata a nuntio ad regem, bene isti dicta viderentur, Croesus, ut Aegyptii quidem ferunt, lacrymas fudit* etc. Matthiae, qui eodem fere modo locum interpretando constituit, hoc tamen adiicit, ne sic quidem constructionem recte procedere, cum verba δακρύειν μὲν Κροῖσον κ. τ. λ. opposita videantur verbis

ὡς ἀπενειχθέντα ὑπὸ τούτου, εὖ δοκέειν οἱ εἰρῆ-
13 σθαι. ὡς δὲ λέγεται ὑπ' Αἰγυπτίων, δακρύειν μὲν
Κροῖσον, ἐτετεύχεε γὰρ καὶ οὗτος ἐπισπόμενος Καμ-
βύσῃ ἐπ' Αἴγυπτον, δακρύειν δὲ Περσέων τοὺς πα-
ρεόντας· αὐτῷ τε Καμβύσῃ ἐσελθεῖν οἶκτόν τινα,
καὶ αὐτίκα κελεύειν τόν τέ οἱ παῖδα ἐκ τῶν ἀπολ-
λυμένων σώζειν, καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ προαστείου ἀνα-
15 στήσαντας, ἄγειν παρ' ἑωυτόν. Τὸν μὲν δὴ παῖδα
εὗρον οἱ μετιόντες οὐκέτι περιεόντα, ἀλλὰ πρῶτον
κατακοπέντα· αὐτὸν δὲ Ψαμμήνιτον ἀναστήσαντες,
ἦγον παρὰ Καμβύσεα· ἔνθα τοῦ λοιποῦ διαιτᾶτο,
2 ἔχων οὐδὲν βίαιον. εἰ δὲ καὶ ἠπιστήθη μὴ πολυ-

Ductus ad Cambysem, et cum eo vivens, nova moliri convictus, moritur poto sanguine taurino: Persarum humanitas in regum etiam defectorum liberos:

---

antecedentibus εὖ δοκέειν κ. τ. λ. et narrationi aliorum contraria Aegyptiorum narratio. Quare particulam ὡς, quam Schaeferus mutaverat in ὧς, prorsus sublatam vult. Mihi neutrum placet. Nec sane eam h. l. vim particulae δέ (in verbis ὡς δὲ λέγεται) esse crediderim, ut iam diversa ab aliis Aegyptiorum narratio cogitari debeat.

ἐτετεύχεε γὰρ καὶ οὗτος ἐπισπόμενος] De re conf. I, 89 ibiq. nott. De forma et significatione plusquamperfecti ἐτετεύχεε conf. Matth. Gr. Gr. pag. 491 et Lobeck. ad Phrynich. pag. 395. Namque Attici hac forma, hac verbi substantivi notione (valet enim h. l. *erat*), usi non sunt; apud posterioris aetatis scriptores haec forma tum in verbo simplici tum in compositis saepius reperitur. Pro ἐπισπόμενος male olim ἐπισπώμενος. Tu vid. nott. ad I, 91. Cr. conf. Thucydid. IV, 35 ibiq. Poppo. pag. 74 et annotat. suam ad Plotin. pagina 494. infr. Ad seqq. verba: αὐτῷ τε Καμβύσῃ ἐσελθεῖν conf. Matth. Gr. Gr. pag. 736 et ad verba: τόν τέ οἱ παῖδα nott. ad I, 34. — οἱ ἀπολλύμενοι ii sunt, *qui ad mortem destinati erant.*

Cap. XV.

εἰ δὲ καὶ ἠπιστήθη μὴ πολυπρηγμονεῖν] ἦν quod e Wesselingii editione in posteras edd. irrepsit, cum Schweigh. et Gaisf. mutavi in εἰ, non aliter atque III, 69, iubente quoque Werfero in Actt. phill. Monacc. I pag. 100. — Pro ἠπιστήθη Schaefer. edidit ἐπιστήθη, quod idem offert Sancrofti liber; reliqui omnes ἠπιστήθη, quod Wesselingius cum Porto aliisque (v. c. Fischer. ad Weller. II p. 297) a verbo ἐπίσταμαι derivans, scribi mavult πολυπραγμονῶν, quod ipsum Sancrofti liber ac Vindobonensis exhibent; ut hic fere sit loci sensus ex Vallae interpretatione: „*qui si compertus etiam fuisset, non affectasse res novas.* Quam in-

Thannyras Inari F. et Pausiris Amyrtaei F. reges beneficiarii, alter Libyae, alter Aegypti, ab a. 458.

προηγμονεῖν, ἀπέλαβε ἂν Αἴγυπτον, ὥστε ἐπιτρο-
πεύειν αὐτῆς. ἐπεὶ τιμᾶν ἐώθασι Πέρσαι τῶν βα-
σιλέων τοὺς παῖδας· τῶν, ἢν καί σφεων ἀποστέω-
σι, ὅμως τοῖσί γε παισὶ αὐτῶν ἀποδιδοῦσι τὴν ἀρ-
3 χήν. πολλοῖσι μέν νυν καὶ ἄλλοισι ἔστι σταθμώσα-
σθαι, ὅτι τοῦτο οὕτω νενομίκασι ποιέειν· ἐν δὲ δὴ
καὶ τῷδε, τῷ Λίβυος Ἰνάρω παιδὶ Θαννύρᾳ, ὃς
ἀπέλαβε τήν οἱ ὁ πατὴρ εἶχε ἀρχήν· καὶ τῷ Ἀμυρ-

---

terpretationem tam duram quam vitiosam merito iudicat Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 106; nam nullibi, quantum scimus, hic aoristus verbi ἐπίσταμαι passiva invenitur notione. Quare Werferus activam verbi notionem tenens, locum sic reddit: *si autem scivisset non moliri res novas.* Quod mihi quidem aeque durum esse videtur, ut malim facere cum H. Stephano (in Thes. L. Gr. III pag. 140) et Schweigh., qui ἠπιστήθη a verbo ἀπιστέω deducunt, eumque fere loci sensum esse volunt: *nisi creditum esset, eum res novas moliri* s. *qui nisi compertus fuisset, res novas moliri, Aegyptum recepisset.*" Particula μὴ ante πολυπραγμονεῖν eodem modo posita, quo I, 68 fin., ubi vid. nott. Schwgh. praeterea citat Thucyd. I, 10. II, 101.

ἢν καί σφεων ἀποστέωσι] Vulgo εἰ καὶ, cuius loco cum Schweigh. et Gaisf. pluribus e libris recepimus ἢν καί σφ. prouti quoque voluit Werfer. l. l. pag. 235, particulam εἰ coniunctivo apud Herodotum iungi negans. Cf. Matth. Gr. Gr. pag. 1020 seq.

ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε] δὴ a pluribus abest libris scriptis. Cf. II, 43. Hoc loco nolim eiicere voculam. — Paulo ante νενομίκασι valet: *in usu habent*, *solent*, ut I, 131. 133. II, 42 etc. Pro ἐστι rescripsi ἔστι. — Iis vero, quae h. l. veteres Persae in rebelles victos, reges principesve agere dicuntur, contraria prorsus recentiores Persas agere, ex Agath. Hist. IV, 24 fin. apparet. — In seqq. in plerisque libris desunt verba τῷ Λίβυος, meà quidem sententià maxime retinenda, cum valeant: *Thannyrae filio Inari regis Libyum.* Conf. III, 12 ibiq. nott. Ad verba τήν οἱ ὁ πατὴρ εἶχε ἀρχήν conf. I, 34 et supra III, 14.

καὶ τῷ Ἀμυρταίου Παυσίρι] Neminem fugit, hunc locum maxime valere ad tempus constituendum, quo Herodotus et vixerit et historiam conscripserit. Conf. Dahlmann. Herodot. pag. 46, coll. Heyse Quaest. pag. 76. Quum enim auctore Eusebio in Chron. can. p. 172 Amyrtaeum, qui undecimo anno, ex quo Darius Nothus regnavit (s. inde ab anno 423), seditionem contra Persas movisse et per sex annos usque ad mortem tenuisse dici-

ταίου Παυσίρι· καὶ γὰρ οὗτος ἀπέλαβε τὴν τοῦ
4 πατρὸς ἀρχήν. καίτοι Ἰνάρω τε καὶ Ἀμυρταίου
οὐδαμοί κω Πέρσας κακὰ πλέω ἐργάσαντο. νῦν δὲ 202
μηχανώμενος κακὰ ὁ Ψαμμήνιτος, ἔλαβε τὸν μισθόν·
5 ἀπιστὰς γὰρ Αἰγυπτίους ἥλω. ἐπεί τε δὲ ἐπάϊστος
ἐγένετο, ὑπὸ Καμβύσεω αἷμα ταύρου πιὼν, ἀπέθανε παραχρῆμα. οὕτω δὴ οὗτος ἐτελεύτησε.

16 Καμβύσης δὲ ἐκ Μέμφιος ἀπίκετο ἐς Σάϊν πόλιν, βουλόμενος ποιῆσαι τὰ δὴ καὶ ἐποίησε. ἐπεί τε

Cambyses lacerat Amasidis cadaver, et eo cremando violat re-

---

tur, obiisse intelligamus Olymp. XCIII, 1, sive 408 a. Chr. n. (quo eodem anno Medi defecisse dicuntur Nostro I, 130, ubi vid. notatt.); Herodotum inde patet vitam prorogasse usque ad Darii Nothi tempora. Syncellum si sequamur Chronograph. p. 205, secundo anno, ex quo Darius Nothus regnavit, descivit Amyrtaeus imperiumque sustinuit sex per annos; unde coniicias licet, anno 416 a. Chr. n. mortuum esse Amyrtaeum. Quam tamen utramque et Eusebii et Syncelli sententiam reiiciens Wesseling. ex locis supra laudatis Thucydidis, Ctesiae, Diodori (XI, 74. 77) liquere ait, circa Olymp. LXXIX s. 462 a. Chr. n. Inarum et Amyrtaeum a Persis descivisse, ita ut utriusque defectio prior certe fuerit bello Peloponnesiaco. Quem sequitur Gottleber. ad Thucydid. I, 110, Larcher. tum in not. ad h. l., tum in tab. chronolog. pag. 103. 653, ipseque secutus sum ad Ctesiae fragmm. pag. 121 et supra in annotat. ad II, 140, ubi circa annum 458 Amyrtaeum Aegyptiis post Inarum praefuisse posui; minus recte, cum Inarus anno demum 457 s. 456 a. Chr. n. obierit, auctore Dahlmanno l. l. pag. 39. Quare Wesselingium Inari et Amyrtaei tempora, valde illa quidem inter se distantia, confudisse et ad unum idemque tempus utrumque Aegyptiorum ducem retulisse nunc malim statuere.

νῦν δὲ μηχανώμενος] De usu particularum *νῦν δὲ* conf. nott. ad III, 25. In seqq. verba: *ἐπεί τε δὲ ἐπάϊστος ἐγένετο ὑπὸ Καμβύσεω* valent: *postquam a Cambyse fuit detectus* s. *ubi Cambyses eum defecisse cognovit.* Glossa Herodotea *ἐπάϊστος* exponit: *φανερός*. Tu conf. VI, 74. VII, 146. VIII, 128.

αἷμα ταύρου πιὼν] Simili modo Tanyoxarces interficitur, sumto sanguine taurino, quem letiferum esse constans fuit veterum opinio. Vid. Ctes. Excerptt. Perss. §. 10 et nott. pag. 128, ibique schol. ad Nicandr. Alexipharm. 312, in quibus ratio redditur, cur mortem afferat iste potus.

ligionem tum Persarum, tum Aegyptiorum: an cadaver Amasidis fuerit.

γὰρ ἐσῆλθε ἐς τὰ τοῦ Ἀμάσιος οἰκία, αὐτίκα ἐκέλευε
2 ἐκ τῆς ταφῆς τὸν Ἀμάσιος νέκυν ἐκφέρειν ἔξω. ὡς 95
δὲ ταῦτά οἱ ἐπιτελέα ἐγένετο, μαστιγοῦν ἐκέλευε, καὶ
τὰς τρίχας ἀποτίλλειν, καὶ κεντοῦν τε, καὶ τἄλλα

Cap. XVI.

ἐς τὰ τοῦ Ἀμάσιος οἰκία] οἰκία apud Herodotum in plurali de regum aedibus palatiisve dici in Lex. Herodot. annotat Schweigh. citans I, 35. 41. 44. 98. III, 53. 140. Ad ipsam rem conf. II, 169 et III, 10, unde forsitan quis h. l. intelligere mavult τὰ οἰκία de amplissima illa aede sacra, cui privatae aedes Amasidis adstructae fuerint ipsumque sepulcrum. „De regibus Aegypti non solum in hypogaeis (sepulcris) regiis, sed etiam in locis sacris, templis sepeliri solitis, ut Osymandyas apud Diodor. cf. Descript. de l'Egypt. T. II pag. 154." *Cr.* — In seqq. ἐκφέρειν ἔξω ad eandem orationis refero abundantiam quandam, quâ infra III, 75 legitur: ἀνακτᾶσθαι ὀπίσω, ubi antea eadem in re verbo uno semper Noster erat usus et VII, 225: ἀνεχώρουν ὀπίσω. Add. V, 27. IV, 30: ὀπίσω ἀπελαύνουσι. IV, 33. 43. III, 135; itemque apud Thucydidem I, 23: τὰς αἰτίας προέγραψα πρῶτον, uti nunc recte legitur; I, 29: προπέμψαντες κήρυκα πρότερον πόλεμον προεροῦντα. Add. VIII, 66 et cf. Herod. III, 49: πρότεροι — ἦρξαν.

ὡς δὲ ταῦτά οἱ ἐπιτελέα ἐγένετο] i. e. *cum haec perfecisset.* Locutio satis frequens apud Herodotum; conf. I, 117. 124. III, 141. IV, 4. 5. V, 107. VII, 30, quae citat Schweigh. in Lex. Herod. Voculam οἱ cum recentt. edd. retinui. — Pro κεντοῦν Sancrofti liber et Dio Chrysostom. XXXVII p. 467 praebent κεντροῦν.

τὰς τρίχας ἀποτίλλειν] „Quod Noster capillum Amasidis evulsum memorat, facere quidem cum eo videri potest quodammodo Diodorus Siculus I, 91 itidem pilos in superciliis et palpebris cadaverum medicatorum servatos memorans: verumtamen quae ipse Noster altero loco II, 36 refert, ita moverunt Caylum, Com., ut p. 127 Diodoro prorsus derogandum hac in causa existimaret, ut incredibilia narranti. Heynio contra (in Spicil. Antiqq. numm. pag. 94 seqq.) verisimilia videntur, ut cui in mentem venisset nostri loci; Boettigerus (Ideen z. Archaeol. d. Mahler. p. 67) medium sequi maluit et addubitare. Nec minus de ea re disputavit Zoega De obeliscc. pag. 256 sqq. Quae mihi nunc confecta videtur. Etenim capillum in medicatis corporibus residuum arguunt mumiarum vetustissimarum crania, e cryptis Thebaicis eruta. Lege mihi quae posuit Iomardus (Descr. de l'Egypt. Antiqq. II p. 344 seqq.). Qui quidem in mumiis non solum ca-

3 πάντα λυμαίνεσθαι. ἐπεί τε δὲ καὶ ταῦτα ἔκαμον
ποιεῦντες, (ὁ γὰρ δὴ νεκρὸς, ἅτε τεταριχευμένος,
ἀντεῖχέ τε καὶ οὐδὲν διεχέετο,) ἐκέλευσέ μιν ὁ Καμ-
4 βύσης κατακαῦσαι, ἐντελλόμενος οὐκ ὅσια. Πέρσαι

---

pilli reliquias reperit, sed cincinnatum plane capillum ipsum apteque compositum. Ac suffragatur eius observationibus ipsius civis ac sodalis Rouyerius (ibid. Livr. X p. 208). Ille vero eam rem dicit etiam confirmari aliquot Aegyptiorum figuris, quas anaglypha opera Thebaica picturaeque exhibeant." *Creuzer.* (Commentt. Herodd. p. 363.) — Caeterum iure h. l. quaeras, quî factum sit, ut Cambyses plane contra Persarum morem et consuetudinem in Aegyptios tantopere saevierit. Cuius rei causam plerumque a sacris utrique populo maxime diversis cum repetant indeque exortâ inimicitiâ, quae eadem post seditionum multarum apud Aegyptios quoque fuerit causa; Heerenius (Ideen II, 2 pag. 408) melius hoc inde explicari posse censet, ut, quae a Persis commissa fuerint, in sacerdotes potissimum acta fuisse cogitemus, quorum potentiam minui adeoque frangi Persarum victorum maxime interfuerit. Vix enim Persas latere potuit, quantum in Aegyptiorum gente universa valerent sacerdotes quantamque vim illi in reliquos Aegyptios omnium ordinum exercerent; ut inde quoque fiat credibile, a sacerdotibus praecipue excitatas fuisse turbas istas ac seditiones, quas frequentes postmodo in Aegypto exortas esse accepimus.

ὁ γὰρ δὴ νεκρὸς — οὐδὲν διεχέετο] i. e. *corpus, quippe medicatum, resistebat ac nullo modo diffluebat.* Unde patet, generosissimis medicamentis primoque conditurae genere regis corpus fuisse conditum. Ac monuit ipse Noster de variis conditurae generibus II, 86 seq., ubi vid. nott. De voce ταριχεύειν monuimus ad II, 85. διαχεῖσθαι de *corpore* s. *cadavere dilabente, diffluente* occurrit quoque in loco Aeneae Gazaei in Theophrast. p. 68, quem excitavit Creuzer. in Commentt. Herodd. pag. 11. 12.

ἐντελλόμενος οὐκ ὅσια] De ignis cultu apud Persas omnia constant. Quae vero h. l. memorantur, cum iis comparentur, quae ad Ctesiae fragmm. Perss. pag. 103 annotavi, citata supra ad I, 86, ubi vid., itemque ad alterum Ctesiae locum Exceptt. Perss. §. 57 („καὶ περὶ τοῦ θάψαντος τὸν πατέρα διὰ τοῦ πυρὸς, παρὰ τὸν νόμον") pag. 205. Ex quibus opinor satis patebit, cremare cadavera Persis summum visum fuisse nefas. Nec magis ex hoc Herodoti loco concludi poterit, quod voluit vir doctus in libro, qui inscribitur Hermes, Tom. XXXI, 1 pag. 100, Persas prius quidem, cum scilicet Cy-

γὰρ θεὸν νομίζουσι εἶναι πῦρ. τὸ ὦν κατακαίειν γε τοὺς νεκροὺς οὐδαμῶς ἐν νόμῳ οὐδετέροισί ἐστι· Πέρσῃσι μὲν, δι' ὅπερ εἴρηται, θεῷ οὐ δίκαιον εἶναι λέγοντες νέμειν νεκρὸν ἀνθρώπου· Αἰγυπτίοισι δὲ νενόμισται πῦρ θηρίον εἶναι ἔμψυχον, πάντα δὲ αὐτὸ κατεσθίειν τά περ ἂν λάβῃ, πλησθὲν δὲ αὐτὸ τῆς βορῆς συναποθνήσκειν τῷ κατεσθιομένῳ.
5 οὔκων θηρίοισι νόμος οὐδαμῶς σφί ἐστι τὸν νέκυν διδόναι· καὶ διὰ ταῦτα ταριχεύουσι, ἵνα μὴ κείμε-

---

rus Croesum igne comburi vellet, alia sacra ac Medico-Zoroastrica, Cambysis aetate demum recepta, esse secutos. Quid enim de ista narratione de Cyro Croesum comburi iubente iudicandum sit, diximus ad I, 86.

νομίζουσι εἶναι πῦρ] Articulum τό, quem et h. l. et paulo inferius, ubi idem vocabulum exstat, praeponunt ante πῦρ, ex uno Stobaeo (p. 123, 13) receptum, cum Schweigh. et Gaisf. delevi. Nam a reliquis libris omnibus abest. Eosdem viros secutus, mox exhibui: τὸ ὦν κατακαίειν γε τοὺς νεκροὺς, ubi libri scripti et editi plerique τε exhibent. — Exscripsit haec Stobaeus Tit. 123, 13 pag. 583 s. T. III p. 491 Gaisf.

δι' ὅπερ εἴρηται] i. e. eam ob causam, quam modo attuli, sacrum a Persis haberi ignem dictitans deumve, cui tradere corpus humanum (depascendum sc. et consumendum) nefas esse arbitrentur. Ad verba νέμειν πυρὶ conf. IX, 7, 1. VI, 33. Pro λέγοντες quod quidam exhibent λέγουσι (ut cum Πέρσῃσι scilicet conveniat), id noli recipere. Similis structurae exempla affert Wesseling. Herodot. VI, 13. VII, 144. Add. Duker. ad Thucydid. VII, 42. 70.

θηρίον εἶναι ἔμψυχον] Laudat Wesseling. de Aegyptiorum Vulcano, ignis ac plerarumque artium inventore, Diodor. Sicul. I, 12. 13, Nicandr. Alexipharm. 175 et Plutarch. Sympos. VII p. 703, ubi Chaeronensis philosophus quaerens, cur sacer sit habitus ignis, haec disputat plane congrua cum Aegyptiorum doctrina: οὐδὲν γὰρ ἄλλο μᾶλλον ἐμψύχῳ προσέοικεν ἢ πῦρ κινούμενόν τε καὶ τρεφόμενον δι' αὑτοῦ καὶ τῇ λαμπρότητι δηλοῦν ὥσπερ ἡ ψυχὴ καὶ σαφηνίζον ἅπαντα." Nec aliter fere Stoici; namque „Zenoni animus ignis videtur" teste Cicerone Tusc. Quaestt. I, 9. Plura hanc in rem Creuzer. ad Ciceron. De nat. deor. III, 14, qui idem nunc addit haec: „Plotino contra, et ipsi Aegyptio homini, sed philosopho, ἄψυχον τὸ πῦρ παρ' αὐτοῦ IV, 7. 2, quae componenda sunt cum I, 6. 3 et VI, 7. 2."

καὶ διὰ ταῦτα ταριχεύουσι] Conf. quae de conditura expo-

νος ὑπὸ εὐλέων καταβρωθῇ. οὕτω δὴ οὐδετέροισι
6 νομιζόμενα ἐνετέλλετο ποιέειν ὁ Καμβύσης. Ὡς μέν-
τοι Αἰγύπτιοι λέγουσι, οὐκ Ἄμασις ἦν ὁ ταῦτα
παθών, ἀλλὰ ἄλλος τῶν τις Αἰγυπτίων, ἔχων τὴν
αὐτὴν ἡλικίην Ἀμάσι· ᾧ λυμαινόμενοι Πέρσαι, ἐδό-
7 κεον Ἄμασιν λυμαίνεσθαι. λέγουσι γάρ, ὡς πυθό-
μενος ἐκ μαντηΐου ὁ Ἄμασις τὰ περὶ ἑωυτὸν μέλλοι
ἀποθανόντα γίνεσθαι, οὕτω δὴ ἀκεόμενος τὰ ἐπι- 203
φερόμενα, τὸν μὲν ἄνθρωπον τοῦτον, τὸν μαστι-
γωθέντα, ἀποθανόντα ἔθαψε ἐπὶ τῇσι θύρῃσι ἐν-
τὸς τῆς ἑωυτοῦ θήκης, ἑωυτὸν δὲ ἐνετείλατο τῷ
8 παιδὶ ἐν μυχῷ τῆς θήκης ὡς μάλιστα θεῖναι. αἱ

---

suimus in Excurs. VI ad II, 85 pag. 910. — In seqq. εὐλέων Glossa Herodotea exponit σκωλήκων.

οὐκ Ἄμασις ἦν ὁ ταῦτα παθών] Valcken. conf. Dion. Chrysost. Orat. 37 p. 466 seqq. haec deridentem et Diodor. Sic. de Virtt. et Vit. T. II p. 556 ed. Wess. — Verba seqq. ἔχων τὴν αὐτὴν ἡλικίην Ἀμάσι, recte Schweigh. sic reddidit: *eiusdem cum Amasi staturae.* Nam ἡλικίην h. l. non tam *aetatem,* quam *staturam, formam corporis* significare, recte monuit Larcherus, citans IV, 111, ubi plura Coraës. Italus interpres, cum infra III, 50 Herodotus vocem ἡλικίης sensu *aetatis* adhibuerit cumque aetatis similitudo ad *formae* et *staturae* similitudinem valuerit, utrumque exprimere maluit, vertens: *età e statura.*

ᾧ λυμαινόμενοι — Ἄμασιν λυμαίνεσθαι] ᾧ in τῷ mutatum vult Struve Spec. I Quaest. de Herod. dialect. p. 27 seq., cum Herodotus in hisce semper ea pronominis forma utatur, quae a consonante incipiat. Nos, libris omnibus adversantibus, nihil mutare sumus ausi. — Ἄμασιν pro Ἀμάσι scripsimus cum recentt. edd. plurimorum ob codicum auctoritatem. Nam utraque structura apud Herodotum usitata. Conf. Matth. Gr. Gr. p. 718. 760. — In seqq. pro μέλλοντα cum Schaef. et Gaisf. reposuimus μέλλοι, quod Vindobonensis liber praebet. In Sancrofti libro exstat μέλλει. — τὰ ἐπιφερόμενα sunt *eventura, imminentia,* ut I, 209.

ἐντὸς τῆς ἑωυτοῦ θήκης] Male quidam libri ἐκτός. Vid. supra II, 169. 170. Ad vocem θήκης conf. II, 42 fin. Verba αἱ ἐς τὴν ταφήν τε καὶ τὸν ἄνθρωπον ἔχουσαι valent: *quae ad sepulturam spectant;* ut II, 53, ubi vid. nott. Add. III, 82, 126 alia, quae suppeditabit Schweigh. in Lex. Herodot. — In seqq. ἀρχήν valet *omnino,* ut I, 193. II, 95 alibi.

μέν νυν ἐκ τοῦ Ἀμάσιος ἐντολαὶ αὗται, αἵ ἐς τὴν ταφήν τε καὶ τὸν ἄνθρωπον ἔχουσαι, οὔ μοι δοκέουσι ἀρχὴν γενέσθαι, ἀλλ᾽ ἄλλως αὐτὰ Αἰγύπτιοι σεμνοῦν.

17 Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐβουλεύσατο τριφασίας στρατηΐας, ἐπί τε Καρχηδονίους, καὶ ἐπὶ Ἀμμωνίους, καὶ ἐπὶ τοὺς Μακροβίους Αἰθίοπας,

Bellum Cambyses facere statuit et Carthaginiensibus, et Ammoniis, et Aethiopibus.

ἀλλ᾽ ἄλλως αὐτὰ Αἰγύπτιοι σεμνοῦν] Particulam *ἀλλὰ*, quae a Florentino et quatuor Parisinis abest, eiecerunt Schweigh. et Gaisf., scribentes *ἄλλως δ᾽ αὐτὰ Α. σ.* Nos vero cum Matth. particulam δ᾽, quae a Sancrofti libro et Vindobonensi abest, eiicere maluimus. Nam Wesselingii lectio: *ἀλλ᾽ ἄλλως δ᾽ αὐτὰ Αἰγ. σ.* meo quidem iudicio servari non potuit. — *σεμνοῦν* eodem significatu I, 95.

Cap. XVII.

καὶ ἐπὶ τοὺς Μακροβίους Αἰθίοπας, οἰκημένους δὲ Λιβύης ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ] Extrema verba sic vertit Schweigh.: *ad australe Libyae mare habitantes.* At Letronne (Journ. d. Savans 1817 pag. 97) Vallae praefert interpretationem: *qui Africam ad australe mare incolunt;* ita ut genitivus *Λιβύης* pendeat ab *οἰκημένους*, cui verbo adiiciatur genitivus vel addita vel omissa praepositione. Quod mihi quidem haud persuasit vir doctus, cum, quem attulit Procopii locum De bell. Goth. pag. 308 C., eum huc pertinere non credam, nec magis locos a Bastio, quem ille citat, allatos in Epist. critic. pag. 74. De sensu participii *οἰκημένος* conf. nott. ad I, 27. Add. Siebelis ad Pausan. I, 33 §. 4. — *ἡ νοτίη θάλασσα* hic de australi oceano s. Indico intelligendum, ut II, 11. 158, ubi vid. nott. Conf. Schlichthorst Geogr. Afric. Herod. pag. 18. Rennel. l. l. pag. 462. 572 et Heeren. Ideen II, 1 pag. 337 not., qui Herodoti verba sic exponit: „*jenseits dem Eingange des Arabischen Meerbusens, an dem Indischen Meere*"; igitur extra sinum Arabicum et fretum Babel Mandeb, quod vulgo dicitur, in Africae ora orientali ad Indicum oceanum. Moneo propter Larcherum, qui in Tab. geograph. pag. 210 hic de Arabico sinu cogitat. Quin nuper exstitit Maltebrun (in Nouvell. Annall. d. Voyag. T. V, P. II, 1820. Paris p. 361 sqq. notante Cr.), qui Herodoto accuratam sinus Arabici notitiam fuisse omnino negans, quippe quem haud raro maris australis significatione comprehenderit, Heerenium et Larcherum, quamvis diverse statuentes falsos esse contendit, ita scilicet iudicans ob eam, quam ipse sibi formavit mente opinionem de *Macrobiorum* sedibus. Ac de hac gente eiusque sedibus disputare longum, certique quid

2 οἰκημένους δὲ Λιβύης ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ. βουλευομένῳ δέ οἱ ἔδοξε, ἐπὶ μὲν Καρχηδονίους τὸν ναυτικὸν στρατὸν ἀποστέλλειν· ἐπὶ δὲ Ἀμμωνίους, τοῦ πεζοῦ ἀποκρίναντα· ἐπὶ δὲ τοὺς Αἰθίοπας, κατόπτας πρῶτον, ὀψομένους τε τὴν ἐν τούτοισι τοῖσι Αἰθίοψι λεγομένην εἶναι ἡλίου τράπεζαν, εἰ ἔστι ἀληθέως, καὶ πρὸς ταύτῃ τὰ ἄλλα κατοψομένους·

---

statuere perquam difficile. Quod enim olim Macrobios ad tribum quandam (nunc nominari dicunt Shangallas) auctore Bruce, celeberrimo peregrinatore, retulerunt, id quamvis nuper ab eodem Maltebrun. l. l. pag. 360 (ubi Macrobios ab Ichthyophagis longe remotos fuisse negat) denuo susceptum, falsum reperitur monentibus Larchero et Heerenio, cum ista gens infra regionem auriferam Gaba et Nuba ad utramque Nili ripam, septentrionem versus a Fazukla habitet, et quidem media in terra procul a mari, nec unquam in urbes coacta, nec ad vitam magis civilem, qualem Macrobios egisse satis ostendit ipsa Herodoti narratio, traducta. Herodoti Macrobii ad mare sedes habere dicuntur, in maxime remotis terrarum orbis partibus (III, 114), ad quos Cambyses iter faciens, quintam modo viae partem explevit, cum re infecta (III, 25) redeundum esset. Quare vix dubium, magis meridiem versus sedes Macrobiorum esse quaerendas, ut recte statuit Heeren. l. l. pag. 337, qui Cosmae narrationem de terra Susa (quod nomen iam duobus post Herodotum saeculis frequens reperitur), auri illâ quidem plenâ ad hanc de Macrobiis narrationem referens, Macrobios hac ipsa in terra ad oram maritimam prope promontorium Gardefan, in terra, quam nunc tenent *Samalis*, sedes habuisse ponit. Vid. Ideen I, 1 p. 337 seqq. p. 345. Idemque monet vir doctus, ea, quae Herodotus enarret, nonnihil exaggerata videri et ad excitandam admirationem efficta, praesertim cum aeque ac reliqua, de Cambyse quae apud Herodotum legantur, ex Aegyptiorum sacerdotum ore fluxerint. Ac regionis Sebae incolas valde proceros, quos Iesaias XLV, 14 commemoret, non alios videri atque Macrobios idem addit pag. 350. Rennel. l. l. pag. 572 in terra, quae nunc dicitur Abyssinia, Macrobiorum sedes collocandas esse censet.

κατόπτας πρῶτον] κατόπτας *speculatores* dicit atque *exploratores*, quos eosdem alibi (III, 19. 25. 136. 138) vocat κατασκόπους. Idem vocabulum infra III, 21. Conf. Pollux II, 59.

εἰ ἔστι ἀληθέως] i. e. *an re vera ita se habeat;* ubi verbo εἶναι adiunctum est adverbium, de quo, alios ut taceam, monuit

18 δῶρα δὲ τῷ λόγῳ φέροντας τῷ βασιλέϊ αὐτῶν. Ἡ δὲ τράπεζα τοῦ ἡλίου τοιήδε τις λέγεται εἶναι·

Describitur Solis mensa, quae apud Aethiopes.

Stallbaum ad Plat. Euthyphr. pag. 10 seq.

Cap. XVIII.

Ἡ δὲ τράπεζα τοῦ ἡλίου τοιήδε τις λέγεται εἶναι] De mensa solis haec Pompon. Mela III, 9 init. (coll. Solin. cap. 30): „Est locus apparatis epulis semper refertus: et quia, ut libet, vesci volentibus licet, *ἡλίου τράπεζαν* appellant; et quae passim apposita sunt, affirmant innasci subinde divinitus.“ Ad fabulas, ut videtur, ista refert Pausan. VI, 26 §. 1 (coll. I, 33 §. 4) ubi conf. Kühn. et quem Wesseling. laudat, Liban. Orat. Antioch. II p. 385. Si vero quaeras, quid veri lateat sub hac narratione, paucis ita defungitur I. Voss. ad Mel. l. l.: „quia communis esset omnibus haec mensa, ideo solis appellabatur. Sol enim omnibus lucet.“ Altius hanc in rem inquirit Heeren (Ideen II, 1 pag. 345 seq.), qui Solis aram s. mensam forum esse vult, in quo commercium cum peregrinis fuerit factitatum; quod ipsum cum templorum sanctitati per Africae regiones commissum fuerit, haud mirum, hic quoque religionem fuisse adiunctam. Inde quae Cosmas narrat de quodam commercii genere inter peregrinos et indigenas, ea ita ad Herodoti narrationem translata vult Heeren., ut hoc commercium publica auctoritate fuerit institutum indeque etiam intelligatur, cur magistratus noctu dicantur carnem adponere, quâ diu vescantur qui velint, quamque indigenae terrâ edi existiment. Mihi in hisce potissimum sacrorum et religionis ratio habenda videtur, illamque narrationem ad Solis praesertim cultum adeoque lectisternia diis fieri solita festis praesertim diebus, ubi magnus et indigenarum et advenarum solet esse concursus, pertinere crediderim. Et frequens per orientem inveniri lectisternia monuit Gesen. ad Iesai. LXV, 11 pag. 287; qui tamen Solis mensam ab Herodoto commemoratam minus huc pertinere adiicit, eo potius superstitionem spectasse ratus, ut Solem illic coenasse et haecce frusta reliquisse vulgo arbitrarentur. De lectisterniis ut cogitem, facit quoque sacra coena, quam in Iovis Ammonii templo repraesentatam invenit V. Ill. de Minutoli; conf. eius itiner. pag. 119 et tab. VIII. Quin ad ipsos Graecos talia manasse, documento est Iuppiter ille, qui ad Aethiopes pios se confert coenatum. De quo Creuzer. in Symbol. IV p. 376 seq. Ac denique Maltebrun l. supra l. ex hisce narrationibus cognosci posse statuit sacerdotum imperium, qui quotidie Soli mane offerant sacrificia festisque diebus multitudinem congregatam hac ciborum sacrorum largitione recreare studeant, quo libentius illa ipsis alia praebeat opera ac vectigalia. At eos a vero prorsus aberrare credam, qui narrationem

λειμών ἐστι ἐν τῷ προαστείῳ ἐπίπλεος κρεῶν ἑφθῶν πάντων τῶν τετραπόδων· ἐς τὸν τὰς μὲν νύκτας ἐπιτηδεύοντας τιθέναι τὰ κρέα τοὺς ἐν τέλεϊ ἑκάστους ἐόντας τῶν ἀστῶν, τὰς δὲ ἡμέρας δαίνυσθαι προσιόντα τὸν βουλόμενον· φάναι δὲ τοὺς ἐπιχωρίους ταῦτα τὴν γῆν αὐτὴν ἀναδιδόναι ἑκάστοτε.
2 ἡ μὲν δὴ τράπεζα τοῦ ἡλίου καλεομένη, λέγεται εἶ-
19 ναι τοιήδε. Καμβύσῃ δὲ ὡς ἔδοξε πέμπειν τοὺς κατασκόπους, αὐτίκα μετεπέμπετο ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος τῶν Ἰχθυοφάγων ἀνδρῶν τοὺς ἐπισταμένους

Cambyses cedit Phoenicum detrectationi expeditionis in Carthaginienses: Cypriorum deditionem accipit.

---

de Solis mensa cum medii aevii fabulis de sanguine regali (*Graal* vulgo vocant) contendunt.

ἐπίπλεος κρεῶν ἑφθῶν πάντων τῶν τετραπόδων] *πάντων τῶν τετραπόδων de omnis generis quadrupedibus* intelligendum. Conf. I, 50 ibiq. not. *Carnem elixam*, quam dicit Herodotus, de *carne siccata* probabiliter accipiendam esse statuit Heeren. l. l. pag. 346, cum istius modi caro in istis regionibus plerumque servetur atque etiamnum siccata caro in cibis delicatissimis habeatur. Sed si de sacrificio cogitemus, nihil credo obstabit, quo minus de *elixa carne* hic Nostrum loqui dicamus. — In seqq. *τοὺς ἐν τέλεϊ* vocat *magistratus;* de qua locutione plura Valcken. et Wessel. ad IX, 106.

Cap. XIX.

τῶν Ἰχθυοφάγων ἀνδρῶν τοὺς ἐπισταμένους κ. τ. λ.] De Ichthyophagis haec Pausan. I, 33 §. 4: *Αἰθιόπων δὲ τῶν ὑπὲρ Συήνης ἐπὶ θάλασσαν ἔσχατοι τὴν ἐρυθρὰν κατοικοῦσιν Ἰχθυοφάγοι καὶ ὁ κόλπος, ὃν περιοικοῦσιν, Ἰχθυοφάγων ὀνομάζεται.* Quibus add. Strabon. XVI p. 769 s. p. 1113. D. et Diodor. Sicul. III, 15 sqq. pag. 184 sqq. Wessel. Unde manifestum est, in regionibus supra Aegyptum sinui Arabico proximis sedes Ichthyophagorum, gentis barbarae fere et maxime rudis, esse quaerendas. Ob Herodoti verba Heeren. l. l. pag. 349 partem quandam gentis in superiore Aegypto sedes habuisse statuit indeque ulterius pertinuisse ad tribus palantes in desertis, per quae commercium inter Aegyptum et Aethiopiam (sive Macrobiorum regiones) factum fuerit; unde illos Ichthyophagos ob itinera per deserta mercandi causâ crebrius instituta utriusque terrae et linguae cognitionem habuisse verisimile videtur viro docto quaerenti, an ad gentem, cui nunc nomen *Ababde*, in illis regionibus adhuc habitantem, et inde ab antiquissimo aevo mercibus per deserta transportandis deditam, Ichthyophagi referri queant. — De *Elephantine* conf. nott. ad II, 17.

τὴν Αἰθιοπίδα γλῶσσαν· ἐν ᾧ δὲ τούτους μετῆσαν,
ἐν τούτῳ ἐκέλευε ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα πλέειν τὸν
2 ναυτικὸν στρατόν. Φοίνικες δὲ οὐκ ἔφασαν ποιήσειν
ταῦτα· ὁρκίοισί τε γὰρ μεγάλοισι ἐνδεδέσθαι, καὶ
οὐκ ἂν ποιέειν ὅσια, ἐπὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἑωυτῶν
3 στρατευόμενοι. Φοινίκων δὲ οὐ βουλομένων, οἱ
λοιποὶ οὐκ ἀξιόμαχοι ἐγίνοντο. Καρχηδόνιοι μέν
νυν οὕτω δουλοσύνην διέφυγον πρὸς Περσέων.
4 Καμβύσης γὰρ βίην οὐκ ἐδικαίου προσφέρειν Φοί-
νιξι, ὅτι σφέας τε αὐτοὺς ἐδεδώκεσαν Πέρσῃσι, καὶ
5 πᾶς ἐκ Φοινίκων ἤρτητο ὁ ναυτικὸς στρατός. δόν-
τες δὲ καὶ Κύπριοι σφέας αὐτοὺς Πέρσῃσι, ἐστρα-
20 τεύοντο ἐπ' Αἴγυπτον. Ἐπεί τε δὲ τῷ Καμβύσῃ ἐκ
τῆς Ἐλεφαντίνης ἀπίκοντο οἱ Ἰχθυοφάγοι, ἔπεμπε

Aethiopicae linguae periti ex Ichthyophagis ab

ἐν ᾧ δὲ τούτους μετῆσαν] Libri μετῆσαν, quod Wesseling. mutavit in μετῆσαν. Formam Ionicam μετήϊσαν restituit Valcken., quem recc. edd. secuti sunt. Equidem a libris stare malui. Conf. I, 62 ibiq. nott. Ad significationem recte Valcken.: „*dum ad istos arcessendos proficiscebantur*. Nam μετιέναι s. μετέρχεσθαι valet *arcessere*, *ire petitum*, ut supra III, 15. Alia dabunt interpretes ad h. l.

καὶ οὐκ ἂν ποιέειν ὅσια κ. τ. λ.] Haec illi dicunt pro antiquo coloniarum iure, ex quo non licuit urbi capitali bellum inferre colonis suis, nec iis vicissim metropoli. Quae enim apud Graecos valuere, ea apud Poenos quoque valuisse credibile est. Vid. Heeren. Ideen. II, 1 p. 29 et inprimis locos Herodoti VIII, 22. Thucydidis I, 38. V, 106. Polyb. XII, 10, 3. Conf. C. Fr. Hermann. Lehrbuch d. griech. Staatsalterth. §. 73. Et postea quoque hanc rationem valuisse, Hannibalis exemplum nos quodammodo docere potest, qui Carthagine fugiens, Tyrum se legatum esse missum diceret, teste Livio XXXIII, 48.

ὅτι σφέας τε αὐτοὺς ἐδεδώκεσαν Πέρσῃσι] Colligit inde Fr. Chr. Schlosser. (Universalhist. Uebersicht etc. I, 1 p. 251.) Tyrum, quam Persas esse aggressos nuspiam relatum invenimus, ultro in potestatem Persarum cessisse. Nec magis relatum invenimus, quo tempore Phoenices Persis se dederint. Quod cum vulgo ad Cyri tempora reiiciatur, magis probabile videtur Dahlmanno (Herodot. p. 151) ad Cambysis tempora referre, qui antequam in Aegyptum expeditionem fecerit, et Phoenicum et Cypriorum acceperit deditionem. — Ad ἤρτητο conf. I, 125 et ad rem ipsam nott. ad III, 25.

αὐτοὺς ἐς τοὺς Αἰθίοπας, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν 204 χρὴ, καὶ δῶρα φέροντας, πορφύρεόν τε εἷμα, καὶ χρύσεον στρεπτὸν περιαυχένιον, καὶ ψέλια, καὶ μύρου ἀλάβαστρον, καὶ φοινικηΐου οἴνου κάδον. Οἱ δὲ Αἰθίοπες οὗτοι, ἐς τοὺς ἀπέπεμπε ὁ Καμβύσης, λέγονται εἶναι μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἀνθρώπων

Elephantina urbe arcessiti, missi ad Aethiopes cum donis: Aethiopum horum corpora et leges.

Cap. XX.

ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρὴ] E Wesselingii edd. propagatum fuit: *τά τε λέγειν χρῆν*, quamquam particulam *τε* libri ignorant, exceptis Sancrofti libro et Vindobon., qui eam post *ἐντειλάμενος* collocant. Quare cum recc. edd. abieci *τε*. Mox e Mediceo, Florentino binisque aliis codd. recepi *χρή* pro *χρῆν*, probante Matthiae, qui *χρῆν* huic loco convenire iure nobis negare videtur, citans quae disputarit ad Euripid. Hec. 262. Hippol. 296. 344. Androm. 424. Gr. Graec. §. 505 not. pag. 958. — Ad dona quod attinet, conf. Aelian. V. H. I, 22, ubi inter dona legatis a Persarum rege tribui solita memorantur quoque armillae, torques et stola Medica. Atqui Macrobiorum regio cum auro abundet, haec munera a Cambyse per ludibrium potius missa videri vult Heeren. Ideen l. l. pag. 346; ut indignabundus Macrobiorum rex alio quasi lusu responderit.

καὶ ψέλια, καὶ μύρου ἀλάβαστρον] *ψέλια* (i. e. *armillae*) plerique libri iique optimi. Alii *ψέλλια*. Tu confer sis III, 22. IV, 168. IX, 79. — *μύρου ἀλάβαστρον* est vasculum e lapide alabastrite confectum myrrhisque repletum; plane ut Plinius scribit, a Larchero laudatus, in Hist. Nat. XXXVI, 8 (T. II p. 734): „Lapidem alabastriten . . . cavant ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur.“ In Evang. Matth. XXVI, 7 simili prorsus modo legitur *ἀλάβαστρον μύρου*. De quo plurima congessit Schleusner. in Lex. N. F. s. v. I pag. 114. „Adde Winckelmanni opera Vol. III p. 126 sqq. et p. 354 sqq. ed. nov. Dresd. G. H. Martini ad I. A. Ernestii Archaeolog. p. 137 et praecipue I. G. Schneideri Annotatt. in Theophrastum de Odoribus §. 40 pag. 665 sq.“ *Cr.* Quod vero ex Eustath. ad Homer. p. 946, 53 s. 923, 10 et Suid. s. v. *λήκυθος* Wesseling. insertum vult articulum *τὸν* ante haec verba, eo non opus esse recte monet Schweigh., a grammaticis istis, qui prioris cuiusdam grammatici observationem descripserint, ipsum Herodotum inspectum esse negans. — De *palmarum vino* conf. I, 194. II, 86 ibiq. nott. Wesseling. consuli vult Athen. XI p. 473 B. Polluc. X, 75.

λέγονται εἶναι μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἀνθρώπων πάντων] Conf. Eustath. ad Dionys. 218. Eadem infra III, 114 coll. VII, 70, ubi de Aethiopibus:

πάντων· νόμοισι δὲ καὶ ἄλλοισι χρᾶσθαι αὐτούς φασι κεχωρισμένοισι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὴν βασιληΐην τοιῷδε· τὸν ἂν τῶν ἀστῶν κρίνωσι μέγιστόν τε εἶναι, καὶ κατὰ τὸ μέγαθος ἔχειν τὴν ἰσχὺν, τοῦτον ἀξιοῦσι βασιλεύειν.

21 Ichthyophagi quid locuti, quod responsum acceperint ab Aethiopum rege.

Ἐς τούτους δὴ ὦν τοὺς ἄνδρας ὡς ἀπίκοντο οἱ
Ἰχθυοφάγοι, διδόντες τὰ δῶρα τῷ βασιλέϊ αὐτῶν,
2 ἔλεγον τάδε· „Βασιλεὺς ὁ Περσέων Καμβύσης,
βουλόμενος φίλος τοι καὶ ξεῖνος γενέσθαι, ἡμέας τε
ἀπέπεμψε, ἐς λόγους τοι ἐλθεῖν κελεύων, καὶ δῶρα
ταῦτά τοι διδοῖ, τοῖσι καὶ αὐτὸς μάλιστα ἥδεται
3 χρεώμενος.“ Ὁ δὲ Αἰθίοψ, μαθὼν ὅτι κατόπται
ἥκοιεν, λέγει πρὸς αὐτοὺς τοιάδε· „Οὔτε ὁ Περσέων βασιλεὺς δῶρα ὑμέας ἔπεμψε φέροντας, προτιμῶν πολλοῦ ἐμοὶ ξεῖνος γενέσθαι· οὔτε ὑμεῖς λέγετε ἀληθέα, ἥκετε γὰρ κατόπται τῆς ἐμῆς ἀρχῆς.

οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι πάντων ἀνθρώπων. Atque etiam Iesaias incolas regionis Sabae corporis proceritate insignes ait XLV, 14, ubi praeter Solinum cap. 30, duodecim pedes Aethiopes longos esse narrantem, alios scripturae sacrae locos de magna Aethiopum statura affert Gesen. p. 95. Nec multum istos differre a Macrobiis probabiliter statuisse Heerenium l. l. p. 350 seqq. supra iam monuimus. Qui idem suspicatur, has laudes de Aethiopiae gentium statura celsa ac decora fluxisse ex mancipiorum negotiatoribus, qui istas gentes praecipue laudare consueverint. — „Comparat cum his Aethiopum laudibus fabulas Germanorum, Britannorum, in Edda obvias de *Aasgard* editor novae editionis operis The history of English poëtry by Thom. Warton. (Lond. 1824.) Praef. pag. 31.“ *Cr.*

κατὰ τὴν βασιληΐην τοιῷδε] Comparentur cum hisce: Diodor. Sicul. III, 8 fin. Aristotel. Polit. IV, 4. (IV, 3 §. 7. Schneid.) Athen. XIII, 2 pag. 566. Nicol. Damascen. Excerptt. Valess. p. 518. Quae attulit Wesseling.

καὶ κατὰ τὸ μέγαθος ἔχειν τὴν ἰσχὺν] i. e. *et cuius robur magnitudini corporis respondere iudicant.* De praepositione κατὰ conf. I, 121. II, 10 ibiq. nott.

Cap. XXI.

προτιμῶν πολλοῦ ἐμοὶ ξεῖνος γενέσθαι] i. e. *quum magni faciat, ut mihi hospes fiat amicitiamque iungat.* Conf. supra II, 37 ibiq. nott. Ad vocem κατόπται conf. III, 17 fin. ibiq. nott.

4 οὔτε ἐκεῖνος ἀνήρ ἐστι δίκαιος· εἰ γὰρ ἦν δίκαιος,
οὔτ' ἂν ἐπεθύμησε χώρης ἄλλης ἢ τῆς ἑωυτοῦ, οὔτ'
ἂν ἐς δουλοσύνην ἀνθρώπους ἦγε ὑπ' ὧν μηδὲν
5 ἠδίκηται. νῦν δὲ αὐτῷ τόξον τόδε διδόντες, τάδε
ἔπεα λέγετε· Βασιλεὺς ὁ Αἰθιόπων συμβουλεύει τῷ
Περσέων βασιλέϊ, ἐπεὰν οὕτω εὐπετέως ἕλκωσι τὰ
τόξα Πέρσαι ἐόντα μεγάθεϊ τοσαῦτα, τότε ἐπ' Αἰ-
θίοπας τοὺς Μακροβίους πλήθεϊ ὑπερβαλλόμενον
6 στρατεύεσθαι. μέχρι δὲ τούτου, θεοῖσι εἰδέναι χά-
ριν, οἳ οὐκ ἐπὶ νόον τρέπουσι Αἰθιόπων παισὶ γῆν
22 ἄλλην προσκτᾶσθαι τῇ ἑωυτῶν." Ταῦτα δὲ εἴπας,
καὶ ἀνεὶς τὸ τόξον, παρέδωκε τοῖσι ἥκουσι. λα-
βὼν δὲ τὸ εἷμα τὸ πορφύρεον, εἰρώτα ὅ τι εἴη,
2 καὶ ὅκως πεποιημένον. εἰπάντων δὲ τῶν Ἰχθυοφά-
γων τὴν ἀληθηΐην περὶ τῆς πορφύρης καὶ τῆς βα-
φῆς, δολεροὺς μὲν τοὺς ἀνθρώπους ἔφη εἶναι, δο-

De singulis donis quid rex iudicarit.

νῦν δὲ αὐτῷ τόξον τόδε διδόντες] Loquitur Bruce, celeberrimus peregrinator, de quodam arcuum genere apud gentem Aethiopicam, cui nunc nomen Shangalla, ad tendendum perquam difficili; indeque Herodoti Macrobios eos ipsos esse vult, quorum rex Cambysi talem miserit arcum. At recte nobis monere videtur Heeren. l. l. pag. 336 idem aeque ad vicinas quoque gentes pertinere potuisse. Doctum Anglum refellit quoque Larcherus, denuo sequitur Maltebrun. loco supra laud. p. 360. Hoc vero tenendum, arcum apud Persas haberi regiae potestatis atque imperii signum ac tesseram, cuius ratio a Sole Solisque radiis erit repetenda. Post Creuzer. in Symbol. I p. 674 monuit Grotefend in Boettiger. Amalth. II p. 81. — Ad locutionem νῦν δὲ conf. III, 25.

οἳ οὐκ ἐπὶ νόον τρέπουσι κ. τ. λ.] Affert haec Gregor. Corinth. p. 480 Schaef. (de dial. Ion. §. 71) ob formam νόον pro νοῦν. Ad reliqua conf. I, 27 ibiq. nott.

Cap. XXII.

εἰπάντων] Male in binis libris εἰπόντων. Supra εἴπας et infra εἶπαν. Tu vid. nott. ad I, 49.

εἰρώτα ὅ, τι εἴη, καὶ ὅκως πεποιημένον] Herodotus, qui alias in pluribus membris promiscue et interrogativis et relativis utitur vocibus (cf. I, 35 ibiq. not.), hic sola posuit relativa, ut II, 106. III, 111. IV, 45. Observavit Struve Spec. I Quaest. de dial. Herod. pag. 49 not.

δολεροὺς μὲν τοὺς ἀνθρώπους κ. τ. λ.] Tangit haec Plutarch. II p. 863 D. p. 646 B., quocum conf. Clement. Ale-

3 ἱρὰ δὲ αὐτῶν τὰ εἵματα. δεύτερα δὲ, τὸν χρυσοῦν 205
εἰρώτα στρεπτὸν τὸν περιαυχένιον, καὶ τὰ ψέλια. ἐξηγεομένων δὲ τῶν Ἰχθυοφάγων τὸν κόσμον αὐτῶν, γελάσας ὁ βασιλεὺς, καὶ νομίσας εἶναί σφεα πέδας, εἶπε ὡς παρ' ἑωυτοῖσί εἰσι ῥωμαλεώτεραι
4 τούτων πέδαι. τρίτον δὲ, εἰρώτα τὸ μύρον.
5 εἰπάντων δὲ τῆς ποιήσιος πέρι καὶ ἀλείψιος, τὸν 1
6 αὐτὸν λόγον τὸν καὶ περὶ τοῦ εἵματος εἶπε. ὡς δὲ ἐς τὸν οἶνον ἀπίκετο, καὶ ἐπύθετο αὐτοῦ τὴν ποίησιν, ὑπερησθεὶς τῷ πόματι, ἐπείρετο ὅ τι τε σιτέεται ὁ βασιλεὺς, καὶ χρόνον ὁκόσον μακρότατον ἀνὴρ
7 Πέρσης ζώει. οἱ δὲ σιτέεσθαι μὲν τὸν ἄρτον εἶπαν, ἐξηγησάμενοι τῶν πυρῶν τὴν φύσιν· ὀγδώκοντα δ' ἔτεα ζόης πλήρωμα ἀνδρὶ μακρότατον προκέεσθαι.
8 πρὸς ταῦτα ὁ Αἰθίοψ ἔφη, οὐδὲν θωυμάζειν, εἰ σιτεόμενοι κόπρον, ἔτεα ὀλίγα ζώουσι· οὐδὲ γὰρ ἂν τοσαῦτα δύνασθαι ζώειν σφέας, εἰ μὴ τῷ πόματι

---

xandr. Stromat. I pag. 344. „Expressit Plutarchus in Quaest. Romm. [p. 270 D.] §. XXVI, ad quem vid. Wyttenbach. Animadverss. T. III pag. 31 [ubi alios quosdam similes Plutarchi locos excitat], et conf. Iacobs ad Antholog. Gr. Vol. X (ad Rufini Epigr. XIV) p. 163.“ *Cr.* Quod Reiskius pro χρώματα scribi vult ἀλείμματα, nec magis necessarium quam quod Italus interpres substitui vult χρίσματα. — Ad structuram verbi ἐρωτᾶν in seqq. cf. Matth. Gr. Gr. §. 417 c. Vide supra I, 32. — τρίτον δὲ restituimus cum Gaisf. et Matth. Cf. I, 204. II, 22. 137. III, 31. Ac libri in vulgata omnes conspirant. — In seqq. ad ἐπείρετο conf. Gregor. Corinth. de Dial. Ion. §. 73 ibique Koen. pag. 483.

εἰ σιτεόμενοι κόπρον κ.τ.λ.] Monet Heeren. l. l. pag. 339 hunc panis contemtum referendum videri ad istud panis genus, quod in illis Africae regionibus ex Durra conficiatur quodque brevi corrumpatur, ut vesci nequeas. Iure autem idem Heeren. l. l. p. 335 hinc concludit, Macrobios agris colendis operatos non esse, nec omnino agriculturam novisse, quamvis vitam satis cultam degisse videantur.

εἰ μὴ — ἀνέφερον] Ita meliores libri, quos cum recentt. edd. secutus sum. Matth. retinuit ἀνέφυρον, ut olim legebatur. Est enim hic fere loci sensus: *Namque Persas ne tot quidem annos vivere posse dicebat nisi vini potu se recrearent, monstrans scilicet Ichthyophagis*

ἀνέφερον, φράζων τοῖσι Ἰχθυοφάγοισι τὸν οἶνον·
23 τοῦτο γὰρ ἑωυτοὺς ὑπὸ Περσέων ἑσσοῦσθαι. Ἀν-
τειρομένων δὲ τὸν βασιλέα τῶν Ἰχθυοφάγων τῆς
ζόης καὶ διαίτης πέρι, ἔτεα μὲν ἐς ἐείκοσι καὶ ἑκα-
τὸν τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ἀπικνέεσθαι, ὑπερβαλλέειν

Aethiopes quam diu vivant, et quo victu: aquae fons apud eos, virtute singulari: vincula in carcere omnia ex auro: aes rarissimum et carissimum.

---

vinum. De verbo ἀναφέρειν, de quo Wesseling. citat Dio. Cass. LVI p. 680. Aelian. H. A. XIII, 12, *Cr.* confert quae plurima ex Plutarcho collegit Wyttenbach. in Animadverss. ad Plutarch. Moral. I p. 502 seq. — τῷδε, quod post πόματι olim legebatur, abjeci cum recentt. edd. — Ad structuram: ἂν δύνασθαι consul. Matth. Gr. Gr. pag. 1196. Mox retinui: τοῦτο γὰρ ἑωυτοὺς κ. τ. λ., ubi Florentinus cum duobus aliis libris τούτῳ. Conf. III, 106 ibique nott.

Cap. XXIII.

ἔτεα μὲν ἐς ἐείκοσι] ἐείκοσι (pro εἴκοσι, quod tenet Matth.) scripsi cum Gaisf. Vid. nott. ad II, 121. Pro ζόης in antecedd. alii ζωῆς, alii ζώης, utrumque alienum ab Herodoto, conf. I, 32. 38 ibiq. nott. II, 77. 105 etc. — Ad rem ipsam laudat Wesseling. Valer. Maxim. VIII, 13 Ext. 5. Maltebrun. l. supra l. p. 361 Macrobios arbitratur secundum annorum dimidia numerasse, quemadmodum aliae Africae gentes facere soleant, indeque factum, ut tantus annorum numerus exstiterit. Atque Heerenius quoque l. l. pag. 338, vix iis, quae de longa Macrobiorum aetate hic narrentur, fidem adhiberi posse ait cum mirum profecto sit, in terris tam calidis atque insalubribus inveniri homines, qui ad tantam senectutem perveniant. Equidem haec eo pertinere credam, quo alia similia, quae ex primitivo gentium aevo, orientalium potissimum, de hominibus vulgo tradantur longaevis, ut v. c. de Indis, de Iudaeis, aliis; quâ de re ad Ctesiae Indd. §. 16 p. 310 seqq. plura notavi. Nec alio haec referri video a Bredowio (Untersuchung. über Gegenst. der alten Geschichte und Geograph. p. 73 seqq. 93) collata cum Graecorum traditionibus de prisci aevi heroibus, ut robustiore et celsiore corpore praeditis ita diutius viventibus, quam postera aetate mortales vivere vulgo solent. Adde quoque, quae de Arganthonio, Tartessiorum rege, memorantur supra I, 163, alia, quae Luciani libellus Macrobiorum (T. VIII p. 114 seqq. Bip.) suppeditare potest.

ὑπερβαλλέειν] Ita cum Schweigh. et Gaisf. exhibui. Vulgo ὑπερβάλλειν, quod retinuit Matth. Tu conf. συμβαλλεόμενος et similia, de quibus consul. nott. ad I, 68. III, 14. 68. 76. 135. — Sequentia attigit Eustath. ad Dionys. Perieg. 218.

δέ τινας καὶ ταῦτα· σίτησιν δὲ εἶναι κρέα τε ἑφθά· 2 καὶ πόμα, γάλα. θῶυμα δὲ ποιευμένων τῶν κατασκόπων περὶ τῶν ἐτέων, ἐπὶ κρήνην σφι ἡγήσασθαι, ἀπ' ἧς λουόμενοι, λιπαρώτεροι ἐγίνοντο, κατάπερ

σίτησιν δὲ εἶναι κρέα τε ἑφθά· καὶ πόμα κ. τ. λ.] τε e Sancrofti libro et Bodleiano 2935 delevit Gaisf., quem sequitur Matth. Reliqui libri tenent, quorum auctoritatem nos sumus secuti, ita ut per τε-καὶ h. l. σίτησιν et πόμα iungi existimemus. Quod enim Schweigh. suspicatur excidisse aliquid, ex cap. 97 fortasse supplendum, aut κρέα τε ὀπτὰ καὶ ἑφθὰ scribendum, id minime necessarium nobis esse videtur; nec magis placet Schaeferi emendatio κρέατα; quippe quam formam Herodoto abiudicandam censemus. — Ad argumentum quod attinet, observat Maltebrun l. l. lac et boum carnem siccatam, quibus fruantur Macrobii, adhuc commune esse alimentum incolarum regionis Sennaar. De carne siccata conf. nott. ad III, 18.

ἐπὶ κρήνην σφι ἡγήσασθαι] De hoc fonte hunc in modum Mela III, 9 init. „Est lacus, quo perfusa corpora quasi uncta pernitent. Bibitur idem; adeo est liquidus et ad sustinenda quae incidunt aut immittuntur infirmus, ut folia etiam proximis decisa frondibus, non innatantia ferat, sed pessum penitus accipiat.“ Virtutes miras huius fontis quod attinet, laudat Wesseling. iudicium Boerhavii, perdocti medici, in Elementt. Chem. I p. 550, qui quo Herodoti narrationem veram esse probet, in illis telluris plagis ligna haberi putat ponderosissima, quae aqua ferre nequeat. Quibuscum tamen non congruunt ipsa Herodoti verba: μήτε τῶν ὅσα ξύλου ἐστὶ ἐλαφρότερα; quippe quem ipsum de hac re dubitasse satis monstrant verba: εἴ σφι ἔστι ἀληθέως οἷόν τε λέγεται. De Sila, Indico fluvio, simile quid ex Megasthene refert Arrian. Indd. VI, 4, notante Larchero. Ac plura retulerat Ctesias, cuius consul. fragmm. p. 369 seq., de fonte, cui nihil innatet, sed omnia submergantur, ob aquam omnium levissimam, ut putat Beckmann. ad Antigon. Carist. p. 207, nisi, quod vix credam, fabulis haec omnino erunt adscribenda. Idem Ctesias Indd. §. 30 fontem perhibet in India esse, qui, quaecunque iniecta sint, eiiciat, excepto ferro, argento, auro, aere, quae omnia immergantur. Ubi Beckmann. cogitat de aqua salis divite, cuius inde gravitas specifica maior fuerit eà, quam habeant corpora hominum ceterorumque animalium. Tu vid. nott. ad Ctesiae locum pag. 339 seq.

κατάπερ εἰ ἐλαίου εἴη] Plures apud veteres commemorantur olei fontes, de quibus dixi ad Ctesiae fragg. (Indd. §. 11. 32) pag. 346. 347. 289 seqq.

3 καὶ ἐλαίου εἴη· ὄζειν δὲ ἀπ' αὐτῆς ὡσεὶ ἴων. ἀσθε-
νὲς δὲ τὸ ὕδωρ τῆς κρήνης ταύτης οὕτω δή τι ἔλε-
γον εἶναι οἱ κατάσκοποι, ὥστε μηδὲν οἷόν τε εἶναι
ἐπ' αὐτοῦ ἐπιπλέειν, μήτε ξύλον, μήτε τῶν ὅσα
ξύλου ἐστὶ ἐλαφρότερα· ἀλλὰ πάντα σφέα χωρέειν
4 ἐς βυσσόν. τὸ δὲ ὕδωρ τοῦτο εἴ σφι ἔστι ἀληθέως 25
οἷόν τι λέγεται, διὰ τοῦτο ἂν εἶεν, τούτῳ τὰ πάντα
5 χρεώμενοι, μακρόβιοι. ἀπὸ τῆς κρήνης δὲ ἀπαλλασ-
σομένων, ἀγαγεῖν σφέας ἐς δεσμωτήριον ἀνδρῶν,
ἔνθα τοὺς πάντας ἐν πέδῃσι χρυσέῃσι δεδέσθαι. 206
6 ἔστι δὲ ἐν τούτοισι τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς 31
σπανιώτατον καὶ τιμιώτατον. θεησάμενοι δὲ καὶ τὸ
δεσμωτήριον, ἐθηήσαντο καὶ τὴν τοῦ Ἡλίου λεγο-
24 μένην τράπεζαν. Μετὰ δὲ ταύτην, τελευταίας ἐθη- Quomodo sepeliant mortuos.

Sunt opinor fontes bituminis s. picis pleni; unde quod provenit petroleum sive naphtha, eo veteres olei vice usos esse ad eundem Ctesiam p. 346 monui.

ὄζειν δὲ ἀπ' αὐτῆς ὡσεὶ ἴων] De structura monuit Matth. Gr. Gr. §. 376, ubi locum sic reddit: „*Die Quelle rieche wie nach Veilchen.*" Ad verba οὕτω δή τι conf. III, 12.

χωρέειν ἐς βυσσόν] Duo libri βυθόν. At βυσσὸν Ionum esse e Scholl. Aristoph. Ran. 183 monet Wesseling. Ad verba: εἴ σφι ἔστι ἀληθέως cf. III, 17.

διὰ τοῦτο ἂν εἶεν] Conf. Matth. Gr. Gr. §. 514, 2. a. Herodoti rationes allatas miras videri iudicat Heeren. l. l. pag. 338 not. At Hammero (Annall. Vienn. IX p. 64) omnis haec narratio ad fabulas sacras referenda videtur indeque Macrobiorum fons similis illi fonti vitali, qui in libris Persarum sacris vocatur Ardnisur, et commemoratur in carmine Schahnameh.

ἐν πέδῃσι χρυσέῃσι δεδέσθαι] De usu praepositionis ἐν diximus ad I, 66. Ad argumentum citant Dion. Chrysost. Or. 79 p. 664 B. et Heliodor. Aethiopp. IX p. 40. *Cr.* addit Lindenbrog. ad Ammian. Marcellin. XXVII, 12, 3 p. 207 ed. Wagn. et Erf. Heeren. l. l. p. 347 ea, quae de aureis compedibus narrantur, ad fabulas reiicienda esse censet; sed ferri et aeris raritatem in hisce regionibus satis ait esse notam confirmarique Cosmae narratione, qui ferrum in iis rebus recenseat, quas Aethiopes auri loco a peregrinis mercentur. De ferro et aere, quod prisco admodum aevo in maxime pretiosis habebatur metallis, nonnulla notavi ad I, 25. 68. — Ad formam ἐθηήσαντο conf. nott. ad I, 10.

ἡσαντο τὰς θήκας αὐτῶν, αἳ λέγονται σκευάζεσθαι

Cap. XXIV.

αἳ λέγονται σκευάζεσθαι ἐξ ὑέλου] *ὑέλου* cum Schweigh. et Gaisf. dedi pro vulg. *ὑάλου*, cui duo libri suffragantur. Quae grammatici Graeci de discrimine inter *ὕελος* et *ὕαλος* doceant vid. apud Thom. Magistr. pag. 862 seq. Moer. pag. 373. Phrynich. pag. 309 seqq. ed. Lobeck. — Matthiae retinuit *ὑάλου*. — Ad argumentum loci potissimum conferatur Diodori vel potius Ctesiae, quem citat, locus II, 15, in fragg. Ctess. pag. 410 seq., ubi, quod ad dissensum Ctesiae atque Herodoti attinet, eum Diodoro potius pro more minus accurate Ctesianos libros exscribenti attribuendum videri monui. Quid vero voce *ὑέλου* Herodotus designarit, id certo definire difficillimum. De *vitro*, quod multo labore coquitur, nec in terra ipsa nascitur, quo minus intelligamus, obstant ipsa Herodoti verba (*ἡ δέ σφι πολλὴ καὶ εὐεργὸς ὀρύσσεται*); quamquam ita placuit Pawio (Recherch. philos. sur les Egypt. I p. 191 coll. p. 283), Vincent. p. 794 seqq. ad calcem Rennel. de geogr. Herod. et nuper admodum viro nobilissimo de Minutoli, Nachträge z. Reise etc. pag. 224 seqq. *Crystallum* *) significari suspicatus est Heeren. Ideen. II, 1 p. 335; quod tamen ipsum in calidissimis regionibus illis nec oritur nec omnino facile est elaboratu. Palmerium (ad Diodor. l. l.) si audias, fuit metallica quaedam species, quam tamen ipse se ignorare fatetur, hoc adiiciens: „*stibium* certe, quod et Antimonium dicitur, videtur esse quaedam vitri species.“ *Electrum* s. *succinum* fuisse, probare studuit Gataker. ad M. Anton. IV p. 133, accedente M. Gesnero in Commentt. societ. Gotting. III p. 92, obloquente Wesselingio (ad Herodoti locum), cui ipsi in mentem venerat *sal fossilis*, qui ingenti copia in quibusdam Aethiopiae partibus proveniat et ex nativis secetur montibus; quodque in lucem quando prolatum sit, ita durescat, ut ab imperitis pro vitro censeri possit. Add. Brongniart Traité elem. de Miner. T. I p. 144. Et eo quodammodo inclinat Italus interpres, multum de h. l. disputans. Heynio (De fontibb. Diodor. p. LX ed. Bip.) placuerat *bitumen* s. *gummi*; Werfero, quantum ex iis, quae in Actt. phill. Monacc. I p. 107 scripsit, intelligere licet, *sal montanus*; Gallo interpreti Miot, species *micae*. Mihi dudum in mentem venerat *alabastrites lapis* maximeque sum laetatus, cum in Creuzeri Commentt. Herodd. p. 54 not. 26 (ubi de h. l. consuli vult praeter viros doctos supra laudatos Heyn. in Notit. Mum. Gottingens. p. 8, Zoega de Obeliscc. p. 261. 266. Com. de Palin in fragmens sur l'etude des hieroglyphes T. I p. 4 seqq. p. 12. Boettiger. Ideen zur Ar-

*) Apud Achill. Tat. II, 3. *ὕαλον ὀρωρυγμένην* explicant *crystallum*.

2 ἐξ ὑέλου, τρόπῳ τοιῷδε. ἐπεὰν τὸν νεκρὸν ἰσχνή-
νωσι, εἴτε δὴ κατάπερ Αἰγύπτιοι, εἴτε ἄλλως κως,
γυψώσαντες ἅπαντα αὐτὸν, γραφῇ κοσμέουσι, ἐξο-
μοιεῦντες τὸ εἶδος ἐς τὸ δυνατόν· ἔπειτα δέ οἱ πε-
ριϊστᾶσι στήλην ἐξ ὑέλου πεποιημένην κοίλην· ἡ δέ
3 σφι πολλὴ καὶ εὐεργὸς ὀρύσσεται. ἐν μέσῃ δὲ τῇ
στήλῃ ἐνεὼν διαφαίνεται ὁ νέκυς, οὔτε ὀδμὴν οὐ-
δεμίαν ἄχαριν παρεχόμενος, οὔτε ἄλλο ἀεικὲς οὐ-
δέν· καὶ ἔχει πάντα φανερὰ ὁμοίως αὐτῷ τῷ νέκυϊ.

---

chaeolog. d. Mahl. p. 57, Blumenbach. in Beytraeg. zur Naturgesch. II p. 122) haec legerem: „Pellucidum penitus sarcophagum ex uno lapide alabastrite confectum, ipsis Thebis Aegyptiacis e sepulcro nuper admodum eruit Belzoni, ut ipse quidem perscripsit in epistola ad Viscontium datâ (Journ. d. Deb. 30 Mart. 1818). Quae res numquid ad Herodoteum l. faciat, non decerno. Et lege quae hanc in rem modeste dubitans monuit Iomard. in Journ. de Sav. 1818 m. Mai. pag. 310 seqq. Neque magis dicam de Alabastrite. Tu vid. Plin. H. N. XXVI, 8, 12 et Hillii Obss. physs. et critt. ad Theophrast. De lapidd pag. 45 seq.“ Nunc tu adeas ipsum Belzon. in itinerario eximias huius sarcophagi virtutes praedicantem (Voyage en Egypt. et en Nubie traduit par Depping. Paris 1821 T. I p. 380 seqq.), ubi potissimum haec attendi volumus verba: „il est fait du *plus bel albâtre oriental:* n'ayant que deux pouces d'épaisseur, il devient *transparent*, quand on place une lumière derrière une des parois.“ —Quem sarcophagum nunc satis constat in museo asservari Britannico. Conf. Heeren. l. l. II, 2 pag. 267 not.

ἐπεὰν τὸν νεκρὸν ἰσχνήνωσι] i. e. *quando cadaver arefecerint.* Quod ad septuaginta illos dies opinor spectat, de quibus supra II, 86, ubi conf. nott. — γυψοῦν est: *gypso obducere.* Tu vid. Boettiger. l. l.

γραφῇ κοσμέουσι] i. e. „(corpus gypso obductum) *picturâ ita exornant, ut speciem quam maxime similem vivo referat* s. *ad veri ac vivi corporis similitudinem quam proxime accedat, deinde cavam ei circumdant columnam ex vitro confectam.*“ Tu conf. II, 86 et ad vocem γραφῇ II, 73. 78. — ἀεικὲς (i. e. *molestum, ingratum*) eodem fere sensu, quo III, 33.

καὶ ἔχει πάντα φανερά] i. e. „*columna omnia manifesta s. conspicua habet sicut ipsum cadaver,*“ ut reddit Schweigh. hoc adiiciens, mumias Aegyptias non nisi anteriore parte conspici potuisse, quum dorsum arculâ esset tectum, hoc vero cadaver omni ex parte, et posteriori et anteriori conspicuum fuisse ob columnam vitream, in quâ inclusum erat,

4 ἐνιαυτὸν μὲν δὴ ἔχουσι τὴν στήλην ἐν τοῖσι οἰκίοισι οἱ μάλιστα προσήκοντες, πάντων τε ἀπαρχόμενοι, καὶ θυσίας οἱ προσάγοντες· μετὰ δὲ ταῦτα ἐκκομίσαντες, ἱστᾶσι περὶ τὴν πόλιν.

25 Cambyses nullo rei frumentariae provisu in Aethiopes movens, cogitur fame reverti ex itinere: Graeci milites ab eo dimittuntur.

Θεησάμενοι δὲ τὰ πάντα οἱ κατάσκοποι, ἀπαλλάσσοντο ὀπίσω. ἀπαγγειλάντων δὲ ταῦτα τούτων, αὐτίκα ὁ Καμβύσης, ὀργὴν ποιησάμενος, ἐστρατεύετο ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας· οὔτε παρασκευὴν σίτου οὐδεμίαν παραγγείλας, οὔτε λόγον ἑωυτῷ δοὺς, ὅτι
2 ἐς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς ἔμελλε στρατεύεσθαι. οἷα δὲ ἐμμανής τε ἐὼν καὶ οὐ φρενήρης, ὡς ἤκουε τῶν Ἰχθυοφάγων, ἐστρατεύετο, Ἑλλήνων μὲν τοὺς πα-

---

omni ex parte perspicuam. Verba *αὐτῷ τῷ νέκυϊ* Remig. cod. ante *προσήκοντες* collocat, probante Wesselingio et Larchero, refragante Werfero in Actt. phill. Monacc. I p. 106 seq., qui vulgatam sic tuentur: „cadavera gypsata et picturata cippis salis montani excavatis inserta perlucent sine ullo foedo odore et omnia *corporibus ipsis* (*αὐτῷ τῷ νέκυϊ*) similia (*ὁμοίως*) ostendunt (*φανερά*). Igitur *αὐτὸς ὁ νέκυς* non est idem, quod *ὁ νέκυς*; verum hic *cadaver gypsatum picturâque exornatum*, ille *corpus merum*, in cuius speciem gypsatum corpus formabatur.“

οἱ μάλιστα προσήκοντες] i. e. *maxime necessarii*, *cognati*, ut II, 86. 90 aut II, 36 init. *τοὺς μάλιστα ἱκνέεται.*

Cap. XXV.

Θεησάμενοι δὲ τὰ πάντα] Supra *θηησάμενοι* III, 23, ubi cf. nott. *ὀργὴν ποιησάμενος* idem valet atque *ὀργισθεὶς* (*iratus*), notante Valcken., qui laudat VII, 105. Thucyd. IV, 124. coll. 123, et similes locutiones, ut *θῶυμα ποιεῖσθαι*, alias, I, 127. VI, 28. VIII, 74. Tu vide sis nott. ad I, 68.

οὔτε λόγον ἑωυτῷ δούς] i. e. *nec secum reputans*. Vid. nott. ad I, 97. II, 162.

οἷα δὲ ἐμμανής τε ἐὼν καὶ οὐ φρενήρης] i. e. *utpote furiosus nec mentis compos*. Ac notat hoc *παραλληλισμῶν* genus, Sophocli (v. c. Antigon. 498. Electr. 474), aliis quoque usitatum, Valckenaerius, laudans III, 34. V, 42. IX, 54. Add. Matth. Gr. Gr. §. 444, 5 p. 831. *φρενήρης*, quod itidem exstat III, 30, Glossa Herodotea explicat *σώφρων*. Supra II, 120 invenitur *φρενοβλαβής*, *mente captus*.

Ἑλλήνων μὲν τοὺς παρεόντας] Add. quae infra leguntur: *τοὺς Ἕλληνας ἀπῆκε ἀποπλέειν*; quod ad Cares Ionesve potissimum erit referendum, qui ex quo tempore Persis se dederant, et tributum et copias ad classem, quae Phoenicum ma-

ρεόντας αὐτοῦ ταύτῃ τάξας ὑπομένειν, τὸν δὲ πεζὸν
3 πάντα ἅμα ἀγόμενος. Ἐπεί τε δὲ στρατευόμενος 207
ἐγένετο ἐν Θήβῃσι, ἀπέκρινε τοῦ στρατοῦ ὡς πέντε 56
μυριάδας· καὶ τούτοισι μὲν ἐνετέλλετο, Ἀμμωνίους
ἐξανδραποδισαμένους τὸ χρηστήριον τὸ τοῦ Διὸς
ἐμπρῆσαι· αὐτὸς δὲ τὸν λοιπὸν ἄγων στρατὸν, ἤϊε
4 ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας. Πρὶν δὲ τῆς ὁδοῦ τὸ πέμπτον
μέρος διεληλυθέναι τὴν στρατιὴν, αὐτίκα πάντα αὐ-
τοὺς τὰ εἶχον σιτίων ἐχόμενα ἐπελελοίπεε· μετὰ δὲ
5 τὰ σιτία, καὶ τὰ ὑποζύγια ἐπέλιπε κατεσθιόμενα· εἰ
μέν νυν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε, καὶ

---

xime navibus constitit (πᾶς ἐκ Φοινίκων ἤρτητο ὁ ναυτικὸς στρατός III, 19 fin.), praebere coacti erant. Hinc iam supra III, 13 Mytilenaea commemoratur navis. — αὐτοῦ ταύτῃ valet *eo ipso loco*. Vid. nott. ad I, 189 fin.

τὸ χρηστήριον τὸ τοῦ Διὸς] Articulum τὸ ante τοῦ omittit Sancrofti liber. Male; nam usus loquendi articulum repetitum satis sibi flagitare videtur. *Cr.* citat Schaefer. Melett. critt. p. 8.

πάντα αὐτοὺς — ἐπελελοίπεε] i. e. *omne ciborum genus eos defecit.* Tu conf. II, 25 ibiq. nott. Pro ἐπελελοίπεε liber Sancrofti ἐπιλελοίπεε, omisso augmento, de quo vid. ad I, 94 nott. Ad verba: τὰ εἶχον σιτίων ἐχόμενα conf. I. 120 ibiq. nott. et ad seqq. ἐπέλιπε κατεσθιόμενα Matth. Gr. Gr. §. 551 d.

ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε] i. e. *Si Cambyses obstinatione sua victa, consilio mutato, ad aliam, meliorem scil. sententiam, se convertisset.* Verbum γνωσιμαχεῖν, quod Ionicis adnumeratur vocibus a Gregor. Corinth. p. 539, invenitur VIII, 29. VII, 130, unde sumsit Pausanias IX, 7 §. 4, ubi vid. Siebelis p. 27. Glossa Herodotea exponit τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, τήν τε τῶν ἐναντίων ἰσχύν. Eadem habet Gregorius Corinth. l. l. — Quam longe autem meridiem versus Cambyses processerit, id ex Herodoto accuratius definiri posse negat Heeren. l. l. p. 337, ubi non fugit virum doctum, quod alii tradunt rerum scriptores, ad Meroëm usque venisse Cambysem. A quo ipso Meroëm conditam sororisque nomine appellatam fuisse auctor est Diodor. I, 33, ubi conf. Wessel. Conf. ibid. I, 34, ubi Cambysis imperium in quaedam Aethiopiae loca commemorat. — In seqq. ad vocem ἀρχῆθεν conf. I, 131. II, 138 et ad Ionicam vocem ἁμαρτάς I, 91. 119. VIII, 140. De locutione λόγον ποιεῖσθαι conf. I, 4. 13. 213 etc. ne plura. — νῦν δὲ ex h. l. citat. Matth. §. 607 p. 1216. Tu add. III, 15. 21.

ἀπῆγε ὀπίσω τὸν στρατὸν, ἐπὶ τῇ ἀρχῆθεν γενομένῃ
ἁμαρτάδι ἦν ἂν σοφὸς ἀνήρ· νῦν δὲ οὐδένα λόγον
6 ποιεύμενος, ἤϊε αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω. οἱ δὲ στρατιῶ-
ται, ἕως μέν τι εἶχον ἐκ τῆς γῆς λαμβάνειν, ποιη-
φαγέοντες διέζωον· ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν ψάμμον ἀπίκον-
το, δεινὸν ἔργον αὐτῶν τινὲς ἐργάσαντο· ἐκ δεκά-
δος γὰρ ἕνα σφέων αὐτῶν ἀποκληρώσαντες, κατέ-
8 φαγον. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης, δείσας
τὴν ἀλληλοφαγίην, ἀπεὶς τὸν ἐπ' Αἰθίοπας στόλον,
ὀπίσω ἐπορεύετο, καὶ ἀπικνέεται ἐς Θήβας, πολλοὺς
ἀπολέσας τοῦ στρατοῦ. ἐκ Θηβέων δὲ καταβὰς ἐς
Μέμφιν, τοὺς Ἕλληνας ἀπῆκε ἀποπλέειν. ὁ μὲν ἐπ'
26 Αἰθίοπας στόλος οὕτω ἔπρηξε. Οἱ δ' αὐτῶν ἐπ' Ἀμ-
μωνίους ἀποσταλέντες στρατεύεσθαι, ἐπεί τε ὁρμη-
θέντες ἐκ τῶν Θηβέων ἐπορεύοντο ἔχοντες ἀγωγοὺς,
ἀπικόμενοι μὲν φανεροί εἰσι ἐς Ὄασιν πόλιν, τὴν

Persae missi adversus Ammonios, quum prancerent medio loco inter hos et Oasin, coloniam

C. Fr. Hermann. ad Lucian. de scrib. hist. pag. 226 seq.

ἐκ δεκάδος γὰρ κ. τ. λ.] Similem fere in modum locutus est Pausan. I, 20 §. 4. Ad verba proxime antecedentia: ἕως μέν τι εἶχον κ. τ. λ. Wessel. conferri vult Liban. Decl. XIX. (I p. 507) et Senec. de ira III, 20.

ἀπεὶς τὸν ἐπ' Αἰθίοπας στόλον] Citat haec Thomas Mag. p. 811 s. v. στόλος. — In seqq. ἐκ Θηβέων cum Schwgh. et Gaisf. retinui. Mediceus liber: Θηβῶν; alii plures Θηβαίων.

ὁ μὲν ἐπ' Αἰθίοπας στόλος οὕτω ἔπρηξε] i. e. *adeo cessit infeliciter adversus Aethiopes suscepta expeditio.* Ita Valcken. notans, Graecos in designanda aliqua calamitate nonnunquam uti verbo πρῆξαι simpliciter posito, mali ominis voce κακῶς omissa, ut apud Herod. IV, 77. Thucyd. VII, 24. Demosthen. pro Coron. p. 172 [cap. 57 s. §. 151 pag. 293].

Cap. XXVI.

οἱ — ἐπ' Ἀμμωνίους] De *Ammoniis* diximus ad II, 32.

φανεροί εἰσι ἐς Ὄασιν πόλιν] De *Oasibus* hunc in modum Strabo XVII pag. 701 s. 1140 A: Αὐάσεις δ' οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι τὰς οἰκουμένας χώρας, περιεχομένας κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις, ὡς ἂν νήσους πελαγίας· πολὺ δὲ τοῦτ' ἐστὶ κατὰ τὴν Λιβύην· τρεῖς δ' εἰσὶν αἱ πρόσχωροι τῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐπ' αὐτῇ τεταγμέναι. Add. ibid. II p. 130 s. 192 infra et 193. Stephan. Byzant. s. v. Αὔασις. Atque de ipso nomine, ut inde ordiar, citant Bochart. Phaleg. IV, 29 p. 320 D. E. Iac. Ludolf. in Commentt. ad Histor. Aethiopp.

ἔχουσι μὲν Σάμιοι, τῆς Αἰσχριωνίης φυλῆς λεγόμε- Samiorum, itinere septem die-

pag. 50 seqq. Langlès in Append. II ad Voyage de Hornemann. T. II p. 343 seqq. Nam apud Coptas etiamnum antiqua vox sive Ὄασις fuit sive Αὔασις, residet in formis *Ouahsi* et *Ouahe*, quorum hoc cum Arabum voce *Wah*, quâ nunc vulgo Oases significantur, convenire volunt. In quibus *domicilii* s. *loci habitati* subest notio. Vid. Ritter. Erdkunde I pag. 1004. Minutoli Reise z. d. Tempel des Jupp. Amm. pag. 86 ibiq. laudd. et inprimis Ideler in: Fundgruben des Orients IV p. 397. Quod vero *unam* modo Noster vocat Oasin, Strabo l. l. *tres*, Ptolemaeus (IV, 5 p. 260) *duas*, quas easdem nunc quoque constituunt, perquam credibile fit, quae nunc magno intervallo separantur Oases binae, eas olim *unam* fuisse *eandemque* Oasin continuam. Quarum quae maior est, ad meridiem magis conversa (nunc vocant *El Wah el Keblieh* sive etiam simpliciter *El Wah*), sita intermedia a Thebis Ammonium proficiscentibus, eam ab Herodoto h. l. indicari, vix dubium; in qua qui nunc appellatur locus *El Karghé*, eum *pro Oasi urbe*, quam Noster dicit, habendum esse viri docti statuunt. Reperiuntur in istâ terrâ, nuper demum duorum peregrinatorum, Caillaud et Edmonstone, studio perquisita et cognita, monumentorum antiquorum rudera, templorum vestigia, aedes Graecis inscriptionibus ornata. Tu vid. Heeren. Ideen II, 1 p. 218 seqq. Ideler l. l. IV pag. 412. 417. Rennel. l. l. p. 630. Schlichthorst l. l. p. 98 seq. Ritter. l. l. I pag. 965. 968 seqq. 1004 seqq.

Σάμιοι τῆς Αἰσχριωνίης φυλῆς] Quum apud Etymolog. p. 160, 22 binae tantum Sami memorentur tribus Σχησία et Ἀστυπαλαία, Berkelius ad Stephan. Byzant. s. v. Αὔασις hic pro Αἰσχριωνίης reponi vult Σχησίης. Quo minime opus esse monuerunt dudum interpretes Herodotei. Et affert Wesseling. Nicandr. Alexipharm. 151 cum Scholiis et Herod. III, 39. Panofka de Samiorum tribubus (Res Samm. p. 81 seqq.) disputans, tribus partibus, in quas Sami civitatem Polycrates diviserit (cf. Herod. III, 39), respondisse videri monuit has tribus tres, quarum binae memorantur ab Etymologo, tertia Herodoti sit Αἰσχριωνία, ab Aeschrione heroe, ad quem auctorem tribus referatur, sic appellata. Si vero cum viro docto (Ideler l. l. pag. 418) quaeras, quo pacto Samii isti in hanc Oasin devenerint, num a Persis illuc traducti illo ex more, quo gentes victae alias prorsus in regiones haud raro transferebantur, an potius ipsi illuc profecti mercandi causa sedesque illic figentes: malim hoc ipsum statuere, praesertim cum Samiorum res navalis et mercatura iam Olymp. XXXVII maxime floreret, ut vel Tartessum venirent. Quo eodem ferme tem-

rum Thebis distantem, coorto austro arena obruti, perierunt.

νοι εἶναι· ἀπέχουσι δὲ ἑπτὰ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Θηβέων διὰ ψάμμου· οὐνομάζεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος
2 κατὰ Ἑλλήνων γλῶσσαν, Μακάρων νῆσος· ἐς μὲν

---

pore illos in Oasin maiorem venire potuisse, haud quidem ab omni probabili abhorret. Tu conf. Müller. Aeginett. p. 67.

ἀπέχουσι δὲ ἑπτὰ ἡμερέων ὁδὸν] Hoc optime congruere cum vero locorum intervallo monet Heeren Ideen II, 1 p. 219. Cum enim duplici viâ ad Oasin perveniri possit, illam, quae magis meridiem versus ducat et antiquis temporibus maxime fuerit frequentata, explere LII horas, quas dicunt, ut commode septem diebus confici possit. Qui autem Thebis Ammonium proficiscuntur, iis medio in itinere sita est haec oasis, ubi adhuc mansio est et statio iter facientium. Conf. Heeren. l. l. p. 220. Ideler l. l. IV pag. 408. 413. coll. Rennel. p. 630.

κατὰ Ἑλλήνων γλῶσσαν] Monet Valcken. in hac formula articulum τὴν post praepositionem vulgo addi, ut II, 30. IV, 52. Sed omittitur IV, 110. VI, 98. — Ad verba ὅτι μὴ conf. nott. ad I, 18. II, 50.

Μακάρων νῆσος] ν ῆ σ ο ς cum Schwgh. Gaisf. et Matth. reponendum censui, libris plerisque probantibus atque Stephan. Byz. s. v. *Αὔασις*. Et hanc lectionem merito sequitur Italus interpres. Wesselingius primus dederat ν ῆ σ ο ι, quod praeter duos libros scriptos praebent Valla, Olympiodor. apud Phot. p. 191 s. 111 et Eustath. ad Homer. Odyss. IV p. 1509, 30 s. 186, 51. Quibus sane *Beatorum* quae feruntur *insulae* in Atlantico mari, poetis maxime celebratae, obversatae esse videntur, cum singularem in pluralem commutarent. Hinc autem factum opinor, quod in epigrammate apud Tzetz. ad Lycophron. 1194 pag. 952 ed. Müller. de una urbe Thebarum Boeotiae invenitur *αἵδ' εἰσὶ Μακάρων νῆσοι*. Singulari numero de eodem loquitur loco Photius Lex. Gr. p. 178, cui iunge Hesych. II, 52, Suid. p. 483 et Phavorin. p. 1206, qui eadem tradentes variant in *Μακάρων* ν ῆ σ ο ς et *Μακάρων* ν ῆ σ ο ι. Monuit haec *Creuzer.* in Commentt. Herodd. p. 91. Ac nemo fere nescit, iam mature Beatorum insulas inveniri et laudari sedes piorum hominum vita defunctorum, post autem, Augusti potissimum aevo et sequenti haec maximopere exornata et amplificata fuisse a poetis.

Ad Herodoti locum quod attinet, haud mirum esse scribit Ideler l. l. p. 397. 398, quod haec appellatio ad Oases Africae quoque fuerit traducta, quippe quae fontibus abundantes, herbarum arborumque flore insignes iis, qui e desertis adveniant, verae videantur esse beatorum sedes. Idem monet Minutoli l. l. p. 85. — „Ac pervenisse ad Graecos homines famam *Elysii* in *Aegyptiorum finibus* siti, lo-

δὴ τοῦτον τὸν χῶρον λέγεται ἀπικέσθαι τὸν στρατόν· τὸ ἐνθεῦτεν δὲ, ὅτι μὴ αὐτοὶ Ἀμμώνιοι καὶ οἱ τούτων ἀκούσαντες, ἄλλοι οὐδένες οὐδὲν ἔχουσι εἰ- 208
πεῖν περὶ αὐτῶν· οὔτε γὰρ ἐς τοὺς Ἀμμωνίους
3 *ἀπίκοντο, οὔτε ὀπίσω ἐνόστησαν. λέγεται δὲ καὶ*

---

quuntur veterum scriptorum excerpta, quae leguntur ap. Etymol. magn. p. 428 p. 388 Lips. Suidam in *Ἠλύσιον*; Tzetz. ad Lycophr. cf. 1194. 1204 et Eudociam p. 219. In loco Aegyptiaco accuratius designando variatum esse nemo mirabitur. Sic, ut hoc utar, Apion locum designaverat inter Canobum et Zephyrium, teste Eustathio ad Odyss. p. 1509 pag. 186 infr. Basil. Illud docte, si quid video, ex hoc ipso loco Homerico (Odyss. IV, 561 seqq.), ubi Aegyptius Proteus Menelao vaticinatur, efficere studuit Zoëga De obeliscc. p. 296: „*universam fabulam de Elysio s. de beatorum insulis Aegyptiacae esse originis.*" Quam rem odorari quodammodo Tibi videare, ubi legeris, quomodo Herodorus et Olympiodorus ap. Phot. in Bibl. p. 191 p. 111 Hoesch. Homericas res, veluti Phaeaciam adeoque Homeri patriam ad illas Aegyptias et Thebaicas insulas Beatorum retulerint. Nam ut Thebarum mentionem persequar, alio loco e Pherecydis, Antiochi, aliorum scriptorum testimoniis didicimus, utrarumque Thebarum et Aegyptiarum et Boeotiarum primordia, miracula et eventa multis partibus ab antiquis hominibus coniuncta esse (v. Melett. I p 94). Hinc in hac urbe condenda Ogygus Aegyptiacarum Thebarum rex dicitur *πάντα ποιήσας εἰς ὄνομα τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν.* Eo referendum arbitror, quod Boeotiae Thebae suas habuere Beatorum insulas. Photius Lex. Gr. p. 178: *Μακάρων νῆσος, ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Θηβῶν τὸ παλαιὸν, ὡς Ἀρμένδας.* Eam vero famam si quaeris, ego ortam crediderim non solum ab agri Aegypti superioris fertilitate, verum inde quoque, quod in Thebarum Libyaeque confinio amplissima spelaea longe lateque patebant, ab antiquissimo inde tempore opulentorum Aegyptiorum sacerdotumque ac regum cadaveribus recipiendis destinata. Malo enim hac in causa cum d'Anvillio facere (Mém. sur l'Egypt. p. 188), quam cum Larchero (Tabl. geogr. p. 376). Nam antiquis Graecis illa sepulcra Thebaica ignota fuisse nemo crediderit, qui loci Homerici de magnitudine Thebarum vim intelligere calleat. At vero sufficit nobis ad nostram causam illud tenere: sub rerum Aegyptiarum primordiis Thebas eo loco ac numero fuisse, ut et reipublicae et religionum caput ac fastigium censeretur." *Creuz.* in Commentt. Herodd. p. 90 seqq.

λέγεται δὲ καὶ τάδε ὑπ' αὐτ.

τάδε ὑπ' αὐτῶν Ἀμμωνίων· ἐπειδὴ ἐκ τῆς Ὀάσιος ταύτης ἰέναι διὰ τῆς ψάμμου ἐπὶ σφέας, γενέσθαι τε αὐτοὺς μεταξύ κου μάλιστα αὐτῶν τε καὶ τῆς Ὀάσιος, ἄριστον αἱρεομένοισι αὐτέοισι ἐπιπνεῦσαι νότον μέγαν τε καὶ ἐξαίσιον, φορέοντα δὲ θῖνας τῆς ψάμμου, καταχῶσαί σφεας, καὶ τρόπῳ τοιούτῳ
4 ἀφανισθῆναι. Ἀμμώνιοι μὲν οὕτω λέγουσι γενέσθαι περὶ τῆς στρατιῆς ταύτης.

27 Ἀπιγμένου δὲ Καμβύσεω ἐς Μέμφιν, ἐφάνη Αἰγυπτίοισι ὁ Ἄπις, τὸν Ἕλληνες Ἔπαφον καλέουσι.

Cambyses Aegyptios, festum Api-

κ. τ. λ.] καὶ cum Schweigh. et Gaisf. reposui. Abiecerat Wesselingius. Hanc vero narrationem, de qua conferunt Iustin. I, 9 et Senec. Quaest. Natt. II, 32, ei qui, quae vel recentibus temporibus illic accidisse dicuntur, reputet, multosque peregrinantes una cum camelis, aliis, arenâ ventis adflatâ obrutos esse norit, minime incredibilem videri vix est, quod moneam. Quin quod his ipsis in regionibus, in quibus Cambysis exercitum periisse verisimile est, nuper admodum loca altiora, ex ossibus quae constant, terrâ sepulcrorum ad instar superimpositâ, inventa sunt, triginta numero, quae singula vel centum adeoque plura hominum cadavera continere potuerint. Ac plures istiusmodi colles fore ut inveniantur, adfirmant desertorum istorum incolae. Vid. Ritter. Erdkunde I pag. 968 coll. Ideler. l. l. p. 417, cui, quae de numero exercitus Persarum hic narrantur, exaggerata videntur; Persas ille putat, a ductoribus Aegyptiis in mediis desertis derelictos et proditos, ita prae defatigatione omniumque rerum, aquae praesertim, inopia periisse.

Cap. XXVII.

ὁ Ἄπις] Auctore Siebel. ad Pausan. I, 18 p. 57 et II, 5 §. 5 p. 176 scribendum erit Ἆπις et Ἆπιν, cum prior syllaba producatur. Conf. III, 28 et supra II, 153.

τὸν Ἕλληνες Ἔπαφον καλέουσι] Vid. nott. ad II, 153 fin. et ad III, 28. Hoc loco ex Creuzeri Symbol. I p. 482 seq. illud unum monebimus, Apidem Osiridis vivum quasi symbolum indeque foecunditatis omnis, sive Sole sive Nilo illa efficiatur, signum esse habitum, quippe quod omnia contineat, quae sub Osiride latere putabant sacerdotes. Tu conf. inprimis Plut. De Isid. et Osirid. p. 368 C. Qui idem Apis hinc Isidi quoque sacer habebatur, ut testantur quae attulit Wesseling. ad Diodor. I, 21. Hicce taurus si repertus erat, solemni pompa a sacerdotibus arcessebatur et quatuor per menses in aedibus orientem versus patentibus alebatur festique dies inde ab interlunio agi-

ἐπιφανέος δὲ τούτου γενομένου, αὐτίκα οἱ Αἰγύ-
πτιοι εἵματά τε ἐφόρεον τὰ κάλλιστα, καὶ ἦσαν ἐν
2 θαλίῃσι. Ἰδὼν δὲ ταῦτα τοὺς Αἰγυπτίους ποιεῦν-
τας ὁ Καμβύσης, πάγχυ σφέας καταδόξας, ἑωυτοῦ
κακῶς πρήξαντος, χαρμόσυνα ταῦτα ποιέειν, ἐκάλεε
τοὺς ἐπιτρόπους τῆς Μέμφιος· ἀπικομένους δὲ ἐς
ὄψιν, εἴρετο „ὅ τι πρότερον μὲν, ἐόντος αὐτοῦ ἐν
Μέμφι, ἐποίευν τοιοῦτον οὐδὲν Αἰγύπτιοι· τότε δὲ,
ἐπεὶ αὐτὸς παρείη τῆς στρατιῆς πλῆθός τι ἀποβα-
3 λών;" οἱ δὲ ἔφραζον, ὥς σφι θεὸς εἴη φανεὶς, διὰ
χρόνου πολλοῦ ἐωθὼς ἐπιφαίνεσθαι· καὶ ὡς ἐπεὰν
φανῇ, τότε πάντες οἱ Αἰγύπτιοι κεχαρηκότες ὁρτά-
4 ζοιεν. ταῦτα ἀκούσας ὁ Καμβύσης, ἔφη ψεύδεσθαί
σφεας· καὶ ὡς ψευδομένους, θανάτῳ ἐζημίου.

di conspicuo facto celebrantes, de rebus a se male gestis laetari ratus, praefectos urbis Memphis occidit.

28 Ἀποκτείνας δὲ τούτους, δεύτερα τοὺς ἱρέας ἐκάλεε ἐς ὄψιν. λεγόντων δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ τῶν ἱρέων, οὐ λήσειν ἔφη αὐτὸν, εἰ θεός τις χειροήθης ἀπιγμένος

Sacerdotes iubet adducere sibi Apidem: huius descriptio.

---

tabantur. Tum demum Heliopolin bestiam ducebant, et quadraginta per dies nutriebant; quibus peractis, Memphin Vulcani in templum Apis deducebatur omnique sacrificiorum honore, thure, aliis alliciebatur. De quo praeter Herod. III, 28, quocum conf. Plin. H. N. VIII, (72) 46. *Cr.* citat Diodor. l. l. Strabon. XVII p. 803 s. p. 1155. Alberti ad Hesych. s. v. Zoega De obeliscc. p. 283 seq. Ad formam bovis observat Link (Die Urwelt pag. 180), Apidem non fuisse ex eo boum genere, cui nunc nomen *Buckelochsen*, sed ad vulgare boum genus pertinuisse videri.

πάγχυ σφέας καταδόξας] καταδόξας, idem fere quod simplex δόξας, nisi quod malam quandam in partem adhiberi videtur verbum compositum. Conf. I, 22. 79. 111. III, 69. VIII, 69 etc. Ad χαρμόσυνα in seqq. Schweigh. in Lex. Herod. suppleri vult ἱρὰ, *ut dii festi sacraque,* quae obeant Aegyptii, intelligantur.

ἐκάλεε τοὺς ἐπιτρόπους τῆς Μέμφιος] Conf. V, 30 et VII, 176. Equidem eiusmodi magistratus hic indicari censeam, qui ad Romanorum *vicomagistros* accedunt. Neque enim nomorum praefecti, de quibus II, 164, neque demorum, de quibus III, 6, hic intelligi posse videntur.

Cap. XXVIII.

οὐ λήσειν ἔφη αὐτὸν] i. e. „*non clam se ipso fore* (s. se intellecturum), *si manu tractabilis ad Aegyptios venisset deus.*" In seqq. edidi μετῆσαν ut III, 19. Vulgo μετήϊσαν, cuius loco

2 εἴη Αἰγυπτίοισι. τοσαῦτα δὲ εἴπας, ἐπάγειν ἐκέλευε
τὸν Ἄπιν τοὺς ἱρέας· οἳ μὲν δὴ μετῆσαν ἄξοντες.
Ὁ δὲ Ἄπις οὗτος, ὁ Ἔπαφος, γίνεται μόσχος ἐκ
βοὸς ἥτις οὐκέτι οἵη τε γίνεται ἐς γαστέρα ἄλλον
3 βάλλεσθαι γόνον. Αἰγύπτιοι δὲ λέγουσι σέλας ἐπὶ
τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν, καί μιν ἐκ
4 τούτου τίκτειν τὸν Ἄπιν. Ἔχει δὲ ὁ μόσχος οὗτος,
ὁ Ἄπις καλεόμενος, σημήϊα τοιάδε· ἐὼν μέλας, ἐπὶ
μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον φορέει· ἐπὶ δὲ
τοῦ νώτου, αἰετὸν εἰκασμένον· ἐν δὲ τῇ οὐρῇ, τὰς

Aldina, Florentinus et Sancrofti liber μετῆσαν.

ἐς γαστέρα — βάλλεσθαι] De vacca *foetum utero concipiente* haec intelligenda sunt. Duo libri βαλέσθαι; λαβέσθαι coniecerat Pauw. receperatque Schaeferus. Quo minime opus. In proxime antecedentibus pro οἵη τε Steger. Praefat. p. XIII scribi mavult ὁσίη, hoc sensu: „*quam non amplius fas est alium partum concipere!*“

σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν] κατίσχειν hic valet *delabi, deferri*. Explicuit, observante Valck., Eustath. ad Iliad. α΄ pag. 100, 40 et Abresch. in Dilucidd. Thucydd. pag. 460. *Cr.* addit Schol. Leidenss. ad Iliad. I, 450 ed. Wassenb. Ad rem ipsam consul. Pompon. Mel. I, 9: „raro nascitur, nec coitu pecoris, ut aiunt, sed divinitus et coelesti igne conceptus;“ atque inprimis Plutarch. De Isid. et Osirid. pag. 368 C. De reliquis vide Creuzerum in Excurs. ad h. l.

τετράγωνον φορέει] φορέει, quod cum Gronovio deleverat Wessel. cum Schweigh. et Gaisf. reposui. Matthiae omisit. De ipsa re consul. Creuzerum l. l.

ἐπὶ δὲ τοῦ νώτου αἰετὸν εἰκασμένον] „Haec verba male habent Zoegam de obeliscc. p. 448. Vulturis (γυπός) signum in Apidis notis esse; non aquilae, si icones conferas. Tu vide v. c. Cayli Recueil Tom. I Tab. 12. Ego in ea re ampliandum existimo. Nam primum nemo nescit diligentiam Herodoti in rebus naturalibus describendis, ut minime credibile sit, vulturem et aquilam ab eo esse confusos. Deinde *phoenicis*, avis, imago nonnunquam adiungi poterat Apidi. Est vero phoenix ἐς τὰ μάλιστα αἰετῷ περιήγησιν ὁμοιότατος, ipso Herodoto teste II, 73. Poterat autem phoenix bifariam iungi Apidi, primum respectu habito inundantis Nili, cuius nota in notis Apidis erat; si quidem in anaglyphis Thebaicis urceum et pateram gestat phoenix igiturque et ipse ad Nilum solstitio aestivo crescentem refertur (vid. Descript. de l'Egypt. Antiqq.

29 τρίχας διπλᾶς· ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ, κάνθαρον. Ὡς 209
δὲ ἤγαγον τὸν Ἄπιν οἱ ἱρέες, ὁ Καμβύσης, οἷα ἐὼν
ὑπομαργότερος, σπασάμενος τὸ ἐγχειρίδιον, θέλων
τύψαι τὴν γαστέρα τοῦ Ἄπιος, παίει τὸν μηρόν· γε-
2 λάσας δὲ, εἶπε πρὸς τοὺς ἱρέας· „Ὦ κακαὶ κεφαλαὶ,
τοιοῦτοι θεοὶ γίνονται, ἔναιμοί τε καὶ σαρκώδεες,
καὶ ἐπαΐοντες σιδηρίων; ἄξιος μὲν Αἰγυπτίων οὗτός

Vulnerat Cambyses femur Apidis: flagellantur sacerdotes: festum solutum: Apis exstinctus, clam sepelitur.

Vol. I. cap. 5. §. 6 p. 29 seqq.); deinde quoniam Apidis periodus chronologica viginti quinque annorum inclusa erat in periodo phoenicis MCCCC annorum. De his periodis vid. Marshami Canon. chron. pag. 9. Dornedden neue Theorie p. 85 et Iomard. in Descr. de l'Eg. Vol. I Antiqq. cp. 5 §. 5 p. 28.“ *Creuzer.*

ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ κάνθαρον] Porphyr. apud Euseb. Pr. Evang. III, 13 habet ὑπὸ τῇ γλώττῃ κάνθαρος, nec aliter, quem cum illo citat Wessel., Plinius H. N. VIII, (71) 46: „Nodus *sub lingua*, quem cantharum adpellant.“ Unde cum Iablonskio in Herodoto scribi quis malit ὑπὸ δὲ τῇ γλ. quemadmodum interpretatus est Larcherus: *sous la langue.* Cantharum autem sive scarabaeum Aegyptiorum in doctrina sacra solis ac lucis indeque omnis generationis vitaeque symbolum haberi nunc satis constat. Qui idem inde in hypogaeis mumiisve invenitur frequens, animae in corporum s. materiae mutatione non exstinctae signum. Plurima hanc in rem Creuz. in Symbol. I p. 489 seqq. At libri scripti et editi omnes adversantur, quibus invitis nihil in talibus novare audeam. — Ad verba proxime antecedentia τὰς τρίχας διπλᾶς Larcherus laudat Scholiast. Ptolem. in Tetrabibl. pag. 2, qui bovis caudam secundum lunam crescere et decrescere dicit.

Cap. XXIX.

οἷα ἐὼν ὑπομαργότερος] i. e. *haud prorsus mentis compos.* Conf. III, 145. VI, 75. Descendit a μάργος (*vesanus, avidus*), de quo Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Prometh. 909. Ad σπασάμενος conf. nott. ad Plutarch. Philopoem. pag. 26.

παίει τὸν μηρὸν] Congruit Plutarch. De Isid. et Osir. §. 44 p. 368 F. Aelian. V. H. VI, 8; de Ocho simile quid perpetrante idem Plutarchus l. l. §. 31 pag. 363 C. Attulit haec Valcken. Darium Hystaspis aliter sensisse monens e Diodor. I, 95. Polyaen. VII, 10 §. 7.

ἐπαΐοντες σιδηρίων] i. e. *sentientes ictum ferri.* ἐπαΐειν exponitur a schol. Apollon. Rhod. II, 195 αἰσθάνεσθαι. — In seqq. Werfer. (Actt. phil. Monacc. I p. 98) praefert lectionem: ἄξιος μέν γε Αἰγυπτίων οὗτός γε ὁ θεός, conferens I, 187. Nos vulgatam ἄξιος μὲν Αἰγ. retinuimus.

γε ὁ θεός. ἀτάρ τοι ὑμεῖς γε οὐ χαίροντες γέλωτα
3 ἐμὲ θήσεσθε.“ Ταῦτα εἴπας, ἐνετείλατο τοῖσι ταῦτα
πρήσσουσι, τοὺς μὲν ἱρέας ἀπομαστιγῶσαι, Αἰγυ-
πτίων δὲ τῶν ἄλλων τὸν ἂν λάβωσι ὁρτάζοντα,
κτείνειν. ὁρτὴ μὲν δὴ διελέλυτο Αἰγυπτίοισι· οἱ δὲ
4 ἱρέες ἐδικαιεῦντο. ὁ δὲ Ἄπις πεπληγμένος τὸν μη-
ρὸν, ἔφθινε ἐν τῷ ἱρῷ κατακείμενος. καὶ τὸν μὲν,
τελευτήσαντα ἐκ τοῦ τρώματος, ἔθαψαν οἱ ἱρέες λά-
θρῃ Καμβύσεω.

30 Occidit Smerdin, fratrem germanum, opera Prexaspis.

Καμβύσης δὲ, ὡς λέγουσι Αἰγύπτιοι, αὐτίκα
διὰ τοῦτο τὸ ἀδίκημα ἐμάνη, ἐὼν οὐδὲ πρότερον
2 φρενήρης. Καὶ πρῶτα μὲν τῶν κακῶν ἐξεργάσατο
τὸν ἀδελφεὸν Σμέρδιν, ἐόντα πατρὸς καὶ μητρὸς
τῆς αὐτῆς· τὸν ἀπέπεμψε ἐς Πέρσας φθόνῳ ἐξ Αἰ-
γύπτου, ὅτι τὸ τόξον μοῦνος Περσέων ὅσον τε ἐπὶ
δύο δακτύλους εἴρυσε, τὸ παρὰ τοῦ Αἰθίοπος ἤνει-
καν οἱ Ἰχθυοφάγοι· τῶν δὲ ἄλλων Περσέων οὐδεὶς
3 οἷός τε ἐγένετο. Ἀποιχομένου ὦν ἐς Πέρσας τοῦ
Σμέρδιος, ὄψιν εἶδε ὁ Καμβύσης ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε.

οὐ χαίροντες γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε] i. e. *non iuvabit vos, me ludibrio habuisse* s. *poenam non effugietis, quod me ludibrio habuistis.* De locutione οὐ χαίροντες consul. G. Hermann. ad Viger. p. 767. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 220. Conf. infra III, 63. 69. 36, ubi Valcken. praeter alia Hemsterhusium conferri vult in Miscell. Obss. VI p. 343. Imitando expressit formulam Pausanias IV, 21 §. 7, ubi conf. Siebelis. — Ad verba γέλωτα — θήσεσθε conf. III, 38 et VII, 209, ubi Wessel. praeterea citat Iob. XVII, 6. Athen. VIII, pag. 335 C.

ἐδικαιεῦντο] i. e. *puniti sunt.* Conf. I, 100. V, 92 §. 2, ubi Wessel. laudat Leopard. Emendatt. V, 9.

ἔθαψαν οἱ ἱρέες] Ab Herodoto dissentit Plutarchus, qui bovem a Cambyse necatum, canibus dein proiectum ab iisque devoratum esse scribit, De Is. et Osirid. pag. 368 F.

Cap. XXX.

φρενήρης] Conf. III, 25. In seqq. ad verba ὅσον τε ἐπὶ δύο δακτύλους conf. III, 5 fin. ὅσον τε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. Ad ipsam sententiam comparamus Iustinum I, 9 de Cambyse sic pronuntiantem: „erat enim difficile, ut parceret suis, qui cum contemptu religionis, grassatus etiam adversus deos fuerat.“

τὸ — ἤνεικαν] Vid. cap. 21.

4 ἔδοξέ οἱ ἄγγελον ἐλθόντα ἐκ Περσέων ἀγγέλλειν, ὡς
ἐν τῷ θρόνῳ τῷ βασιληΐῳ ἱζόμενος Σμέρδις, τῇ κε-
5 φαλῇ τοῦ οὐρανοῦ ψαύσειε. Πρὸς ὦν ταῦτα, δεί-
σας περὶ ἑωυτοῦ μή μιν ἀποκτείνας ὁ ἀδελφεὸς ἄρχῃ,
πέμπει Πρηξάσπεα ἐς Πέρσας, ὃς ἦν οἱ ἀνὴρ Περ-
6 σέων πιστότατος, ἀποκτενέοντά μιν. ὁ δὲ, ἀναβὰς
ἐς Σοῦσα, ἀπέκτεινε Σμέρδιν· οἱ μὲν λέγουσι, ἐπ'
ἄγρην ἐξαγαγόντα· οἱ δὲ, ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν
31 προσαγαγόντα καταποντῶσαι. Πρῶτον μὲν δὴ λέ-
γουσι Καμβύσῃ τῶν κακῶν ἄρξαι τοῦτο. δεύτερα
δὲ ἐξεργάσατο τὴν ἀδελφεὴν, ἐπισπομένην οἱ ἐς Αἴ-
γυπτον, τῇ καὶ συνοίκεε, καὶ ἦν οἱ ἀπ' ἀμφοτέρων
2 ἀδελφεή. ἔγημε δὲ αὐτὴν ὧδε· οὐδαμῶς γὰρ ἐώθε-

Occidit sororem germanam, eandemque uxorem: duae sorores 210 Cambysis, eaedemque uxores eius: iudices regii qui dicantur,

τῇ κεφαλῇ — ψαύσειε] Locutionem postea proverbii vim induisse notat Wesseling. citans Aristaenet. I, 11. Aelian. V. H. XII, 41. Eunap. Vit. Aedes. p. 48 [p. 28 Boissonad., cuius vide annotat. pag. 226]. Liban. II p. 115 B. Barth. ad Stat. Theb. III, 155.

οἱ μὲν λέγουσι, ἐπ' ἄγρην ἐξαγαγόντα κ. τ. λ.] ἐξαγαγόντα, uti mox προσαγαγόντα, ad Prexaspem pertinet, qui Smerdin eduxerit venatum. Ἐρυθρὴν θάλασσαν hic de *Persico sinu* intelligi monet Breiger. Commentat. de difficill. quibusd. Asiae Herodot. p. 11. Tu conf. nott. ad I, 1. — Ad argumentum loci inprimis facit Ctesias in Excerptt. Perss. §. 10 coll. §. 8 ubi, quem *Smerdin* Herodotus appellat, is vocatur *Tanyoxarces*, a Cyro moriente constitutus Bactriae aliarumque quarundam terrarum ac gentium satrapa. Idem a Xenophonte (Cyrop. VIII, 7, 11) vocatur *Tanyoxares*, cui Cyrus Medorum, Armeniorum et Cadusiorum satrapiam designarit. Quem eundem, ad Herodoteam appellationem magis accedens, Iustinus I, 9 vocat *Ergin* (sive *Merdin* sive *Mergin;* nam libri variant); quocum conf. Aeschyl. Pers. 774. — Ut enim in singulis discrepant Ctesias atque Herodotus, ita in summa, in parricidio nimirum, utrique scriptori convenit. Quod idem de Iustino dictum velim. Conf. nott. ad Ctesiae locum. Tu conf. infra III, 61 seqq. ibiq. nott.

Cap. XXXI.

ἐξεργάσατο τὴν ἀδελφεήν] ἐξεργάζεσθαι, quod *conficiendi*, *perpetrandi* significatione vulgo reperitur, hoc loco haud scio an *interficiendi* notionem assumat, ut IV, 134. V, 19 et sic, monente *Cr.* explicat Schweigh. in Steph. Thes. L. Gr. p. 3796 ed. Londin. — Ad ἐπισπομένην conf. nott. ad I, 91.

οὐδαμῶς γὰρ ἐώθεσαν] Vul-

quod munus gerant: consulti de regis matrimonio cum sorore, quam iustum et cautum responsum dederint.

σαν πρότερον τῇσι ἀδελφεῇσι συνοικέειν Πέρσαι. ἠράσθη μιῆς τῶν ἀδελφεῶν Καμβύσης, καὶ ἔπειτα βουλόμενος αὐτὴν γῆμαι, ὅτι οὐκ ἐωθότα ἐπενόεε ποιήσειν, εἴρετο καλέσας τοὺς βασιληΐους δικαστὰς, εἴ τίς ἐστι κελεύων νόμος τὸν βουλόμενον ἀδελφεῇ
3 συνοικέειν. Οἱ δὲ βασιλήϊοι δικασταὶ κεκριμένοι ἄνδρες γίνονται Περσέων, ἐς οὗ ἀποθάνωσι, ἤ σφι

---

go perhibent Persarum fuisse morem cum matribus, sororibus, filiabus concumbendi, idque e Zoroastri lege ita constitutum fuisse. Quod quamquam pluribus comprobatur exemplis, vulgarem tamen communemque Persarum fuisse morem negat Anquetil. in Append. ad Zendavest. I, 1 p. 71. Plura hanc in rem laudavi ad Ctesiae fragmm. pag. 91 seqq. coll. 199, quibus nunc addo Schulting. Iurisprudent. Anteiust. ad Gaii Institt. I, 4 §. 35 et Iacobs. Lectt. Stobenss. p. 143 seqq. — Articulum οἱ ante *Πέρσαι* vulgo positum, cum recentt. abieci. Matthiae eum retinuit.

καλέσας τοὺς βασιληΐους δικαστὰς] In Sancrofti libro ac Vindobonensi, apud Vallam et Hesych. s. v. *βασιλεῖς* invenitur *τοὺς βασιληΐους καλεομένους δικαστάς*. Gaisf. confert III, 14. VII, 194. Add. V, 25. Alia veterum testimonia de hoc regiorum iudicum concilio suppeditabit Brisson. de reg. Perss. princip. I §. 132. 133; quibus add. Esther. I, 13. Quod e Magis fuisse compositum probabiliter statuit Heeren. Ideen. I p. 458 sq. Cum enim Magorum disciplina non minus ad cultum et sacra, quam ad omnem Persarum rem publicam spectaret, Magos et sacerdotes et iudices summosque regis consiliarios fuisse, maxime est consentaneum. *Septem* autem illos fuisse numero suspicor ex iis, quae apud Brisson. l. l. §. 133 allata invenio.

ἐς οὗ ἀποθάνωσι κ. τ. λ.] Ad ἐς οὗ conf. nott. ad I, 67 et de coniunctivis *ἀποθάνωσι* et *παρευρεθῇ* nott. ad I, 19 fin. Voculam *μὴ*, quam Aldina inseruit ante *παρευρεθῇ*, probante Toupio in Emendd. Suid. III pag. 325 ed. Lips., minime recepimus, cum obstet optimorum librorum auctoritas. — Ad ipsam rem confer sis, quae VII, 194. V, 25, enarrantur. Nec alio modo nunc atque antea ius exerceri apud Persas monstrant ea, quae narrat Morier. II, 103 teste Heeren. l. l. — In seqq. *ἐξηγηταὶ*, qui alias sunt religionum s. sacrorum interpretes, somniorum inde divinatores et explicatores (cf. I, 97), hoc loco *legum* potius atque *institutorum* sunt *interpretes*, qui leges et iura aeque ac sacra habent cognita indeque sciscitantibus aut consulentibus respondere possunt. Tu vid. Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. pag. 111 seq.

4 παρευρεθῇ τι ἄδικον, μέχρι τούτου. οὗτοι δὲ τοῖσι
Πέρσῃσι δίκας δικάζουσι, καὶ ἐξηγηταὶ τῶν πατρίων
θεσμῶν γίνονται, καὶ πάντα ἐς τούτους ἀνακέαται.
5 Εἰρομένου ὦν τοῦ Καμβύσεω, ὑπεκρίνοντο αὐτῷ
οὗτοι καὶ δίκαια καὶ ἀσφαλέα· φάμενοι, νόμον οὐ-
δένα ἐξευρίσκειν, ὃς κελεύει ἀδελφεῇ συνοικέειν ἀδελ-
φεόν· ἄλλον μέν τοι ἐξευρηκέναι νόμον, τῷ βασιλεύον-
6 τι Περσέων ἐξεῖναι ποιέειν τὸ ἂν βούληται. οὕτω
οὔτε τὸν νόμον ἔλυσαν δείσαντες Καμβύσεα· ἵνα
τε μὴ αὐτοὶ ἀπόλωνται τὸν νόμον περιστέλλοντες,
παρεξεῦρον ἄλλον νόμον σύμμαχον τῷ θέλοντι γα-
7 μέειν ἀδελφεάς. Τότε μὲν δὴ ὁ Καμβύσης ἔγημε
τὴν ἐρωμένην· μετὰ μέν τοι οὐ πολλὸν χρόνον ἔσχε
ἄλλην ἀδελφεήν. τουτέων δῆτα τὴν νεωτέρην, ἐπι-
32 σπομένην οἱ ἐπ᾽ Αἴγυπτον, κτείνει. Ἀμφὶ δὲ τῷ
θανάτῳ αὐτῆς διξὸς, ὥσπερ περὶ Σμέρδιος, λέγεται
λόγος. Ἕλληνες μὲν λέγουσι, Καμβύσεα συμβαλέειν

Duplex narratio de occasione mortis illatae uxori.

καὶ πάντα ἐς τούτους ἀνακέαται] i. e. *et ad eos omnia referuntur.* Conf. I, 97. — Aliquot libri exhibent ἀνακέεται. De usu praepositionis εἰς monuit Matth. Gr. Gr. §. 578, a. pag. 1142.

φάμενοι] Idem responsum hoc ipso ex loco affert Schol. ad Lucian. de Sacrific. §. 5 Tom. III p. 71 Bip. Satis vero ex hocce responso liquet, regum Persarum potestatem, etsi institutis quibusdam sacris ipsoque hoc iudicum summorum concilio circumscripta videri queat, nullis tamen legibus coercitam esse omniaque, ut omnino per orientem fieri solet, in uno regis arbitrio fuisse posita. Monuit Heeren. Ideen. I pag. 459. — In verbis seqq. de usu particulae μέντοι consul. Matth. Gr. Gr. §. 622, 6 p. 1264.

τὸν νόμον περιστέλλοντες] i. e. *tuentes, observantes legem.* Conf. nott. ad II, 147 fin.

τὴν ἐρωμένην] *Atossam* intelligit Dario post nuptam, ut patet ex III, 88 coll. III, 68 et ex Schol. Lucian. l.

ἔσχε ἄλλην ἀδελφεήν] ἔσχε, monente Valcken. ad IX, 76, est: *uxoris loco habuit.* Nomen huius sororis natu minoris *Meroën* fuisse, ex Liban. Antioch. p. 343 coll. or. XXXII p. 668 D. notat Wesseling. Atque alii quoque tradunt rerum scriptores, Cambysem ab Aegypto inde progressum esse usque ad Meroem, cui sive insulae sive urbi nomen sororis imposuerit.

Cap. XXXII.

Ἕλληνες μὲν λέγουσι] Vocu-

σκύμνον λέοντος σκύλακι κυνός· θεωρέειν δὲ καὶ
2 *τὴν γυναῖκα ταύτην. νικωμένου δὲ τοῦ σκύλακος, ἀδελφεὸν αὐτοῦ ἄλλον σκύλακα, ἀποῤῥήξαντα τὸν δεσμὸν, παραγενέσθαι οἱ· δύο δὲ γενομένους οὕτω*
3 *δὴ τοὺς σκύλακας ἐπικρατῆσαι τοῦ σκύμνου. καὶ τὸν μὲν Καμβύσεα ἥδεσθαι θεώμενον· τὴν δὲ, παρημένην δακρύειν. Καμβύσεα δὲ μαθόντα τοῦτο, ἐπείρεσθαι διότι δακρύοι· τὴν δὲ εἰπεῖν, ὡς ἰδοῦσα τὸν σκύλακα τῷ ἀδελφεῷ τιμωρήσαντα, δακρύσειε, μνησθεῖσά τε Σμέρδιος, καὶ μαθοῦσα ὡς κείνῳ οὐκ*
4 *εἴη ὁ τιμωρήσων. Ἕλληνες μὲν δὴ διὰ τοῦτο τὸ ἔπος φασὶ αὐτὴν ἀπολέσθαι ὑπὸ Καμβύσεω. Αἰγύ-* 211
πτιοι δὲ, ὡς τραπέζῃ περικατημένων, λαβοῦσαν θρίδακα τὴν γυναῖκα περιτῖλαι, καὶ ἐπανείρεσθαι τὸν ἄνδρα, κότερον περιτετιλμένη ἡ θρίδαξ ἢ δασεῖα εἴη 1

Iam *γὰρ*, quam post *μὲν* vulgo inserunt, cum Gaisf. omisi; abest enim illa a Mediceo, Florentino, aliis. Schweigh. et Matth. retinuerunt. — *συμβαλέειν* valet: *committere ad pugnandum*, ut V, 1. Ad *οὕτω δὴ* conf. I, 94. 196. II, 94 etc., ne plura.

κότερον περιτετιλμένη ἡ θρίδαξ κ. τ. λ.] i. e. *utrum ea lactuca, cui folia sint decerpta, an ea, quae integra sit, melior sit?* Nos Gaisf. secuti sumus, meliorem e libris scriptis ordinem cum Schweigh. revocantem et *ἐοῦσα*, quod adhuc tenet Schweigh., abiicientem eorundem ferme librorum ob auctoritatem. Vulgo: *κότερον περιτετιλμένη ἢ δασεῖα ἡ θρίδαξ ἐοῦσα εἴη καλλίων*; quae Valcken. olim sic constituenda censuit: *κότερα περιτετιλμένη ἡ θρίδαξ ἢ δασεῖα ἐοῦσα εἴη ἀμείνων*, adiiciens *ἀμείνων* reddi potuisse *καλλίων*, ut in Hesych., ubi: *ἄμεινον· κάλλιον*. Tu conf. quoque censorem in Ephemer. Ienenss. 1817 nr. 163 pag. 363. — Ad rem iam Valcken. attulit Epicharmi dictum apud Athen. II p. 68 F., ex quo praeter alios, quos excitat Lobeck. loco mox laudando, etiam Phrynichus processisse videtur, scribens Herodotum Ionum ex dialecto dixisse *θρίδακα*, Atticos vero (*ἡμεῖς δὲ* ait, *ὡς Ἀττικοί*) *θριδακίνην*, coll. Antiatticist. in Bekkeri Anecdd. pag. 99. Ad quem Phrynichi locum Lobeck. de voce *θρίδαξ* s. *lactuca* (*Lattich*) plurima veterum collegit testimonia, quibus omnibus primitivum placuerit *θρῖδαξ*. Nos edidimus *θρίδαξ*, quemadmodum omnes quantum scimus libri et scripti et editi h. l. exhibent. Vid. nott.

5 καλλίων. καὶ τὸν φάναι, δασεῖαν. τὴν δ' εἰπεῖν·
„Ταύτην μέν τοί κοτε σὺ τὴν θρίδακα ἐμιμήσαο,
6 τὸν Κύρου οἶκον ἀποψιλώσας.“ Τὸν δὲ, θυμωθέντα
ἐμπηδῆσαι αὐτῇ, ἐχούσῃ ἐν γαστρί· καί μιν ἐκτρώ-
σασαν ἀποθανεῖν.

33 Ταῦτα μὲν ἐς τοὺς οἰκηΐους ὁ Καμβύσης ἐξεμά- Cambyses a puero epilepticus.
νη, εἴτε δὴ διὰ τὸν Ἆπιν, εἴτε καὶ ἄλλως, οἷα πολλὰ
2 ἐώθεε ἀνθρώπους κακὰ καταλαμβάνειν. καὶ γάρ τινα
καὶ ἐκ γενεῆς νοῦσον μεγάλην λέγεται ἔχειν ὁ Καμ-
βύσης, τὴν ἱρὴν οὐνομάζουσί τινες. οὔ νύν τοι
ἀεικὲς οὐδὲν ἦν, τοῦ σώματος νοῦσον μεγάλην νο-
34 σέοντος, μηδὲ τὰς φρένας ὑγιαίνειν. Τάδε δ' ἐς Prexaspes interrogatus, verum Cambysi dicit: Cambyses Cyro
τοὺς ἄλλους Πέρσας ἐξεμάνη. λέγεται γὰρ εἰπεῖν

---

ad II, 73. — Paulo post in verbis: *ταύτην μέντοί κοτε σὺ κ. τ. λ.* particulam *κοτε* reddi posse *nuper* notat Schweigh. ad Eustath. ad Iliad. I, 108 provocans. In seqq. *ἔχειν ἐν γαστρὶ* valet: *gravidam esse;* plane ut IV, 30 et apud Pausan. I, 6, 2 et IV, 9, 5. Simplex *ἔχειν* sive *ἴσχειν* apud Herodotum invenitur V, 41.

Cap. XXXIII.

οἷα — καταλαμβάνειν] *καταλαμβάνειν* de casibus dici sive malis, quae nos subito corripiant et opprimant, quae inopinata repentino impetu superveniant, monuit Hemsterhus. ad Lucian. Somn. §. 12 Tom. I p. 192, quo usi sunt Valcken. ad Herod. IV, 11 et Goeller. ad Thucydid. IV, 31; ubi plura. Tu vid. supra II, 66 ibiq. nott.

καὶ γάρ τινα καὶ ἐκ γενεῆς κ. τ. λ.] Alterum *καὶ* cum Schweigh. et Gaisf. recepi et mox cum iisdem rescripsi *οὐνομάζουσι* pro *ὀνομάζουσι*. Vulgatam retinuit Matth. Ad rem dudum ex Hesychio monuerat Larcher., de *Epilepsia* hic cogitandum esse, quem morbum Iustinus XIII, 2 vocat *valetudinem maiorem.* Plura nunc suppeditabit Fr. Dietz. ad Hippocratis (qui ipse contra appellationem *sacri morbi*, quam hominum introduxerit imperitia, disputat) librum *περὶ τῆς ἱρῆς νούσου* (Lips. 1827) p. 93 sqq., ubi quaerit, quî factum sit, ut iste morbus, cui alias apud Hippocratem *Epilepsiae* nomen, *sacri morbi* appellatione designetur aut etiam *μεγάλη νοῦσος* adeoque *ἡρακληΐη* dicatur. Quas omnes appellationes ad vehementiam morbi atque magnitudinem, quae vel maior quàm re vera est, veteribus visa fuerit, spectare, iam Graeci observarunt nonnulli, quorum testimonia attulit Dietz. l. l. pag. 98 seqq. Observat Italus Herodoti interpres, apud eos, qui nunc Etruriam incolunt, epilepsiam vocari: *mal benedetto.*

patri a consiliariis praelatus, a Croeso postpositus.

αὐτὸν πρὸς Πρηξάσπεα, τὸν ἐτίμα τε μάλιστα, καί
οἱ τὰς ἀγγελίας ἐφόρεε οὗτος, τούτου τε ὁ παῖς
οἰνοχόος ἦν τῷ Καμβύσῃ, τιμὴ δὲ καὶ αὕτη οὐ
2 σμικρή· εἰπεῖν δὲ λέγεται τάδε· „Πρήξασπες, κοῖόν
μέ τινα νομίζουσι Πέρσαι εἶναι ἄνδρα; τίνας τε
3 λόγους περὶ ἐμέο ποιεῦνται;“ Τὸν δὲ εἰπεῖν· „Ὦ
δέσποτα, τὰ μὲν ἄλλα πάντα μεγάλως ἐπαινέαι· τῇ
4 δὲ φιλοινίῃ σέ φασι πλεόνως προσκέεσθαι.“ Τὸν
μὲν δὴ λέγειν ταῦτα περὶ Περσέων. τὸν δὲ, θυμωθέντα, τοιάδε ἀμείβεσθαι· „Νῦν ἄρα μέ φασι
Πέρσαι οἴνῳ προσκείμενον παραφρονέειν, καὶ οὐκ
εἶναι νοήμονα; οὐδ᾽ ἄρα σφέων οἱ πρότεροι λόγοι
5 ἦσαν ἀληθέες.“ Πρότερον γὰρ δὴ ἄρα, Περσέων
οἱ συνέδρων ἐόντων καὶ Κροίσου, εἴρετο Καμβύσης, 212
κοῖός τις δοκέοι ἀνὴρ εἶναι πρὸς τὸν πατέρα τελέ-

Cap. XXXIV.

καί οἱ τὰς ἀγγελίας ἐφόρεε οὗτος] De structura loci conf. Matth. Gr. Gr. p. 881, de ipsa re vid. nott. ad I, 114. — De pincernis regum Persarum quaedam leguntur apud Brisson. De reg. Perss. princip. I §. 92 seq.

περὶ ἐμέο ποιεῦνται] Duo libri ἐμεῦ. Invenitur ἐμέο, monente Gaisford, I, 126. VI, 86. σέο III, 9. — Mox cum Schweigh. Gaisf. et Matth. edidi ἐπαινέαι pro ἐπαινέεαι. Conf. I, 180.

τῇ δὲ φιλοινίῃ — προσκέεσθαι] Tu conf. I, 133 ibiq. nott. pag. 315 et Brisson. l. l. I, 84. Valcken. consuli vult Athen. X p. 433 B. et Senecam De ira III, 14.

ἀνὴρ εἶναι πρὸς τὸν πατέρα τελέσαι Κῦρον] Wesseling. cum aliis ante τελέσαι voculam ὥστε subaudiens haec ita reddit: „*ut ad patris exemplar perveniat* s. *eum aequiparet.*“ Schweigh. interpretatur: „*qualis vir ipse esset cum patre Cyro collatus.*“ Steger. in praefat. p. XIII dubitat, an simplex τελεῖν, quod cum praepositione εἰς coniunctum valeat *referri, censeri inter viros* (ut II, 51. VI, 108), significare possit: *pervenire ad aliquid, aequiparare*, cum διατελεῖν sc. τὴν ὁδὸν dici oportuisset, ut in Xenoph. Anab. I, 5, 7. Quare rescribi vult: πρὸς τὸ (i. e. πρὸς τοῦτο ὃ) ὁ πατήρ οἱ τελέσαι Κῦρος, *ad id, quod ipsius pater perfecerit Cyrus*, ubi τελέσαι pro optativo accipiendum. Contra quem monuit censor Lipsiensis 1829 nr. 136 pag. 1086, τελεῖν utique posse significare *pervenire ad aliquid*, ut in Thucyd. IV, 78. II, 97 aliisque locis excitatis a C. Fr. Hermann. ad Lucian. De conscrib. hist. p. 43 coll. 225.

σαι Κῦρον· οἱ δὲ ἀμείβοντο, ὡς εἴη ἀμείνων τοῦ
πατρός· τά τε γὰρ ἐκείνου πάντα ἔχειν αὐτὸν, καὶ
6 προσεκτῆσθαι Αἴγυπτόν τε καὶ τὴν θάλασσαν. Πέρ-
σαι μὲν δὴ ταῦτα ἔλεγον· Κροῖσος δὲ παρεὼν τε
καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ κρίσει, εἶπε πρὸς τὸν Καμ-
7 βύσεα τάδε· „Ἐμοὶ μέν νυν, ὦ παῖ Κύρου, οὐ
δοκέεις ὅμοιος εἶναι τῷ πατέρι· οὐ γάρ κω τοί ἐστι
8 υἱὸς οἷόν σε ἐκεῖνος κατελίπετο.“ ἥσθη τε ταῦτα
ἀκούσας ὁ Καμβύσης, καὶ ἐπαίνεε τὴν Κροίσου κρί-
35 σιν. Τούτων δὴ ὦν ἐπιμνησθέντα, ὀργῇ λέγειν πρὸς
τὸν Πρηξάσπεα· „Σὺ νῦν μάθε αὐτὸς, εἰ λέγουσι
Πέρσαι ἀληθέα, εἴτε αὐτοὶ λέγοντες ταῦτα παρα-
2 φρονέουσι. εἰ μὲν γὰρ τοῦ παιδὸς τοῦ σοῦ τοῦδε,
ἑστεῶτος ἐν τοῖσι προθύροισι, βαλὼν τύχοιμι μέσης
τῆς καρδίης, Πέρσαι φανέονται λέγοντες οὐδέν· ἢν
δὲ ἁμάρτω, φάναι Πέρσας τε λέγειν ἀληθέα, καὶ μὲ
3 μὴ σωφρονέειν.“ Ταῦτα δὲ εἰπόντα, καὶ διατεί-
ναντα τὸ τόξον, βαλέειν τὸν παῖδα· πεσόντος δὲ
τοῦ παιδὸς, ἀνασχίζειν αὐτὸν κελεύειν, καὶ σκέψα-
σθαι τὸ βλῆμα· ὡς δὲ ἐν τῇ καρδίῃ εὑρεθῆναι ἐνεόν-
τα τὸν ὀϊστον, εἰπεῖν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ παιδὸς,
4 γελάσαντα, καὶ περιχαρέα γενόμενον· „Πρήξασπες,
ὡς μὲν ἔγωγε οὐ μαίνομαι, Πέρσαι τε παραφρο-

Caedes filii Prexaspis, et supplicium XII Persarum.

Mihi quidem voce *τελέσαι* eiecta, omnia bene procedere videntur.

καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ κρίσει] De structura et significatione verbi *ἀρέσκεσθαι* consul. Matth. Gr. Gr. §. 411, 5 not. 2 p. 752. — In fine cap. ad verba: *ἥσθη — ἀκούσας*, de participii usu plura attulit Valcken. Tu conf., si tanti est, Matth. l. l. §. 555, 1 p. 1088.

Cap. XXXV.

εἰ μὲν γὰρ τοῦ παιδὸς κ. τ. λ.] Conf. Matth. Gr. Gr. §. 524 not. 4 pag. 1019. — In seqq. verba *φάναι Πέρσας τε λέγειν κ. τ. λ.* comparat Schaefer. cum Sophocleis in Electr. 9, notante *Creuzero*, qui praeterea Ochsner. in Suppll. ad Nicol. Damascen. pag. 20 conferri vult.

ἀνασχίζειν αὐτὸν κελεύειν] Valcken. cum his confert Senec. De ira III, 14. — Ad vocabulum *βλῆμα*, quod apud classicum auctorem inveniri negaverat H. Stephanus (Thes. L. Gr. I p. 666), Wesseling. citat Eurip. in Suppll. 330, Philon. De exsecr. pag. 932 E.

νέουσι, δῆλά τοι γέγονε. νῦν δέ μοι εἰπὲ, τίνα εἶδες ἤδη πάντων ἀνθρώπων οὕτως ἐπίσκοπα τοξεύ-
5 οντα;" Πρηξάσπεα δὲ ὁρέοντα ἄνδρα οὐ φρενήρεα, καὶ περὶ ἑωυτῷ δειμαίνοντα, εἰπεῖν· „Δέσποτα, οὐδ' ἂν αὐτὸν ἔγωγε δοκέω τὸν θεὸν οὕτω ἂν καλῶς
6 βαλέειν." Τότε μὲν ταῦτα ἐξεργάσατο· ἑτέρωθι δὲ Περσέων, ὁμοῖα τοῖσι πρώτοισι, δυώδεκα ἐπ' οὐδεμιῇ αἰτίῃ ἀξιόχρεῳ ἑλὼν, ζώοντας ἐπὶ κεφαλὴν κατώρυξε.

οὕτως ἐπίσκοπα τοξεύοντα] ἐπίσκοπα (ubi adiectivum pro adverbio poni existimem) τοξεύειν de eo accipio, qui scopum feriat, qui sagittam ad scopum adigere sciat. E Theocrit. XXIV, 105 Larcher. affert ἐπίσκοπον ὀϊστόν. Magis huc faciunt, quae attulit Iacobs. ad Achill. Tat. II, 29 (ad p. 49, 9) p. 573. Add. Hesych. s. v. ἐπίσκοπα· τυγχάνοντα τοῦ σκοποῦ, ubi vid. Albert. T. I p. 1385. Apud Eleos invenitur ἐπισκόπου Ἀρτέμιδος templum teste Plutarcho II p. 302 C. Hinc verbum posterioris aetatis ἐπισκοπεῖν, de quo Lobeck. ad Phrynich. pag. 591. — De ratione ac significatione arcus symbolica diximus ad III, 21.

ὁμοῖα τοῖσι πρώτοισι] Vertit Schweigh.: *non dissimili ratione.* Melius opinor Letronne (Journ. d. Sav. 1817 pag. 97) Vallam secutus: *primoribus pares.* Retinui ὁμοῖα, cuius loco libri quidam ὁμοίως, quod supra II, 57 recepimus, quod vero hic, mutatam ob loci rationem, recipi haud potuit. Tu conf. quae citat Letronne: III, 8. 57. 68. VII, 116. 141. Thucyd. I, 25. VII, 29. Hemsterhus. ad Lucian. Somn. §. 2 p. 172 ed. Bip. Lennep. ad Phalarid. pag. 314.

ζώοντας ἐπὶ κεφαλὴν κατώρυξε] Schweigh. haec ita interpretatur: *vivos inverso capite terrâ iussit defodi.* Fischer. ad Weller. III, 6 p. 242 verba ἐπὶ τὴν κεφαλὴν explicat: *bis an den Kopf.* Equidem malim huc referre locutionem ἐπὶ κεφαλὴν et ἐπὶ κεφαλῆς πίπτειν, de quâ Lobeck. ad Phrynich. pag. 440. Herodotus III, 75 fin. ἀπῆκε ἑωυτὸν ἐπὶ κεφαλὴν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω. VII, 136 ὠθεόμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ κεφαλήν. Plat. Rep. VIII, 7 §. 553 ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖ ἐκ τοῦ θρόνου — φιλοτιμίαν. — Ad ipsam rem conf. VII, 114. Alia crudelissimi huius supplicii exempla praebet Brisson. l. l. II, 218, quo usus sum ad Ctesiae fragmm. §. 42 p. 182. Observat Italus interpres, apud Italos quoque olim hoc supplicii genus in usu fuisse, ubi vocatum est: *propagginare,* nomine ducto de

36 *Ταῦτα δέ μιν ποιεῦντα ἐδικαίωσε Κροῖσος ὁ
Λυδὸς νουθετῆσαι τοισίδε τοῖσι ἔπεσι· „Ὦ βασι-
λεῦ, μὴ πάντα ἡλικίῃ καὶ θυμῷ ἐπίτρεπε· ἀλλ'
2 ἴσχε καὶ καταλάμβανε σεωυτόν. ἀγαθόν τι, πρόνοον
εἶναι· σοφὸν δὲ ἡ προμηθίη. σὺ δὲ κτείνεις μὲν
ἄνδρας, σεωυτοῦ πολιήτας, ἐπ' οὐδεμιῇ αἰτίῃ ἀξιό-
3 χρεῳ ἑλών· κτείνεις δὲ παῖδας. ἢν δὲ πολλὰ τοι-
αῦτα ποιέῃς, ὅρα ὅκως μή σευ ἀποστήσονται Πέρ-
σαι. ἐμοὶ δὲ πατὴρ σὸς Κῦρος ἐνετέλλετο πολλὰ
κελεύων σὲ νουθετέειν, καὶ ὑποτίθεσθαι ὅ τι ἂν
εὑρίσκω ἀγαθόν.“ Ὁ μὲν δὴ εὔνοιαν φαίνων συνε-
4 βούλευέ οἱ ταῦτα. ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε· „Σὺ
καὶ ἐμοὶ τολμᾷς συμβουλεύειν, ὃς χρηστῶς μὲν τὴν
σεωυτοῦ πατρίδα ἐπετρόπευσας, εὖ δὲ τῷ πατρὶ τῷ
ἐμῷ συνεβούλευσας, κελεύων αὐτὸν Ἀράξεα ποτα-
μὸν διαβάντα ἰέναι ἐπὶ Μασσαγέτας, βουλομένων*

Croesum bene monentem imperat interfici: servatum a ministris gaudens, hos morte punit.

213

---

plantis ramisve in terram demissis. Nec alio fere supplicio Simoniacos homines apud Inferos affici fingit Dantes Aligerius Infern. XIX.

Cap. XXXVI.

μὴ πάντα ἡλικίῃ καὶ θυμῷ ἐπίτρεπε] i. e. *noli omnia iuvenili cuidam ardori et irae committere.* *Ἡλικία* eodem significatu acrioris studii, iuvenilis fere ardoris atque cupiditatis invenitur VII, 18. — *καταλαμβάνειν* in seqq. valet *coercere, cohibere*, ut notavimus ad I, 46. Add. III, 52. IX, 2 ibique Wesseling. *πρόνοος* (*providus*) vocabulum rarum esse monet Haupt Annotat. in Aeschyl. Suppll. 809 pag. 194.

σοφὸν δὲ ἡ προμηθίη] Excitat haec Matthiae Gr. Gr. p. 815 *προμηθίη* cum Schweigh. et Gaisf. edidimus. Laudant I, 88. II, 18. Eurip. Hecub. 795. Sophocl. Philoctet. 558. Valcken. ad Phoeniss. p. 496. Florentinus liber exhibet *προμηθείη*, quod placet H. Apetzio ad h. l. Tu vid. nott. ad I, 54.

ὅρα ὅκως — ἀποστήσονται] *ἀποστήσονται* pro *ἀποστήσωνται* recte dederat Wesseling. Probat nunc Florentinus unusque liber Parisinus. Conf. III, 154. 40. 140. 142. 135 coll. 104. I, 8. 9. Plura Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 113 coll. p. 109. — In seqq. ad *ὑποτίθεσθαι* (*consilium dare, monere*) conf. I, 107 ibique nott. I, 90. 155. — Infra cum Schweigh. et Gaisf. revocavi *ὃς χρηστῶς μὲν* κ. τ. λ., ubi vulgo *ὡς χρ.* contra librorum auctoritatem. — De *Araxe* diximus ad I, 202.

ἐκείνων διαβαίνειν ἐς τὴν ἡμετέρην; καὶ ἀπὸ μὲν σεωυτὸν ὤλεσας, τῆς σεωυτοῦ πατρίδος κακῶς προ-
5 στάς· ἀπὸ δὲ ὤλεσας Κῦρον, πειθόμενόν σοι. ἀλλ' οὔ τι χαίρων· ἐπεί τοι καὶ πάλαι ἐς σὲ προφάσιός
6 τευ ἐδεόμην ἐπιλαβέσθαι.“ Ταῦτα δὲ εἴπας, ἐλάμβανε τὸ τόξον ὡς κατατοξεύσων αὐτόν. Κροῖσος δὲ ἀναδραμὼν ἔθεε ἔξω· ὁ δὲ, ἐπεί τε τοξεῦσαι οὐκ εἶχε, ἐνετείλατο τοῖσι θεράπουσι, λαβόντας μιν ἀπο-
7 κτεῖναι. οἱ δὲ θεράποντες, ἐπιστάμενοι τὸν τρόπον αὐτοῦ, κατακρύπτουσι τὸν Κροῖσον· ἐπὶ τῷδε τῷ λόγῳ, ὥστε εἰ μὲν μεταμελήσει τῷ Καμβύσῃ, καὶ ἐπιζητήσει τὸν Κροῖσον, οἱ δὲ, ἐκφήναντες αὐτὸν, δῶρα λάμψονται ζωάγρια Κροίσου· ἢν δὲ μὴ μετα-
8 μέληται, μηδὲ ποθῇ μιν, τότε καταχρῆσθαι. Ἐπόθησέ τε δὴ ὁ Καμβύσης τὸν Κροῖσον οὐ πολλῷ μετέπειτα χρόνῳ ὕστερον· καὶ οἱ θεράποντες μαθόν-

---

καὶ ἀπὸ μὲν σεωυτὸν ὤλεσας] Conf. nott. ad II, 39, et ad verba οὔ τι χαίρων nott. ad III, 29. Recte nunc legitur οὔ τι, cuius loco male olim οὔτοι. Tu vid. Werfer. in Actt. philoll. Monacc. I p. 262. In seqq. ἐπιλαβέσθαι προφάσιος valet: *occasionem arripere, nancisci*, ut VI, 13. 49.

ὥστε εἰ μὲν μεταμελήσει] De usu particulae ὥστε conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1286; qui idem §. 524 not. 6 pag. 1019 monuit de particula εἰ μὲν, cui respondet ἢν δέ. Add. Werfer. l. l. p. 101, idem consulendus p. 95. 96 ad verba οἱ δὲ ἐκφήναντες, ubi δὲ priori in periodo succedit in locum repetitae particulae μέν. Verbum ἐπιζητεῖν idem significare atque ποθεῖν monet, notante Cr., Schaefer. ad Dionys. Halic. de comp. verbb. p. 113 coll. Melett. Critt. pag. 106; quem secutus pro μεταμελῇται scripsi μεταμέληται.

καταχρῆσθαι] i. e. *interficere*. Vid. nott. ad I, 82 et add. I, 117.

οὐ πολλῷ μετέπειτα χρόνῳ ὕστερον] Noli haerere in hac orationis abundantia haud insolita, quam ignorans Weisk. De Pleonasm. p. 32 verba μετέπειτα χρόνῳ a glossatore profecta esse existimabat. Sed vid. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I p. 268 alia in medium proferens sermonis abundantis exempla: III, 48. Thucyd. V, 61. Hymn. in Cerer. 205. Tu ex Herodoto potissimum conf. VII, 7 (χρόνῳ μετέπειτα) I, 171. III, 123. 126. 129. — In seqq. cum Schweigh. et Gaisf. dedi

θτες τοῦτο, ἐπήγγελλον αὐτῷ ὡς περιείη. Καμβύσης δὲ „Κροίσῳ μὲν συνήδεσθαι, ἔφη, περιεόντι· ἐκείνους μέντοι τοὺς περιποιήσαντας οὐ καταπροΐξεσθαι, ἀλλ᾽ ἀποκτενέειν.“ καὶ ἐποίησε ταῦτα.

37 Ὁ μὲν δὴ τοιαῦτα πολλὰ ἐς Πέρσας τε καὶ τοὺς 95
ξυμμάχους ἐξεμαίνετο, μένων ἐν Μέμφι, καὶ θήκας τε παλαιὰς ἀνοίγων, καὶ σκεπτόμενος τοὺς νεκρούς.
2 ἐς δὲ δὴ καὶ τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν ἦλθε, καὶ πολλὰ τῷ ἀγάλματι κατεγέλασε. ἔστι γὰρ τοῦ Ἡφαίστου τὤγαλμα τοῖσι Φοινικηΐοισι Παταΐκοισι ἐμφε-

Alia genera Cambysis insaniae: Vulcani templum et simulacrum: Pataici Phoenicii: templum et si-
214
mulacra Cabirorum.

ἐπήγγελλον pro vulg. ἐπηγγέλλοντο, quod retinuit Matth.

ἐκείνους μέντοι τοὺς περιποιήσαντας οὐ καταπροΐξεσθαι] i. e. *se non impune laturum eos, qui Croeso vitam servassent, sed eos interfecturum.* Verbum καταπροΐξεσθαι Gloss. Herodot. exponit: προῖκα ποιῆσαι, ἀτιμωρητὶ, οἷον καταφρονήσας. Valcken. ad verbi significationem illustrandam excitat Herodot. III, 156. V, 105. VII, 17, ubi participium adiungitur, Aristophan. Vesp. 1357. Thesmoph. 573. Eqq. 433. Nam hisce unus ex Atticis hoc verbo hac significatione utitur. Tu vid. Lobeck. ad Phrynich. pag. 169. Genitivus ubi additur, *irridendi*, *insultandi* significationem assumit, monente eodem Valcken. *Cr.* laudat ad h. l. Ernesti. ad Aristoph. Nubb. 1241. — Ad particulam μέντοι conf. III, 31.

Cap. XXXVII.

ἐς δὲ δὴ καὶ τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν] De quo templo vid. nott. ad II, 99. — Ad structuram verbi καταγελᾶν in seqq. conf. Matth. Gr. Gr. pag. 735. Add. Herodot. III, 38.

τοῖσι Φοινικηΐοισι Παταΐκοισι ἐμφερέστατον] De *Pataecis*, Phoenicum diis, Wessel. consuli vult Stanlei. ad Aeschyl. S. c. Th. 214. Tu vid. Ruhnken. in Diss. de tutel. et insignn. navv. pag. 216 Opuscc. oratt. (T. I p. 416 Opp. ed. Bergmann.) ibique Selden. de Diis Syrr. II, 16 pag. 279. Namque hoc nomen latius patuit omnibusque diis Phoeniciis ac fortasse quoque Syris fuit commune, ad significandos deos, quos cubitali figurâ aut pygmaei statura in navibus secum circumferebant, utpote navium tutores et deos averruncos. Eorum igitur ad formam Vulcanus s. Phthah sub figurâ nani barbati repraesentabatur; cuiusmodi pygmaei plures hodieque in Aegyptiorum anaglyphis inveniuntur. Vid. Hirt. in Denkschrift. d. Berl. Acad. 1822 pag. 141 et Creuzer. Symbol. I pag. 531. Qui Vulcanus inde Cabiris Aegyptiis merito accensetur eorumque praeses habetur. Cum enim

ῥέστατον, τοὺς οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρωρῇσι τῶν
3 *τριήρεων περιάγουσι. ὃς δὲ τούτους μὴ ὀπώπεε,*
ἐγὼ δέ οἱ σημανέω· πυγμαίου ἀνδρὸς μίμησίς ἐστι.
Ἐσῆλθε δὲ καὶ ἐς τῶν Καβείρων τὸ ἱρὸν, ἐς τὸ οὐ
θεμιτόν ἐστι ἐσιέναι ἄλλον γε ἢ τὸν ἱρέα· ταῦτα
δὲ τὰ ἀγάλματα καὶ ἐνέπρησε, πολλὰ κατασκώψας.

---

septem sint apud Phoenices Cabiri, quibus accedit octavus idemque praeses, omnes pygmaicâ formâ repraesentati, apud Aegyptios quoque consentaneum est, totidem fuisse Cabiros sive summos deos, qui ex illorum doctrina primum deorum ordinem constituunt et ex illo ipso, qui reliquis praeesse putatur summus deus, editi s. emanasse perhibentur. ,,Eiusmodi figurae comparent in numis Cossyrae itemque consimile signum fictile exstat in British Museum (Vid. Terra cotta 's of the British Museum ed. Combe nr. 42). Comparat has pygmaeorum deorum imagines cum septentrionalium, Germanorum, Britannorum fabulis Editor operis The History of English Poetry by Thom. Warton. Ed. nov. (Lond. 1824) Pref. pag. 39 not. 50.“ *Cr.*

ἐν τῇσι πρωρῇσι τῶν τριήρεων] Glossa (unde Suidas et Hesychius sua opinor desumserunt) ad h. l. *θεοὶ οἱ Παταΐκοι Φοινικικοὶ ἐν ταῖς πρύμναις ἱδρύμενοι.* Unde quaerit Wesseling., num in suo Herodoti codice glossator legerit *ἐν τῇσι πρύμνῃσι.* Sed, eodem Wesseling. monente, J. Swinton. in Diss. de num. Samar. et Phoen. pag. 60 [ibique Tab. II fig. 5. Conf. Rasche in Lexic. univers. rei numar. vett. III, 2 pag. 614. *Cr.*] Sidoniorum nummum exhibuit, in quo navis conspicitur, quae hosce deos tutelares in *prora* ostendit. Quare malim equidem cum Ruhnken. l. l. pag. 261 statuere, Grammaticos istos in suis Herodoti libris mendose scriptum invenisse *πρύμνῃσι* pro *πρώρῃσι*, quam cum Selden. l. l. haec secum repugnantia ita conciliare, ut utraque navis pars extrema Pataeco fuerit ornata, qui in puppi tutor s. deus averruncus, in prora autem navis insigne fuerit. — De formâ *ὀπώπεε* conf. nott. ad I, 68.

ἐγὼ δέ οἱ σημανέω] Plures libri pro *οἱ* exhibent *ὧδε*. Particula *δέ*, quae male abest a duobus libris, hic in Apodosi iteratur, monente Werfer. in Actt. phill. Monn. I pag. 97. — Verba seqq. *ἐσῆλθε δὲ κ. τ. λ.* respexit Strabo X p. 473 s. 725 A. — In fine cap. cum recentt. edd. exhibui *ὁμοῖα τοῦ Ἡφαίστου*, ubi vulgo insertum *τοῖσι*, quod meliores libri ignorant. Nec agnoscit Thomas Mag. pag. 649 h. l. citans ob structuram vocis *ὁμοῖος* cum genitivo, de qua conf. Matth. Gr. Gr. §. 386 not. 2 pag. 707.

4 ἔστι δὲ καὶ ταῦτα ὁμοῖα τοῦ Ἡφαίστου· τούτου δέ
38 σφεας παῖδας λέγουσι εἶναι. Πανταχῇ ὦν μοι δῆλά
ἐστι, ὅτι ἐμάνη μεγάλως ὁ Καμβύσης· οὐ γὰρ ἂν
2 ἱροῖσί τε καὶ νομαίοισι ἐπεπείρησε καταγελᾶν. εἰ γάρ
τις προθείη πᾶσι ἀνθρώποισι ἐκλέξασθαι κελεύων
νόμους τοὺς καλλίστους ἐκ τῶν πάντων νόμων,
διασκεψάμενοι ἂν ἑλοίατο ἕκαστοι τοὺς ἑωυτῶν·
οὕτω νομίζουσι πολύ τι καλλίστους τοὺς ἑωυτῶν
3 νόμους ἕκαστοι εἶναι. οὔκων οἰκός ἐστι ἄλλον γε
δὴ ἢ μαινόμενον ἄνδρα γέλωτα τὰ τοιαῦτα τίθε-
4 σθαι. Ὡς δὲ οὕτω νενομίκασι τὰ περὶ τοὺς νόμους
πάντες οἱ ἄνθρωποι, πολλοῖσί τε καὶ ἄλλοισι τεκμη-
ρίοισι πάρεστι σταθμώσασθαι, ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε.
5 Δαρεῖος ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ ἀρχῆς καλέσας Ἑλλήνων
τοὺς παρεόντας, εἴρετο „ἐπὶ κόσῳ ἂν χρήματι βου-
λοίατο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι."
6 οἱ δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔφασαν ἔρδειν ἂν τοῦτο. Δαρεῖος

Suis quamque gentem consuetudinibus haerere: Darii experimentum in Graecis et Calatiis, Indica natione.

Cap. XXXVIII.

καταγελᾶν] De structurâ monuimus ad III, 37.

εἰ γάρ τις προθείη] Exscripsit haec Stobaeus Tit. 23, 11 pag. 191 s. 426 T. I Gaisf. — Nos retinuimus προθείη, cuius loco quidam προσθείη. Respicit haec auctor in fragmm. Pythagorr. p. 715, notante Valcken., qui haec adiicit: „Quibus adsuevimus usu diuturno, natale solum, patriae leges atque instituta maiorum prae aliis pulcra videntur hominibus, ut naturae sic receptarum consuetudinum tenacissimis. Vel hoc solum, Herodoto iudice, Cambysen argueret dementiae, quod Aegyptiorum sacris violatis religiosos ritus habuerit ludibrio." — In seqq. cum Gaisf. et Matth. rescripsi πολύ τι, addicente Florentino et Sancrofti libro. Vulgo π ο υ λ ύ τι. Conf. Gregor. Corinth. de dialect. Ion. §. 12 ibique Koen. pag. 395. Ad locutionem γέλωτα — τίθεσθαι conf. III, 29. πάντες ο ἱ ἄνθρωποι retinui cum Schweigh. et Matth. Gaisf. e Sancrofti libro ac Vindobonensi exhibet: ο ἱ π ά ν τ ε ς ἄνθρ. In Florentino aliisque prorsus deest articulus.

σταθμώσασθαι] Conf. II, 2 et ad seqq. ἐν δὲ δὴ καί: III, 15. II, 176 ibiq. nott.

ἐπὶ κόσῳ ἂν χρήματι βουλοίατο] Simillima ex Xenoph. Cyrop. III, 1 §. 43 laudat Steger. Tu conf. Plat. Apolog. p. 41 A., ne plura.

δὲ μετὰ ταῦτα καλέσας Ἰνδῶν τοὺς καλεομένους
Καλλατίας, οἳ τοὺς γονέας κατεσθίουσι, εἴρετο, πα-
ρεόντων τῶν Ἑλλήνων καὶ δι' ἑρμηνέος μανθανόν-
7 των τὰ λεγόμενα, „ἐπὶ τίνι χρήματι δεξαίατ' ἂν τε-
λευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρί.“ οἳ δὲ,
8 ἀμβώσαντες μέγα, εὐφημέειν μιν ἐκέλευον. Οὕτω
μέν νυν ταῦτα νενόμισται· καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει 215
Πίνδαρος ποιῆσαι, νόμον πάντων βασιλέα φήσας
εἶναι.

τοὺς καλεομένους Καλλατίας] *Καλλατίας* cum Schweigh. et Gaisf. edidi assentiente Matth. Vulgo *Καλατίας*; de qua scriptura nonnulla Wesseling. Infra III, 97 exstat *Καλαντίαι*. Quos Rennel. l. l. pag. 522 eosdem esse suspicatur atque *Padaeos*, de quibus III, 99. Sed Heeren. Ideen. I, 1 pag. 364 seq. monet huius gentis nomen latius patere et omnino ad Indiae meridionalis tractus pertinere, cum deductum videatur ab Indica voce *Caller* s. *Coulis; Couleries.* In his vero regionibus carnem humanam edendi consuetudinem semper fere obtinuisse Idem monet, cum vel recentioris aetatis peregrinatores istius modi carnem ad vendendum in foro publice expositam viderint, et, quae Herodotus de parentibus, quos comedant, scribat, eadem multo post a Marco Polo enarrentur. Apud gentem Africam, quam vulgo vocant Hottentotten, similia adhuc reperiri Larcherus ad III, 99 scribit. Ad religionem autem sive superstitionem quandam illum morem spectasse e verbis: *εὐφημέειν μιν ἐκέλευον* colligit Maltebrun. Nouvell. Annal. d. voyag. II p. 328. Infra IV, 25 similia fere de Issedonibus narrantur, quae eadem etiamnum in insula Sumatra apud gentem Battas inveniri scribunt. Conf. Heeren. l. l. I, 2 p. 285. Quare non est sane quod in ridiculum talia inconsulto vertat A. G. Schlegel. (Berlin. Taschenbuch. 1829 pag. 16). — Ad formam *ἀμβώσαντες* conf. I, 10. III, 14.

Πίνδαρος ποιῆσαι] Ad verbum *ποιεῖν* conf. II, 53, 117. IV, 14. V, 95. Pindari dictum, quo utitur Herodotus, valde est celebratum multisque repetitum serioris potissimum aetatis scriptoribus, quorum locos refert Schneider. ad Pindari fragmm. III, 1 pag. 76 seqq. Est potissimum Platonis locus in Gorgià pag. 484 B. pag. 126 Heind., (coll. Schol. ad Pind. Nemm. IX, 35 et Aristid. Oratt. Platt. II p. 52) qui viros doctos advertit, quippe in quo philosophus poetae dictum alio atque Herodotus sensu accepisse videtur, existimans Pindarum nos edocere voluisse *aeterna lege immortales mortalesque constringi.* Nec multo aliter ipsum Pindarum ac-

39 Καμβύσεω δὲ ἐπ' Αἴγυπτον στρατευομένου, ἐποιήσαντο καὶ Λακεδαιμόνιοι στρατηΐην ἐπὶ Σάμον τε καὶ Πολυκράτεα τὸν Αἰάκεος, ὃς ἔσχε Σάμον ἐπαναστάς·
2 καὶ τὰ μὲν πρῶτα τριχῇ δασάμενος τὴν πόλιν, τοῖσι ἀδελφεοῖσι Πανταγνώτῳ καὶ Συλοσῶντι ἔνειμε· μετὰ δὲ, τὸν μὲν αὐτῶν ἀποκτείνας, τὸν δὲ νεώτερον Συλοσῶντα ἐξελάσας, ἔσχε πᾶσαν τὴν Σάμον· ἴσχων δὲ, ξεινηΐην Ἀμάσι τῷ Αἰγύπτου βασιλέϊ συνεθή-

Polycrates, Sami tyrannus, cum fratribus quomodo egerit: hospitium contrahit cum Amaside: vicinis infestus, bello felix: capti Lesbii, vincti fossam fodiunt.

---

cepisse, cui νόμος sit *lex summa naturae a fato constituta, cui et dii et homines parent*, statuit Boeckh., ipsos Pindari versus sic probabiliter restituens:

. . . . κατὰ φύσιν
νόμος ὁ πάντων βασιλεύς
θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων
ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον
ὑπερτάτᾳ χειρί. τεκμαίρομαι
ἔργοισιν Ἡρακλέος κ. τ. λ.

(Vid. Pindd. Opp. T. II P. II pag. 640 seqq.) Quem sequitur Dissen. (Commentt. in Pind. Carm. pag. 660). Herodotus autem, ut Wesselingii utar verbis, intellexit *mores longa adsuetudine valentes et dominantes quantumvis pravos et inhumanos.* Iam haec ad nostri loci intelligentiam sufficient; plura qui quaerant, Schneider. et Boeckh. adeant l. l. et quae ad Herodoti locum disputarunt Valcken. et Wesseling. Hoc equidem addo, per Graeciae civitates liberas id unum maxime valuisse, ut lex, s. νόμος, pro domino uno haberetur, cui omnes liberi cives servirent. Egregie monstrant Herodoti verba VII, 104 et quae similia ex Platone, aliis excitavit C. F. Hermann. Lehrb. der Griech. Staatsalterth. §. 51 nt. 4.

Cap. XXXIX.

ὃς ἔσχε Σάμον ἐπαναστάς] i. e. *qui seditione mota Samum occupavit.* Rem enarrat Polyaen. Strategg. I, 23 §. 2. Hoc autem factum fuisse vulgo ponunt Olymp. LIX, 4. Larcherus posuerat Olymp. LXII, 2 (cf. Tab. chronol. pag. 628); Volneius LXI, 4. Panofka, qui pluribus disputat, quo tempore Sami tyrannidem susceperit Polycrates (Samiorr. Res pag. 29 seqq.), in Bentleii sententiam discedit, qui Olymp. LIII, 3 hoc accidisse statuit. Quam sententiam refutans I. M. Schultz. in Apparat. critic. pag. 30 seq., vix certa ratione hodie effici posse monet, quando Polycratis dominatio in Samios inceperit, sed probabilem videri Eusebii rationem, qui ad Olymp. LXII, 1 s. 531 a. Chr. n. Polycratis et fratrum tyrannidem reiecerit. — Ad verba τριχῇ δασάμενος τὴν πόλιν conf. quae supra ad III, 26 occasione oblata adscripsimus.

ξεινηΐην — συνεθήκατο] ξεινηΐην hic optimi quique libri, qui iidem I, 27. II, 182. III, 43 in lectione ξεινίην conspirant, ne Sancrofti quidem libro excepto,

κατο, πέμπων τε δῶρα, καὶ δεκόμενος ἄλλα παρ'
3 *ἐκείνου. Ἐν χρόνῳ δὲ ὀλίγῳ αὐτίκα τοῦ Πολυκρά-*
τεος τὰ πρήγματα αὔξετο, καὶ ἦν βεβωμένα ἀνά τε
4 *τὴν Ἰωνίην, καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα. ὅκου γὰρ*
ἰθύσειε στρατεύεσθαι, πάντα οἱ ἐχώρεε εὐτυχέως.
ἔκτητο δὲ πεντηκοντέρους τε ἑκατὸν, καὶ χιλίους

---

qui hoc quoque loco una cum Aldina exhibet *ξεινίην*. Ac dubitaverat de forma *ξεινηΐη* Wesseling., quamquam vocem *πτωχηΐη* I, 80 a Gronovio prolatam huc minus pertinere recte videtur statuere. Tu conf. etiam nott. ad I, 54. Quod in Stephani margine legitur *φιλίην*, id pro interpretamento habeo, quod etiam paulo post ante *συνεθήκατο* in quorundam librorum textum irrepsit. — De *Amasi*, Graecorum studiosissimo conf. II, 178; de tempore, quo vixerit, diximus ad I, 30 pag. 74. Cui regi Pythagoram literis scriptis commendasse fertur Amasis apud Diogen. Laert. VIII, 3.

καὶ ἦν βεβωμένα] i. e. *eius res s. imperium per Ioniam reliquamque Graeciam celebratum erat.* De locutione conf. VI, 131. VIII, 124; ad formam cf. nott. ad I, 10. Cum autem h. l. Ionia reliquae Graeciae quodammodo opponatur, satis opinor inde perspici poterit, quantum illo tempore iam floruerit Ionia et prae reliqua Graecia eminuerit. Quod ad Samios, vera Herodotum memoriae prodidisse monet Panofka l. l. pag. 32, quum etiam teste Thucydide ac Strabone, alios ut taceam, sub Polycratis imperio Samiorum res maxime viguerint. Quin vel ante Polycratis aetatem circa Olymp. XXXVII et XL Samum artibus et commercio floruisse, ad III, 139 monstrabimus.

ὅκου γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι] i. e. *quocunque enim cum exercitu proficisceretur* s. *expeditionem institueret.* Ad verbum *ἰθύειν* laudant I, 204 fin. VII, 8 §. 2.

ἔκτητο δὲ κ. τ. λ.] Plures libri *ἐκέκτητο*. Nos Schweigh. et Gaisf. secuti sumus. Conf. II, 108. Eustath. ad Homer. Il. pag. 759, 41 s. 662, 39. Ac monuit de Ionum hac forma Fischer. ad Weller. II pag. 288 et (nam ad Atticos quoque transiit scriptores) Heindorf. ad Platon. Protagor. pag. 572. De penteconteris conf. I, 163 ibique nott.

χιλίους τοξότας] Qui numerus iusto minor videtur Larchero ob ea, quae III, 45 narrantur, cum decem mille stipendiarios milites tyrannum habuisse multo sit probabilius. Equidem hic eosdem intelligi puto, qui III, 45 vocantur *τοξόται οἰκήϊοι*, i. e. *satellites regii*, quales aliorum tyrannorum *δορυφόροι* vulgo occurrunt (cf. I, 59), quos mille tantum fuisse numero eo magis mihi fit credibile, quod praeter hosce *τοξότας οἰκηΐους* illo loco commemorantur *ἐπίκουροι μισθωτοί*, *milites con-*

τοξότας· ἔφερε δὲ καὶ ἦγε πάντας, διακρίνων οὐ-
5 δένα. τῷ γὰρ φίλῳ ἔφη χαριεῖσθαι μᾶλλον ἀποδι-
6 δοὺς τὰ ἔλαβε, ἢ ἀρχὴν μηδὲ λαβών. συχνὰς μὲν δὴ τῶν νήσων αἱρήκεε, πολλὰ δὲ καὶ τῆς ἠπείρου ἄστεα· ἐν δὲ δὴ καὶ Λεσβίους, πανστρατιῇ βοηθέοντας Μιλησίοισι, ναυμαχίῃ κρατήσας εἷλε, οἳ τὴν τάφρον περὶ τὸ τεῖχος τὸ ἐν Σάμῳ πᾶσαν δεδεμένοι ὤρυξαν.
40 Καί κως τὸν Ἄμασιν εὐτυχέων μεγάλως ὁ Πολυκράτης οὐκ ἐλάνθανε, ἀλλά οἱ τοῦτ᾽ ἦν ἐπιμε-
2 λές. πολλῷ δὲ ἔτι πλεῦνός οἱ εὐτυχίης γινομένης,
γράψας ἐς βιβλίον τάδε, ἐπέστειλε ἐς Σάμον· „Ἄμα- 216
3 σις Πολυκράτει ὧδε λέγει. Ἡδὺ μὲν πυνθάνεσθαι

Amasidis ad Polycratem epistola.

---

ductitii, *stipendiarii* (cf. nott. ad III, 4), quos plures numero sibi comparasse videtur tyrannus.

ἔφερε δὲ καὶ ἦγε πάντας] Citat haec Eustath. ad Homer. Il. pag. 573, 18 s. 435, 35. Ad locutionem Tu conf. I, 88. 166 ibique nott. et ad verba ἐν δὲ δὴ καὶ Matth. Gr. Gr. §. 594, 1 pag. 1189. Ad hoc bellum cum Milesiis gestum spectare censet Panofka l. l. pag. 32 locum ap. Schol. Aristoph. Plut. 1075, ubi oraculum, quod Polycrati obtigerit, quoque ipso ille ad bellum Milesiis inferendum motus fuisse videri queat circa Olymp. LVI, ut Panofka existimat, memoriae proditur.

Cap. XL.

εὐτυχέων — οὐκ ἐλάνθανε] Conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1083. Ad verba: ἀλλά οἱ τοῦτ᾽ ἦν ἐπιμελές (i. e. *sed haec res eum advertit*, *ei curae fuit*) conf. I, 89. II, 150.

Ἄμασις — ὧδε λέγει] Admonet Wesseling. de hac simplici in regum epistolis edictisve usitata formula, laudans Herod. IX, 140. III, 122. Thucydid. I, 129. II Regg. XVIII, 31. Tu conf. quoque Plutarch. II pag. 151 B. (ibique Wyttenbach. Animadverss. pag. 942), ubi Amasidis refertur epistola ad Biantem scripta; et Diogen. Laert. VIII, 3, ubi Polycrates Amasidi Pythagoram literis scriptis commendasse fertur. In hac vero Herodotea epistola, ad quam respicit Maxim. Tyr. XXXV, 2, cum sic parum considerate fingatur loquens Amasis, ac si Solonem audiisset in aula Croesi verba facientem (cf. supra I, 32), Valcken. contendit, qui Solonis illud cum Croeso colloquium, eundem hanc quoque confinxisse epistolam Herodotum, ab illis hoc nomine non facile reprehendendum, qui historiae cursum orationibus interiectis sibi libenter patiantur ab historicis Graecis et Latinis interrumpi. Nec tamen ex unius alteriusque sententiae similitudine

ἄνδρα φίλον καὶ ξεῖνον εὖ πρήσσοντα· ἐμοὶ δὲ αἱ
σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι, τὸ θεῖον ἐπι-
4 σταμένῳ ὡς ἔστι φθονερόν. καί κως βούλομαι, καὶ
αὐτὸς, καὶ τῶν ἂν κήδωμαι, τὸ μέν τι εὐτυχέειν
τῶν πρηγμάτων, τὸ δὲ προσπταίειν· καὶ οὕτω δια-
φέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων, ἢ εὐτυχέειν τὰ
5 πάντα. οὐδένα γάρ κω λόγῳ οἶδα ἀκούσας, ὅστις
ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε πρόῤῥιζος, εὐτυχέων
6 τὰ πάντα. Σὺ ὦν νῦν ἐμοὶ πειθόμενος, ποίησον
πρὸς τὰς εὐτυχίας τοιάδε· φροντίσας τὸ ἂν εὕρῃς
ἐόν τοι πλείστου ἄξιον, καὶ ἐπ' ᾧ σὺ ἀπολομένῳ
μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀλγήσεις, τοῦτο ἀπόβαλε οὕτω,
7 ὅκως μηκέτι ἥξει ἐς ἀνθρώπους. ἤν τε μὴ ἐναλλὰξ

---

colligi posse, epistolam sive colloquium ab Herodoto prorsus fictum esse, censet interpres Italus. De Solonis cum Croeso colloquio diximus ad I, 30. Amasidis vero has literas circa Olymp. LVI, quo tempore cum Milesiis tyrannus bellum gerebat, scriptas videri, auctor est Panofka l. l. pag. 33. Exscripsit illas Stobaeus Tit. CXII, 15 p. 583 s. T. III p. 411 ed. Gaisf. — In seqq. cum Schweigh. et Gaisf. revocavi τὸ θεῖον ἐπισταμένῳ, quod praeter alios exhibet Florentinus plane ut I, 32. Vulgo inverso ordine ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον, quod retinuit Matth. quodque haud deterius esse pronuntiat censor Ienensis 1817 nr. 263 pag. 363. — De ipso dicto plura notavimus ad I, 32.

καί κως βούλομαι] i. e. *equidem fere malo et me ipsum et eos, qui mihi sunt curae, ex parte secundis, ex parte adversis uti rebus, eoque modo vitam transigere, ut fortunam in utramque partem per vices experiamur, quam ut rebus omnino secundis fruamur.* Ad βούλομαι suppl. μᾶλλον; de qua ellipsi consul. Lambert. Bos. de Ellipss. pag. 770 et Ast. ad Platon. Polit. p. 388. — Ad verba: τὰ πάντα εὐτυχέειν (ubi plures libri haud spernendi εὐτυχέων) conf. III, 43. 44. Matth. Gr. Gr. §. 266 et ad προσπίπτειν nott. ad I, 65.

οὐδένα γάρ κω λόγῳ οἶδα ἀκούσας] i. e. *neminem enim unquam fando cognovi.* Conf. II, 15: ᾔδεα γὰρ λόγῳ. Verba subsequentia: ὅστις ἐς τέλος — πρόῤῥιζος prorsus respondent iis, quae in Solonis colloquio leguntur I, 32 fin. — ἐς τέλος monente Wesseling. est *tandem*, i. q. παντελῶς, ut ad Diodor. III, 40. — Ad verba ὅκως — ἥξει, ubi male in quibusdam ἥξῃ conf. nott. ad III, 36.

ἤν τε μὴ ἐναλλὰξ ἤδη κ. τ. λ.] *ac Tu quidem si nec ab hoc inde tempore* (quo Tu scil. carissimum quodque abieceris), *res*

ἤδη τὸ ἀπὸ τούτου αἱ εὐτυχίαι τοι ταῖσι πάθαισι
προσπίπτωσι, τρόπῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ ἀκέο."
41 Ταῦτα ἐπιλεξάμενος ὁ Πολυκράτης, καὶ νόῳ λαβὼν
ὥς οἱ εὖ ὑπετίθετο Ἄμασις, ἐδίζητο ἐπ' ᾧ ἂν μά- 217
λιστα τὴν ψυχὴν ἀσηθείη ἀπολομένῳ τῶν κειμηλίων· 76
2 διζήμενος δ' εὕρισκε τόδε. ἦν οἱ σφρηγὶς τὴν ἐφό-

Polycrates annulum a Theodoro Samio scalptum, detractum de digito in mare abiicit.

secundae per vices fere cum adversis Tibi accident, fac ut iis eo quo dixi modo medearis." In ipso textu constituendo Gaisf. secutus sum. Schweigh. et Matth. retinent vulgatam τὠπὸ pro ταῖσι, Schwgh. αὐταῖσι; antea vulgo legebatur τοιαυταῖσι. — Ad ἀκέο conf. III, 17.

Cap. XLI.

ἐπιλεξάμενος] i. e. *quae cum legisset.* Conf. I, 124. 125. II, 125. III, 43. 128 etc. Hesychius, notante Larchero, haec: ἐπελέξατο· τὰ γεγραμμένα ἀνέγνωσεν.

καὶ νόῳ λαβὼν] i. e. *cumque haec animo recondidisset, intellexisset ac reputasset.* Exstat eadem locutio III, 51. 143. V, 91. VIII, 19. Schwgh. cft. IX, 10, ubi est: φρενὶ λαβόντες τὸν λόγον. Quo eodem fere pertinebant haec: ἐπὶ νόον τρέπειν III, 21, ubi vid.; ἐν νόῳ ἔχειν I, 10. 27. III, 143. ἐν νόῳ γίνεσθαι IX, 46.

τὴν ψυχὴν ἀσηθείη] Observat Wessel. ἀσᾶν et ἀσᾶσθαι apud Hippocratem saepius dici de fastidio et tristitia itemque apud Theognid. 659, ubi additur φρένα, et 983, ubi additur θυμόν.

ἦν οἱ σφρηγὶς τὴν ἐφόρεε χρυσόδετος] Hac de gemma veterum locos collegit Panofka De Samiorr. rebb. pag. 34 not. 1 et multo ante Kirchmann. De annull. pag. 170 seqq. Quibuscum *Cr.* conferri vult, quae apud Pausan. I, 17 §. 3 coll. Hygin. Poet. Astr. II, 5 narrantur de Minois gemma, quam in mare deiectam Theseus, quo Neptuni filium se esse probaret, retulisse fertur, et quae ibid. X, 30 §. 2 traduntur de Phoco, Aeaci filio, cui Iaseus gemmam dono dedit auro inclusam s., ut ipsa verba apponam, λίθου σφραγῖδα ἐνδεδεμένην χρυσῷ. De Polycratis annulo ex Herodoti loco disputavit Facius in Miscell. z. Gesch. d. Cultur und Kunst pag. 66 seqq. notante *Cr.*, itemque Lessing. in: Antiquar. Brief. (Opp. T. XI pag. 153—161 et additamm. Eschenburg. ibid. pag. 183 et XII p. 253), ad quem eundem iure provocat Sillig. in Catalog. Artificc. pag. 442. Ac Lessingius quidem hunc Polycratis annulum gemmam caelatam, quae effigiem habuerit insculptam, fuisse negat, sed lapidem simplicem, integrum, auro inclusum. Neque enim Theodorum, qui tum in aere elaborasset, tum architectus insignis fuisse fertur, sculpendi peritum dici a veteribus; nec omnino, teste Plinio in Hist. Nat. XXXVII, 1, ante Polycra-

ρεε χρυσόδετος, σμαράγδου μὲν λίθου ἐοῦσα,

---

tis tempora gemmas caelatas exstitisse, cum multo post demum, Ismeniae tempore smaragdis signa insculpere coeperint. At illud argumentum, de Theodoro depromptum, nihil valere monet Eschenburg. l. l., quo magis non in una arte, sed in pluribus bene versatos esse constet haud paucos Graecorum artifices, ipseque Herodotus, cum scriberet: ἦν δὲ ἔργον Θεοδώρου, profecto non simplicem lapidem auro inclusum, sed artis quoddam opus intellexerit. Quare malim cum Eschenburg. h. l. σφραγῖδα accipere de gemma caelata, s. de annulo, cuius lapidi signum quoddam fuerit insculptum, probante Polluc. V, 100, Pausan. l. l. (ubi verba Θεοδώρου ἔργον ἦν καὶ ἐπὶ τοῦ λίθου τῆς σμαράγδου σφραγίς ex ipso Herodoto deducta videri recte statuit Siebelis) et Tzetz. (Chil. VII, 121, ubi legimus: ὃν τεχνικῶς ἐσφράγισεν ὁ δακτυλιογλύφος Θεόδωρος ὁ Σάμιος.) Quibuscum conf. Clement. Alexandr. Paedag. III p. 289 Tom. I Pott., unde *lyram* annulo insculptam fuisse credas licet. Nec aliam Minois nec Phoci fuisse gemmam, iure quodam mihi sumere posse videor. Et multo ante Polycratis tempora Mnesarchus, Pythagorae pater, vocatur δακτυλιογλύφος apud Diogen. Laert. VIII, 1, notante *Cr.* Quo magis miror, C. O. Müller. (Handbuch der Archaeolog. pag. 72) Theodoro nihil aliud tribuere, nisi quod gemmam auro incluserit. Quem eundem artificem tum ob huiusce annuli opus, tum ob Croesi calicem Sillig. l. l. pag. 443 iure dicit *Theodorum minorem caelatorem.*

χρυσόδετος] *indicatur lapis s. gemma auro inclusa s. circumdata,* plane ut apud Pausan. X, 30 §. 2 legimus σφραγῖδα ἐνδεδεμένην χρυσῷ, ubi Siebelis, non immemor loci Herodotei, citat Diodor. Sicul. XIX, 94 memorantem δακτυλίους ἐνδεδεμένους λίθους.

σμαράγδου μὲν λίθου ἐοῦσα] *Sardonychem* Polycratis gemmam fuisse scribit Plinius l. l., quem sequitur Solinus cap. 33, ab Herodoto uterque dissentiens, nisi, quae Larcheri est suspicio, duo Polycratis fuerint annuli, quorum alter ab Herodoto, alter a Plinio commemoretur. Lessingius l. l. pag. 183 Herodoto unice in his fidem haberi vult; quod idem mihi quoque, quamvis aliis de causis, maximopere placet. De ipso *smaragdo*, lapide maxime duro indeque ad insculpendum ut aptiore ita difficiliore vir doctus monuit, notante *Cr.*, in the classical Journal IV p. 167 seq., ubi hic locus tangitur. Tu add. C. O. Müller. l. l. pag. 380 seq., qui eum nunc dici ait *lauchgrüner Heliotrop.* — „Ψευδὴς σμάραγδος Theophrasti De lapidib. §. 25 est malachites (der Malachit). Vid. Schneideri annott. in eum locum p. 557 sq.“ *Cr.*

ἔργον δὲ ἦν Θεοδώρου τοῦ Τηλεκλέος Σαμίου· ἐπεὶ
3 ὦν ταύτην οἱ ἐδόκεε ἀποβαλέειν, ἐποίεε τοιάδε. πεντηκόντερον πληρώσας ἀνδρῶν, ἐσέβη ἐς αὐτήν· μετὰ δὲ, ἀναγαγεῖν ἐκέλευε ἐς τὸ πέλαγος· ὡς δὲ ἀπὸ τῆς νήσου ἑκὰς ἐγένετο, περιελόμενος τὴν σφρηγῖδα, πάντων ὁρεόντων τῶν συμπλόων, ῥίπτει ἐς τὸ πέλαγος· τοῦτο δὲ ποιήσας, ἀπέπλεε. ἀπικόμενος δὲ
42 ἐς τὰ οἰκία, συμφορῇ ἐχρῆτο. Πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τούτων, τάδε οἱ συνήνεικε γενέσθαι. ἀνὴρ ἁλιεὺς, λαβὼν ἰχθῦν μέγαν τε καὶ καλὸν, ἠξίου μιν Πολυκράτεϊ δῶρον δοθῆναι· φέρων δὴ

In alvo piscis, Polycrati dono dati, annulus, inventus.

ἔργον δὲ ἦν Θεοδώρου] δὲ ἦν cum recentt. edd. scripsimus, probante censore Ienensi 1817 nr. 163 pag. 363. Vulgo ἦν δέ. — De *Theodoro* diximus ad I, 51. Intelligitur h. l. *Theodorus minor natu*, qui cum Teleclis filius vocetur, distingui debet ab altero Theodoro, Rhoeci (de quo ad III, 60) filio alteriusque *Teleclis* fratre. Qui multo prior ad Olympiadum initia fere a viris doctis removetur artemque aeris fundendi reperisse fertur; a quo istum annulum factum, multorum annorum decursu ad Polycratem pervenisse haud magis probabile est, quam calicem Croesi (cf. I, 51) ab eodem Theodoro, quinque saltem hominum aetatibus antiquiori, elaboratum esse si dixeris. Apud Diodor. I, 98 et Athenagor. XIV p. 61 *Telecles* ille maior natu, Theodori prioris frater, intelligi debet; apud Herodotum et Pausaniam (VIII, 14, 5. X, 38,3) *Telecles minor natu*, Theodori minoris pater. De quibus artificibus consul. Thiersch. Epoch. d. bild. Kunst. pag. 181 seqq. ed. secund., quem iure sequitur Sillig. l. l. pag. 435 seq. 442. Tu conf. praeterea Panofka Samiorr. Res pag. 53 seq. et C. O. Müller. l. l. pag. 38. Ac plures Theodoros, Samios eosdemque artifices, distinguendos esse dudum, notante *Cr.*, monuerat Böttiger. in Andeutt. z. Archaeolog. pag. 52.

περιελόμενος τὴν σφρηγῖδα — ῥίπτει] i. e. *gemmam detractam* (de digito) *in mare coniicit.* Ad verbum περιαιρεῖσθαι *detrahendi* notione conf. III, 128 coll. 159. Nec alia vis praepositionis περὶ in verbo περιτίθεσθαι (de quo vid. nott. ad Plutarch. Pyrrh. 11 pag. 170), περιτίλλειν (Herod. III, 32), aliis. De locutione συμφορῇ χρῆσθαι notavimus quaedam ad I, 35.

Cap. XLII.

ἀπὸ τούτων] Cave corrigas ἀπὸ τούτου. Haud aliter ἐκ τούτων in Plutarch. Flamin. 9 init., ubi vid. nott. pag. 100, coll. Herod. I, 4. Add. Aeschyl. Pers. 793.

ἐπὶ τὰς θύρας, Πολυκράτεϊ ἔφη ἐθέλειν ἐλθεῖν ἐς
2 ὄψιν. χωρήσαντος δέ οἱ τούτου, ἔλεγε, διδοὺς τὸν
ἰχθῦν, „Ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ τόνδε ἑλὼν, οὐκ ἐδικαί-
ωσα φέρειν ἐς ἀγορὴν, καίπερ γε ἐὼν ἀποχειροβίω-
τος, ἀλλά μοι ἐδόκεε σεῦ τε εἶναι ἄξιος καὶ τῆς σῆς 95
3 ἀρχῆς· σοὶ δή μιν φέρων δίδωμι." Ὁ δὲ, ἡσθεὶς
τοῖσι ἔπεσι, ἀμείβεται τοῖσδε· „Κάρτα τε εὖ ἐποίη-
σας· καὶ χάρις διπλέη τῶν τε λόγων καὶ τοῦ δώ-
4 ρου· καί σε ἐπὶ δεῖπνον καλέομεν." Ὁ μὲν δὴ
ἁλιεὺς, μέγα ποιεύμενος ταῦτα, ἤϊε ἐς τὰ οἰκία·
τὸν δὲ ἰχθῦν τάμνοντες οἱ θεράποντες, εὑρίσκουσι 1
ἐν τῇ νηδύϊ αὐτοῦ ἐνεοῦσαν τὴν Πολυκράτεος σφρη-
5 γῖδα· ὡς δὲ εἶδόν τε καὶ ἔλαβον τάχιστα, ἔφερον
κεχαρηκότες παρὰ τὸν Πολυκράτεα· διδόντες δέ οἱ
6 τὴν σφρηγῖδα, ἔλεγον ὅτεῳ τρόπῳ εὑρέθη. Τὸν δὲ
ὡς ἐσῆλθε θεῖον εἶναι τὸ πρῆγμα, γράφει ἐς βι- 5
βλίον πάντα, τὰ ποιήσαντά μιν οἷα καταλελαβήκεε·

χωρήσαντος δέ οἱ τούτου] i. e. *hoc cum ei successisset s. cum adeundi copiam ei fecisset rex.* Verbum χωρεῖν s. προχωρεῖν haud infrequens de *feliciori successu.* Attulit Wesseling. V, 62. VIII, 102. VII, 10 §. 2, quibus add. V, 89. 49. VIII, 68, ne plura. — ἀποχειροβίωτος is est, qui suarum ipsius manuum opera vitam sustentat victumque sibi ipse quaerit. Quo eodem significatu apud alios invenitur αὐτουργός.

μέγα ποιεύμενος ταῦτα] μεγάλα exhibet Sancrofti et Vindobon. liber, qui iidem libri IX, 111 praebent μέγα, ubi Florentinus aliique μεγάλα; quod idem invenitur in his locis a Wessel. allatis: Herod. II, 121, 4. Polyaen. VII, 10, 8. Homer. Il. XIII, 282. Euripid. Andromach. 188 coll. Dorvill. ad Charit. p. 564. μέγα praeter locum laudatum IX, 111 invenitur VIII, 3, μεγάλα I, 119, quod mihi documento est, utrumque dicendi genus aeque placuisse Herodoto. — Ad formam κεχαρηκότες conf. Matth. Gr. Gr. pag. 496.

Τὸν δὲ ὡς ἐσῆλθε θεῖον κ. τ. λ.] i. e. *cum vero ipsum subiret cogitatio, divinam esse rem s. divinitus hoc ipsi accidisse.* Verbo ἐσῆλθε et dativum et accusativum adstrui satis notum. Ex Herodoto Tu conf. I, 24. 86. III, 14. VI, 125. VIII, 137.

γράφει ἐς βιβλίον] βιβλίον de tabula s. charta, in quâ quid scripto consignatur, intelligendum, ut I, 123. 124. 125. VII, 211.

τὰ ποιήσαντά μιν οἷα κατα-

43 γράψας δὲ, ἐς Αἴγυπτον ἐπέθηκε. Ἐπιλεξάμενος δὲ ὁ Ἄμασις τὸ βιβλίον τὸ παρὰ τοῦ Πολυκράτεος ἧκον, ἔμαθε ὅτι ἐκκομίσαι τε ἀδύνατον εἴη ἀνθρώπῳ ἄνθρωπον ἐκ τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι πρήγματος, καὶ ὅτι οὐκ εὖ τελευτήσειν μέλλει Πολυκράτης, εὐτυχέων τὰ πάντα·
2 ὃς καὶ τὰ ἀποβάλλει, εὑρίσκει. πέμψας δέ οἱ κήρυκα ἐς Σάμον, διαλύεσθαι ἔφη τὴν ξεινίην. τοῦ δὲ εἵνεκα ταῦτα ἐποίεε, ἵνα μὴ, συντυχίης δεινῆς τε καὶ μεγάλης Πολυκράτεα καταλαβούσης, αὐτὸς ἀλγήσειε τὴν ψυχὴν ὡς περὶ ξείνου ἀνδρός.

Amasis renuntiat hospitio cum Polycrate.

218

44 Ἐπὶ τοῦτον δὴ ὦν τὸν Πολυκράτεα, εὐτυχέοντα τὰ πάντα, ἐστρατεύοντο Λακεδαιμόνιοι, ἐπικαλεσαμένων τῶν μετὰ ταῦτα Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ
2 κτισάντων Σαμίων. Πολυκράτης δὲ πέμψας παρὰ

Polycrates, quos e Samiis habebat suspectos, Cambysi a. 526 Aegyptum invadenti auxilio mittit.

λελαβήκεε] i. e. *quae facienti qualia sibi accidissent*, s. *quae fecisset quaeque inde ipsi accidissent.* De structura loci conf. Matth. §. 488 not. 1 pag. 919 et §. 657 pag. 1118. Ad formam καταλελαβήκεε laudant Etymol. p. 386, 28. Herod. III, 65. VIII, 122. IX, 59. 60 etc. Tu add. III, 139. 143. 149 et Matth. Gr. Gr. pag. 472. De significatione verbi vid. II, 66. III, 43. 75. 118. IV, 11. 33. IX, 93, alia.

γράψας δὲ, ἐς Αἴγυπτον ἐπέθηκε] i. e. *tradidit epistolam in Aegyptum perferendam*, s. *traditam misit in Aegyptum.* Ita Valck. laudans Harpocrat. pag. 43 et Thom. Magistr. pag. 333. Wesseling. attulit Thucyd. I, 129. Herodot. V, 95. Add. Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. p. 153.

Cap. XLIII.

ὅτι ἐκκομίσαι — πρήγματος] Spectant haec ad Herodoti aliorumque de fato sententiam, quod nemo, ne deus quidem, effugere, quod nemo avertere aliove flectere possit. Conf. IX, 16 fin. I, 91, alia, quae ad Plutarch. Pyrrh. 30 pag. 236 seq. excitavimus. — Ad voces εὐτυχέων τὰ πάντα conf. III, 40.

διαλύεσθαι ἔφη τὴν ξεινίην] Haec respicit Synesius Epist. XLVI. Societatis ruptae causam aliam prodit Diodor. I, 95, veriorem, prouti statuit Panofka Samiorr. Res pag. 34. Ad formam ξεινίην conf. nott. ad III, 39. — Mox cum recentt. edd. scripsi τοῦ δὲ pro τοῦδε δὲ, coll. VIII, 85. Ad καταλαβούσης conf. III, 42 ibique laudd.

Cap. XLIV.

ἐστρατεύοντο Λακεδαιμόνιοι] Accidit haec expeditio circa Olymp. LXII, 3, observante Panofka l. l. pag. 36. Tu conf. nott. ad III, 48. — De *Cydonia* conf. nott. ad III, 59.

Καμβύσεα τὸν Κύρου, συλλέγοντα στρατὸν ἐπ' Αἴγυπτον, ἐδεήθη ὅκως ἂν καὶ παρ' ἑωυτὸν πέμψας
3 ἐς Σάμον, δέοιτο στρατοῦ. Καμβύσης δὲ ἀκούσας τούτων, προθύμως ἔπεμψε ἐς Σάμον, δεόμενος Πολυκράτεος στρατὸν ναυτικὸν ἅμα πέμψαι ἑωυτῷ ἐπ'
4 Αἴγυπτον. ὁ δὲ, ἐπιλέξας τῶν ἀστῶν τοὺς ὑπώπτευε μάλιστα ἐς ἐπανάστασιν, ἀπέπεμπε τεσσεράκοντα τριήρεσι, ἐντειλάμενος Καμβύσῃ ὀπίσω τούτους μὴ ἀποπέμπειν.

45 *Samii redeuntes Polycratem praelio navali vincunt: egressi, et in terra victi, Lacedaemonem classe abeunt: errare, qui Samiis etiam terrestrem victoriam tribuant.*

Οἱ μὲν δὴ λέγουσι τοὺς ἀποπεμφθέντας Σαμίων ὑπὸ Πολυκράτεος οὐκ ἀπικέσθαι ἐς Αἴγυπτον· ἀλλ' ἐπεί τε ἐγένοντο ἐν Καρπάθῳ πλέοντες, δοῦναί σφι λόγον, καί σφι ἁδεῖν τὸ προσωτέρω μηκέτι πλέειν· οἱ δὲ λέγουσι, ἀπικομένους τε ἐς Αἴγυπτον καὶ φυλασσομένους, ἐνθεῦτεν αὐτοὺς
2 ἀποδρῆναι· καταπλέουσι δὲ ἐς τὴν Σάμον Πολυκράτης νηυσὶ ἀντιάσας, ἐς μάχην κατέστη· νικήσαντες δὲ οἱ κατιόντες, ἀπέβησαν ἐς τὴν νῆσον· πεζομαχήσαντες δὲ ἐν αὐτῇ, ἑσσώθησαν· καὶ οὕτω δὴ

ἐδεήθη ὅκως ἂν — δέοιτο στρατοῦ] i. e. *rogavit ab eo, ut ad ipsum legatos Samum mitteret copiasque ab ipso peteret.* De particula ὅκως ἂν consul. Matth. Gr. Gr. §. 531, not. 2 p. 1037. — In seqq. cum recentt. edd. reposuimus ἔπεμψε pro ἔπεμπε.

Cap. XLV.

ἐν Καρπάθῳ] i. e. *ad Carpathum insulam, s. in Carpathio mari.* De usu praepositionis ἐν diximus ad II, 163. Wesseling. laudat Diogen. Laert. I,81, ubi ἐν ταῖς Ἀθήναις, i. e. *in mari, quod Athenas alluit*, cum § 31 dixisset περὶ τὴν Ἀθηναίων θάλασσαν. — *Carpathus* insula, septentrionem versus a Creta sita, nunc appellatur *Scarpanto;* unde quod alluit insulam mare, meridiem versus ab Rhodo insula, *Carpathium* vocatur. Vid. Horat. Od. I, 35, 8, ne plura.

δοῦναί σφι λόγον κ. τ. λ.] i. e. *rem illos secum deliberasse, s. re deliberata statuisse.* Conf. I, 97. III, 25 ibique nott. In seqq. quod Herodotus dicit ἀποδρῆναι, inde apud Pausaniam II, 31 §. 1 ἀποδρᾶναι neque ἀποδράναι scribi vult Siebelis ad l. l.

καταπλέουσι δὲ — κατέστη] i. e. *quibus Samum retro navigantibus Polycrates, cum classi obviam profectus, proelium commisit.* Ubi observa vim praepositionis κατὰ in verbo καταπλέουσι ut I, 165 et paulo infra in voce κατιόντων.

3 ἔπλεον ἐς Λακεδαίμονα. Εἰσὶ δὲ, οἳ λέγουσι τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου νικῆσαι Πολυκράτεα· λέγοντες, ἐμοὶ δοκέειν, οὐκ ὀρθῶς. οὐδὲν γὰρ ἔδεε σφέας Λακεδαιμονίους ἐπικαλέεσθαι, εἴπερ αὐτοὶ ἱκανοὶ ἦσαν
4 Πολυκράτεα παραστήσασθαι. πρὸς δὲ τούτοισι, οὐδὲ λόγος αἱρέει, τῷ ἐπίκουροί τε μισθωτοὶ καὶ τοξόται 219 οἰκήϊοι ἦσαν πλήθεϊ πολλοὶ, τοῦτον ὑπὸ τῶν κα-
5 τιόντων Σαμίων, ἐόντων ὀλίγων, ἑσσωθῆναι. τῶν δὲ ὑπ' ἑωυτῷ ἐόντων πολιητέων τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ὁ Πολυκράτης ἐς τοὺς νεωσοίκους συνειλήσας, εἶχε ἑτοίμους, ἢν ἄρα προδιδῶσι οὗτοι πρὸς τοὺς κατιόντας, ὑποπρῆσαι αὐτοῖσι τοῖσι νεωσοίκοισι.
46 Ἐπεί τε δὲ οἱ ἐξελασθέντες Σαμίων ὑπὸ Πολυκρά- Samii a Lacedaemoniis opem

---

οὐδὲν γὰρ ἔδεε] ἔδεε cum Schweigh. et Gaisf. dedi. Vulgatam ἔδει retinuit Matthiae. — In seqq. παραστήσασθαι valet *ad deditionem compellere, expellere, vincere.* Tu conf. III, 13 ibique nott. Wesseling. excitat Thucydid. I, 98. 124. Schol. in Sophocl. Oedip. Colon. 909, alia.

οὐδὲ λόγος αἱρέει] i. e. *minime probabile, consentaneum est.* Conf. I, 132 ibique nott. et add. Usteri ad Plut. Consolat. ad Apollon. cap. 22 pag. 67. — Ad seqq. ἐπίκουροι — τοξόται conf. nott. ad III, 4. 39.

τῶν δὲ ὑπ' ἑωυτῷ ἐόντων] Sancrofti liber ἑ ω υ τ ό ν. At multo frequentius invenitur dativus hac in formula. Tu conf. nott. ad Plutarch. Pyrrh. p. 182. Ad συνειλήσας (cogens) conf. III, 13 ibiq. nott. Ipsum locum sic intelligo: *Civium sibi subiectorum feminas una cum natis navalibus inclusas, s. in navalia coactas, habuit paratas, quae, si illi* (cives sc.) *cum redeuntibus transigerent, una cum ipsis navalibus comburerentur.* Nec aliter Lange, qui vernaculo sermone reddidit Herodotum, h. l. accepit. Voculam τοῖσι ante νεωσοίκοισι, Suidae auctoritate, qui idem pro ἑτοίμους exhibet ἑτοίμως, eiecerat Wesseling., quem et Schweigh. et Matth. (Gr. Gr 405 not. 3 pag. 741) secuti sunt. E libris scriptis reduxit Gaisf. προδιδῶσι πρὸς τοὺς etc., monente Wesseling., idem est atque: *inita proditione transfugiant.* Conf. V, 113. VI, 100.

Cap. XLVI.

οἱ ἐξελασθέντες] Vulgo ἐξελαθέντες. Tu consul. nott. ad I, 168. In seqq. ad verba: καταστάντες ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας conf. III, 156. Namque καταστὰς dicitur is, qui sive ad magistratum curiamve sive ad populi concionem deductus, dicen-

frustra multis verbis petitam, ostenso farinae sacco vacuo impetrant.

τεος ἀπίκοντο ἐς τὴν Σπάρτην, καταστάντες ἐπὶ τοὺς
2 ἄρχοντας, ἔλεγον πολλά, οἷα κάρτα δεόμενοι. οἱ δέ
σφι τῇ πρώτῃ καταστάσει ὑπεκρίναντο, τὰ μὲν
πρῶτα λεχθέντα ἐπιλεληθέναι, τὰ δὲ ὕστερα οὐ
συνιέναι. μετὰ δὲ ταῦτα, δεύτερα καταστάντες, ἄλλο
μὲν εἶπον οὐδὲν, θύλακον δὲ φέροντες, ἔφασαν
3 „τὸν θύλακον ἀλφίτων δέεσθαι." οἱ δέ σφι ὑπε-
κρίναντο, τῷ θυλάκῳ περιεργάσθαι· βοηθέειν δ' ὦν
47 ἔδοξε αὐτοῖσι. Καὶ ἔπειτα παρασκευασάμενοι ἐστρα-
τεύοντο Λακεδαιμόνιοι ἐπὶ Σάμον· ὡς μὲν Σάμιοι
λέγουσι, εὐεργεσίας ἐκτίνοντες, ὅτι σφι πρότεροι

Quo animo Lacedaemonii susceperint expeditionem in Sa-

di causa stat et quasi substitit. Pluribus, nec h. l. omisso, monuit Wyttenbach. ad Plutarchi Morall. I, 2 pag. 922. Hinc satis patet, quo sensu mox dicatur κατάστασις. De ipsa re consul. Plutarch. Apophthegmm. Laconn. p. 223 D. coll. 216 A.

τὸν θύλακον ἀλφίτων δέεσθαι] Abest ab Aldina vox θύλακον, probante Valcken., qui τὸν accipi vult pro τοῦτον vel, quod praefert, mutandum in τόνδε, hoc fere sensu: *huncce, quem digito monstrabant, saccum inanem farinâ indigere.* Et multa e comicis praesertim attulit Valcken., ubi τόνδε et τουτονὶ hoc pacto invenias δεικτικῶς. Nos reliquorum librorum auctoritatem omnium secuti sumus. Atque, quod monuit Schweigh., Lacedaemoniorum responsum indicare videtur, vocabulo θύλακον utique hic usos esse Samios. — θύλακον exponunt *saccum*, s. vas ad ferendum panem ex corio, quod milites ferunt, panarium. Vid. Thomas Magist. p. 457.

τῷ θυλάκῳ περιεργάσθαι] Vulgo περιειργάσθαι, cuius loco e Parisino uno ac Florentino recentt. ed. receperunt περιεργάσθαι, augmento neglecto, ut III, 155 ἔργασται et IV, 45 ἔργασμαι. Sensus est: *voce θυλάκου Samios supersedere potuisse,* s. supervacuum quid fecisse Samios, cum, saccum afferentes, haec verba (vacuum scil. esse saccum) addiderint, quum satis fuerit saccum solum ostendisse, nullo verbo adiecto. Conf. locos geminos a Wessel. et Larchero allatos Sext. Empir. adv. Mathematt. II §. 23 pag. 293. Aelian. V. H. IV, 11. Demosthen. pro Coron. cap. 22 §. 54 pag. 248 Reisk. Et conf. quoque Herodot. II, 15.

Cap. XLVII.

ὅτι σφι πρότεροι — ἐπὶ Μεσσηνίους] Hoc fidem facere proelio adversus Megarenses, de quo Plutarch. II p. 303, quodque idem sub tempus accidisse probabile sit, monet C. O. Müller. Aeginett. pag. 67. Ac videtur hoc ad Olymp. XXVII s. XXVIII

2 αὐτοὶ νηυσὶ ἐβοήθησαν ἐπὶ Μεσσηνίους· ὡς δὲ Λα-
κεδαιμόνιοι λέγουσι, οὐκ οὕτω τιμωρῆσαι δεομέ-
νοισι Σαμίοισι ἐστρατεύοντο, ὡς τίσασθαι βουλό-
μενοι τοῦ κρητῆρος τῆς ἁρπαγῆς, τὸν ἦγον Κροίσῳ,
καὶ τοῦ θώρηκος τὸν αὐτοῖσι Ἄμασις ὁ Αἰγύπτου
3 βασιλεὺς ἔπεμψε δῶρον. καὶ γὰρ θώρηκα ἐληΐσαντο
τῷ προτέρῳ ἔτεϊ ἢ τὸν κρητῆρα οἱ Σάμιοι· ἐόντα
μὲν λίνεον, καὶ ζώων ἐνυφασμένων συχνῶν, κεκο-
4 σμημένον δὲ χρυσῷ καὶ εἰρίοισι ἀπὸ ξύλου. τῶν 220

mum: Lacedaemoniis in bello adversus Messenios ab a. 685 ad 671 Samii navibus auxilio: Samii craterem a Lacedaemoniis Croeso missum a. 546, [1, 70] et singularis operis thoracem ab Amaside Lacedaemoniis missum a. 547 intercipiunt.

---

pertinere; quippe quo tempore bellum Messenium secundum est finitum, Samiique classe iam opibusque floruerunt. Conf. Panofka Samiorr. Res pag. 26.

οὐκ οὕτω τιμωρῆσαι κ. τ. λ.] De locutione *οὐκ οὕτω — ὡς βουλόμενοι* Valcken. laudat III, 120. VI, 61. 108 idem monens *τιμωρεῖν, ἀμύνειν, ἀρήγειν* esse *auxilium alteri ferre in iniuria propulsanda; τιμωρεῖσθαι, τίσασθαι, ἀμύνεσθαι, ἀλέξασθαι, iniuriam sibi illatam vindicare.* Ad argumentum facit Plutarchi locus II pag. 859 C., ubi haec Lacones respondisse legimus: *ὡς οὐ βοηθοῦντες οὐδ' ἐλευθεροῦντες, ἀλλὰ τιμωρούμενοι Σαμίους στρατεύσαιντο.* — De structura verbi *τίσασθαι* cum genitivo consul. Matth. Gr. Gr. §. 368, a; de ipso cratere vid. Herodot. I, 70.

καὶ ζώων ἐνυφασμένων συχνῶν] *ζῶα* intelligo figuras quaslibet, animalium, aliarum rerum. Vid. I, 70. II, 4 ibique nott.

κεκοσμημένον δὲ χρυσῷ καὶ εἰρίοισι ἀπὸ ξύλου] i. e. *auro et liciis cotoneis ornatum, distinctum,* sive, ut Heeren. Ideen I, 2 pag. 119 interpretatur: *der mit baumwollenen Fäden gestickte leinerne Harnisch.* Verbis *εἰρίοισι ἀπὸ ξύλου cotoneum* s. *gossypium* indicari, manifestum fit aliis ex locis: III, 106. VII, 65. Unde Pollux VII, 75, haec scribens: *ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τι ἔριον γίγνεται· ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα λίνου ἄν τις μᾶλλον φαίη προσεοικέναι, πλὴν τοῦ πάχους.* De Aegyptiorum *cotoneo* nonnulla adscripsimus ad II, 86 e Creuzeri Commentt. Herodott. pag. 47, ubi plura. Quibus satis refutantur ii, qui post Herodoti aetatem demum in Aegypto inveniri contendunt cotoneum, quo tot mumias circumvolutas esse satis constat. Neque enim Plinius Hist. Nat. VIII, 48 audiendus, ubi artem plurimis liciis texendi Alexandrinis attribuit, nec magis Is. Voss., qui ad Catull. pag. 196 hanc artem Alexandrinis Iudaeis adscribi vult; cum longe prius in Aegypto illa floruerit; qua in terra antiquissimo iam aevo texendi artem valde cultam magnique aestimatam esse, merito scribit Heeren.

δὲ εἵνεκα θωυμάσαι ἄξιον, ἀρπεδόνη ἑκάστη τοῦ θώρηκος ποιέει· ἐοῦσα γὰρ λεπτὴ, ἔχει ἀρπεδόνας ἐν ἑωυτῇ τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντα, πάσας φανεράς. τοιοῦτος ἕτερός ἐστι καὶ τὸν ἐν Λίνδῳ ἀνέθηκε τῇ Ἀθηναίῃ Ἄμασις.

48 Συνεπελάβοντο δὲ τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον, ὥστε γενέσθαι, καὶ Κορίνθιοι προθύμως. 2 ὕβρισμα γὰρ καὶ ἐς τούτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον γενεῇ πρότερον τοῦ στρατεύματος τούτου,

Adiuvant expeditionem Corinthii: pueros Corcyraeos a Periandro ad Alyattem ut castra-

l. l. — In seqq. ἀρπεδόνη, quâ voce alias *funis* indicatur, ut apud Xenophont. Cyrop. I, 6, 19, de *filo* accipiendum. Inde Pollux VII, 31 interpretatur τὰ νήματα.

τὸν ἐν Λίνδῳ ἀνέθηκε] Praeter Aelian. N. A. IX, 17 et Plin. H. N. XIX, 1, quos Wesseling. laudat, vid. Herod. II, 182 ibique nott.

Cap. XLVIII.

Συνεπελάβοντο δὲ] De argumento laudant Plutarch. II pag. 859 E. Plin. H. N. IX, 25, Diogen. Laert. I, 95. Add. Panofka Samiorr. Res pag. 38. A *Cnidiis* neque a Samiis iuvenes servatos esse, tradunt Plutarchus ac Plinius.

ἐς τούτους εἶχε] i. e. *ad hos quoque pertinuit iniuria*, sive, ut Schweigh. haec reddit: „*Etenim adversus hos quoque contumeliam admiserant Samii proxima ante hanc expeditionem aetate.*“ Ita ἔχειν εἴς τι invenitur II, 53. III, 82. 126. VII, 143. Utitur hoc loco Steger. in Praefat. pag. X, quo monstret, infra III, 108 itidem legendum esse: ἐς αὐτοὺς εὐεργεσίαι εἶχον, ubi ἐς vulgo abest.

γενεῇ πρότερον τοῦ στρατεύματος κ. τ. λ.] In his non prorsus sibi constat temporum ratio. Larcherus, quem sequitur Clinton in Fastis Hellenicis pag. 14 ed. Krüger., Corcyraeorum fugam ponit in Olymp. LIII, 4 sive ann. 565 a. Chr. n., raptumque craterem Olymp. LVI, 1 s. 555 a. Chr. n., Laconum expeditionem Olymp. LXIII. 4 s. 525 a. Chr. n. (Tab. chronol. T. VII pag. 620. 622 seqq. 630 coll. 531 seq.). Qua ex ratione decem annorum erit intervallum inter iniuriam a Samiis illatam et craterem raptum; quod quidem longius est, quam quod verbis κατὰ δὴ τὸν αὐτὸν χρόνον indicari potuisse credam. Inter expeditionem et iniuriam illam quadraginta anni erunt interpositi; quod spatium satis excedere existimo tempus unius γενεῆς ab Herodoto indicatum; quamquam in huiusmodi aetatibus constituendis variari haud sum nescius. Vid. nott. ad II, 142 et conf. Panofka l. l. pag. 31, qui hoc teneri vult, quod apud Plutarchum de Herodot. malignit. cap. 22 loco *unius* γενεῆς ponuntur *tres* γενεαί. Un-

κατὰ δὴ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ κρητῆρος τῇ ἁρπαγῇ
3 γεγονός. Κερκυραίων γὰρ παῖδας τριηκοσίους ἀνδρῶν τῶν πρώτων Περίανδρος ὁ Κυψέλου ἐς Σάρ-
4 διας ἀπέπεμψε παρὰ Ἀλυάττεα ἐπ' ἐκτομῇ. προσχόντων δὲ ἐς τὴν Σάμον τῶν ἀγόντων τοὺς παῖδας Κορινθίων, πυθόμενοι οἱ Σάμιοι τὸν λόγον, ἐπ' οἷσι ἀγοίατο ἐς Σάρδις, πρῶτα μὲν τοὺς παῖδας ἐδίδαξαν ἱροῦ ἅψασθαι Ἀρτέμιδος· μετὰ δέ, οὐ

rentur missos c. a. 586, Samii ad se appulsos, quomodo servarint.

---

de in Herodoteo loco literam γ ante vocem γενεῇ excidisse idem suspicatur, quo scilicet tres intelligantur γενεαί, expeditionemque Lacedaemoniorum ponit versus finem Polycratis Olympiad. LXIII, 2 s. 527 a Chr. n., Periandri autem iuvenes ad Alyattem missos vult Olymp. XLVII, 3 s. 591 a. Chr. Bellum inter Lacedaemonios et Samios gestum idem refert ad Olymp. LXII, 3 s. 530 a. Chr.

κατὰ δὴ τὸν αὐτὸν χρόνον] Retinui cum Matth. δή, cuius loco Schweigh. et Gaisf. e Florentino et Sancrofti libro receperant δέ. In seqq. ad dativi usum in τῇ ἁρπαγῇ conf. Matth. Gr. Gr. 385, 1 pag. 706.

Περίανδρος ὁ Κυψέλου κ. τ. λ.] Cum Periander e Larcheri rationibus obierit 563 a. Chr. n., ea, quae hic narrantur, in annum 565, igitur paulo ante Periandri obitum accidisse consentaneum est. — De Periandro conf. I, 23. Per Lydiam autem non solum illo tempore, verum etiam postea, Persarum in ditionem cum Lydii venissent, negotium castrandorum puerorum maxime exercitatum, indeque etiam commercium eunuchorum factitatum fuisse videtur. Tu vid. inprimis Herod. VIII, 105. Heeren. Ideen I, 1 pag. 154. — In seqq. retinui προσχόντων, quamvis in Florentino προς σχόντων. Vid. nott. ad I, 2.

τὸν λόγον, ἐπ' οἷσι ἀγοίατο] Similia quaedam attigit Matth. Gr. Gr. §. 479, a. Add. Herod. I, 22. III, 48. VII, 158. Ad verba οὐ περιορέοντες ἀπέλκειν conf. eundem Matth. l. l. §. 553 fin. p. 1086. Infra χρέωνται cum Schweigh. et Gaisf. reliqui, quamvis libri quidam χρέονται, probante Larchero ac Schaefero. Equidem in hisce, in quibus ne ipsum quidem Herodotum sibi omnino constitisse credam, potiorum librorum auctoritatem sequi malui. Conf. I, 34 ibiq. nott.

ἱροῦ ἅψασθαι Ἀρτέμιδος] In Sami insula cum praeter Iunonem Apollinem quoque insigniter colerent, nil mirum, Dianam sororem in eiusdem honoris consortio fuisse, ipsamque eximie cultam adeoque colonis e Samo deductis additam fuisse. Cuius rei plura testimonia affert Panofka l. supra l. pag. 63. Habuit haec dea suam sedem, Tauropo-

περιορέοντες ἀπέλκειν τοὺς ἱκέτας ἐκ τοῦ ἱροῦ, σιτίων δὲ τοὺς παῖδας ἐργόντων Κορινθίων, ἐποιήσαντο οἱ Σάμιοι ὁρτὴν, τῇ καὶ νῦν ἔτι χρέωνται
5 κατὰ ταὐτά. νυκτὸς γὰρ ἐπιγενομένης, ὅσον χρόνον ἱκέτευον οἱ παῖδες, ἵστασαν χοροὺς παρθένων τε καὶ ἠϊθέων· ἱστάντες δὲ τοὺς χορούς, τρωκτὰ σησάμου τε καὶ μέλιτος ἐποιήσαντο νόμον φέρεσθαι, ἵνα ἁρπάζοντες οἱ τῶν Κερκυραίων παῖδες ἔχοιεν
6 τροφήν. ἐς τοῦτο δὲ τόδε ἐγίνετο, ἐς ὃ οἱ Κορίνθιοι, τῶν παίδων οἱ φύλακοι, οἴχοντο ἀπολιπόντες· τοὺς δὲ παῖδας ἀπήγαγον ἐς Κέρκυραν οἱ Σάμιοι.
49 Εἰ μέν νυν Περιάνδρου τελευτήσαντος τοῖσι Κορινθίοισι φίλα ἦν πρὸς τοὺς Κερκυραίους, οἱ δὲ

Corinthiis perpetuae inimici-

---

lium, in quod tanquam asylum Corcyraeorum pueros confugere Samii iusserant, quodque ipsum hoc loco intelligendum esse, aliorum ex testimoniis efficitur. Vid. Panofka l. l. *Cr.* praeterea conferri iubet Broendsted. Reisen in Griechenland pag. 267, ubi plura de Diana Tauropolo.

ἵστασαν χοροὺς] i. e. *choros instituebant, adornabant.* De qua locutione post Lennep. ad Phalarid. Ep. 96 pag. 269 dixit Welcker. in Iahn. Annall. Paedagg. et Philologg. IX, 2 p. 151. τρωκτὰ σησάμου τε καὶ μέλιτος sunt, opinor, placentae sesami ac mellis vel simile quid esculentum inde paratum. Ac Sami placentas multum fuisse celebratas Athenaeus refert XIV, 13 p. 644 C. notante Larchero.

ἐς τοῦτο δὲ τόδε ἐγίνετο, ἐς ὃ κ. τ. λ.] i. e. *hoc tamdiu faciebant, donec Corinthii, puerorum custodes, his relictis, abierunt.* Sic plane VII, 181. Cum Schweigh. et Gaisf. scripsi ἐγίνετο, cum vulgo legeretur ἐγένετο. Ad ἐς ὃ conf. Struve Specim. I Quaest. de Dialect. Herodot. p. 42. De verbo ἀπολιπεῖν, quod *digrediendi* notione vim verbi οἴχεσθαι auget, monuit h. l. laudato Werfer. in Actt. phill. Monacc. I p. 87. 88.

Cap. XLIX.

Εἰ μέν νυν Περιάνδρου τελευτήσαντος κ. τ. λ.] i. e. „*Si Periandro mortuo Corinthii cum Corcyraeis reconciliati essent, illi sane Lacedaemonios non adiuvissent in expeditione contra Samum suscepta hanc ob causam; sed inde a quo tempore colonos in insulam deduxerunt, semper mutuae inter utrosque exsistunt dissensiones.*“ De particulis μὲν et δὲ, quibus h. l. protasis et apodosis iungitur, consul. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 89 seqq. De particulis νῦν δὲ diximus ad III, 25.

οὐκ ἂν συνελάβοντο τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σά- tiae Corcyraeis a prima horum origine.
2 μον ταύτης εἵνεκεν τῆς αἰτίης. νῦν δὲ αἰεὶ, ἐπεί 1
τε ἔκτισαν τὴν νῆσον, εἰσὶ διάφοροι ἐόντες ἑωυτοῖσι.
τούτων ὦν εἵνεκεν ἀπεμνησικάκεον τοῖσι Σαμίοισι
3 οἱ Κορίνθιοι. Ἀπέπεμπε δὲ ἐς Σάρδις ἐπ' ἐκτομῇ 221
Περίανδρος, τῶν πρώτων Κερκυραίων ἐπιλέξας 5
τοὺς παῖδας, τιμωρεύμενος· πρότεροι γὰρ οἱ Κερκυ-

ἐπεί τε ἔκτισαν τὴν νῆσον] De tempore, quo colonia in Corcyram fuerit deducta, veteres dissentiunt, quorum locos interpretes ad h. l. laudant. Namque Eusebius (Chronic. II pag. 119) hoc refert ad Olymp. XVIII, 1 s. 708 a. Chr. Strabo (VI p. 269 s. 414) ad Olymp. XI, 2 s. 735 a. Chr. n.; e marmorr. Oxonienss. p. 25 Epoch. XXXII Olymp. VI, 1 s. 756 a. Chr. n. constitui posse censet Larcher. T. VII pag. 594. Strabonem sequitur Raoul-Rochette Hist. de l'Etabliss. d. colon. Grecq. III p. 183. 185, Eusebii testimonio reiecto. Tu vid. etiam Clinton. Fastos a Krüger. converss. in Appendic. pag. 418. Sexcentis post Troiam eversam annis Corcyram conditam esse auctor est Timaeus ap. Schol. Apollon. Rhod. IV, 1216. Quem, nisi in ipsis verbis mendum, egregie lapsum existimo, cum hoc ex calculo colonia Cypselo et Periandro foret posterior. Quod vero eodem Timaeo auctore, Chersicrates, qui coloniae dux erat, patria ob infamiae notam (δι' ἀτιμίαν) cessisse fertur, ut sane, qui primi Corcyram condiderint, Corintho pulsi aut per vim cedere coacti esse videantur; inde inveteratum coloniae odium in metropolin haud scio an repeti queat. Inde quoque antiquissimum per Graeciam proelium navale inter Corcyraeos et Corinthios commissum, teste Thucydid. I, 13. Tu vid. Raoul-Rochette l. l. p. 184 et quae de Corcyra condita excitat C. F. Hermann Lehrb. d. Griech. Staatsalterthümer. §. 86 not. 7.

εἰσὶ διάφοροι ἐόντες ἑωυτοῖσι] Ita cum Schweigh. et Gaisf. edidi, quamquam ne sic quidem h. l. perpurgatum videri recte monet Gaisf. Plerique libri post εἰσὶ inserunt ἀλλήλοισι, quod retinuit Matthiae. Valckenaerius, retenta voce ἀλλήλοισι et distinctione breviori post διάφοροι posita, post ἑωυτοῖσι addi volebat συγγενέες vel ὁμογενέες vel simile quid; eumque secutus Reiz. (Praef. p. XIX), utique inseruit συγγενέες. Ad locutionem: εἰσὶ — ἐόντες quae attulit Valcken. IV, 46. 147. 175. VI, 52, ea minus huc pertinere videntur. Magis opinor huc facit III, 108: ἔστι ἐοῦσα σοφή, ubi vid. nott. — Ad verba πρότεροι — ἦρξαν conf. nott. ad III, 16 et ad ἐς αὐτὸν nott. ad I, 41.

ραῖοι ἦρξαν ἐς αὐτὸν πρῆγμα ἀτάσθαλον ποιήσαν-
50 τες. Ἐπεί τε γὰρ τὴν ἑωυτοῦ γυναῖκα Μέλισσαν Περίανδρος ἀπέκτεινε, συμφορὴν τοιήνδε οἱ ἄλλην συνέβη πρὸς τῇ γεγονυίῃ γενέσθαι. ἦσάν οἱ ἐκ Μελίσσης δύο παῖδες, ἡλικίην ὁ μὲν, ἑπτακαίδεκα, ὁ 2 δὲ, ὀκτωκαίδεκα ἔτεα γεγονώς. τούτους ὁ μητροπάτωρ Προκλῆς, ἐὼν Ἐπιδαύρου τύραννος, μεταπεμ-

Periandri uxor, filii, socer: filius minor a patre domo eiectus.

Cap. L.

Ἐπεί τε γὰρ τὴν ἑωυτοῦ γυναῖκα Μέλισσαν] De Periandro Proclis, qui Epidamni tyrannus erat, filiam deperiente et in matrimonium ducente comparentur Athen. XIII, 6 p. 589 s. 132 ed. Schweigh. Diogen. Laert. I, 94 seq. Parthen. cp. 17. Plutarch. II p. 146 D. 150 B. Herodot. V, 92 §. 7. Pausan. II, 28, 4, qui *Melissae* monumentum ad Epidaurum commemorat. Unus Diogenes Laertius quod *Lysidem* vocat, quam reliqui *Melissam*, hoc cum C. O. Müller. (Aeginett. pag. 65, quem sequitur C. Wagner. in scriptione de Periandro pag. 19 seq.) ita explicare malim, ut Periander, ex quo Proclis filiam in matrimonium duxerat, illam non Lysidem, ut ante vocabatur, sed *Melissam* vocari voluerit, nomine utique honorificentiore, ob primarium Corinthi sacerdotium administratum, instar reginae Athenarum. Namque *Melissas*, i. e. *apes*, passim sacerdotes, Cereris potissimum ac Dianae, vocatas esse satis constat. Vid. Creuzer. Symbol. IV p. 382 seqq. et C. Wagner. l. l.

ἀπέκτεινε] Ob calumnias pellicum, quas postea certiora edoctus igni cremandas dedit, ira abreptus gravidam mulierem calcis ictu interfecisse fertur Periander, auctore Diogene Laert. l. l. Quo facto summum dolorem ac moerorem tyrannum concepisse monstrant, quae apud Herodot. V, 92 §. 7 memoriae produntur, coll. Diogen. Laert. I §. 100. Neronis scelus in Poppaeam, de quo Tacit. Annall. XVI, 6, et alia quaedam similia excitat Wagner. l. l. p. 20.

δύο παῖδες] *Cypselum* et *Lycophronem* vocat Diogen. Laert. I, 94, illum maiorem natu stolidumque, hunc minorem prudentemque fuisse narrans.

Προκλῆς] Unus liber *Πατροκλῆς*, quae lectio ex lineâ nominibus propriis superscribi solitâ, orta videtur. Quare in Pausan. II, 28 §. 3 Siebelis nunc recte exhibuit *Προκλέους* loco vulgatae *Πατροκλέους*. De librariorum isto errore praeter Wesseling. plures monuerunt, quos laudat Marx. ad Ephori fragmm. pag. 110 not. De ipso Procle conf. Plutarch. II p. 403 et C. O. Müller. in Aeginett. p. 64 seq., cui tyranno dominatio, quae etiam Aeginetas Epidauri colonos male habuit, ad L. Ol.

ψάμενος παρ' ἑωυτὸν, ἐφιλοφρονέετο, ὡς εἰκὸς ἦν,
3 θυγατρὸς ἐόντας τῆς ἑωυτοῦ παῖδας. ἐπεί τε δέ σφεας
ἀπεπέμπετο, εἶπε προπέμπων αὐτούς· „Ἆρα ἴστε,
4 ὦ παῖδες, ὃς ὑμέων τὴν μητέρα ἀπέκτεινε;" Τοῦτο
τὸ ἔπος ὁ μὲν πρεσβύτερος αὐτῶν ἐν οὐδενὶ λόγῳ
ἐποιήσατο· ὁ δὲ νεώτερος, τῷ οὔνομα ἦν Λυκό-
φρων, ἤλγησε ἀκούσας οὕτω, ὥστε ἀπικόμενος ἐς
τὴν Κόρινθον, ἅτε φονέα τῆς μητρὸς τὸν πατέρα
οὔτε προσεῖπε, διαλεγομένῳ τε οὔτε προσδιελέγετο,
5 ἱστορέοντί τε λόγον οὐδένα ἐδίδου. τέλος δέ μιν,
πέρι θυμῷ ἐχόμενος, ὁ Περίανδρος ἐξελαύνει ἐκ τῶν
51 οἰκίων. Ἐξελάσας δὲ τοῦτον, ἱστόρεε τὸν πρεσβύ- Patris ad saeviendum, et filii ad patiendum obstinatio.
τερον τά σφι ὁ μητροπάτωρ διελέχθη. ὁ δέ οἱ
ἀπηγέετο, ὥς σφεας φιλοφρόνως ἐδέξατο· ἐκείνου
δὲ τοῦ ἔπεος τό σφι ὁ Προκλῆς ἀποστέλλων εἶπε,
2 ἅτε οὐ νόῳ λαβὼν, οὐκ ἐμέμνητο. Περίανδρος δὲ
οὐδεμίαν μηχανὴν ἔφη εἶναι μὴ οὔ σφι ἐκεῖνον
ὑποθέσθαι τι· ἐλιπάρεέ τε ἱστορέων. ὁ δὲ, ἀνα-
3 μνησθεὶς, εἶπε καὶ τοῦτο. Περίανδρος δὲ νόῳ λα-

---

ferme continuata esse videtur; vid. ibid. pag. 66.

ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο] i. e. *nullo loco habuit, non respexit.* Tu conf. de locutione I, 153. III, 120, ubi similia quaedam attigit Valcken. III, 125. VII, 222. 14. 57.

διαλεγομένῳ τε οὔτε προσδιελέγετο] Ita edidi Gaisfordium secutus; pro οὔτε Reiz. et Matth. οὔ τι, Schweigh. οὐ. Spectat vero τε ad sequentia ἱστορέοντί τε et οὔτε ad antecedentia οὔτε προσεῖπε. — Ad verba: λόγον οὐδένα ἐδίδου cf. III, 45 ac de forma ἐδίδου Matth. Gr. Gr. pag. 394.

πέρι θυμῷ ἐχόμενος] i. e. *valde iratus animo.* Scripsi ita cum recentt. edd. pro περὶ θυμῷ ἐχ., quod Wesseling. mutaverat in περιθύμως ἐχόμενος, citans Aeschyl. Choeph. 38. Herod. II, 162 (περιθύμως ἔχων; quod tamen huc minus pertinere videtur, ut recte monet Schwgh.). I, 141 (ubi est ὀργῇ ἐχόμενος). Magis huc faciunt Homerica Il. XXII, 70: ἀλύσσοντες πέρι θυμῷ. XXIV, 236: πέρι δ' ἤθελε θυμῷ. Nec aliter πέρι κηρὶ Od. VI, 158. Il. XIII, 119, 206, 430 alia id genus. Tu confer. Matth. Gr. Gr. §. 397 not. 2.

Cap. LI.

οὐ νόῳ λαβὼν] cf. nott. ad III, 41. Ad verba μὴ οὔ σφι consul. Matth. Gr. Gr. §. 599, a. pag. 1228.

βῶν καὶ τοῦτο, καὶ μαλακὸν ἐνδιδόναι βουλόμενος
οὐδὲν, ᾖ ὁ ἐξελασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ παῖς δίαιταν
ἐποιέετο, ἐς τούτους πέμπων ἄγγελον, ἀπηγόρευε
4 μή μιν δέκεσθαι οἰκίοισι. ὁ δὲ, ὅκως ἀπελαυνόμε-
νος ἔλθοι ἐς ἄλλην οἰκίην, ἀπελαύνετ' ἂν καὶ ἀπὸ
ταύτης, ἀπειλέοντός τε τοῦ Περιάνδρου τοῖσι δεξα-
5 μένοισι, καὶ ἐξέργειν κελεύοντος. ἀπελαυνόμενος
δ' ἂν ἤϊε ἐπ' ἑτέρην τῶν ἑταίρων· οἱ δὲ, ἅτε Πε-
ριάνδρου ἐόντα παῖδα, καίπερ δειμαίνοντες, ὅμως
52 ἐδέκοντο. Τέλος δὲ ὁ Περίανδρος κήρυγμα ἐποιή-
σατο, ὃς ἂν ἢ οἰκίοισι ὑποδέξηταί μιν, ἢ προσδια-
λεχθῇ, ἱρὴν ζημίην τοῦτον τῷ Ἀπόλλωνι ὀφείλειν,
ὅσην δὴ εἴπας. πρὸς ὦν δὴ τοῦτο τὸ κήρυγμα,
οὔτε τίς οἱ διαλέγεσθαι, οὔτε οἰκίοισι δέκεσθαι
ἤθελε· πρὸς δὲ, οὐδὲ αὐτὸς ἐκεῖνος ἐδικαίευ πειρᾶ- 222

μαλακὸν ἐνδιδόναι — οὐδὲν] i. e. *nihil* (de ira) *remittere*. Conf. III, 105, et quae citavimus plura ad Plutarch. Alcibiad. p. 171, ad Flamin. p. 100. Pro ᾖ, quod sequitur, ob constantem Herodoti usum Struve Spec. I Quaest. de dial. Herod. scribendum censet: τῇ. Libri non addicunt. Pro ἐξελαθεὶς rescripsi ἐξελασθεὶς, ut III, 46. — Ad verba ἀπηγόρευε μή conf. III, 128 et ad verba ἀπελαύνετ' ἂν Matth. Gr. Gr. §. 599, a. pag. 1198. In fine cap. cum recentt. edd. restitui δ' ἂν ἤϊε pro ἀνήϊε, quod Reiz. ediderat. Cf. Hermann. ad Viger. p. 820.

Cap. LII.

ὃς ἂν ἢ οἰκίοισι κ. τ. λ.] Comparat cum hisce Sophoclea in Oedip. Tyrann. 347 Wessel. Ad verba ὅσην δὴ εἴπας cf. I, 157, et de verbo πειρᾶσθαι III, 118.

ἱρὴν ζημίην τοῦτον τῷ Ἀπόλλωνι ὀφείλειν] „ut is mulctam penderet, quae ἱερὰ esset Ἀπόλλωνος, s. quae ei deo tanquam donarium consecraretur, sicut cygnus v. c. erat ἱερὸς Ἀπόλλωνος. Dicebant autem ἀναθήματα, s. donaria vasaque sacra ἱερά. Vid. Diodor. Exceptt. XXVI, 5 ibique Wessel. p. 512. Sic in Archontum iureiurando erat, si quis ipsorum contra leges fecisset, eum mulctae nomine statuam suam auream pensurum esse, χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀποτίσαι Delphis Apollini consecrandam, ut est apud Polluc. VIII, 86 pag. 906 Hemsterh. Cf. Platon. Phaedr. p. 235 E. ibique Schol. p. 56 Ruhnk. reliquosque interprr. Heraclid. Pontic. Polit. I, 10, in quo loco explicando turpiter lapsus est Koelerus p. 32.“ *Cr.*

σθαι ἀπειρημένου, ἀλλὰ διακαρτερέων ἐν τῇσι στοῇσι
2 ἐκαλινδέετο. τετάρτῃ δ' ἡμέρῃ ἰδών μιν ὁ Περίαν-
δρος ἀλουσίῃσί τε καὶ ἀσιτίῃσι συμπεπτωκότα, οἴ-
κτειρε· ὑπεὶς δὲ τῆς ὀργῆς, ἤϊε ἆσσον, καὶ ἔλεγε·
3 „Ὦ παῖ, κότερα τούτων αἱρετώτερά ἐστι, ταῦτα τὰ
νῦν ἔχων πρήσσεις, ἢ τὴν τυραννίδα καὶ ἀγαθὰ τὰ
νῦν ἐγὼ ἔχω, ταῦτα, ἐόντα τῷ πατρὶ ἐπιτήδεον,
παραλαμβάνειν; ὃς ἐὼν ἐμός τε παῖς, καὶ Κορίν-
θου τῆς εὐδαίμονος βασιλεὺς, ἀλήτην βίον εἵλευ,
ἀντιστατέων τε καὶ ὀργῇ χρεώμενος ἐς τόν σε ἥκι-
4 στα ἐχρῆν. εἰ γάρ τις συμφορὴ ἐν αὐτοῖσι ἐγεγό-
νεε, ἐξ ἧς ὑποψίην ἐς ἐμὲ ἔχεις· ἐμοί τε αὕτη γέ-
γονε, καὶ ἐγὼ αὐτῆς τὸ πλεῦν μέτοχός εἰμι, ὅσῳ
5 αὐτός σφε ἐξεργασάμην. σὺ δὲ μαθὼν ὅσῳ φθονέε-

ἀλουσίῃσί τε καὶ ἀσιτίῃσι συμπεπτωκότα] i. e. *qui ob infortunium nec lavacris, nec cibis uteretur*, s. *illuvie et inedia male affectum*, ut interpretatur Schweigh. συμπίπτειν *incidere* quidem valet, sed non sine doloris et affectus cuiusdam significatione addita. Conf. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. pag. 206. Ad verba ὑπεὶς δὲ τῆς ὀργῆς conf. Matth. Gr. Gr. §. 338 pag. 646.

ἐόντα τῷ πατρὶ ἐπιτήδεον] Ad filium pertinet, hoc fere sensu: *cum tu patri*, s. *patris animo, te accommodes*. — Ad verba Κορίνθου τῆς εὐδαίμονος confer. Homerus, qui ἀφνειὸν dixit Corinthum Il. II, 570, et Pindarus, qui ὀλβίαν praedicavit (Olympp. XIII, 4). Add. Thucydid. I, 13 et quae alia veterum testimonia collegit Wagner. in Specim. rerr. Corinth. pag. 1. Ad verba ὀργῇ χρεώμενος conf. I, 88.

ἐν αὐτοῖσι ἐγεγόνεε] ἐν αὐτοῖσι Schweigh. accipit pro ἐν ἑαυτοῖσι, de prima persona, ut IV, 97. Equidem malim intelligere πρήγμασι s. συμπτώμασι cum Coraë, qui, si quid mutandum, legi mavult ἐν αὐτῇ σοι (*tibi ob eam* sc. *matrem*), quod merito displicuit Larchero. Nec magis necessarium, eodem Coraë auctore, pro τὸ πλεῦν reponere τόσῳ πλεῦν.

ὅσῳ αὐτός σφε ἐξεργασάμην] i. e. *quo magis ipse eam interfeci*. ἐξεργάζεσθαι non alio sensu ac supra III, 30. 31. σφε pro αὐτὴν (sc. matrem) accipio. Vid. Matth. §. 147 not. 8 pag. 276 Letronne in Journ. d. Savans 1817 pag. 98. Utrumque probat Italus interpres.

σὺ δὲ μαθὼν ὅσῳ φθονέεσθαι κ. τ. λ.] Pindari est sententia in Pyth. I, 164 (85): κρέσσων οἰκτιρμῶν φθόνος, ubi conf. Boeckh. et Iacobs. in Delectt. Epigr. p. 255. Exscri-

σθαι κρέσσον ἐστὶ ἢ οἰκτείρεσθαι, ἅμα τε ὁκοῖόν
τι ἐς τοὺς τοκέας καὶ ἐς τοὺς κρέσσονας τεθυμῶ-
6 σθαι, ἄπιθι ἐς τὰ οἰκία.“ Περίανδρος μὲν τού-
τοισι αὐτὸν κατελάμβανε· ὁ δὲ ἄλλο μὲν οὐδὲν
ἀμείβεται τὸν πατέρα, ἔφη δέ μιν ἱρὴν ζημίην
ὀφείλειν τῷ θεῷ, ἑωυτῷ ἐς λόγους ἀπικόμενον.

Ablegat pater filium in Corcyram: Epidaurus a Periandro expugnata, et socer Procles vivus captus.

7 Μαθὼν δὲ ὁ Περίανδρος ὡς ἄπορόν τι τὸ κακὸν
εἴη τοῦ παιδὸς καὶ ἀνίκητον, ἐξ ὀφθαλμῶν μιν
ἀποπέμπεται, στείλας πλοίῳ, ἐς Κέρκυραν· ἐπεκρά-
8 τεε γὰρ καὶ ταύτης. ἀποστείλας δὲ τοῦτον ὁ Πε-
ρίανδρος, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὸν πενθερὸν Προκλέα,
ὡς τῶν παρεόντων οἱ πρηγμάτων ἐόντα αἰτιώτα-
τον· καὶ εἷλε μὲν τὴν Ἐπίδαυρον, εἷλε δὲ αὐτὸν
Προκλέα, καὶ ἐζώγρησε.

53

Legationes Periandri tres in Corcyram ad filium: filius a Corcyraeis interficitur.

Ἐπεὶ δὲ, τοῦ χρόνου προ-
βαίνοντος, ὅ τε Περίανδρος παρηβήκεε, καὶ συνε-
γινώσκετο ἑωυτῷ οὐκέτι εἶναι δυνατὸς τὰ πρήγματα

---

psit Herodoteam sententiam Stobaeus Tit. 3, 69 p. 42 s. p. 103 T. I Gaisf. Pro τοκῆας cum Gaisf. et Matth. reposui τοκέας, de quo Tu vid. potissimum Struve Specim. II Quaest. de Herodot. dial. pag. 6. In seqq. *αὐτὸν κατελάμβανε* est: *eum cohibere conabatur.* De imperfecti usu dixi ad I, 68, de verbi significatione ad III, 36. Ad structuram verbi *ἀμείβεσθαι* vid. Matth. Gr. Gr. §. 411, 5.

στείλας πλοίῳ] sc. *αὐτὸν*, quod v. c. additur III, 135 fin. *ἀποστέλλει αὐτοὺς ἐπὶ θάλασσαν.* Retinui *πλοίῳ*, cuius loco Schweigh. et Gaisf. e pluribus libris reposuerunt *πλοῖον*. Sed vid. locos ad III, 3 allatos, et conf. VIII, 64: *ἐπὶ τοὺς Αἰακίδας νῆα ἀπέστελλον.*

ἐστρατεύετο — Προκλέα] De *Procle* vid. nott. ad III, 50. Exstat, monente Valcken. apud Diogen. Laert. I, 100 epistola velut a Periandro scripta ad Proclem socerum. — In seqq. *ζωγρεῖν* est *captum in vita servare*, ut supra *ζωάγρια* III, 36 praemia pro Croeso in vita servato. Alibi *ζωγρεῖν* valet *vivum capere*, ut I, 86. 211 etc. Hinc *ζωγρίαν λαβεῖν τινα* eodem fere sensu; de quo diximus ad Ctesiae Excerptt. Persicc. §.9.

Cap. LIII.

καὶ συνεγινώσκετο ἑωυτῷ] De structura consul. Matth. §. 549 not. 2 p. 1079, *τὰ πρήγματα ἐπορᾶν τε καὶ διέπειν* valet: *res publicas s. imperium inspicere* et *administrare.* De *ἐπορᾶν* quaedam dixi ad Plutarch. Philopoem. pag. 64. 256. Ex Herodoto confer sis I, 48. 110. 124.

ἐπορᾶν τε καὶ διέπειν, πέμψας ἐς τὴν Κέρκυραν,
ἀπεκάλεε τὸν Λυκόφρονα ἐπὶ τὴν τυραννίδα· ἐν γὰρ
δὴ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων οὐκ ἐνεώρα, ἀλλά
2 οἱ κατεφαίνετο εἶναι νωθέστερος. ὁ δὲ Λυκόφρων
οὐδὲ ἀνακρίσιος ἠξίωσε τὸν φέροντα τὴν ἀγγελίην.
Περίανδρος δὲ, περιεχόμενος τοῦ νεηνίεω, δεύτερα
ἀπέστειλε ἐπ᾽ αὐτὸν τὴν ἀδελφεὴν, ἑωυτοῦ δὲ θυ-
γατέρα, δοκέων μιν μάλιστα ταύτῃ ἂν πείθεσθαι.
3 ἀπικομένης δὲ ταύτης, καὶ λεγούσης· „Ὦ παῖ,
βούλεαι τήν τε τυραννίδα ἐς ἄλλους πεσέειν, καὶ
τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς διαφορηθέντα μᾶλλον, ἢ αὐ-

ἐν γὰρ δὴ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων κ. τ. λ.] Eum indicari, quem *Cypselum* vocat Diogenes (conf. nott. ad III, 50), suspicor. Sed Aristoteles Politt. V, 12 [V, 9 §. 22 ed. Schneid.] huic filio nomen fuisse scribit *Gordiae*, cuius ipsius filius Psammetichus Periandro successerit. A quo diversus opinor ille Gorgias, Periandri frater, cuius apud Plutarchum fit mentio II pag. 160 C., quique idem ab aliis scriptoribus, quorum locos attulit Wyttenbach. in Animadverss. ad Plutarchi l. l. pag. 979, modo *Gorgias* modo *Torgus* adeoque *Gargesus* nominatur, mira librariorum negligentia. „Sed quid si *Gorgias* vel *Gorgus* Plutarchi, qui cum posteris suis tyrannus Ambraciotarum erat, omnino diversus est a *Gordia* nostro, Psammetichi patre et fratre fortasse ipsius Cypseli?“ C. O. Müller in Aeginett. p. 66 not. coll. C. Wagner de Periandr. pag. 24. Equidem in tanta rerum ac nominum confusione certi quid pronuntiare non audeo.

οὐκ ἐνεώρα] Ad sententiam conf. Plutarch. II pag. 175 E., ubi Wyttenbach. in Animadverss. pag. 1051, Herodotei loci non immemor, extrema verba sic reddit: „*in maiore natu filiorum non videbat* τὴν τυραννίδα, *non agnoscebat idoneum tyrannidis successorem.* Schweigh. ad ἐνεώρα subaudit τὸ εἶναι δυνατὸν τὰ πράγματα διέπειν. Tu conf. I, 89. 123. — In seqq. νωθέστερος is dicitur, *qui ingenio tardiori, hebetiori est, stupidior homo.* — „Plotin. III, 8. 3: οἱ νωθέστεροι τῶν παίδων. cf. III, 6. 6. VI, 7. 22.“ *Cr.*

περιεχόμενος τοῦ νεηνίεω] i. e. *magnam iuvenis curam gerens, magna cura s. studio iuvenem amplectens.* Conf. III, 72. VIII, 60. Paulo ante cum recent. edd. exhibui ἀνακρίσιος, ut exstat in Florentino libro. Alii ἀποκρίσιος, ut I, 49 et forte verius, ait Wesseling., nisi ὑποκρίσιος ex Ionum consuetudine malueris.

καὶ τὸν οἶκον — διαφορηθέντα] τὸν οἶκον de paternis bonis s. de patrimonio intelligi

τός σφε ἀπελθὼν ἔχειν; ἄπιθι ἐς τὰ οἰκία, παῦσαι 223
4 σεωυτὸν ζημιῶν. φιλοτιμίη, κτῆμα σκαιόν· μὴ τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ. πολλοὶ τῶν δικαίων τὰ ἐπιεικέστερα προτιθέασι· πολλοὶ δὲ ἤδη τὰ μητρῷα διζή-
5 μενοι, τὰ πατρῷα ἀπέβαλον. τυραννὶς, χρῆμα σφαλερόν· πολλοὶ δὲ αὐτῆς ἐρασταί εἰσι· ὁ δὲ, γέρων τε ἤδη καὶ παρηβηκώς. μὴ δῷς τὰ σεωυτοῦ ἀγαθὰ
6 ἄλλοισι.“ Ἡ μὲν δὴ τὰ ἐπαγωγότατα, διδαχθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἔλεγε πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ, ὑποκρινάμενος, ἔφη οὐδαμὰ ἥξειν ἐς Κόρινθον, ἔστ' ἂν
7 πυνθάνηται περιεόντα τὸν πατέρα. Ἀπαγγειλάσης δὲ ταύτης ταῦτα, τὸ τρίτον Περίανδρος κήρυκα

---

notat Larcherus. διαφορηθέντα est: *direptum, dilapidatum*, ut I, 88. Ad subitum transitum ex infinitivo ad participium spectat opinor Matth. Gr. Gr. §. 631, 4. b p. 1300. — σφε, cuius loco Valcken. scribi maluit σφέα, vix sollicitandum, cum de quovis dicatur genere. Conf. nott. ad III, 52.

φιλοτιμίη, κτῆμα σκαιόν] φιλοτιμία, monente Valck. vix alio sensu atque φιλονεικία (*pervicacitas*). Nec aliter Italus interpres, qui ei significationem tribuit: *ambiziosa contenzione, caparbietà, puntiglio*. Ipsa sententia apud Stobaeum quoque XXIII, 12 p. 190, p. 426 Vol. I Gaisf. reperitur et ad Sophoclem refertur auctorem.

μὴ τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ] Ad locutionem hancce, proverbialem ferme, illustrandam Wesseling. laudavit Sophocl. apud Stobaeum Serm. IV p. 54. Apollon. Rhod. IV, 1081. Appian. B. Civ. I p. 601. Thucyd. V, 65 ibiq. Duker. Plura dabit Krabinger. ad Synes. Orat. περὶ βασιλ. pag. 144 seq., quo uti debebam ad Plutarchi Alcibiad. p. 207, ubi de verbo ἰᾶσθαι admonui, quod de quovis dicatur remedio, quo damni s. incommodi quid levetur aut in melius convertatur.

τυραννὶς, χρῆμα σφαλερόν] Ad sententiam Euripidea hic laudant, ex Iphigen. in Aul. 21 et quae plura perquam similia leguntur ex Euripide, aliis excerpta apud Stobaeum Tit. 48, init. p. 343 seq. p. 341 T. II Gaisf. — In seqq. τὰ ἐπαγωγότατα sunt *verba ad persuadendum aptissima, persuasoria, blanda*. Vid. ad Plutarchi Pyrrh. p. 197 et add. Siebel. ad Pausan. I, 34 §. 3.

τὸ τρίτον Περίανδρος] articulum ὁ ante *Περίανδρος* cum Schweigh. et Gaisf. abieci. — In seqq. ἐστέλλετο ἐς τὴν *Κέρκυραν* valet: *ad Corcyram ire constituebat s. se parabat*. De usu imperfecti monuerat Wesseling. ad I, 68. Tu conf. III, 52.

πέμπει, βουλόμενος αὐτὸς μὲν ἐς Κέρκυραν ἥκειν·
ἐκεῖνον δὲ ἐκέλευε ἐς Κόρινθον ἀπικόμενον, διάδο-
8 χον γίνεσθαι τῆς τυραννίδος. Καταινέσαντος δ' ἐπὶ
τούτοισι τοῦ παιδὸς, ὁ μὲν Περίανδρος ἐστέλλετο ἐς
τὴν Κέρκυραν, ὁ δὲ παῖς οἱ ἐς τὴν Κόρινθον.
9 μαθόντες δὲ οἱ Κερκυραῖοι τούτων ἕκαστα, ἵνα μή
σφι Περίανδρος ἐς τὴν χώρην ἀπίκηται, κτείνουσι
τὸν νεηνίσκον. Ἀντὶ τούτων μὲν Περίανδρος Κερ-
κυραίους ἐτιμωρέετο.

Lacedaemonii Samum obsident.

54 Λακεδαιμόνιοι δὲ στόλῳ μεγάλῳ ὡς ἀπίκοντο,
ἐπολιόρκεον Σάμον. προσβαλόντες δὲ πρὸς τὸ τεῖ-
χος, τοῦ μὲν πρὸς θαλάσσῃ ἑστεῶτος πύργου κατὰ
τὸ προάστειον τῆς πόλιος ὑπερέβησαν· μετὰ δὲ, αὐ-
τοῦ βοηθήσαντος Πολυκράτεος χειρὶ πολλῇ, ἀπηλά-
2 σθησαν. κατὰ δὲ τὸν ἐπάνω πύργον, τὸν ἐπὶ τῆς

Verbum *στέλλεσθαι* de *profectione*, *maritima* praesertim, haud infrequens. Vid. III, 124. V, 43. VII, 2. 239. Siebelis ad Pausan. I, 2 §. 3. Ad verba: *ὁ δὲ παῖς οἱ ἐς τὴν Κόρινθον*, ubi male abest vocula *οἱ* duobus a libris, conf. III, 14. 15. 55.

κτείνουσι τὸν νεηνίσκον] Hanc ob necem bellum conflatum scribit Schol. Thucydid. I, 13 pugnamque commissam navalem, quam omnium antiquissimam per Graeciam perhibet ipse Thucydides ducentis sexaginta annis ante bellum Peloponnesiacum finitum; unde consequens est, hoc accidisse anno 664 a. Chr. n., quo tempore Cypselus, Periandri pater, rerum nondum erat potitus; id quod anno post demum ei obtigit. Conf. Larcher. ad h. l. et Tab. chronol. T. VII pag. 603. 604. Quae ut secum concilientur, Bouhier in Diss. Herod. cap. XV in Thucydide pro 260 annis reponi voluit 160, ita ut annus existat 564 a. Chr. n., quo utique Periander imperium suscepit. Nos cum Wesselingio Scholiastam lapsum esse statuere malumus. Caeterum auctor est Diogenes Laert. I, 95 Periandrum, nuntio de Corcyraeorum iuvenibus Sami servatis accepto, moerore confectum vita cessisse, annos natum ferme octoginta.

Cap. LIV.

ὑπερέβησαν] Duo libri *ἐπέβησαν*, quod haud displicet Wesselingio. Tu conf. I, 84 et quae plura de usu verbi *ἐπιβαίνειν* cum genitivo excitavimus ad Plutarch. Pyrrh. p. 214 seq. Nos ob reliquorum librorum auctoritatem retinuimus vulgatam.

τὸν ἐπὶ τῆς ῥάχιος τοῦ οὔ-

ῥάχιος τοῦ οὔρεος ἐπεόντα, ἐπεξῆλθον οἵ τε ἐπίκουροι καὶ αὐτῶν Σαμίων συχνοί· δεξάμενοι δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπ' ὀλίγον χρόνον, ἔφευγον ὀπίσω· οἱ δὲ, ἐπισπόμενοι ἔκτεινον.

55 Εἰ μέν νυν οἱ παρεόντες Λακεδαιμονίων ὅμοιοι ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην Ἀρχίῃ τε καὶ Λυκώπῃ, αἱρέθη ἂν Σάμος.

Archiae, cuius nepotem Herodotus vidit, et Lycopae Lacedaemoniorum virtus et mors.

2 Ἀρχίης γὰρ καὶ Λυκώπης μοῦνοι συνεσπεσόντες φεύγουσι ἐς τὸ τεῖχος τοῖσι Σαμίοισι, καὶ ἀποκληϊσθέντες τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ἀπέθανον ἐν τῇ πόλι τῇ Σαμίων.

3 τρίτῳ δὲ ἀπ' Ἀρχίεω τούτου γεγονότι ἄλλῳ 224 Ἀρχίῃ, τῷ Σαμίου τοῦ Ἀρχίεω, αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ

ρεος ἐπεόντα] Munimenta intelligit in dorso Ampeli montis, qui per totam insulam porrigitur, exstructa albo ex lapide et quindecim pedes eminentia decemque lata, in quibus post decimum sextum quemque pedem turris conspiciebatur, nisi quà natura saxum praeceps munimenti s. turris in locum substituerat. Hinc in suburbium (προάστειον), Iunonis templo aliisque aedificiis splendidissimis insigne, intrare licuit. Vid. Panofka Samiorr. Res p. 3. 4 ibiq. laudd. — ἀπηλάσθησαν scripsi pro ἀπηλάθησαν, ut III, 46. Ad ἐπίκουροι conf. nott. ad III, 4.

Cap. LV.

Εἰ μέν νυν — ἐγένοντο] ἐγίνοντο Schweigh. et Gaisf. pro ἐγένοντο, quod retinui cum Matth. Pro συνεσπεσόντες libri duo συμπεσόντες, nec aliter Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 1 pag. 374.

αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμην] Gravi errore lapsus, opinor, vir doctus, Heyse in Quaest. Herodott. I p. 89 hic de *Pitana*, Aeolica urbe, cogitat, cum omnis narratio eo nos ducat, ut Laconiae locum hic intelligi statuamus, hanc vero ipsam regionem Nostrum visisse plures loci, ubi Herodotus Lacedaemoniis utitur testibus, ab eodem Heyse collecti l. l. p. 119, satis ostendunt. Quo potissimum facit locus, qui legitur III, 47. Intelligitur autem h. l. *Pitana* ad Eurotam, Spartae vicus unus ex antiquissimis, occidentem versus, multumque celebratus atque incolis frequens. Qui idem ab Herodoto h. l. δῆμος appellatur, a Thucydidis schol. I, 20 κώμη, ab aliis φυλή, quarum quatuor omnino Spartae fuisse volunt. Neque enim ad unam Atticam terram pertinet vox δῆμος, sed ad alias quoque regiones, indeque varie redditur, cum omnino pagum s. vicum, cui sui agri, magistratus adeoque sacra, ab aliis separata, designet. Vid. Siebelis ad Pausan. I, 1 §. 2. Satis vero notum est, Pitanam unum ex istiusmodi vi-

συνεγενόμην· δήμου γὰρ τούτου ἦν· ὃς ξείνων
πάντων μάλιστα ἐτίμα τε Σαμίους, καί οἱ τῷ πα-
τρὶ ἔφη Σάμιον τοὔνομα τεθῆναι, ὅτι οἱ ὁ πατὴρ
Ἀρχίης ἐν Σάμῳ ἀριστεύσας ἐτελεύτησε· τιμᾶν δὲ
Σαμίους ἔφη, διότι ταφῆναί οἱ τὸν πάππον δημο-
56 σίῃ ὑπὸ Σαμίων. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὥς σφι τεσσε-
ράκοντα ἐγεγόνεσαν ἡμέραι πολιορκέουσι Σάμον,
ἐς τὸ πρόσω τε οὐδὲν προεκόπτετο τῶν πρηγμάτων,
2 ἀπαλλάσσοντο ἐς Πελοπόννησον. ὡς δὲ ὁ ματαιό-
τερος λόγος ὥρμηται, λέγεται Πολυκράτεα ἐπιχώ-

Lacedaemonii post XL dies ob rei difficultatem abeunt: vano rumore tradi aliam abitus eorum causam.

---

cis fuisse, quibus Spartae urbs, auctore Thucydide, constabat. Nam ille Archias profecto non *περίοικος* fuit, sed Spartanus homo, ipsa Sparta oriundus, ut iure contendit C. O. Müller in Dorer. II p. 50 seq.

δήμου γὰρ τούτου ἦν] Aliquot libri prave *τούτου τοῦ ἦν*, quos sequitur Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 7 p. 385 seq., corrupto usus Herodoti libro. Ad seqq. conf. Plutarch. II p. 860 C. Pro *ἐτιμᾶτο* plures libri *ἐτίμα τε*. Ad verba *καί οἱ τῷ πατρὶ* conf. III, 53 fin.

διότι ταφῆναί οἱ — Σαμίων] Tu conf. Matth. Gr. Gr. §. 538 pag. 1057. Quod vero Wesseling. Eustathium citans p. 579, 41 Herodotum scripsisse putat *ταφθῆναι*, equidem non assentior. Voculam *εὖ* post *Σαμίων* delevi cum recentt. edd., quippe quae a melioribus libris abest. Quam tuetur Schaefer. ad Dionys. Halicarn. de compos. verbb. pag. 113 (notante *Cr.*); quos tamen ille affert locos, ii a nostro loco nonnihil discrepare videntur. Magis huc, opinor, facit III, 82 fin.: *μὴ λύειν ἔχοντας εὖ*. III, 63: *ἔλεγε ἄρα*. III, 80: *ἐλέχθησαν δ' ὦν*. Videtur autem Valckenario Herodotus (ut saepe humana fuerit passus) propterea quod Archia familiariter fuerit usus, hanc avi collaudandi captasse occasionem: ut qui in aliis idem subinde fecerit.

Cap. LVI.

ὥς σφι — πολιορκέουσι] Consul. Matth. Gr. Gr. §. 388 c. Ad *προεκόπτετο* conf. I, 190.

ὡς δὲ ὁ ματαιότερος λόγος ὥρμηται, λέγεται] i. e. ad verbum: *ut vero falsus fertur rumor*, s. *fama*, *dicunt*, sive, ut Schweigh. interpretatur: „*fertur autem fama, temere quidem sparsa, quae ait.*“ Displicent verba Graeca Wesselingio, cui vel *λέγεται γὰρ* vel *ὥρμηται λέγεσθαι* scribendum videtur, ut IV, 16. VI, 86 coll. V, 50. Quo neutro opus esse censet Schweigh., cum plena hic inveniatur locutio, in qua *λόγος ὥρμηται* sane idem valeat atque *λέγεται*; quod vocabulum si ab

ριον νόμισμα κόψαντα πολλὸν μολίβδου, καταχρυσώσαντα δοῦναί σφι· τοὺς δὲ δεξαμένους, οὕτω δὴ ἀπαλλάσσεσθαι. Ταύτην πρώτην στρατηΐην ἐς τὴν Ἀσίην Λακεδαιμόνιοι Δωριέες ἐποιήσαντο.

---

uno abesset codice, in reliquos codices temere irrepsisse arbitraretur Schweigh. e scholio, per quod quis olim locutionem λόγος ὥρμηται explicare voluerit. Idem comparat VII, 89, ubi est φάτις ὥρμηται *fama exiit*, *emanavit*, *fertur*. Equidem hac orationis abundantia, quippe quae ab Herodoti indole non aliena est, non offendor. — De voce μάταιος conf. nott. ad II, 118.

νόμισμα κόψαντα] Hoc si verum est, omnium certe antiquissimum monetae corruptae exemplum, ex Olymp. LXII, 3 s. 530 a. Chr. n. vel LXIII, 4 s. 525 a. Chr. n. (vid. nott. ad III, 48). Ac Solonis quidem aetate monetae corruptionem satis cognitam legibusque severius interdictam fuisse e Demosthen. fit manifestum advers. Timocrat. in fin. pag. 765. 766 ed. Reisk., quo loco bene utitur, notante *Cr.*, Eckhel D. N. Prolegg. cap. XIX, p. CXIII Vol. I, ubi vide plura. Iam Solonis legislatio, quâ mortis poena in numorum corruptorum crimen constituta erat, incidit in annum 594 a. Chr. n. (Conf. nott. ad I, 30.) Nec tamen eiusmodi poenas quamvis severas, quidquam valuisse, idem admonet Eckhel. Atque Herodoti quoque locus (observavit Boeckh. in Oecon. Athen. I p. 23, cuius locum adscripserat *Cr.*) est documento, quam auri egena aurique propemodum inscia tum temporis fuerit Graecia, si Polycrates hoc modo Spartanis imponere potuisset, aut si omnino istiusmodi fabula oriri ac spargi potuisset, praesertim cum dudum in Lydia aurei cuderentur numi; de quibus cf. nott. ad I, 94. Admonet idem Boeckh. l. l. II pag. 138, ubi de rudi Spartanorum moneta ferrea disserit, antiquissimi interdicti, quo nemini Spartano praeter ferream monetam auri s. argenti quid possidere licuit. Quod ipsum omni fere aetate neglectum fuisse iure monet Boeckh. Nam quî omnino (modo vera sint, quae Noster ex fama refert,) Spartani auro se corrumpi passi essent, si auri nihil quidquam possidere potuissent?

πολλὸν μολίβδου] μολίβδου scripsi, ut I, 186, ubi etiam Gaisfordius sic exhibuit, qui h. l. dedit μολύβδου. Quod dedimus probat Poppo ad Thucydid. I, 93 p. 198 ed. Gervin., et dudum antea Sallier. ad Moer. p. 256. Tu vid. etiam Pierson. ad Moerid. l. l. Wesseling. ad Diodor. II, 10, Duker. et Goeller. ad Thucydid. l. l.

Ταύτην πρώτην στρατηΐην] Pro πρώτην plures libri τήν; male. Est enim sensus: *nam hanc primam expeditionem in Asiam suscepisse dicuntur*, cum

57 Οἱ δ' ἐπὶ τὸν Πολυκράτεα στρατευσάμενοι Σα-
μίων, ἐπεὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι αὐτοὺς ἀπολείπειν
2 ἔμελλον, καὶ αὐτοὶ ἀπέπλεον ἐς Σίφνον· χρημά-
των γὰρ ἐδέοντο· τὰ δὲ τῶν Σιφνίων πρήγματα
ἤκμαζε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ νησιωτέων μάλιστα
ἐπλούτεον, ἅτε ἐόντων αὐτοῖσι ἐν τῇ νήσῳ χρυσέων
καὶ ἀργυρέων μετάλλων, οὕτω ὥστε ἀπὸ τῆς δεκάτης 225
τῶν γινομένων αὐτόθεν χρημάτων θησαυρὸς ἐν Δελ-
φοῖσι ἀνακέεται, ὅμοια τοῖσι πλουσιωτάτοισι· αὐτοὶ
δὲ τὰ γινόμενα τῷ ἐνιαυτῷ ἑκάστῳ χρήματα διενέ-
3 μοντο. Ὅτε ὦν ἐποιεῦντο τὸν θησαυρὸν ἐχρέωντο

Samii auxilio destituti, navigant Siphnum: Siphniorum auri et argenti metalla: repositus Delphis thesaurus: oraculum: forum et curia Siphniis ornatu marmoreo.

---

antea rebus Asiaticis iam se immiscuissent, ut patet ex I, 152, nullam vero expeditionem hanc in terram fecissent. Imitatus est locutionem Pausan. IV, 5, monente Valcken. — Mox a *Λακεδαιμόνιοι Δωριέες* si abesset *Λακεδαιμόνιοι*, nemo requireret, notante Valcken., qui tamen bene addit, *Δωριέας* Heraclidas Spartanos lubenter se nuncupasse; quum honoris cuiusdam significationem vocula adiecta contineat.

Cap. LVII.

τὰ δὲ τῶν Σιφνίων πρήγματα ἤκμαζε κ. τ. λ.] De *Siphniorum* opibus atque metallis Wess. laudat Pausan. X, 11 §. 2 et Bochart. De Phoenic. colon. I, 4 haec illustrantem. Sed postea Siphniorum res valde fuisse diminutas e Demosthenis loco De contribut. pag. 176 ed. Reisk. colligimus. Nunc insulae, quae Cycladibus accensetur, nomen *Sifanto*. Metallorum, quae olim fuerunt, nunc nulla supersunt vestigia, quamquam plumbum frequens hodieque reperiri scribit Tournefort Voyage d. Levant. T. I p. 174 seq.

καὶ νησιωτέων — ἐπλούτεον] Citat haec Gregor. Corinth. de dialect. Ion. §. 14 p. 396. Ad *αὐτόθεν* haec adscripsit *Cr.*: „*αὐτόθι* exhibet Cod. Arch. [Sancrofti liber]. Atque sic h. l. laudat Grammat. mscr. Bibl. Sangerm. Ruhnkenius tamen ad Xenoph. Memorabb. Socr. III, 6, 12 *αὐτόθεν* et huic loco et Xenophonteo accommodatius iudicat.“ Tu vide quae disputavi de hac voce ad Plutarchi Alcibiad. p. 135. — Ad *θησαυρὸς* conf. I, 14. 51 ibique nott.; ad *ὅμοια* III, 8. — *ἐποιεῦντο* est: *exstruendam fecerunt s. curarunt aediculam.* Conf. II, 127. 129. 148. Plura Roulez. Specim. in Themistii Oratt. (Lovan. 1828) pag. 7.

ἐχρέωντο] Unus Parisinus *ἐχρέοντο*. Tu conf. I, 34. III, 48. 66 et III, 72, ubi *διαχρεώμενοι* sine ulla lectionis varietate.

τῷ χρηστηρίῳ, εἴ αὐτοῖσι τὰ παρεόντα ἀγαθὰ οἷά τέ ἐστι πολὺν χρόνον παραμένειν. ἡ δὲ Πυθίη ἔχρησέ σφι τάδε·

4 Ἀλλ' ὅταν ἐν Σίφνῳ πρυτανήϊα λευκὰ γένηται,
λεύκοφρύς τ' ἀγορή, τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς
φράσσασθαι ξύλινόν τε λόχον κήρυκά τ' ἐρυθρόν.

Τοῖσι δὲ Σιφνίοισι ἦν τότε ἡ ἀγορὴ καὶ τὸ πρυτα-
58 νήϊον Παρίῳ λίθῳ ἠσκημένα. Τοῦτον τὸν χρησμὸν οὐκ οἷοί τε ἦσαν γνῶναι, οὔτε τότε ἰθὺς, οὔτε τῶν Σαμίων ἀπιγμένων. ἐπεί τε γὰρ τάχιστα πρὸς τὴν

Naves antiquitus rubricatae: Samii a Siphniis pecuniam exigunt.

οἷά τέ ἐστι] Steger. Praefat. p. XIII mavult *ἔσται*, ut I, 55. — Pro *πολὺν*, quod omnes libri praebent cum Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 17 pag. 398. Koenius ibid. §. 12 pag. 395 reponi vult *πολλόν*.

φράσσασθαι ξύλινόν τε λόχον] Tres libri *φράσασθαι*. Caeterum huius *ξυλίνου λόχου*, notante Valcken. recordatus videtur Themistocles, cum Delphici oraculi *ξύλινον τεῖχος* civibus suis interpretaretur. Idem Valcken. observat, verbum *φράζεσθαι*, in veterum oraculis satis tritum, valere: *animo considerare*, saepius etiam *considerata cavere* s. *φυλάξασθαι* (quo ipso Noster mox utitur, oraculi sensum explicaturus), ut in Plutarch. Agesil. 3. 30, ubi utrumque verbum invenitur iunctum. — *λόχον* haud alio sensu apud Euripid. Troadd. 534 et Tryphiodor. 2 inveniri monet Larcher. — *ἦν τότε* (pro *τότε ἦν*) cum recentt. edd. scripsi, probante quoque censore Ienensi 1817 nr. 163 p. 363.

Παρίῳ λίθῳ ἠσκημένα] Ad *ἠσκημένα* conf. nott. ad II, 131. *Parium lapidem* (ex insula, quae olim *Paros*, nunc *Paro* vocatur, Cycladum una, provenientem) quantum Graeci postmodo inprimis fecerint, nemo fere nescit; quippe quo praeter alia marmoris genera ad signa, simulacra, alia artis opera utebantur quemque a puritate et soliditate reliquis marmoribus praeferebant. Tu vide, ne plura, Plin. H. N. XXXVI, 4 §. 2. 15. Strabon. X p. 487 s. p. 746 A. et quae recentiori aetate monuerunt Winckelmann. Tom. V p. 100. 396 seq. Opp. Hirt. in Boettigeri Amalth. I p. 225. Apud Pausaniam *Parius lapis* invenitur I, 33 §. 2. IV, 31 §. 9. V, 11 §. 5. „Adde Dodwelli Itinerar. class. et topograph. Graec. I, 2 p. 332 vers. Sickleri, ubi doctus Britannus probatum iit Parium marmor adhuc ab omnibus cum Attico sive Pentelico marmore temere confusum esse. Quae sententia si pervincat, sexcenta per Archaeologorum libros nomina mutanda erunt.“ *Cr.*

Σίφνον προσίσχον οἱ Σάμιοι, ἔπεμπον τῶν νεῶν
2 *μίαν, πρέσβεας ἄγουσαν ἐς τὴν πόλιν. τὸ δὲ πα-*
λαιὸν ἅπασαι αἱ νῆες ἦσαν μιλτηλιφέες· καὶ ἦν
τοῦτο τὸ ἡ Πυθίη προηγόρευε τοῖσι Σιφνίοισι, φυ-
λάξασθαι τὸν ξύλινον λόχον κελεύουσα, καὶ κήρυκα
3 *ἐρυθρόν. Ἀπικόμενοι ὦν οἱ ἄγγελοι ἐδέοντο τῶν*
Σιφνίων δέκα τάλαντά σφι χρῆσαι· οὐ φασκόντων
δὲ χρήσειν τῶν Σιφνίων αὐτοῖσι, οἱ Σάμιοι τοὺς
4 *χώρους αὐτῶν ἐπόρθεον. πυθόμενοι δ' ἰθὺς ἧκον*
οἱ Σίφνιοι βοηθέοντες, καὶ συμβαλόντες αὐτοῖσι,
ἑσσώθησαν· καὶ αὐτῶν πολλοὶ ἀπεκληΐσθησαν τοῦ
ἄστεος ὑπὸ τῶν Σαμίων. καὶ αὐτοὺς μετὰ ταῦτα
59 *ἑκατὸν τάλαντα ἔπρηξαν. Παρὰ δὲ Ἑρμιονέων νῆ-*
σον ἀντὶ χρημάτων παρέλαβον, Ὑδρέην τὴν ἐπὶ Πε-

Ab Hermionensibus emunt Hydream insulam, eaque Troeze-

Cap. LVIII.

προσίσχον] Ita cum Schwgh. et Gaisf. dedi meliorum librorum ex auctoritate. Vulgo *προσέσχον*. Tu conf. VI, 99. 119. 157. IV, 76.

μιλτηλιφέες] Vulgo *μιλτηλεφέες*; Wesselingius, quem sequitur Schwgh., probaverat *μιλτηλοιφέες* e Sancrofti, ut opinabatur, libro, in quo tamen *μιλτηλοιηφέες* exstat, monente Gaisf., qui ipse ex uno Parisino exhibuit *μιλτηλιφέες*, quod unum probandum esse statuit Lobeck. ad Phrynich. p. 572, cum, quae ab aoristo secundo s. praesenti thematico originem ducant, diphthongo reiecto brevi syllabâ formentur, ut *ἀνηλιφής*, *πισσαλιφής* Eustathii ex praecepto ad Odyss. p. 1561, 8 s. 260, 45 coll. Etymol. pag. 61, 5. Ad significationem vocis faciunt Homerica vocabula *μιλτοπάρῃος* (Il. II, 637. Odyss. IX, 125), *φοινικοπάρῃοι* (Odyss. XI, 123. XXIII, 272) de navibus, quae minio s. colore rubro erant illitae.

Ἀπικόμενοι ὦν] Voculam *δ'* ante *ὦν* vulgo inseri solitam, cum Schweigh. et Gaisf. eieci codicum auctoritate. Ad *χρῆσαι* (*commodare*) conf. quae dixi ad Plutarchi Philopoem. pag. 49. 260. — In fine cap. *ἔπρηξαν* est: *exegerunt*. Conf. I, 106. II, 126. V, 84, ubi medium invenitur.

Cap. LIX.

Ὑδρέην τὴν ἐπὶ Πελοποννήσῳ] *Ὑδρέην* pro *Ὑδρέαν*, quod in binis libris comparet, cum edd. recentt. dedi. Alii libri mendose *Θυρέην* s. *Θυρέαν*. Insula, quam nemo nostra aetate ignorat, in sinu Saronico est sita e regione Hermiones s. Troezenis, in cuius ipsius potestatem post devenit insula; unde minus mirum, quî factum

niis commissa, in Cretam navigant, Zacynthios pellunt, Cydoniam urbem et Dictynnae templum condunt: subiguntur circa a. 518 ab Aeginetis: Minervae templum in Aegina: bellum an-

λοποννήσῳ, καὶ αὐτὴν Τροιζηνίοισι παρακατέθεντο· αὐτοὶ δὲ Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ ἔκτισαν· οὐκ ἐπὶ τούτῳ πλέοντες, ἀλλὰ Ζακυνθίους ἐξελοῦντες ἐκ
2 τῆς νήσου. ἔμειναν δ' ἐν ταύτῃ, καὶ εὐδαιμόνησαν ἐπ' ἔτεα πέντε· ὥστε τὰ ἱρὰ τὰ ἐν Κυδωνίῃ ἐόντα 226
νῦν οὗτοί εἰσι οἱ ποιήσαντες, καὶ τὸν τῆς Δικτύ-

---

sit, ut Samii insulam Troezeniis certa lege traderent. Conf. de Hydrea insula Pausan. II, 34 §. 9. Stephan. Byz. s. v.

Κυδωνίην] Conf. III, 44. Neque vero sic Herodoti verba sunt accipienda, ut Samii exsules Cydoniam primi condidisse existimentur, cum dudum ante annum 524 a. Chr. n. s. Ol. LXIV, 1, in quem incidit hoc, auctore Raoul-Rochette l. mox l., Cydonia urbs commemoretur, cuius origines ad Minoem Arcadesve colonos prisco admodum aevo huc profectos referantur, ut reliquarum Cretae urbium mater fere sit habenda. Itaque de urbe vel amplificanda vel restauranda Herodoti verba intelligenda esse monet Hoeck (Creta I p. 23. II p. 439 coll. III pag. 413) et dudum antea Raoul-Rochette (Histoire de l'Etabliss. d. col. Gr. III p. 427). Ipsa urbs (de qua plura Hoeck l. l. I p. 23 seq. 383) in occidentali Cretae parte sita quadraginta fere stadia aberat ab ea, quae nunc *Canea* vocatur, satis ampla ac frequens incolis portuque instructa et commercio florens; ut adeo haec ipsa res Samios commovisse videri queat, ut eum in locum se potissimum converterent, nisi diserta Herodoti obstarent verba, qui ut Zacynthios expellerent, illos hoc fecisse scribit, sive ob inimicitias quasdam sive ultionis cuiusdam repetendae causa. Inimicitiarum autem vix aliam fuisse originem putat C. O. Müller. Aeginett. p. 112 seq. not., quam Ionum et Achaeorum inveteratum odium, cum Zacynthii Achaeorum fuerint stirpis Spartanisque inde inimici, Samii vero Spartanis eorumque colonis faverint. — Mox cum Schweigh. et Gaisf. dedi ἐπὶ τούτῳ pro ἐπὶ τοῦτο, quod Matth. retinuit. Conf. V, 45, ἐπ' ᾧ δὲ ἐστάλη ἐποίεε, ubi tamen Sancrofti liber ac Vindobonensis (qui h. l. dant ἐπὶ τούτῳ) exhibent ἐπ' ὅ. Conferri quoque poterunt hi loci III, 48. 83. — Paulo post reliqui intactum quod libri ferebant ἐξελοῦντες, quamquam rectius esse videtur ἐξελῶντες, quemadmodum placuit Pierson. ad Moer. p. 146 et Wesseling. in nota ad h. l., ubi citat IV, 148. V, 63. IX, 89. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 222 pag. 430.

τῆς Δικτύνης νηόν] *Δικτύνης* omnes Herodotei libri, cum alias duplici litera ῡ hoc nomen scriptum inveniatur. Nam significatur dea Cretensium lunaris, *Britomartis* quae vocabatur, atque etiam *Dictynna*, quod no-

3 νης νηόν. ἕκτῳ δὲ ἔτεϊ Αἰγινῆται αὐτοὺς ναυμαχίῃ 80
νικήσαντες ἠνδραποδίσαντο μετὰ Κρητῶν· καὶ τῶν
νηῶν καπρίους ἐχουσέων τὰς πρώρας ἠκρωτηρίασαν,
καὶ ἀνέθεσαν ἐς τὸ ἱρὸν τῆς Ἀθηναίης ἐν Αἰγίνῃ.

tiquius a Sami rege Amphicrate illatum Aeginetis.

men deae inditum a monte urbeque cognomine. Nam in his Cretae insulae regionibus dea venatrix commorari putabatur. De qua post Spanhem. ad Callimach. in Dian. 205 disputarunt Creuzer. in Symbol. IV p. 150 seqq. C. O. Müller. Aeginett. p. 165. Hoeck. Creta I p. 24 seq. Huius autem deae sacra cum a Samiis Noster repetat (cuius hac in re testimonium — nam Samiorum res accurate noverat; conf. nott. ad III, 60 — omni fide dignum), haec est Mülleri l. l. sententia, Britomartis, quae proprie ac primitus Cretensium fuerit dea, et Dictynnae, quae Samia dea fuerit, sacra postmodo apud Cydoniatas in unum coaluisse, ita ut posteris temporibus Britomartis etiam Dictynnae nomine per Cretae urbes coleretur adeoque pro uno eodemque numine utraque dea haberetur.

ἕκτῳ δὲ ἔτεϊ Αἰγινῆται] Conf. Strabo VIII p. 376 p. 577 A. Quae in Olymp. LXV, 2 incidere statuit C. O. Müller Aeginett. p. 113. Haec enim prima Aeginetarum fuit expeditio, cuius ad nos pervenit notitia, postquam illi civitatem ab Epidauriorum potestate solutam constituerant. Ac nemo nescit, quanta incrementa postmodo ceperit Aeginetarum res navalis ac mercatura, ut mox inter Graeciae populos θαλασσοκρατοῦντας referantur. Conf. infra III, 139. — Quod ad verba καπρίους ἐχουσέων attinet, vulgo hic intelligunt *apros, prorarum insignia*, quibus, quemadmodum aliae gentes arietibus, leonibus, aliis istiusmodi signis, ita Samii naves suas exornare soliti fuerint. Vid. Ruhnken. in Diss. de navv. parasemm. in Opuscc. Acadd pag. 279 (p. 418 T. I ed. Bergmann.). Nec aliter in Lycia apud Phaselitas navium proras apris fuisse insignitas nummi monstrant, docente Eckhel. D. N. I Vol. III p. 6, quem locum adscripserat *Cr.* At de istiusmodi ornamentis navium hic cogitari posse negat Naeke ad Choerili fragmm. p. 157, tam ob Choerili versum (apud Hesych. s. v. Σαμιακὸς τρόπος) ipsumque Herodotum, qui proras navium apro tanquam insigni ornatas nunquam καπρίους dicturus fuisset, tum ob ipsa Hesychii verba, ex quibus potius naves sint intelligendae, quae non apri insigne in prora, sed ipsius prorae extremitatem obtusam habuerint et reflexam, ut sit suis rostrum; unde factum, ut ipsa navis suis quandam similitudinem prae se ferre videretur.

ἐς τὸ ἱρὸν τῆς Ἀθηναίης ἐν Αἰγίνῃ] Haec intelligo de *Minerva Poliade*, ut aliis locis

4 Ταῦτα δὲ ἐποίησαν ἔγκοτον ἔχοντες Σαμίοισι Αἰγινῆται. πρότεροι γὰρ Σάμιοι, ἐπ' Ἀμφικράτεος βασιλεύοντος ἐν Σάμῳ, στρατευσάμενοι ἐπ' Αἴγιναν, μεγάλα κακὰ ἐποίησαν Αἰγινήτας, καὶ ἔπαθον ὑπ' ἐκείνων. ἡ μὲν αἰτίη αὕτη.

60 Opera tria maxima in Samo,

Ἐμήκυνα δὲ περὶ Σαμίων μᾶλλον, ὅτι σφι τρία

(conf. quae collegi in Diss. de Apolline Patricio pag. 6 et add. Boeckh. Explicc. ad Pindar. Ol. V, 9 p. 148. 149 coll. ad Ol. VII p. 171 seq.), ita apud Aeginetas sanctissime cultâ. Tu vid. C. O. Müller Aeginett. pag. 69 seqq. 108 seqq. Nec opus peculiarem quandam deam rerum navalium sibi fingere praesidem; nam quod numen Aeginetis, genti in mercatura rebusque maritimis valde occupatae, maxime fuit tutelare, eius in fanum rostra spoliata fuisse dedicata, quid habet absonum? Summa enim fuit Aeginetis dea eademque tutelaris, ad quam omnem suam salutem referebat Aeginetarum gens rebus navalibus maxime dedita. „Ex hoc Minervae templo Aeginetico non, ut adhuc creditum est, ex Iovis Panhellenii fano, signa illa Aeginetica, quae nunc Monachii in Regis Bavariae glyptotheca asservantur, eruta esse commonstravit liber Baro a Stackelberg in praestanti opere, quod inscribitur: Der Apollotempel zu Bassae in Arcadien. Rom, 1826.“ *Cr.* De hoc templo, cuius rudera splendida adhuc exstant in colle, unde late patet prospectus, conf. C. O. Müller. in Handb. d. Archaeol. pag. 57, ubi, quod Ol. LXXV post victoriam de Persis reportatam hoc templum probabiliter exstructum dicit, Herodoti locus adversatur, nisi de antiquiori eiusdem deae templo cogitare velis.

ἔγκοτον ἔχοντες] H. Stephano praeferenti: ἐν κότον ἔχοντες refragantur hi loci VIII, 29. IX, 109, alia, quae attulit Wesseling. Add. VI, 73. 133 et conf. VIII, 27, ubi invenitur eodem sensu ἐνέχειν χόλον, et Homer. Il. I, 82, ubi est κότον ἔχειν. Est vero substantivum ἔγκοτος, *ira*, *simultas*, *inimicitia*. Adiectivum ἔγκοτος (*iracundus*) exstat in Aeschyl. Choephor. 387. 1040. 911 coll. Sept. c. Th. 804.

πρότεροι γὰρ Σάμιοι κ. τ. λ.] Haec Polycratis aetatem longe antecedere nemo non intelligit; quare Amphicratem, modo recte βασιλεὺς dicatur ab Herodoto, antiquis Sami regibus, Procli Leogoraeque adnumerari vult C. O. Müller l. l. pag. 67, praesertim cum iam ante Olymp. XL Samus arte et mercatura valde floruerit. Add. Panofka Samiorr. Res p. 26, qui vix ante Ol. XXV Amphicratem Aeginetis bellum intulisse statuit.

Cap. LX.

Ἐμήκυνα δὲ περὶ Σαμίων μᾶλλον, ὅτι σφι τρία κ. τ. λ.] Aristoteles (Polit. V, 11, s. V,

ἐστὶ μέγιστα ἁπάντων Ἑλλήνων ἐξεργασμένα. οὔρεός τε ὑψηλοῦ ἐς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὀργυιὰς,

aquaeductus, agger, templum: Eupalinus Megarensis, et Rhoecus Samius architecti.

---

9 §. 4) inter opera a tyrannis, quo plebem alerent eiusque animos a rebus publicis avocarent, confecta, Sami quoque memorat ἔργα Πολυκράτεια, quae ad tria ista opera h. l. ab Herodoto indicata vulgo referunt. Ac satis quidem notum, tyrannos ita plerumque egisse, ut plebem otiosam operibus magnis molibusque exstruendis detinerent eoque ipso a seditionibus motibusque avocatam iugum impositum patienter ferre docerent. Conf. quae excitat C. Fr. Hermann. Lehrb. der Griech. Staatsalterth. §. 64 not. 3. Ad Polycratis illa quod attinet opera tria, Heraeum inde eximere licebit, quippe quod longe prius exstrui coeptum est et confectum. Vid. Thiersch. Epochen etc. p. 184. 185. — In universum autem h. l. teneri velim, Herodotum saepius suis in libris Samum respicere eiusque res memorabiles referre singulari quadam industria, unde verisimile fit, quod Suidas s. v. Ἡροδ. tradit, Herodotum hac in insula aliquamdiu commoratum Ionicam didicisse dialectum historiamve conscripsisse vel quod malumus, scribendae historiae initium fecisse. Conf. Herod. III, 139 init. et Heyse Quaest. Herod. I p. 88. Quin ipsa longior narratio de Polycrate Samiisque h. l. inserta, comprobare videtur scriptoris animum ad Samiorum res valde intentum, haud scio an eam ipsam ob causam, quod diutius hac in insula fuerat commoratus. De istiusmodi digressionibus in opere Herodoteo diximus ad I, 23; quas in nullo alio historiarum scriptore obvias ad indolem Herodoteae historiae pertinere, praesertim in fatis tyrannorum Graeciae enarrandis conspicuam, monet Creuzerus Hist. Kunst d. Griech. pag. 273, cum haec earum sit vis, ut hostes Graecae libertatis puniri nec ullum scelus a vindicta divina impune ferri appareat.

οὔρεός τε ὑψηλοῦ κ. τ. λ.] i. e. „*Primum opus est montis* (s. in monte), *qui ad centum quinquaginta orgyias altus est; in hoc igitur monte fossa est deducta ab imo monte incipiens et duplici utrinque ore instructa; fossae longitudo est septem stadiorum, altitudo et latitudo octo pedum utrâque.*" Ubi vox τούτου refertur ad οὔρεος non alia fere ratione atque III, 14 init. Articulum τὸ ante ὄρυγμα vulgo positum cum Schwgh. et Gaisf. delevi. ἀρξάμενον non aliter positum atque II, 17. 33. III, 91. Ad τὸ μῆκος, τὸ ὕψος conf. Matth. Gr. Gr. §. 428, 5 pag. 794. — Tangit Herodoti locum Eustathius ad Dionys. Perieg. 533. — De ipsis mensuris vid. nott. ad II, 149. Unde patet, centum quinquaginta orgyias aequare nongentos pedes Graecos, sive unum stadium alteriusque dimidium; nam orgyia sex constat pedibus sive quatuor cubitis. Haec si ad recen-

τούτου ὄρυγμα, κάτωθεν ἀρξάμενον, ἀμφίστομον.
2 τὸ μὲν μῆκος τοῦ ὀρύγματος, ἑπτὰ στάδιοί εἰσι· τὸ
3 δὲ ὕψος καὶ εὖρος, ὀκτὼ ἑκάτερον πόδες. διὰ παν-
τὸς δὲ αὐτοῦ ἄλλο ὄρυγμα εἰκοσίπηχυ βάθος ὀρώ- 95
ρυκται, τρίπουν δὲ τὸ εὖρος, δι' οὗ τὸ ὕδωρ, ὀχε-
τευόμενον διὰ σωλήνων, παραγίνεται ἐς τὴν πόλιν,
4 ἀγόμενον ἀπὸ μεγάλης πηγῆς. ἀρχιτέκτων δὲ τοῦ
ὀρύγματος τούτου ἐγένετο Μεγαρεὺς Εὐπαλῖνος Ναυ-
5 στρόφου. τοῦτο μὲν δὴ ἓν τῶν τριῶν ἐστί. Δεύ-
τερον δὲ, περὶ λιμένα χῶμα ἐν θαλάσσῃ, βάθος κα-

---

tiores mensuras revocentur, efficitur inde montis altitudo 653 pedum Parisinorum sive 277, 4331 metrorum Gallicorum sive 883, 9572 pedum Rhenan. Septem stadia aequabunt 3986 pedes Parisinos, s. 0,1748 milliar. geogrr. Octo autem pedes Graeci quominus totidem Rhenanos conficiant, paululum modo deest. Tu vid. Wurm De pondd. ratt. pag. 110 seq. 213. — De usu vocis ἑκάτερος conf. nott. ad III, 8.

διὰ παντὸς δὲ αὐτοῦ] Hoc, monente Wesseling., ita intelligendum, ut per eundem montem et iuxta priorem fossam excavata fuerit altera, quae *aquaeductus* vicem praeberet. Prior hominibus transitum dabat, ut, si quid aquaeductui labis fieret, sarciretur: unde et latior et celsior altera erat. Hinc ita de hoc opere pronuntiat Thiersch. l. l. p. 184: „Der Durchstich (ὄρυγμα) eines 150 Klaftern hohen Berges, sieben Stadien lang und damit verbunden eine Wasserleitung, zwanzig Ellen tief und drei Schuhe breit.“ De forma ὀρώρυκται conf. I, 186.

ἀπὸ μεγάλης πηγῆς] fons dicebatur *Gigartho*, s. *Leucothea*. Vid. Panofka Samiorr. Res pag. 4, qui idem ex eo, quod aquaeductus hic commemoratur, Samum non semper εὔυδρον fuisse putat, quamquam quatuor fluvii insulam irrigantes a veteribus nominantur indeque Anacreon Samum appellarat ἄστυ Νυμφέων (vid. fragm. μή ed. Fisch.). At nisi aquae sat magna in insula fuisset copia, qui omnino aquaeductus institui potuisset, per quem hoc, opinor, potissimum spectabant, ut aquam magis salubrem et sanam acciperent. Tournefort, recentioris aetatis peregrinator (Relat. d'un voyage dans l. Levant. epit. X), adhuc se vidisse affirmat rudera quaedam, quae ad hunc aquaeductum pertinere putabantur.

Δεύτερον δὲ, περὶ λιμένα χῶμα ἐν θαλάσσῃ] De *aggere* (nunc dicunt *Molo*) accipio ad portus securitatem deducto. Quare recte Thiersch. l. l. pag. 184: „ein Damm im Meere zum Schutze des Hafens, gegen zwanzig Klafter hoch und

τὰ εἴκοσι ὀργυιέων· μῆκος δὲ τοῦ χώματος, μέζον
6 δύο σταδίων. Τρίτον δέ σφι ἐξέργασται, νηὸς μέ- 1

---

grösser denn zwei Stadien." Add. Panofka l. l. pag. 4. Ad nostras mensuras si haec revocaris, viginti orgyiae aequabunt fere 112 pedes Parisinos sive 117 pedes Rhen. et quod excurrit; duo stadia efficiunt 1139 pedes Parisinos s. 0,0499 milliar. geogr. Tu vid. Wurm. l. l.

Τρίτον δέ σφι ἐξέργασται] *Heraeum*, s. amplissimum Iunonis templum intelligi, cuius una cum Dianae Ephesiae templo iam supra II, 148 Noster mentionem fecerat, neminem fugit. De quo templo quod Herodotus scribit: *νηὸς μέγιστος πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν*, id eo magis respici vult Thiersch. l. l. pag. 185, quoniam nec Aegyptiorum templa amplissima ac spatiosissima, quae ipse viderat Herodotus, eo eximantur. Add. III, 123. In Heraei magnitudine et splendore consentiunt veteres scriptores (Strab. XIV p. 637, s. 944. Pausan. VII, 5 §. 2. 6. Cicer. in Verr. I, 20. Appulei. Florid. II nr. 15 T. I pag. 350 Elmenh. II pag. 49 Oudend.); hodie non nisi pauca superesse rudera Ionicae structurae ex Bedfort. apud Leake Asia minor. p. 348 notat C. O. Müller Handb. d. Archaeol. p. 55, ubi longum fuisse ait templum pedes 346, latum 189 pedes. Qui idem si in locum antiquioris templi Dorici hoc templum successisse videri statuit, Polycratis probabiliter tempore, alio tamen loco (pag. 33) hoc opus Rhoeco et Theodoro circa Olymp. XXXV—XLV adscribit, id cum Herodoti verbis vix conciliari poterit. Herodoti enim verba: *τοῦ ἀρχιτέκτων πρῶτος ἐγένετο Ῥοῖκος Φίλεω* haec indicare videntur, quae ipsius Thierschii l. l. pag. 185 verbis referre malumus: „dass Rhoecus den Plan gemacht, und den Bau begonnen, nach ihm aber Andere, oder wenigstens ein Anderer ihn fortgesetzt und vollendet." Iam vero *Rhoecum* illum ad Olympiadum initia, igitur multo ante Polycratis aetatem, pertinere maxime probabilis est sententia, obloquente quamvis Panofka Samiorr. Res pag. 51. 58. Conf. supra nott. ad III, 41. Itaque templum a Rhoeco exstrui coeptum, postea crescentibus Samiorum rebus, sensim sensimque perfectum fuisse putem, ut Polycratis tempore, quo ipso Samiorum res maxime floruisse credibile est, absolutum videri potuerit. Nam post Polycratis aetatem templum perfectum fuisse ut credam, minime adduci possum; quippe Samiorum rebus tunc temporis iam fractis ac deminutis. Conf. Thiersch. l. l. Nec aliter medio aevo, quod dicunt, templa illa, quae admiramur, amplissima ac splendidissima per Italiam Germaniamve multorum annorum adeoque seculorum per decursum exstructa et ne sic quidem perfecta fuisse, quis est qui nesciat? — De donariis, quae

γιστος πάντων νηῶν τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· τοῦ ἀρχιτέκτων πρῶτος ἐγένετο Ῥοῖκος Φίλεω ἐπιχώριος. Τούτων εἵνεκεν μᾶλλόν τι περὶ Σαμίων ἐμήκυνα.

61 Καμβύσῃ δὲ τῷ Κύρου, χρονίζοντι περὶ Αἴγυπτον καὶ παραφρονήσαντι, ἐπανιστέαται ἄνδρες

Magi duo, Patizithes et Smerdis, fratres, in-

Heraeo continebantur, de magna auri argentique copia ad Appuleii usque aetatem ibi congesta, plurima Panofka l. l. p. 60 seqq. coll. pag. 57 seqq., ubi de Iunone Samia eiusque cultu disputat. Tu vid. inprimis Creuzer. Symbol. II p. 550 seq. 563 seq. 569.

Ῥοῖκος Φίλεω] Cum Φίλεω descendat a Φίλας, cuius artificis nomen apud Suidam (III p. 598 Kust.) sonet Φιλέας, in Herodoto Thiersch. l. l. p. 181. 182 scribi vult Φιλέω, indeque etiam veram scripturam Pausaniae in locis VIII, 14 §. 5. X, 38 §. 3 restituendam. Sed utroque hoc loco Siebelis, cuius nott. consul. ad priorem locum p. 245, edidit Φιλαίου, praeeunte Sylburgio atque Amasaeo. Rhoecus Samius, qui ad Olympiadum initia referri debet (conf. nott. ad III, 41) cum Theodoro aeris fundendi artem invenisse fertur (vid. Pausan. VIII, 14 §. 5. IX, 41 §. 1 coll. Plin. H. N. XXXV, 12 sect. 43) idemque insignis illa aetate architectus fuisse videtur, cum praeter Heraeum Samium, Lemni quoque una cum Smilide et Theodoro labyrinthum exstruxisse dicatur. Noctis statuam a Rhoeco factam memorat Pausan. X, 38 §. 3. Haec Sillig. in Catalog. Artificc. pag. 407 Thierschium l. l. secutus.

Cap. LXI.

ἐπανιστέαται] Ad formam conf. II, 80. 113. De augmento omisso in verbo καταλελοίπεε diximus ad I, 94 fin. — μελεδωνὸς qui h. l. dicitur, idem mox ἐπίτροπος vocatur III, 63. 65. Tu vid. notatt. ad II, 65. In seqq. de usu optativi (κρύπτοιτο — εἰδείησαν) atque indicativi (ἦσαν) monuit Matth. Gr. Gr. §. 529 pag. 1031. — ὡς ὀλίγοι ἦσαν cum recentt. edd. scripsi, ubi vulgo post ὀλίγοι inseritur τε. Ad argumentum quod attinet, differunt in singulis quibusdam Ctesias, qui de his retulit in Persicc. Excerptt. §. 10 seq. et Herodotus; utrius maior sit fides, ad Ctesiam disquisivi pag. 126 seq. In universum velim hoc teneri, ab orientalium regnorum conditione minime abhorrere ea, quae Ctesias, in quem iniuria quidam invecti sunt, memoriae prodidit, quaeque ille e regiis annalibus desumsisse putandus est. Conf. Osiander. in programmat. scholast., quod prodiit Stuttgardt. 1821 p. 12, alia ad Ctes. l. l. citata. Videtur autem, monente Heeren. Ideen I, 1 pag. 412, Magorum coniuratio id proxime spectasse, ut vetus

Μάγοι, δύο ἀδελφεοί· τῶν τὸν ἕτερον καταλελοίπεε surgunt contra Cambysem a. 523.
2 τῶν οἰκίων μελεδωνὸν ὁ Καμβύσης. οὗτος δὴ ὦν
οἱ ἐπανέστη, μαθών τε τὸν Σμέρδιος θάνατον, ὡς
κρύπτοιτο γενόμενος, καὶ ὡς ὀλίγοι ἦσαν οἱ ἐπι-
στάμενοι αὐτὸν Περσέων, οἱ δὲ πολλοὶ περιεόντα
3 μιν εἰδείησαν. πρὸς ταῦτα βουλεύσας τάδε, ἐπε-
χείρησε τοῖσι βασιληΐοισι. Ἦν οἱ ἀδελφεὸς, τὸν
εἶπά οἱ συνεπαναστῆναι, οἰκὼς μάλιστα τὸ εἶδος
Σμέρδι τῷ Κύρου, τὸν ὁ Καμβύσης, ἐόντα ἑωυτοῦ
ἀδελφεὸν ἀπέκτεινε· ἦν τε δὴ ὅμοιος εἶδος τῷ Σμέρ-
4 δι, καὶ δὴ καὶ οὔνομα τὠυτὸ εἶχε Σμέρδιν. τοῦ- 227
τον τὸν ἄνδρα ἀναγνώσας ὁ Μάγος Πατιζείθης, ὥς
οἱ αὐτὸς πάντα διαπρήξει, εἷσε ἄγων ἐς τὸν βασι-

Medorum imperium Magorumque potestas, Persis regibus si non fracta, at diminuta certe, restitueretur eo praesertim tempore, quo, Cambyse fatis abrepto, regia stirps iam exstincta videri posset. Inprimis huc faciunt extrema Cambysis verba ad Persarum principes III, 65 in fin. — Conf. etiam nott. ad III, 30.

πρὸς ταῦτα βουλεύσας τάδε] *πρὸς ταῦτα* ad antecedentia (ut v. c. I, 206. 207) spectat, ad mortem scilicet Smerdis, paucis cognitam; *τάδε* ad sequentia, ad ea, quae magus excogitavit, ut rerum potiretur.

οἰκὼς μάλιστα τὸ εἶδος Σμέρδι] Consentit cum hisce Ctesiae narratio Persicc. Excerptt. §. 10. Verba proxime antecedentia: *ἐπεχείρησε τοῖσι βασιληΐοισι* Schweigh. interpretatur: *regiam occupare instituit.* Malim equidem subaudire *πρήγμασι* indeque sic vertere: *regnum affectavit*, sive cum H. Stephano: *invadendum regnum sibi putavit.*

Πατιζείθης] „Schol. cod. Passion. *Διονύσιος ὁ Μιλήσιος Πανζούθην ὀνομάζεσθαι τοῦτον λέγει.* Ex h. l. *Κατιζίθης* Zonaras. Cf. Rutgersii Var. Lect. I, 8. III, 10.“ *Gaisf.* *ἀναγνώσας* est: *cum persuasisset.* Vid. I, 68 ibique nott.

εἷσε ἄγων] Conf. I, 9 ibiq. citat. Creuzer. ad Plotin. de pulcrit. p. 518. Qui idem haec nunc addi vult: „Odyss. I, 130 *αὐτὴν δ' ἐς θρόνον εἷσεν ἄγων* et sic saepius. Cf. etiam Odyss. IX, 98 ibiq. Cod. Harl. p. 54 Lips. Contra Odyss. X, 233: *εἷσεν δ' εἰσαγάγουσα.*“ Caeterum plena hic utitur Herodotus locutione, qui III, 64. 65. 30, scripsit *ἱζόμενος ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον.* Vid. nott. ad III, 14.

5 λήϊον θρόνον. ποιήσας δὲ τοῦτο, κήρυκας τῇ τε ἄλλῃ διέπεμπε, καὶ δὴ καὶ ἐς Αἴγυπτον, προερέοντα τῷ στρατῷ, ὡς Σμέρδιος τοῦ Κύρου ἀκουστέα εἴη τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' οὐ Καμβύσεω.

62 Caduceator in Aegyptum a Magis missus: Prexaspes purgat se Cambysi.

Οἵ τε δὴ ὦν ἄλλοι κήρυκες προηγόρευον ταῦτα, καὶ δὴ καὶ ὁ ἐπ' Αἴγυπτον ταχθεὶς, εὕρισκε γὰρ Καμβύσεα καὶ τὸν στρατὸν ἐόντα τῆς Συρίης ἐν Ἀγβατάνοισι, προηγό-

---

τῇ τε ἄλλῃ διέπεμπε] Ita edidi Schweigh. et Gaisf. secutus. Vulgo διέπεμπε τῇ τε ἄλλῃ, idque retinuit Matthiae. — Conf. I, 1 et Matth. Gr. Gr. §. 401, 3. 402, c. — In seqq. προερέοντα ad unum illum caduceatorem referendum, qui in Aegyptum a mago fuit missus, ut monet Matth. Gr. Gr. §. 443, 1 p. 829, idem de usu verbalis vocis (ακουστέα) admonens, de quo eodem Valck. citat Thucyd. I, 86. Sophocl. Electr. 340. Verba προερεῖν, προειπεῖν, προαγορεύειν de praecone potissimum frequentata, significant, eodem Valcken. observante: *proclamando edicere*, vel *denuntiare*.

Cap. LXII.

ἐν Ἀγβατάνοισι] Ita cum recentt. edd. scripsi. Olim Ἐκβατάνοισι. Conf. III, 64 et supra I, 98. Memorat *Ecbatana* in Galilaeae tractu Ioseph. Vit. c. 12 p. 6. Wesseling. Larcher. et Billerbeck. (Asiae Herodot. difficil. p. 11) Plinii locum huc referunt Hist. Nat. V, 19: „Promontorium Carmelum, et in monte oppidum, eodem nomine, quondam *Ecbatana* dictum.“ Ac dubitat Mannert. (Geogr. d. Gr. u. Röm. VI, 1 p. 353 seq.) de Cambysis ad Carmelum itinere, indeque Cambysem obiisse coniicit Bathurae in Batanea. At Mannerti dubitationes diluit Gallus Plinii interpres, Parisot, in ea Plinii editione, quae Parisiis apud Panckoucke prodiit anno 1829 Tom. IV p. 266, ubi haec subiicit vir doctus: „il serait plus sage de douter de la vérité de l'historiette; — inspiré sans doute par l'identité de nom entre la capitale de la Medie et une petite ville de Syrie.“ Iosephus Antiqq. Iudd. XI, 2, 2 apud Damascum Cambysem interiisse tradit. Quem Schweigh. consuli vult Hyde Relig. Vet. Pers. pag. 541, is in Appendice ad pag. 416 ita: „Magna Mediae urbs τὰ Ἐκβάτανα seu Ἀγβάτανα (apud Aeschylum in Persis *Agbatarum*) synonymam habet in Syriâ urbeculam Arabice dictam Battána, Stephano αἱ Βατανέαι, Iudithae I, 9 Βετάνη, cuius civis est *Al Battani*, unde celebris astronomus Al Bategnius. Et hinc constat quod Ἐκβάτανα seu Ἀκβάτανα sit corruptela pro Ἐλβάτανα seu Ἀλβάτανα. At prorsus diversum quid est eiusdem nominis urbs in Mediâ, in cuius linguae genui-

ρευε στὰς ἐς μέσον τὰ ἐντεταλμένα ἐκ τοῦ Μάγου.
2 Καμβύσης δὲ ἀκούσας ταῦτα ἐκ τοῦ κήρυκος, καὶ
ἐλπίσας μιν λέγειν ἀληθέα, αὐτός τε προδεδόσθαι
ἐκ Πρηξάσπεος, (πεμφθέντα γὰρ αὐτὸν ὡς ἀποκτε-
νέοντα Σμέρδιν, οὐ ποιῆσαι ταῦτα,) βλέψας ἐς τὸν
3 Πρηξάσπεα, εἶπε· „Πρήξασπες, οὕτω μοι διεπρή-
ξαο τό τοι προσέθηκα πρῆγμα;“ Ὁ δὲ εἶπε· „Ὦ
δέσποτα, οὐκ ἔστι ταῦτα ἀληθέα, ὅκως κοτέ σοι
Σμέρδις ἀδελφεὸς ὁ σὸς ἐπανέστηκε, οὐδὲ ὅκως τι
ἐξ ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς νεῖκός τοι ἔσται ἢ μέγα ἢ
σμικρόν· ἐγὼ γὰρ αὐτὸς, ποιήσας τὰ σύ με ἐκέλευες,
4 ἔθαψά μιν χερσὶ τῇσι ἐμεωυτοῦ. εἰ μέν νυν οἱ τε-
θνεῶτες ἀνεστέασι, προσδέκεό τοι καὶ Ἀστυάγεα τὸν
Μῆδον ἐπαναστήσεσθαι· εἰ δ' ἔστι ὥσπερ πρὸ τοῦ,
οὐ μή τι τοι ἔκ γε ἐκείνου νεώτερον ἀναβλαστήσει.
5 νῦν ὦν μοι δοκέει, μεταδιώξαντας τὸν κήρυκα, ἐξε-
τάζειν εἰρωτεῦντας παρ' ὅτευ ἥκων προαγορεύει 228
63 ἡμῖν Σμέρδιος βασιλέος ἀκούειν.“ Ταῦτα εἴπαντος
Πρηξάσπεος, ἤρεσε γὰρ Καμβύσῃ, αὐτίκα μεταδίω-
κτος γενόμενος ὁ κῆρυξ ἧκε. ἀπιγμένον δέ μιν εἴ-
2 ρετο ὁ Πρηξάσπης τάδε· „Ὤνθρωπε, φῂς γὰρ

Caduceator interrogatus, verum fatetur.

---

nis vocibus dictus Articulus *Al* nunquam usurpatur.“

ἢ μέγα ἢ σμικρὸν] i. e. *nihil prorsus*, ut V, 106 et crebro apud oratores Atticos, ut monuit Valcken. Ad ἀνεστέασι cf. I, 200 init.

οὐ μή τι τοι — ἀναβλαστήσει] i. e. *nihil quidquam novi* (i. e. mali) *inde tibi nascetur*, s. *efflorescet*. In pluribus libris post νεώτερον inseritur κακὸν; male; quippe hoc ipsum tecte et per quendam euphemismum ipsa voce νεώτερον continetur. Conf. Pausan. IV, 35, 2. Herodot. V, 19. 35. 93. VIII, 142. Thucyd. I, 132. Eurip. Rhes. 590. Aristoph. Eccles. 310, alia, quae attulit Valcken. Inde apud Herod. I, 210, eodem monente, νεώτερα βουλεύειν insidiis alteri structis *res novas moliri. Cr.* conf. Heindorf. ad Platon. Protagor. pag. 461. — ἀναβλαστάνειν proprie de plantis dicitur nascentibus et pullulantibus, dein ad alias quasvis transfertur res. Conf. VII, 156 et nott. ad I, 66. — In proxime seqq., ubi Sancrofti liber omittit δοκέει idemque exhibet μεταδιώξας, Wesselingius reponi vult: νῦν ὦν μοι μεταδιώξας τὸν κήρυκα ἐξετάζειν παρ' ὅτευ κ. τ. λ. ἐξετάζειν ex h. l. citat Lex. Seg. pag. 96, 28. De forma ὅτευ conf. I, 7 ibiq. nott.

ἥκειν παρὰ Σμέρδιος τοῦ Κύρου ἄγγελος· νῦν ὦν,
3 εἴπας τὴν ἀληθηΐην, ἄπιθι χαίρων. κότερα αὐτός τοι Σμέρδις φαινόμενος ἐς ὄψιν ἐνετέλλετο ταῦτα,
4 ἢ τῶν τις ἐκείνου ὑπηρετέων;“ Ὁ δὲ εἶπε· „Ἐγὼ Σμέρδιν μὲν τὸν Κύρου, ἐξ ὅτου βασιλεὺς Καμβύσης ἤλασε ἐς Αἴγυπτον, οὔ κω ὄπωπα· ὁ δέ μοι Μάγος, τὸν Καμβύσης ἐπίτροπον τῶν οἰκίων ἀπέδεξε, οὗτος ταῦτα ἐνετείλατο, φὰς Σμέρδιν τὸν Κύρου εἶναι τὸν ταῦτα ἐπιθέμενον εἶπαι πρὸς ὑμέας.“
5 Ὁ μὲν δή σφι ἔλεγε, οὐδὲν ἐπικατεψευσμένος. Καμβύσης δὲ εἶπε· „Πρήξασπες, σὺ μὲν, οἷα ἀνὴρ ἀγαθὸς ποιήσας τὸ κελευόμενον, αἰτίην ἐκπέφευγας· ἐμοὶ δὲ τίς ἂν εἴη Περσέων ὁ ἐπανεστεὼς, ἐπιβα-
6 τεύων τοῦ Σμέρδιος οὐνόματος;“ Ὁ δὲ εἶπε· „Ἐγώ μοι δοκέω συνιέναι τὸ γεγονὸς τοῦτο, ὦ βασιλεῦ. οἱ Μάγοι εἰσί τοι οἱ ἐπανεστεῶτες, τόν τε ἔλιπες μελεδωνὸν τῶν οἰκίων, Πατιζείθης, καὶ ὁ τούτου ἀδελφεὸς Σμέρδις.“

64 Somnium Cambysis de Smerdi; vulnus letale in femore: oraculum ex urbe Buto: Ecbatana Syriac.

Ἐνθαῦτα ἀκούσαντα Καμβύσεα τὸ Σμέρδιος οὔνομα, ἔτυψε ἡ ἀληθηΐη τῶν τε λόγων καὶ τοῦ ἐνυπνίου· ὃς ἐδόκεε ἐν τῷ ὕπνῳ ἀπαγγεῖλαί τινά οἱ, ὡς Σμέρδις ἱζόμενος ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον ψαύσειε τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ.
2 μαθὼν δὲ ὡς μάτην ἀπολωλεκὼς εἴη τὸν ἀδελφεὸν, ἀπέκλαιε Σμέρδιν. ἀποκλαύσας δὲ, καὶ περιημεκτήσας τῇ ἁπάσῃ συμφορῇ, ἀναθρώσκει ἐπὶ τὸν ἵππον,

---

Cap. LXIII.

φὴς γὰρ ἥκειν] De usu particulae γὰρ diximus ad I, 8. 24. Ad verba ἄπιθι χαίρων conf. III, 29. 36. — Infra pro ἐξ ὅτου, quod omnes libri exhibent, nisi quod Sancrofti liber praebet ἐξ ὅσου, Struve Spec. I Quaest. pag. 48 ex constanti Herodoti usu rescribi vult ἐξ ὅτευ. Ad formam ὄπωπα conf. III, 37.

ἐπιβατεύων τοῦ Σμέρδιος οὐνόματος] i. e. *Smerdis nomen usurpans, iniuria sibi assumens.* Citat haec Pollux II, 200. Ad locutionem attulit Wesseling.: III, 67. IX, 94. Iamblich. ap. Phot. pag. 248. Procop. Goth. B. I, 1. Pers. I, 25. Vandal. I, 11. Add. Matth. Gr. Gr. §. 379 pag. 697.

Cap. LXIV.

ὃς ἐδόκεε] Vid. supra III, 30. — Ad περιημεκτήσας conf. I, 44.

ἐν νόῳ ἔχων τὴν ταχίστην ἐς Σοῦσα στρατεύεσθαι
3 *ἐπὶ τὸν Μάγον. καί οἱ ἀναθρώσκοντι ἐπὶ τὸν ἵππον, τοῦ κουλεοῦ τοῦ ξίφεος ὁ μύκης ἀποπίπτει·* 75
4 *γυμνωθὲν δὲ τὸ ξίφος παίει τὸν μηρόν. τρωματισθεὶς δὲ κατὰ τοῦτο τῇ αὐτὸς πρότερον τὸν τῶν*

τοῦ κουλεοῦ τοῦ ξίφεος ὁ μύκης ἀποπίπτει] Transscripsit haec, monente Valcken., Zonaras Annall. IV p. 127 D. — *Κουλεὸς* Ionicâ formâ exhibetur pro *κολεὸς* (*vagina*); quam ipsam tres libri h. l. afferunt. In voce *μύκης* explicanda iam veteres in diversas partes abiisse monstrant quae leguntur apud Eustath. ad Iliad. II p. 290, 2 s. 219, 27. Etymolog. p. 594. Schol. ad Nicandri Alexipharm. 103. Bekkeri Anecdd. p. 1399. coll. Berkel. ad Stephan. Byzant. s. v. *Μυκῆναι*. Neque enim, quod quibusdam placuit, *ὁ μύκης* h. l. significat *ansam gladii*, s. *manubrium*, quamquam, ut monuit Winckelmann. Opp. T. V p. 87, vaginae extrema et capuli summa pars in antiquis gladiis simili propemodum fuit formâ. Est potius *ὁ μύκης*, ut Schol. ad Nicandr. l. l. exponit, *τὸ κατακλεῖον τὴν θήκην*, *lamina extremam ensis vaginam claudens*, s. *der Deckel am Ende der Degenscheide, das Ortband*. Nec aliter Italus et Germanus interpres. Nam fungo cadente Cambysis gladius vagina fuit nudatus illumque ferire potuit. Tu conf. praeter Wessel. et Valck. ad h. l. Creuzer. ad Hecataei fragmm. p. 77 seq. ibique Schol. Venet. ad Iliad. XV, 302. Pausan. II, 16 §. 3. Idem Pausanias, observante Valcken., I, 28 ad Herodoti locum respexit; alioque loco VIII, 11 §. 6, Hannibali idem, quod Cambysi, evenisse tradit.

ξίφος] Quod Mongez (Mém. de l'Instit. IV pag. 60. 62 seq.) distingui vult in Persarum armis *gladium*, proprio sensu appellatum *τὸ ξίφος*, et ensem minorem, sive pugionem, *acinacem*, ut Persae vocabant, equidem desidero testimonia. Nam hoc quoque loco intelligi putem ensem illum minorem, quem Persae, teste Herodoto VII, 61 gestare solebant ad dextrum femur e cingulo suspensum sive *acinacem* (quod pugionis genus fuisse videtur), quo ipso ornati hodiéque comparent Persae in ruderibus Persepolitanis. Tum quoque facilius intelligi poterit, quî, pugionis, s. acinacis, lamina delapsa, Cambysis femur feriri potuerit. Cambyses enim (sunt verba Ammian. Marcell. XXIII, 6) „*suomet* pugione, quem aptatum femori dextro gestabat, subita vi ruinae nudato, vulneratus paene lethaliter interiit." Veterum testimonia de *Acinace* suppeditabit Brisson. de reg. Pers. princip. III, 7 seq. p. 632 seq.

κατὰ τοῦτο τῇ] Sic infra III, 86: *κατὰ τοῦτο, ἵνα*. III, 125 fin. *ἐς τοῦτο, τῇ*. Similia plurima ex Herodoto praebet Stru-

Αἰγυπτίων θεὸν Ἆπιν ἔπληξε, ὥς οἱ καιρίῃ ἔδοξε
τετύφθαι, εἴρετο ὁ Καμβύσης ὅ τι τῇ πόλι οὔνομα 229
5 εἴη. οἳ δὲ εἶπαν ὅτι Ἀγβάτανα. τῷ δὲ ἔτι πρότε-
ρον ἐκέχρηστο ἐκ Βουτοῦς πόλιος, ἐν Ἀγβατάνοισι
6 τελευτήσειν τὸν βίον. ὁ μὲν δὴ ἐν τοῖσι Μηδικοῖσι
Ἀγβατάνοισι ἐδόκεε τελευτήσειν γηραιὸς, ἐν τοῖσί οἱ
ἦν πάντα τὰ πρήγματα· τὸ δὲ χρηστήριον τοῖσι
7 ἐν Συρίῃ Ἀγβατάνοισι ἔλεγε ἄρα. καὶ δὴ ὡς τότε
ἐπειρεόμενος ἐπύθετο τῆς πόλιος τὸ οὔνομα, ὑπὸ
τῆς συμφορῆς τῆς τε ἐκ τοῦ Μάγου ἐκπεπληγμένος
καὶ τοῦ τρώματος, ἐσωφρόνησε· συλλαβὼν δὲ τὸ
θεοπρόπιον, εἶπε· „Ἐνθαῦτα Καμβύσεα τὸν Κύ-
ρου ἐστὶ πεπρωμένον τελευτᾶν.“

65 Ultima verba Cambysis ad amicos.

Τότε μὲν τοσαῦτα· ἡμέρῃσι δὲ ὕστερον ὡς εἴ-
κοσι μεταπεμψάμενος Περσέων τῶν παρεόντων τοὺς
2 λογιμωτάτους, ἔλεγέ σφι τάδε· „Ὦ Πέρσαι, κατα-
λελάβηκέ με, τὸ πάντων μάλιστα ἔκρυπτον πρηγμά-

---

ve Specim. I Quaest. etc. p. 31. — Pro Ἆπιν, ut vulgo scribitur, Siebelis scribi vult Ἄπιν. Vid. nott. ad III, 27, et de ipsa re conf. III, 29. Ad locutionem καιρίῃ τετύφθαι, ubi vulgo supplent πληγῇ (*lethali vulnere percussum esse*) conf. Lambert. Bos. De ellips. pag. 385 seq. Ab Herodoto hac in re dissentit Ctesias Excerptt. Perss. §. 12 fin., ubi regem narrat Babylone parvum lignum quum poliret, tempus quo falleret, femoris musculum percussisse et undecimo post die mortuum esse.

ἐκέχρηστο] Retinui hoc, quod idem retinere debebam II, 147, ubi Gaisfordium secutus, exhibui ἐκέχρητο. Praestat Buttmann. sequi in Gramm. mai. II pag. 256. — De *Butus* urbe conf. II, 75.

ἐν τοῖσί οἱ ἦν πάντα τὰ πρήγματα] Conf. I, 122. III, 157. Ad vocc. ἔλεγε ἄρα consul. Matth. Gr. Gr. §. 614 p. 1241.

Ἐνθαῦτα — ἐστὶ πεπρωμένον τελευτᾶν] Simile quid Roberto Guiscardo, Apuliae duci, accidisse scribit Italus interpres. Qui admonitus Hierosolymis sibi esse moriendum, cum ad sanctum Salvatoris sepulcrum proficisceretur, in Zacyntho aeger remansit loco quodam, cui nomen Hierosolyma; quod cum audiisset dux, loci nomen sciscitatus, morti se proximum habuit et paucis post diebus revera mortuus est.

Cap. LXV.

καταλελάβηκε] De forma cf. nott. ad III, 42; ad rem consul. III, 30.

των, τοῦτο ἐς ὑμέας ἐκφῆναι. ἐγὼ γὰρ, ἐὼν ἐν Αἰγύπτῳ, εἶδον ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ, τὴν μηδαμὰ
3 ὄφελον ἰδεῖν. ἐδόκεον δέ μοι ἄγγελον ἐλθόντα ἐξ 95
οἴκου ἀγγέλλειν, ὡς Σμέρδις ἱζόμενος ἐς τὸν βασι-
4 λήϊον θρόνον ψαύσειε τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ. δείσας δὲ μὴ ἀπαιρεθέω τὴν ἀρχὴν πρὸς τοῦ ἀδελφεοῦ, ἐποίησα ταχύτερα ἢ σοφώτερα· ἐν τῇ γὰρ ἀνθρωπηΐῃ φύσει οὐκ ἐνῆν ἄρα τὸ μέλλον γίνεσθαι ἀποτρέπειν· ἐγὼ δὲ ὁ μάταιος Πρηξάσπεα ἀποπέμπω
5 ἐς Σοῦσα ἀποκτενέοντα Σμέρδιν. ἐξεργασθέντος δὲ κακοῦ τοσούτου, ἀδεῶς διαιτώμην, οὐδαμᾶ ἐπιλεξάμενος μή κοτέ τίς μοι, Σμέρδιος ὑπαραιρημένου,
6 ἄλλος ἐπαναστταίη ἀνθρώπων. παντὸς δὲ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ἁμαρτὼν, ἀδελφεοκτόνος τε, οὐδὲν δέον, γέγονα, καὶ τῆς βασιληΐης οὐδὲν ἧσσον ἐστέρημαι. Σμέρδις γὰρ δὴ ἦν ὁ Μάγος, τόν μοι ὁ
7 δαίμων προέφαινε ἐν τῇ ὄψει ἐπαναστήσεσθαι. Τὸ μὲν δὴ ἔργον ἐξέργασταί μοι, καὶ Σμέρδιν τὸν Κύρου μηκέτι ὑμῖν ἐόντα λογίζεσθε· οἱ δὲ ὑμῖν Μάγοι κρατέουσι τῶν βασιληΐων, τόν τε ἔλιπον ἐπίτροπον

μὴ ἀπαιρεθέω] Sic III, 126: ἀπαραιρημένους τὴν ἀρχήν. Ad formam ἀπαιρεθέω vid. Matth. Gr. Gr. pag. 51. 512, eundemque §. 456 pag. 853 ad verba ταχύτερα ἢ σοφώτερα. *Cr.* addit: Hermann. ad Aristotel. Poet. pag. 180. In seqq. pro οὐκ ἐνῆν Steger. Praefat. pag. XIV scribi mavult οὐκ ἐνείη ἄν. Ipsa sententia, quae iam cap. 64 in fine profertur, coll. III, 43, ita Graeca est, ut vix Persam hominem talia edidisse credibile sit. Tu conf. I, 91 ibique allata. Sed faciunt talia ad Herodoti mentem cognoscendam simulque rationem historiae conscribendae perspiciendam.

ἐγὼ δὲ ὁ μάταιος] De voce μάταιος conf. II, 118. III, 56. — In seqq. ad ἐπιλεξάμενος conf. I, 78. Admonent vero interpretes ad Herod. VII, 149 verbum ἐπιλέγεσθαι, quod proprie valet *secum reputare*, *perpendere*, haud raro *metus* quandam simul induere notionem idemque fere significare, quod φοβεῖσθαι, ut VII, 47. 49. 52. 236. *Cr.* addit: Schaefer. Append. ad Bast. Epist. crit. pag. 29 coll. ad Sophocl. Trach. 631.

ὑπαραιρημένου] Confer. VII, 8 §. 3 ὑπεξαραιρημένων. Vocem ἀδελφεοκτόνος ex h. l. citat Pollux III, 25.

8 *τῶν οἰκίων, καὶ ὁ ἐκείνου ἀδελφεὸς Σμέρδις. τὸν μέν νυν μάλιστα χρῆν, ἐμεῦ αἰσχρὰ πρὸς τῶν Μάγων πεπονθότος, τιμωρέειν ἐμοὶ, οὗτος μὲν ἀνοσίῳ μόρῳ τετελεύτηκε ὑπὸ τῶν ἑωυτοῦ οἰκηϊοτάτων.*
9 *Τούτου δὲ μηκέτι ἐόντος, δεύτερα τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὦ Πέρσαι, γίνεταί μοι ἀναγκαιότατον ἐντέλλεσθαι, τὰ θέλω μοι γενέσθαι, τελευτῶν τὸν βίον.*
10 *καὶ δὴ ὑμῖν τάδε ἐπισκήπτω, θεοὺς τοὺς βασιληΐους ἐπικαλέων, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, καὶ μάλιστα Ἀχαιμενιδέων τοῖσι παρεοῦσι, μὴ περιϊδεῖν τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν· ἀλλ', εἴτε δόλῳ ἔχουσι αὐτὴν κτησάμενοι, δόλῳ ἀπαιρεθῆναι ὑπὸ ὑμέων· εἴτε καὶ σθένεϊ τεῳ κατεργασάμενοι,*
11 *σθένεϊ κατὰ τὸ καρτερὸν ἀνασώσασθαι. καὶ ταῦτα* 230
μὲν ποιεῦσι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέροι, καὶ γυναῖκές τε καὶ ποίμνια τίκτοιεν, ἐοῦσι ἐς τὸν ἅπαντα

χρῆν, ἐμεῦ — πεπονθότος, τιμωρέειν ἐμοὶ] Non sine quadam vi dictum pro *ἐμοὶ — πεπονθότι*. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 561 pag. 1108, qui idem §. 622, 5 pag. 1263 de usu particularum *μὲν* et *δὲ* in proxime seqq. verbis admonuit. — *οἰκηϊοτάτων* cum Gaisf. rescripsi pro *οἰκηϊωτάτων*. In Sancrofti libro et apud Priscian. XVIII pag. 1206 exstat *οἰκει ο τάτων*.

δεύτερα τῶν λοιπῶν ὑμῖν] Larcherus *τῶν λοιπῶν* h. l. idem valere censet, atque *τοῦ λοιποῦ* (*tandem, enfin*), provocans ad Marcland. Animadverss. ad Maxim. Tyr. Diss. XVII p. 682. Equidem cum Schweigh. in Lex. Herod. s. v., verba *τῶν λοιπῶν* referre malim ad superlativum *ἀναγκαιότατον*. Hic enim loci est sensus: *Tum* (mortuo sc. Smerdi) *reliquorum*, (quae vobis sc. habeo mandanda) *hoc maxime necessarium vobis mandandum habeo.*

μὴ περιϊδεῖν — περιελθοῦσαν] Ad locutionem vid. I, 7. 120; de argumento conf. nott. ad III, 30. 61. In seqq. cum Gaisf. reliqui *ἀπαιρεθῆναι*; cf. I, 70. III, 126. Formula *κατὰ τὸ καρτερὸν* exstat quoque I, 212. Nec dissimile *κατὰ κράτος*, de quo vid. ad Ctesiam Excerptt. Perss. §. 7 pag. 112.

ποίμνια τίκτοιεν] *ποίμνια* cum Schwgh. et Gaisf. dedi pro *ποῖμναι*, quod retinuit Matth. Ad sententiam Valcken. confert Sophocl. Oed. Tyr. 277, quem Herod. et h. l. et VI, 139 forsitan respexerit, coll. Philostrat. Vit. Apoll. III, 20. Saepius autem talia in formulis imprecationum apud veteres legi idem Valcken. monet. — Verba: *πρὸς δ' ἔτι*

χρόνον ἐλευθέροισι· μὴ ἀνασωσαμένοισι δὲ τὴν ἀρ-
χὴν, μηδ' ἐπιχειρήσασι ἀνασώζειν, τὰ ἐναντία τού-
τοισι ἀρέομαι ὑμῖν γενέσθαι· καὶ πρὸς ἔτι τούτοισι,
τὸ τέλος Περσέων ἑκάστῳ ἐπιγενέσθαι οἷον ἐμοὶ
12 ἐπιγέγονε." Ἅμα τε εἴπας ταῦτα ὁ Καμβύσης, ἀπέ-
66 κλαιε πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ πρῆξιν. Πέρσαι δ' ὡς τὸν
βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τά τε ἐσθῆτος
ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατηρείκοντο, καὶ οἰμωγῇ
2 ἀφθόνῳ διεχρέωντο. μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἐσφακέλισέ
τε τὸ ὀστέον, καὶ ὁ μηρὸς τάχιστα ἐσάπη, ἀπήνεικε
Καμβύσεα τὸν Κύρου, βασιλεύσαντα μὲν τὰ πάντα

Persarum luctus: Cambyses post regnum VII annorum et V mensium obit a. 523 extremo: Smerdin Cyri F. occisum nec Persae credunt, et Prexaspes negat.

τούτοισι excitavit Wesseling. ad VII, 197, ubi etiam attulit IX, 110. Tu add. III, 74: *πρὸς δ' ἔτι*; ne plura.

Ἅμα τε εἴπας] De usu voculae *ἅμα* cf. Matth. Gr. Gr. §. 565, not. 2 pag. 1114. Ad locutionem *τὰ ἐσθῆτος ἐχόμενα* conf. nott. ad III, 25. I, 120.

Cap. LXVI.

ταῦτα κατηρείκοντο] i. e. *suas ipsorum* (non aliorum) *vestes discindebant.* De medii verbi vi ac potestate monuit Valcken. Hesychius II pag. 202: *κατηρείκοντο· κατεσχίζοντο.* Cf. Pollux VII, 50. Diodor. Sic. I p. 83. II p. 186, et quae alia attulit Valcken. inprimis Aeschyl. Pers. 537 (544), quem forsitan Noster respexerit. Verbum *ἐρείκειν* veteres explicant *σχίζειν, ῥηγνύειν* (*scindere*). Tu vid. praeter Valcken. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. l. l. — Pro *διεχρέωντο* Saucrofti liber ac Vindobonensis *διεχρέοντο.* Tu conf. III, 57.

ἐσφακέλισέ τε τὸ ὀστέον] Similem in modum de Miltiade loquitur VI, 136 (coll. IV, 28, ubi *ἀποσφακελίζειν*). Addit Wessel. Conon. Narrat. XVIII. Galen. pag. 546, qui idem in Hippocrat. Aphorism. p. 323, ubi *γάγγραιναν* Medicorum aliis Graecis *σφάκελον* dici notat, hunc in modum pergit: *οὕτω γοῦν μοι δοκεῖ καὶ ὁ Ἡρόδοτος τὸν μηρὸν εἰρηκέναι τὸν Καμβύσου σφακελίζεσθαι*, memoriâ ille quidem lapsus, ut adiicit Wessel., qui de vocabuli significatione (*carie corrodi indeque tabescere*) laudat Foes. Oecon. pag. 603, ubi plura. Italus Herodoti interpres haec ita reddidit: *„cariatoglisi l'osso e marcita la coscia."* — In seqq. ad *ἀπήνεικε* Schweigh. suppleri vult *ἡ νοῦσος*, s. *τὸ κακόν.* Plenius utique Noster VI, 27: *τοὺς δὲ — λοιμὸς ὑπολαβὼν ἀπήνεικε.* Sed alius generis est VII, 4: *συνήνεικε αὐτὸν Δαρεῖον — ἀποθανεῖν.*

βασιλεύσαντα μὲν τὰ πάντα ἑπτὰ ἔτεα καὶ μῆνας πέντε] Ctesias Excerptt. Perss. §. 12 *duodeviginti* annos Cambysem re-

ἑπτὰ ἔτεα καὶ μῆνας πέντε, ἄπαιδα δὲ τὸ παράπαν
3 ἐόντα ἔρσενος καὶ θήλεος γόνου. Περσέων δὲ τοῖσι
παρεοῦσι ἀπιστίη πολλὴ ὑπεκέχυτο, τοὺς Μάγους
ἔχειν τὰ πρήγματα· ἀλλ' ἠπιστέατο ἐπὶ διαβολῇ 45
εἰπεῖν Καμβύσεα, τὰ εἶπε περὶ τοῦ Σμέρδιος θανά-
4 του, ἵνα οἱ ἐκπολεμωθῇ πᾶν τὸ Περσικόν. οὗτοι
μέν νυν ἠπιστέατο Σμέρδιν τὸν Κύρου βασιλέα ἀνε-
στεῶτα· δεινῶς γὰρ καὶ ὁ Πρηξάσπης ἔξαρνος ἦν
μὴ μὲν ἀποκτεῖναι Σμέρδιν· οὐ γὰρ ἦν οἱ ἀσφα-

---

gnasse tradit; nisi hos in numeros mendum irrepserit. Unus Clemens Alexandrinus Stromat. I p. 395 *decem* ponit annos; reliqui scriptores Herodotum sequuntur, minus illi quidem accurate *octo* annos Cambysi tribuentes. At meâ quidem sententia Herodotum hic sequi praestat. Conf. ad Ctesiam laudd. pag. 131 ibique Osiandr. in programmat. II de Ctesia (Stuttg. 1821) §. 25 pag. 15 haec ita conciliare studentem, ut quindecim annis ante Cyri obitum regio quodam honore aut provinciae alicuius praefectura Cambysem ornatum fuisse sumat. Itaque malim referre Cambysis obitum ad Olymp. LXIV, 4 s. 521 a. Chr. n. Vid. Clinton. Fast. a Krügero converss. pag. 14. Larcher. (T. VII p. 630) annum ponit 522 a. Chr. n. Sed hoc mirum est, apud scriptores orientales ipsosque Persas nihil relatum inveniri nec de Cambyse nec de Smerdi Mago. Quapropter Malcolm. (Hist. Pers. I p. 46 version. vernacul.) regnum τοῦ Lohrasp, quod per CXX annos extendunt, et Cambysis et Smerdis regnum simul comprehendisse existimat.

ἵνα οἱ ἐκπολεμωθῇ πᾶν τὸ Περσικόν] i. e. *ut sic omne illi nomen Persicum redderetur hostile.* οἱ ad Smerdin spectat. De verbo ἐκπολεμοῦν Wesseling. conf. V, 73. Ioseph. B. Iud. VII, 10 §. 2. Ammon. [cf. Animadverss. Valcken. cap. 18 pag. 72], Moerid. [pag. 309 ed. Piers.] et Thom. Magist. [p. 703]. Add. Herod. IV, 120.

ἀνεστεῶτα] Contra librorum vetustorum auctoritatem Valcken. hic scribi vult ἐνεστεῶτα et h. l. et III, 67, ut I, 120. Qua tamen emendatione non opus; frequens enim ἀνιστάναι, ubi de rebellione sermo est. Cf. III, 62.

ἔξαρνος ἦν μὴ μὲν ἀποκτεῖναι] μὲν, cuius loco duo libri μιν, Ionum ex usu ponitur pro μήν, docente Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 62, ubi vid. Koen. p. 471. Conf. Herod. II, 118. III, 74. 99. De particula μή conf. Matth. Gr. Gr. §. 534, not. 4.

λὲς, Καμβύσεω τετελευτηκότος, φάναι τὸν Κύρου υἱὸν ἀπολωλεκέναι αὐτοχειρίῃ.

67 Ὁ μὲν δὴ Μάγος, τελευτήσαντος Καμβύσεω, 231
ἀδεῶς ἐβασίλευσε, ἐπιβατεύων τοῦ ὁμωνύμου Σμέρδιος τοῦ Κύρου, μῆνας ἑπτὰ τοὺς ἐπιλοίπους Καμ-
2 βύσῃ ἐς τὰ ὀκτὼ ἔτεα τῆς πληρώσιος. ἐν τοῖσι ἀπεδέξατο ἐς τοὺς ὑπηκόους πάντας εὐεργεσίας μεγάλας, ὥστε ἀποθανόντος αὐτοῦ πόθον ἔχειν πάν-
3 τας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ, πάρεξ αὐτῶν Περσέων. διαπέμψας γὰρ ὁ Μάγος ἐς πᾶν ἔθνος τῶν ἦρχε, προεῖπε ἀτελήϊην εἶναι στρατηΐης καὶ φόρου ἐπ' ἔτεα τρία. προεῖπε μὲν δὴ ταῦτα αὐτίκα ἐνιστάμενος ἐς
68 τὴν ἀρχήν. Ὀγδόῳ δὲ μηνὶ ἐγένετο κατάδηλος τρόπῳ τοιῷδε. Ὀτάνης ἦν Φαρνάσπεω μὲν παῖς, γένεϊ
2 δὲ καὶ χρήμασι ὁμοῖος τῷ πρώτῳ Περσέων. οὗτος ὁ Ὀτάνης πρῶτος ὑπόπτευσε τὸν Μάγον, ὡς οὐκ εἴη ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλ' ὅσπερ ἦν·

Magus regnat VII menses: eius liberalitas in subiectos.

Otanes Persa Magi fraudem suspicatus, quomodo eam Phaedimae filiae opera, unius regiarum uxorum, detexerit.

Cap. LXVII.

ὁ μὲν δὴ Μάγος] Ita cum Schweigh. et Gaisf. exhibui pro ὁ δὲ δή. Ad vocem ἐπιβατεύων conf. III, 63 ac de ipsa coniuratione compar. Ctes. Excerptt. Perss. §. 14 et Iustin. I, 9.

μῆνας ἑπτὰ τοὺς ἐπιλοίπους] In hoc tempore et Ctesias l. l. et alii, quos ad Ctesiam laudavi pag. 135, cum Herodoto consentientes reperiuntur.

ἀτεληΐην] Sunt qui exhibeant ἀτελίην. Tu conf. I, 54 ibiq. nott. (ubi p. 129 lin. 12 delenda sunt: III, 67.) — Ad vocem φόρου conf. nott. ad III, 89. In proxime seqq. cum Schweigh. et Gaisf., iubente Valcken., edidi: ἐνιστάμενος (*ingressus imperium*) pro ἀνιστάμενος. Conf. I, 120. II, 147. VI, 59.

Cap. LXVIII.

ὁμοῖος τῷ πρώτῳ Περσέων] Quae sic interpretatur Zonaras Annall. IV, 1 pag. 127: Ὀτάνης ἦν γένει καὶ πλούτῳ Περσῶν τοῖς πρώτοις ἐνάμιλλος. De locutione conf. III, 8. 35. Matth. Gr. Gr. pag. 584 coll. Lennep. ad Phalarid. Epp. CVIII pag. 314. Ex Achaemenidarum stirpe (de qua vid. ad I, 125) Otanem fuisse satis edocent sequentia.

ἀλλ' ὅσπερ ἦν] „Sancrofti liber ὅπερ, quod non praeferendum esse quivis facile videt. Si quis vero hoc pro genuino habeat, tum non adversatur, quod ex nostra sententia ἀλλὰ τόπερ scribendum videri possit. — Hoc enim iam mihi constat, eas voces dissyllabas, quae, ubi apo-

τῇδε συμβαλλεόμενος, ὅτι τε οὐκ ἐξεφοίτα ἐκ τῆς ἀκροπόλιος, καὶ ὅτι οὐκ ἐκάλεε ἐς ὄψιν ἑωυτῷ οὐδένα τῶν λογίμων Περσέων. ὑποπτεύσας δέ μιν, ἐποίεε τάδε.
3 Ἔσχε αὐτοῦ ὁ Καμβύσης θυγατέρα, τῇ οὔνομα ἦν

---

strophum recipiunt, accentum amittunt, semper apud Herodotum ultimam vocalem abiicere. Huc pertinet praeter praepositiones quasdam ἀλλά. Casu tantum factum est, ut nisi uno in loco ἀλλὰ in omnibus novem Herodoti libris ante relativum positum non reperiatur; est is III, 68. Si vero saepius ita particulam hanc posuisset Herodotus, tunc noli dubitare, quin relativum a spiritu semper incepisset." *Struve* Spec. I Quaest. etc. pag. 7. 47 not. **.

τῇδε συμβαλλεόμενος] De forma conf. I, 68. Tacet de his Ctesias, apud quem §. 13 ita legimus, *Ixabaten*, qui Cambysis cadaver in Persidem deduxerat, inde reversum evulgasse rem praesenti omni exercitu magumque, qui rerum potitus erat, probro affecisse; unde, cum in templum confugisset, comprehensum interfectumque esse. Quae similia sunt Herodoteis de *Prexaspe* III, 75. Neque ipsum nomen multum differt.

ἐκ τῆς ἀκροπόλιος] Intelligo de *regio palatio*, arcis ad instar munito, quemadmodum de Deiocis arce I, 98. De *Susorum* arce regia, ut hic agi credam, inducunt me ea, quae III, 71 fin. narrantur de Dario e Perside Susa veniente ibique cum coniuratis deliberante et mox ad facinus properante. Namque Susis reges Persarum per aliquot anni menses vernos commorari fuisse solitos, ut aliunde satis constat, ita vel ex Estherae narratione patet, (cf. I, 2. II, 3) itemque ex Nehemiae, Danielis, aliorum, libris. Hanc vero urbem, Medis victis a Cyro, τὸ τῆς ἡγεμονίας βασίλειον constitutam fuisse scribit Strabo XV p. 725 seq. s. p. 1058. B. haec addens: ἡ δὲ ἀκρόπολις ἐκαλεῖτο Μεμνόνειον et quae sunt reliqua de moenibus, aedibus regiis, aliis. Maxime huc facit Stephanus Byz. s. v. Σοῦσα p. 678 sq. Berkel. (cf. Luc. Holsten. in hunc locum p. 302 sq): οἰκοδομῆσαν ἐπὶ τῆς ἄκρας τὰ ἐν Σούσοις βασίλεια, τὰ διαμείναντα τὰ μέχρι τῆς Περσῶν ἡγεμονίας, κληθέντα δ' ἀπ' ἐκείνου Μεμνόνεια. Quae eadem sunt τὰ βασιλήϊα τὰ Μεμνόνια καλεόμενα apud Herodotum V, 53. VII, 151. — Infra III, 76 τὰ βασιλήϊα occurrunt in Persarum coniuratione et III, 79 eadem in re memoratur ἀκρόπολις. „De Susis consule Hoeck. in Vet. Mediae et Pers. Monumm. pag. 90, et quae plura leguntur in Symbol. et Mytholog. I p. 450 sqq. p. 461 ed. alter." *Cr.*

τῇ οὔνομα ἦν Φαιδίμη] Φαιδίμη (pro Φαιδύμη) cum recentt. edd. et h. l. et III, 69 scripsi. Aliquot libri utroque

Φαιδίμη· τὴν αὐτὴν δὴ ταύτην εἶχε τότε ὁ Μάγος,
καὶ ταύτῃ τε συνοίκεε, καὶ τῇσι ἄλλῃσι πάσῃσι τῇσι
4 *τοῦ Καμβύσεω γυναιξί. πέμπων δὴ ὦν ὁ Ὀτάνης*
παρὰ ταύτην τὴν θυγατέρα, ἐπυνθάνετο παρ' ὅτεῳ
ἀνθρώπων κοιμῷτο, εἴ τε μετὰ Σμέρδιος τοῦ Κύ-
5 *ρου, εἴ τε μετὰ ἄλλου τευ. ἡ δέ οἱ ἀντέπεμπε, φα-*
μένη οὐ γινώσκειν· οὔτε γὰρ τὸν Κύρου Σμέρδιν
ἰδέσθαι οὐδαμᾶ, οὔτε ὅστις εἴη ὁ συνοικέων αὐτῇ
6 *εἰδέναι. ἔπεμπε δεύτερα ὁ Ὀτάνης, λέγων· „Εἰ*
μὴ αὐτὴ Σμέρδιν τὸν Κύρου γινώσκεις, σὺ δὲ πα-
ρὰ Ἀτόσσης πύθευ ὅτεῳ τούτῳ συνοικέει αὐτή τε
ἐκείνη, καὶ σύ. πάντως γὰρ δή κου τόν γε ἑωυτῆς
7 *ἀδελφεὸν γινώσκει.“ Ἀντιπέμπει πρὸς ταῦτα ἡ θυ-*
γάτηρ· „Οὔτε Ἀτόσσῃ δύναμαι ἐς λόγους ἐλθεῖν,
οὔτε ἄλλην οὐδεμίαν ἰδέσθαι τῶν συγκατημένων γυ-

---

loco *Φαιδιμίη*. Caeterum mirari subit nomen Graecum fere in Persis. Conf. nott. ad III, 89. — In seqq. cum Schweigh. et Gaisf. reposui *παρὰ ταύτην τὴν θυγατέρα*. Vulgatam *παρ' αὐτὴν τὴν θυγ.* retinuit Matth.

σὺ δὲ παρὰ Ἀτόσσης πύθευ] De particula *δὲ*, quae hic excipit particulam *μὲν* in protasi positam, conf. Werfer. in Actt. philoll. Monacc. I p. 89. In seqq. *συνοικέει* dici pro *συνοικέετε* monuit Matth. Gr. Gr. p. 599. De *Atossa* cf. III, 31. 88. Fuit enim Cambysis soror et uxor, Mago deinde et tum ipsi Dario Hystaspis nupta, apud quem plurimum valuit, ut patet ex III, 133. 134. VII, 3. De ipsa voce haec adscripsit *Cr.: Atesh* Persice. *Atusia* quoque urbis in Assyria ad Caprum fluvium. Eius urbis numus exhibet caput femineum turritum et inscriptionem *ΑΤΟΥΣΙΕΩΝ*. Explicatur numus in Archaeologia Britannica Tom. XVI nr. 3. Cf. Götting. Anzeig. 1811 nr. 78.“

ἰδέσθαι τῶν συγκατημένων γυναικῶν] Regibus Persarum pro more principum orientalium, plurimas fuisse pellices satis constat, nec repetam veterum scriptorum de Persis testimonia hanc in rem collecta a Barn. Brisson. De reg. Pers. princ. I §. 110 seq., e quibus intelligi poterit, quantopere omnis gynaecei ratio apud veteres Persas cum iis conveniat, quae adhuc in orientalium regum gynaeceis (vulgo vocant *Harem*) reperiuntur, bene monente Heeren. Ideen. 1, 1. pag. 466. Verba *αἱ συγκατήμεναι γυναῖκες* (i. e. *feminae, quae unâ mecum hic habitant*) omnino ad communem mulierum in gynaeceis istis rationem vivendi victusque et negotiorum

ναικῶν· ἐπεί τε γὰρ τάχιστα οὗτος ὤνθρωπος, ὅστις
κοτέ ἐστι, παρέλαβε τὴν βασιληΐην, διέσπειρε ἡμέας,
69 ἄλλην ἄλλῃ τάξας.“ Ἀκούοντι δὲ ταῦτα τῷ Ὀτάνῃ,
μᾶλλον κατεφαίνετο τὸ πρῆγμα. τρίτην δὲ ἀγγελίην
2 ἐσπέμπει παρ' αὐτὴν, λέγουσαν ταῦτα· „Ὦ θύγα-
τερ, δεῖ σε, γεγονυῖαν εὖ, κίνδυνον ἀναλαβέσθαι
τὸν ἂν ὁ πατὴρ ὑποδύνειν κελεύῃ. εἰ γὰρ δὴ μή ἐστι 232
ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλὰ τὸν καταδοκέω ἐγὼ, οὔ
τοι μιν, σοί τε συγκοιμώμενον καὶ τὸ Περσέων
κράτος ἔχοντα, δεῖ χαίροντα ἀπαλλάσσειν, ἀλλὰ
3 δοῦναι δίκην. νῦν ὦν ποίησον τάδε· ἐπεάν σοι
συνεύδῃ, καὶ μάθῃς αὐτὸν κατυπνωμένον, ἄφασον
4 αὐτοῦ τὰ ὦτα. καὶ ἢν μὲν φαίνηται ἔχων ὦτα,

---

consuetudinem spectant, de qua Tu conf. Esther. II, 12. Itaque recte Dorvill. ad Charit. p. 498, ubi h. l. tangit, I. Gronovium dicit nimis argute hanc locutionem committere cum Latina: *stare in lupanari.* Namque non meretricibus peculiaris sedendi mos apud Persas, sed omnibus foeminis, praecipue lanam tractantibus, id quod vel Sardanapali exemplo probari idem monet Dorvill. laudans Diod. II, 23 et Athen. XII, 7 p. 529. [Tu vid. Ctes. fragmm. pag. 427. 431 seq.] „Et vero Graecarum etiam feminarum antiquitus hunc morem fuisse arguit locus Odysseae Z. 305 sqq.“ Cr.

οὗτος ὤνθρωπος] ὤνθρωπος cum Schweigh. et Gaisf. rescripsi pro vulg. ἄνθρωπος, id quod Matth. retinuit. Alii exhibent ὥνθρωπος. Tu conf. disputt. censor. Ienens. 1817 nr. 162 pag. 356.

Cap. LXIX.

εἰ γὰρ δὴ μή ἐστι] Unus Sancrofti liber εἰ; reliqui ἢν, quod hic ferri nequit. Vid. nott. ad III, 15 et Werfer. in Actt. philoll. Monacc. I pag. 262 not., qui idem οὔτοι h. l. mutatum vult in οὔτι, cum οὔτοι significet *neque tamen* indeque huic loco minus conveniat. — In seqq. formulam τὸ κράτος ἔχειν (*summam rerum, s. imperium tenere*) aliquot exemplis illustrat Siebelis ad Pausan. VIII, 3 §. 1. — Ad χαίροντα conf. III, 29.

ἄφασον] Ita omnes libri; a verbo ἀφάσσω. Tu conf. Matth. Gr. Gr. §. 178. 6. Wesseling. eumque secutus Gaisf. exhibuit ἄφασσον. Suidas I p. 391 ἀφάσσων· ψηλαφῶν. — Ad particulam δέ repetitam in altero orationis membro (σὺ δὲ τῷ μάγῳ Σμέρδι) conf. Werfer. l. l. I pag. 93. 273.

νόμιζε σεωυτὴν Σμέρδι τῷ Κύρου συνοικέειν· ἢν
5 δὲ μὴ ἔχων, σὺ δὲ τῷ μάγῳ Σμέρδι.“ Ἀντιπέμπει 1
πρὸς ταῦτα ἡ Φαιδίμη, φαμένη „κινδυνεύσειν με-
γάλως, ἢν ποιῇ ταῦτα. ἢν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ τὰ
ὦτα ἔχων, ἐπίλαμπτος δὲ ἀφάσσουσα ἔσται, εὖ εἰ-
6 δέναι ὡς ἀϊστώσει μιν. ὅμως μέντοι ποιήσειν ταῦτα.“
ἡ μὲν δὴ ὑπεδέξατο ταῦτα τῷ πατρὶ κατεργάσεσθαι.
τοῦ δὲ Μάγου τούτου τοῦ Σμέρδιος Κῦρος ὁ Καμ-
βύσεω ἄρχων τὰ ὦτα ἀπέταμε ἐπ' αἰτίῃ δή τινι οὐ
7 σμικρῇ. Ἡ ὦν δὴ Φαιδίμη αὕτη, ἡ τοῦ Ὀτάνεω
θυγάτηρ, πάντα ἐπιτελέουσα τὰ ὑπεδέξατο τῷ πα-
τρὶ, ἐπεί τε αὐτῆς μέρος ἐγίνετο τῆς ἀπίξιος παρὰ

ἢν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ] Tres libri εἰ — τυγχάνει. Tu conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1020, ubi qui laudatur locus Herodoti II, 13, in eo nunc ἀποδιδοῖ pro coniunctivo haberi malim. At Stegero auctore in Praef. p. XIV, verba Herodoti sic constituenda sunt: ἢν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ τὰ ὦτα ἔχων, ἐπίλαμπτος δὲ (sc. γένηται) ἀφάσσουσα, ἔσεσθαι, εὖ εἰδέναι, ὡς ἀϊστώσει μιν; *futurum esse, hoc se probe scire, ut* etc. Quod iure displicuit censori Lipsiensi 1829 nr. 136. pag. 1086.

ἐπίλαμπτος δὲ ἀφάσσουσα ἔσται] i. e. *si deprehensa foret illum tangens.* ἐπίλαμπτος Ionum ex more pro ἐπίληπτος, ut III, 127 καταλαμπτέος et IV, 13 φοιβόλαμπτος. Gloss. Herodot. exponit καταφανής. Nec aliter Hesych. s. v. ἐπίληπτος, ubi vid. Alberti T. I pag. 1364. De participii usu conf. Matth. §. 548, 5 pag. 1078. — ἀϊστοῦν eodem *necandi* sensu III, 127.

τὰ ὦτα ἀπέταμε] Ut manuum ita aurium quoque invenitur amputatio in Persarum suppliciis. Vid. Brisson. de reg. Pers. princ. II §. 123 pag. 587.

ἡ τοῦ Ὀτάνεω θυγάτηρ] Haec verba minime ita abundare, ut eiicienda sint, monet Valcken., cum orationem paucis interruptam solemnibus voculis Noster redordiri soleat, ut qui superflua quaedam (quale v. c. hoc loco illud est, quod addit, quo patre Phaedime esset orta) perspicuitatis causa adiicere malit, quam verborum parsimonia obscurus videri.

ἐπεί τε αὐτῆς μέρος ἐγίνετο τῆς ἀπίξιος] i. e. *quum ordo veniret puellae, ut ad regem accederet.* Sancrofti liber αὐτῇ, quod non displicet. Reliqui libri αὐτῆς. Ad ipsam rem conf. inprimis Esther. II, 12, ubi praeter alia hoc: καὶ ὅταν ἦ καιρὸς κορασίου εἰσελθεῖν πρὸς βασιλέα. Tu add. Diodor. Sic. XVII, 77, ubi Wess. laudat Curtium III, 3, 24. VI, 6, 8. — φοιτᾶν

τὸν Μάγον, ἐν περιτροπῇ γὰρ δὴ αἱ γυναῖκες φοιτέουσι τοῖσι Πέρσῃσι, ἐλθοῦσα παρ' αὐτὸν ηὗδε.
8 ὑπνωμένου δὲ καρτερῶς τοῦ Μάγου, ἤφασσε τὰ
9 ὦτα. μαθοῦσα δὲ οὐ χαλεπῶς, ἀλλ' εὐπετέως, οὐκ ἔχοντα τὸν ἄνδρα ὦτα, ὡς ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, πέμψασα ἐσήμηνε τῷ πατρὶ τὰ γενόμενα.

70 Septem Persae conspirant adversus Magum.

Ὁ δὲ Ὀτάνης παραλαβὼν Ἀσπαθίνην καὶ Γωβρύην, Περσέων τε πρώτους ἐόντας καὶ ἑωυτῷ ἐπιτηδεωτάτους ἐς πίστιν, ἀπηγήσατο πᾶν τὸ πρῆγμα· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ ἄρα ὑπόπτευον οὕτω τοῦτο ἔχειν.
2 ἀνενείκαντος δὲ τοῦ Ὀτάνεω τοὺς λόγους, ἐδέξαντο· καὶ ἔδοξέ σφι, ἕκαστον ἄνδρα Περσέων προσε-
3 ταιρίσασθαι τοῦτον, τῷ πιστεύει μάλιστα. Ὀτάνης μέν νυν εἰσάγεται Ἰνταφέρνεα· Γωβρύης δέ, 233

---

hìc eo sensu, quo II, 111, ubi vid. nott.

οὐ χαλεπῶς, ἀλλ' εὐπετέως] Similis abundantiae exempla affert Valcken. Antiphont. p. 118, 24. Lysiae pag. 319. Isaei pag. 67, 4. Tu vid. Herod. II, 43 ibiq. nott. — Pro *ἤφασσε* Cod. Florent. *ἤφασε*, quod praeferendum indicat censor Ienensis 1817 nr. 164. pag. 374.

Cap. LXX.

παραλαβὼν — ἐς πίστιν] *παραλαμβάνειν* frequens de iis, qui socium aliquem sibi assumunt, s. adsciscunt; IV, 80. VII, 106. 168. 169. Xenoph. Cyrop. I, 4, 15. Verbo *προσλαμβάνεσθαι* utitur Ctesias Excerptt. Perss. §. 14 pro eo, quod Herodotus posuit *προσεταιρίζεσθαι* et h. l. et V, 66. Add. Ctesiae Exce. Perss. §. 60. In Graecis autem civitatibus liberis nec minus Romae sodalitia, in quae, quotquot a republica exclusi aut remoti erant, haud raro coire solebant indeque coniuratione facta novas moliri res, dicuntur *ἑταιρεία* s. *συνωμοσία*. Conf. C. Fr. Hermann. Lehrb. d. Griech. Staatsalterth. §. 70, not. 2. add. Frid. Creuzeri Roemm. Antiquitaeten §. 148 pag. 203 sq. ed. alter. Quae haud scio an quodammodo faciant ad usum verbi *προσεταιρίζεσθαι*.

τοῦ Ὀτάνεω] Sic plerique libri. E Mediceo Gronov. *Ὀτάνεος*, ut olim quoque III, 71, ubi nos cum recentt. edd. reposuimus *Ὀτάνεω*; coll. III, 84, quo loco libri duo *Ὀτάνεος*, reliqui *Ὀτάνεω*. Sic III, 74 retinui *Πρηξάσπεω*, ubi libri plures *Πρηξάσπεος*.

εἰσάγεται] Valcken. substitui vult *ἐπάγεται* e Zonar. Ann. IV, p. 128 B. — Paulo ante pro *τῷ* quidam libri *ὅτῳ*, quod per se quidem non damnandum, sed

4 Μεγάβυζον· Ἀσπαθίνης δὲ, Ὑδάρνεα. γεγονότων 26
δὲ τούτων ἓξ, παραγίνεται ἐς τὰ Σοῦσα Δαρεῖος ὁ

---

in ὅτεῳ convertendum censet Struve Spec. I Quaest. de dial. Herod. p. 14. 48. — Pro *Μεγάβυζον* unus liber *Μεγαβάζον*; quae eadem lectionis varietas in Ctesiae Excerptt. Perss. §. 22. 23, ubi vid. quae de hoc nomine attulimus pag. 157.

ἐς τὰ Σοῦσα — ἐκ Περσέων ἥκων] Conf. quae de *Susis* diximus ad III, 68. Quae urbs a Cyro constituta regia sedes, a posteris regibus valde aucta atque amplificata est; in quibus ipsum Darium Hystaspis fuisse ex Aelian. N. A. I, 59 colligo; a quo rege quod Plinius H. N. VI, 27 (31) Susa condita esse scribit, hic ipse Herodoti locus satis contrarium arguit. Apud veteres aedium splendore ambitusque magnitudine multum celebrata haec urbs; de cuius tamen situ vix hodieque liquet. Sunt enim, qui *liliorum urbem* (hoc enim urbis nomen sonare volunt) in eo loco quaerendam putent, qui hodie vocatur *Schusch;* cum alii eum potius constituant locum, cui nunc nomen *Schuster.* Tu conf. Heeren. Ideen I, 1 p. 300 seq. et quae ad Ctesiam pag. 124 laudavi. — *Περσέων* refero ad terram Persarum patriam, sive *Persidem*, quae proprie dicebatur *Fars*, s. *Pars*, s. *Farsistan* (quod ipsum significat *Persarum terram*), proxime adiacentem Cissiorum terrae, in quâ Susa erant sita. Tu vid. Heeren. l. l. p. 192 seqq. et conf. Herodot. III, 91. 92. — *ὕπαρχος* in sqq. de *satrapa* intelligere malim; conf. nott. ad Ctesiam Excc. Perss. §. 9 p. 121. 122. Mox cum recentt. edd. reposui *ἐπεὶ ὦν οὗτος ἀπίκετο*, ubi vulgo *αὐτός*.

Caeterum in nominibus coniuratorum indicandis non secum prorsus consentiunt Herodotus atque Ctesias. Disputavit hanc in rem Hammer. in Annall. Viennenss. IX p. 19 seq. not., quem ex parte secuti sumus ad Ctesiam Excc. Perss. §. 14 p. 132. Potiora tantummodo hic indicabo. Qui Herodoto vocatur *Ὀτάνης*, is apud Ctesiam, ut videtur, *Ὀνόφας* appellatur; qui *Ἰνταφέρνης* dicitur, is apud Ctesiam non *Ἰνδέρνης*, ut Hammerus l. l. arbitratur, sed potius *Ἀρταφέρνης*, quem eundem, opinor, Hellanicus (fragmm. p. 144 ed. Sturz) dixerat *Δαφέρνην*, et qui apud Aeschylum Pers. 776 dicitur *Ἀρταφρένης*, quemadmodum etiam in Herodot. VI, 30 quidam libri offerunt, nomine Persico forsitan ad Graecum etymon conformato, ut significetur is, *qui rectâ, sanâ mente utatur.* Iam convenit, suspicor, Herodoti *Γωβρύης* et Ctesiae *Νορονδαβάτης*, Herodoti *Μαρδόνιος* et Ctesiae *Μεγάβυζος*, *Ἀσπαθίνης* et *Βαρίσσης*, *Ὑδάρνης* atque *Ἰδέρνης*. In *Dario* utrique scriptori convenit. Est vero Heerenii suspicio, nec illa quidem improbabilis (Ideen I, 1 p.

Ὑστάσπεος, ἐκ Περσέων ἥκων· τούτων γὰρ δὴ ἦν
5 οἱ ὁ πατὴρ ὕπαρχος. ἐπεὶ ὦν οὗτος ἀπίκετο, τοῖσι
ἐξ τῶν Περσέων ἔδοξε καὶ Δαρεῖον προσεταιρίσα-
71 σθαι. Συνελθόντες δὲ οὗτοι, ἐόντες ἑπτὰ, ἐδίδοσάν σφισι πίστις καὶ λόγους. ἐπεί τε δὲ ἐς Δαρεῖον ἀπίκετο γνώμην ἀποφαίνεσθαι, ἔλεγέ σφι τά-
2 δε· „Ἐγὼ ταῦτα ἐδόκεον μὲν αὐτὸς μοῦνος ἐπίστασθαι, ὅτι τε ὁ Μάγος εἴη ὁ βασιλεύων, καὶ Σμέρδις ὁ Κύρου τετελεύτηκε· καὶ αὐτοῦ τούτου εἵνεκεν ἥκω σπουδῇ, ὡς συστήσων ἐπὶ τῷ Μάγῳ
3 θάνατον. ἐπεί τε δὲ συνήνεικε ὥστε καὶ ὑμέας εἰδέναι καὶ μὴ μοῦνον ἐμὲ, ποιέειν αὐτίκα μοι δοκέει, καὶ μὴ ὑπερβάλλεσθαι· οὐ γὰρ ἄμεινον.“
4 Εἶπε πρὸς ταῦτα ὁ Ὀτάνης· „Ὦ παῖ Ὑστάσπεος,

Darii sententia festinationem suadentis vincit.

---

414), fuisse hos septem Persas, qui coniuraverint, principes tribuum, quibus Persarum natio constiterit, vel certe primores e Pasargadarum tribu (*Stamm-* oder *Familienhaeupter der Perser*), quorum ea inde fuerit auctoritas, ut, quod nemini Persarum licuit, aditus pateret ad regem. Apud istiusmodi autem gentes tales deliberationes principum de constituendo regni successore non insolitas esse idem monet Heeren. l. l., Mongolorum hac in re citans exemplum. Nec alio mihi pertinere videntur, quae III, 84 leguntur, aut quae de Hungaris memoriae prodidit Anonym. Belae notarius cap. V. Apud quos in Europam migrare constituentes existunt *septem* gentis *primores*, qui libera voluntate et communi consensu gentis ducem eligunt *Almum*, virum genere clariorem et in bello potentiorem. Conf. Histor. critic. Hungar. ducc. a Katona (Pestini 1778) p. 32 seq.

Cap. LXXI.

ἀπίκετο — ἀποφαίνεσθαι] De infinitivi usu vid. Matth. Gr. Gr. p. 1044. In seqq. vocula *μοῦνος* non sine vi quadam, praecedente *αὐτός*, ponitur. Vid. Heindorf. ad Platon. Charmid. pag. 64.

αὐτοῦ τούτου εἵνεκεν] i. e. *ob id ipsum*, s. *solius huius rei causa*. Laudant de locutione Herod. II, 3. Thucydid. I, 139. VIII, 67. Pausan. I, 23 §. 6.

ὡς συστήσων ἐπὶ τῷ Μάγῳ θάνατον] Conf. infra III, 84. Dicitur h. l. *συνιστάναι* de eo, qui alios socios excitat et secum coniungit, quo interitum mago parent. Cf. VI, 74. — Ad *συνήνεικε ὥστε* conf. I, 74 ibiq. nott., et de locutione *οὐ γὰρ ἄμεινον* (*nec enim utile erit*, s.

εἷς τε πατρὸς ἀγαθοῦ, καὶ ἐκφαίνειν ἔοικας σεωυ-
5 τὸν ἐόντα τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἥσσω. τὴν μέντοι
ἐπιχείρησιν ταύτην μὴ οὕτω συντάχυνε ἀβούλως,
ἀλλ' ἐπὶ τὸ σωφρονέστερον αὐτὴν λάμβανε. δεῖ γὰρ
6 πλεῦνας γενομένους, οὕτω ἐπιχειρέειν.“ Λέγει πρὸς 45
ταῦτα Δαρεῖος· „Ἄνδρες οἱ παρεόντες, τρόπῳ τῷ
εἰρημένῳ ἐξ 'Οτάνεω εἰ χρήσεσθε, ἐπίστασθε ὅτι
ἀπολέεσθε κάκιστα. ἐξοίσει γάρ τις πρὸς τὸν Μά-
7 γον, ἰδίῃ περιβαλλόμενος ἑωυτῷ κέρδεα. μάλιστα
μέν νυν ὠφείλετε ἐπ' ὑμέων αὐτῶν βαλόμενοι

---

proderit) Matth. Gr. Gr. §. 457, 3. Add. III, 72 fin. 82. IX, 5.

εἷς τε πατρὸς ἀγαθοῦ καὶ ἐκφαίνειν ἔοικας] Graeca videtur sententia, Persis h. l. a Graeco rerum scriptore tributa. Quo facit locutio αὐτοί τε ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν, de quâ Heindorf. ad Plat. Phaedr. pag. 248 ad Gorg. pag. 227.

ἀλλ' ἐπὶ τὸ σωφρονέστερον αὐτὴν λάμβανε] In Thucyd. I, 31 simili modo sibi opponi σωφροσύνη et ἀβουλία observat Schweigh. Ad significationem verbi λαμβάνειν faciunt, quae ad Plutarch. Alcib. p. 168 collegimus. Mox edidi cum recentt. edd. 'Ο τ ά ν ε ω. Conf. nott. ad III, 70. Cum vocibus ἀπολέεσθε κάκιστα comparamus Aristophanis illud: ὦ κάκιστ' ἀπολούμενος, de quo C. Fr. Hermann. ad Lucian. De hist. conscrib. pag. 105.

ἐξοίσει γάρ τις] ἐκφέρειν, ut apud Latinos *efferre*, dicitur de *arcanis vulgandis*, s. *effutiendis*. Plura dixi in Creuzeri Melett. III p. 82. Add. Herod. III, 74 et II, 170, ubi eodem sensu ἐξαγορεύειν.

ἰδίῃ περιβαλλόμενος ἑωυτῷ κέρδεα] περιβάλλεσθαι h. l. valet: *sibi comparare, acquirere*. Cf. VIII, 8 et Pausan. VII, 8 §. 5: δύναμιν, ἣν ἐπὶ Φιλίππου περιεβάλοντο, ubi Siebelis nostri loci non fuit immemor. Alia dedi plura ad Plut. Philopoem. 17, pag. 62.

μάλιστα μέν νυν ὠφείλετε ἐπ' ὑμέων αὐτῶν βαλόμενοι ποιέειν ταῦτα] Dedi cum recentt. edd. ὠφείλετε (pro ὀφείλετε) et βαλόμενοι, cuius loco duo libri β α λ λ ό μενοι. Olim vulgo βουλόμενοι. Ipsam locutionem ἐφ' ἑαυτοῦ βάλλεσθαι, quam Gronovius h. l. interpretatur: *in se ipsum aliquid recipere*, rectius Tu interpreteris cum Schweigh. aliisque: *secum deliberare*, aliis sc. non admissis, adscitis; ut hic loci sit sensus: *hoc facere debebatis re cum nemine alio communicata, proprio consilio, vobiscum solis deliberantes*. Conf. quae Schwgh. citat: III, 155. IV, 160. V, 73. De praepositione ἐπὶ conf. nott. ad I, 142; de verbo ὑπερτίθεσθαι I, 8 et Valcken. ad Herod. VII, 8. — Ad κατερέω

ποιέειν ταῦτα· ἐπεί τε δὲ ὑμῖν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε, καὶ ἐμοὶ ὑπερέθεσθε, ἢ ποιέωμεν σήμερον, ἢ ἴστε, ὑμῖν ὅτι ἢν ὑπερπέσῃ ἡ νῦν ἡμέρη, ὡς οὐκ ἄλλος φθὰς ἐμεῦ κατήγορος ἔσται, ἀλλά σφεας αὐτὸς ἐγὼ κατερέω πρὸς τὸν Μάγον.“

72 Λέγει πρὸς ταῦτα Ὀτάνης, ἐπειδὴ ὥρα σπερχόμενον Δαρεῖον· „Ἐπεί τε ἡμέας συνταχύνειν ἀναγκάζεις, καὶ ὑπερβάλλεσθαι οὐκ ἐᾷς, ἴθι ἐξηγέο αὐτὸς ὅτεῳ τρόπῳ πάριμεν ἐς τὰ βασιλήϊα, καὶ ἐπιχειρήσομεν
2 αὐτοῖσι. φυλακὰς γὰρ δὴ διεστεώσας οἶδάς κου καὶ αὐτὸς, εἰ μὴ ἰδὼν, ἀλλ' ἀκούσας· ἃς τέῳ τρό-
3 πῳ περήσομεν;“ Ἀμείβεται Δαρεῖος τοῖσδε· „Ὀτάνη, ἦ πολλά ἐστι τὰ λόγῳ μὲν οὐκ οἷά τε δηλῶσαι, ἔργῳ δέ· ἄλλα δ' ἐστὶ τὰ λόγῳ μὲν οἷά τε, ἔργον
4 δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν λαμπρὸν γίνεται. ὑμεῖς δὲ ἴστε φυλακὰς τὰς κατεστεώσας ἐούσας οὐδὲν χαλεπὰς παρελθεῖν. τοῦτο μὲν γὰρ, ἡμέων ἐόντων τοίων, οὐδεὶς ὅστις οὐ παρήσει· τὰ μέν κου καταιδεόμε-
5 νος ἡμέας, τὰ δέ κου καὶ δειμαίνων. τοῦτο δὲ, 234

---

conf. II, 89. Quod verbum quoniam plerumque genitivum hac notione adiunctum habet, Matth. praefert σφέα, quod Sancrofti liber exhibet pro σφέας.

Cap. LXXII.

ἴθι ἐξηγέο] ἐξηγέο, ut αἰτέο I, 90, ubi vid. interprett. Recurrit verbum III, 79.

οἶδάς κου καὶ αὐτὸς] In Florentino libro unoque Parisino οἶδά κου. In excerptt. cod. Palatini (v. Creuzeri Commentt. Herodott. pag. 429) invenitur οἶδά που. — In seqq. ad verba εἰ μὴ ἰδὼν, ἀλλ' ἀκούσας conf. quae similia congessi in Creuzeri Melett. III pag. 26. In his enim valet ἀλλὰ (praecedente εἰ μὴ) *at-certe, saltem.*

ἃς — περήσομεν] Pro ἃς Struve scribendum censet τάς. Vid. nott. ad III, 16. Libri omnes h. l. conspirant in lectione vulgata. Sed pro περήσομεν nonnulli exhibent πειρήσομεν, quod Schweighaeusero videtur ad Ionicum dicendi genus referri posse, ut πείρατα pro πέρατα.

ἡμέων ἐόντων τοίων] i. e. *cum nos tales simus*, principes scil. Persarum, summa dignitate ornati, quà nobis liber patet ad regem aditus. Rescripsi cum Schweigh. et Gaisf. τοίων, quod plures libri offerebant, pro τοιῶνδε, quod Wesseling., qui confert VIII, 62 probaverat, quodque retinuit Matth.

ἔχω αὐτὸς σκῆψιν εὐπρεπεστάτην, τῇ πάριμεν· φὰς
ἄρτι τε ἥκειν ἐκ Περσέων, καὶ βούλεσθαί τι ἔπος
6 παρὰ τοῦ πατρὸς σημῆναι τῷ βασιλέϊ. ἔνθα γάρ
τι δεῖ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. τοῦ γὰρ αὐτοῦ
γλιχόμεθα, οἵ τε ψευδόμενοι, καὶ οἱ τῇ ἀληθηΐῃ
7 διαχρεώμενοι. οἱ μέν γε ψεύδονται τότε, ἐπεάν τι
μέλλωσι τοῖσι ψεύδεσι πείσαντες κερδήσεσθαι· οἱ δ'
ἀληθίζονται, ἵνα τι τῇ ἀληθηΐῃ ἐπισπάσωνται κέρ-
8 δος, καί τι μᾶλλόν σφισι ἐπιτράπηται. οὕτω οὐ
ταὐτὰ ἀσκέοντες, τὠυτοῦ περιεχόμεθα. εἰ δὲ μηδὲν
κερδήσεσθαι μέλλοιεν, ὁμοίως ἂν ὅ τε ἀληθιζόμενος,
9 ψευδὴς εἴη, καὶ ὁ ψευδόμενος, ἀληθής. ὃς ἂν μέν
νυν τῶν πυλουρῶν ἑκὼν παρίῃ, αὐτῷ οἱ ἄμεινον

ἔνθα γάρ τι δεῖ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω] Haec exscripsit Stobaeus XII, 23 p. 141, s. p. 317 T. I ed. Gaisf., ubi invenitur *καὶ* insertum ante *ψεῦδος*. Sed Eustath. ad Homer. p. 188 s. 143, 1 et 628, 8 s. 482, 47 cum vulgata lectione convenit. Ipsa sententia vere Graeca, qualem vix probabile est Persam hominem esse elocutum, cum mendacio nihil turpius apud Persas haberetur, teste ipso Herodoto I, 138, ubi vid. nott. Graeca huc potius faciunt, quae exstant apud Sophocl. Philoctet. 107 coll. Heliodor. Aethiop. I, 26 p. 43 C. Nam hanc sententiam ex iis fuisse, quae per Graeciam rhetorum et sophistarum in circulis maxime agitarentur, satis monstrant Platonica in Polit. II, 21. III, 3, ubi plurima alia excitavit Ast. p. 442 seq. (a *Cr.* laudatus), Herodoteo hoc loco non praetermisso. Quae cum ita sint, ea quoque, quae continuo sequuntur ad sententiam illam sive explicandam sive probandam, Sophistarum Graecorum pro more dicta, aut eōrum ex disputationibus repetita videntur. — De structura verbi *γλίχεσθαι* diximus ad II, 102; de futuri forma in *κερδήσεσθαι* monuit Matth. Gr. Gr. p. 469. Ad verba *ἑωυτοῦ περιεχόμεθα* conf. III, 53.

ἑκὼν παρίῃ] Mendosum *παρείῃ* abieci cum recentt. edd., probante Werfer. in Actt. phill. Monacc. I, 2 p. 245. Requiritur enim coniunctivus verbi *παριέναι*, quod valet: *transitum dare, aditum permittere.* In proxime seqq. *αὐτῷ οἱ* cum quâdam vi prolatum, ut in Pausan. I, 20 §. 1, ubi Herodoti meminit Siebelis. — Ad *ἄμεινον* cf. III, 71. — *ἐς χρόνον* hic significat: *in posterum*, ut VII, 29. IX, 89 coll. III, 65. — In fine cap. cum Schweigh. et Gaisf. recepi *διαδεικνύσθω*, ubi vulgo *δεικνύσθω*. De verbi structura

ἐς χρόνον ἔσται· ὃς δ' ἂν ἀντιβαίνειν πειρᾶται, διαδεικνύσθω ἐνθαῦτα ἐὼν πολέμιος· καὶ ἔπειτα
73 ὠσάμενοι ἔσω, ἔργον ἐχώμεθα." Λέγει Γωβρύης μετὰ ταῦτα· „Ἄνδρες φίλοι, ἡμῖν κοτε κάλλιον παρέξει ἀνασώσασθαι τὴν ἀρχὴν, ἢ, εἴ γε μὴ οἷοί τε ἐσόμεθα αὐτὴν ἀναλαβέειν, ἀποθανέειν; ὅτε γε ἀρχόμεθα μὲν, ἐόντες Πέρσαι, ὑπὸ Μήδου ἀνδρὸς
2 Μάγου, καὶ τούτου ὦτα οὐκ ἔχοντος. ὅσοι τε ὑμέων Καμβύσῃ νοσέοντι παρεγένοντο, πάντως κου μέμνησθε τὰ ἐπέσκηψε Πέρσῃσι τελευτῶν τὸν βίον, μὴ

---

cum participio multa ad h. l. attulit Valck.; nobis laudasse sufficiat Matth. Gr. Gr. §. 548, 5 pag. 1077. — Ad locutionem *ἔργον ἐχώμεθα* conf. II, 121 §. 1.

Cap. LXXIII.

ἡμῖν κοτε κάλλιον παρέξει] Cum Schweigh. et Gaisf. edidi *ἡμῖν κοτε;* vulgo *ἡμῖν κότε.* Sensus enim est: *Nobisne pulcrius unquam erit, imperium recuperare — quam mori.* Verbum *παρέχειν* impersonaliter frequentius apud Herodotum invenitur. Vid. III, 142. IV, 14. VIII, 8. V, 49 ibique interprtt. Alia dabit Schweigh. Lex. Herodot. s. v.

ὅτε γε ἀρχόμεθα] *ὅτε γε* (pro *ὅτε γὰρ*) cum recentt. edd. exhibuimus, dudum iubente Valcken. ad Euripid. Phoeniss. p. 209. Ad argumentum conf. III, 61. 65 ibiq. nott. Ex hisce enim Persarum deliberationibus ac sermonibus satis fit manifestum, Persas, mago ad regnum evecto, imperio privatos se putasse, regno devoluto ad eos, qui antequam Cyrus Persaeque rerum potiti essent, imperium obtinuissent. Hinc Persae semper de *recuperando* imperio loquuntur, idque ipsum inprimis agunt, Cambyse ipso moriente principibus Persarum adstantibus talia praecipiente.

τὰ ἐπέσκηψε] Respicit supra dicta III, 65, ubi *ἐπισκήπτειν* valet *iniungere, mandare,* cum hoc in loco *comminandi* simul et *imprecandi* notionem adsciscere videatur, monente Schweigh. in Lex. Herod. s. v., ubi Hesych. *ἐπισκήπτω· ἐπαρῶμαι,* nisi potius, eodem Schweigh. monente, *obiurgandi, s. reprehendendi* significationem assumserit. Ubi ab Hesychio et Suidâ exponitur *ἐπιτιμᾶν, ἐπιμέμφεσθαι.* — In fine cap. retinui cum Matth. lectionem vulgatam: *καὶ μὴ διαλύεσθαι ἐκ τοῦ συλλόγου τοῦδε ἄλλοθι ἰόντας ἢ ἐπὶ τὸν Μάγον ἰθέως,* ubi Gaisf. e Sancrofti libro et Vindobon. edidit: *καὶ μὴ δ. ἐκ τ. συλλόγου, ἀλλ' ἰόντας ἐπὶ τὸν Μ. ἰθ.,* quae scriptura eo probabilior Schweighaeusero est visa, quo minus commode *ἄλλοθι* hic ponatur, ubi *ἄλλοσε* aut *ἄλλῃ* requirebatur. Sed in hac ipsa

πειρεωμένοισι ἀνακτᾶσθαι τὴν ἀρχήν· τὰ τότε οὐκ
ἐνεδεκόμεθα, ἀλλ' ἐπὶ διαβολῇ ἐδοκέομεν εἰπεῖν
3 Καμβύσεα. Νῦν ὦν τίθεμαι ψῆφον πείθεσθαι Δα-
ρείῳ, καὶ μὴ διαλύεσθαι ἐκ τοῦ συλλόγου τοῦδε ἄλ-
λοθι ἰόντας ἢ ἐπὶ τὸν Μάγον ἰθέως.“ Ταῦτα
εἶπε Γωβρύης· καὶ πάντες ταῦτα αἴνεον.

74 Ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐβουλεύοντο, ἐγίνετο κα-
τὰ συντυχίην τάδε. Τοῖσι Μάγοισι ἔδοξε βουλευο-
μένοισι Πρηξάσπεα φίλον προσθέσθαι, ὅτι τε ἐπε- 2
πόνθεε πρὸς Καμβύσεω ἀνάρσια, ὅς οἱ τὸν παῖδα
τοξεύσας ἀπολωλέκεε· καὶ διότι μοῦνος ἠπίστατο
τὸν Σμέρδιος τοῦ Κύρου θάνατον, αὐτοχειρίῃ μιν
ἀπολέσας· πρὸς δ' ἔτι, ἐόντα ἐν αἴνῃ μεγίστῃ τὸν
2 Πρηξάσπεα ἐν Πέρσῃσι. τούτων δή μιν εἵνεκεν κα-
λέσαντες φίλον προσεκτέωντο, πίστι τε λαβόντες καὶ

Quid Prexaspes Magis postulantibus receperit. 235

---

scriptura oratio non satis plena videtur, quippe infinitivo verbi cuiusdam deficiente ad illa: *ἀλλ' ἰόντας*.

Cap. LXXIV.

πρὸς δ' ἔτι, ἐόντα ἐν αἴνῃ μεγίστῃ] Celerem orationis transitum a verbo finito (*ὅτι τε ἐπεπόνθεε — καὶ διότι — ἠπίστατο — πρὸς δ' ἔτι, ἐόντα*) in participium observavit Matth. Gr. Gr. §. 631, 4 p. 1300, ut minime opus sit, cum Steger. Praefat. pag. XIV contra scriptorum librorum fidem, edere *πρὸς δὲ, ἅτε ἐόντα*. Solet autem Noster voculae *πρὸς* haud raro sic addere particulam *ἔτι*. Vid., ne plura, III, 65 fin. ibiq. nott. Similis fere transitus ex verbo finito in infinitum III, 75: *καὶ δὴ ἔλεγε τὸν μὲν, ὡς — ἀποκτείνειε, τοὺς Μάγους δὲ βασιλεύειν.* Add. III, 87. — Locutionem *ἐν αἴνῃ μεγίστῃ εἶναι* (*omnium laudibus ferri, maximo in honore esse*) illustravit Wesseling. his locis: VIII, 112. Arrian. Indd. 27. Add. IX, 16. Caeterum quae h. l. de *Prexaspe* narrantur, eodem pertinere suspicor, quo Ctesiae narrata (Excerptt. Perss. §. 13) de *Ixabate*, qui e Perside veniens, omni exercitui rem vulgasse et conviciis in magum coniectis, in templum confugisse dicitur, unde protractus periit.

πίστι τε λαβόντες καὶ ὁρκίοισι] i. e. *fide data et iuramentis eum obstringentes*, plane ut IX, 106: *πίστι καταλαβόντες καὶ ὁρκίοισι* et apud Procop. B. Goth. I, 11. Hist. Arc. 2. Zosim. IV, 26. Quae apte protulit Wesseling. contra Gronovium, cui placuerat *πίστις* quemadmodum Mediceus liber exhibet, cui Florentinum quoque et duos

ὁρκίοισι, ἦ μὲν ἕξειν παρ' ἑωυτῷ, μηδ' ἐξοίσειν
μηδενὶ ἀνθρώπων τὴν ἀπὸ σφέων ἀπάτην ἐς Πέρ-
σας γεγονυῖαν· ὑπισχνεύμενοι τὰ πάντα οἱ μυρία
3 δώσειν. ὑποδεκομένου δὲ τοῦ Πρηξάσπεω ποιήσειν
ταῦτα, ὡς ἀνέπεισάν μιν οἱ Μάγοι, δεύτερα προσέ-
φερον, αὐτοὶ μὲν φάμενοι Πέρσας πάντας συγκα-
λέειν ὑπὸ τὸ βασιλήϊον τεῖχος, κεῖνον δ' ἐκέλευον
ἀναβάντα ἐπὶ πύργον ἀγορεῦσαι, ὡς ὑπὸ τοῦ Κύ-
ρου Σμέρδιος ἄρχονται, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου.
4 ταῦτα δὲ οὕτω ἐνετέλλοντο, ὡς πιστοτάτου δῆθεν
ἐόντος αὐτοῦ ἐν Πέρσῃσι, καὶ πολλάκις ἀποδεξαμέ-
νου γνώμην ὡς περιείη ὁ Κύρου Σμέρδις, καὶ ἐξαρ-
75 νησαμένου τὸν φόνον αὐτοῦ. Φαμένου δὲ καὶ ταῦ-
τα ἑτοίμου εἶναι ποιέειν τοῦ Πρηξάσπεω, συγκαλέσαν-
τες Πέρσας οἱ Μάγοι, ἀνεβίβασαν αὐτὸν ἐπὶ πύργον,
2 καὶ ἀγορεύειν ἐκέλευον. Ὁ δὲ, τῶν μέντοι ἐκεῖνοι

Eius veritas contra datam fidem et mors voluntaria.

---

alios accedere video. Nam ut cum Gronovio dativum ὁρκίοισι ad προσεκτέωντο referas, aut cum Abresch. Dilucidd. Thucydd. p. 425 participio ὑπισχνεύμενοι adstruas, eo vix quidquam durius. Schweigh. mallet καταλαβόντες, modo unus offerret liber. — ἦ μὲν cum recentt. edd. scripsi pro vulg. ἦ μήν. Tu vid. III, 66. Ad verbum ἐξοίσειν conf. nott. ad III, 71. — τὰ πάντα (in verbb. ὑπισχνεύμενοι τὰ πάντα) valet: *in universum.* Monuit a Cr. laudatus Schaefer. ad Dionys. Halic. de compos. verbb. p. 335. Tu conf. Matth. Gr. Gr. §. 226 not. p. 550 et Hermann. ad Viger. pag. 727.

ὑποδεκομένου] Male in quibusdam libris ὑποσχομένου. Nam frequens apud Herodotum ὑποδέχεσθαι *in se recipere, suscipere;* I, 24. II, 121 §. 6. III, 138 etc. — In seqq. pro ἀνέπεισαν Valcken. mallet ἀνέγνωσαν, modo libri ferrent. Conf. Wessel. Diss. Herod. p. 40 et Herod. I, 68. — Ad formam Πρηξάσπεω conf. III, 70.

δεύτερα προσέφερον] i. e. *alterum* (s. deinde) *hoc ei proposuerunt.* Cf. V, 40. VIII, 52. Eodem sensu Zonaras, observante Valcken., scripserat προσεπῆγον. — In seqq. retinui συγκαλέειν, cuius loco e Sancrofti libro nunc repositum video συγκαλέσειν. At συγκαλέειν pro ipso futuri infinitivo equidem accipio. Vid. Matth. Gr. Gr. pag. 323. — In fine cap. ad vocem δῆθεν conf. I, 59. VI, 1. VII, 66 ibiq. Valcken. et ad verba ἀποδεξαμένου γνώμην I, 170.

προσεδέοντο αὐτοῦ, τούτων μὲν ἑκὼν ἐπελήθετο· ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ Ἀχαιμένεος, ἐγενεηλόγησε τὴν πατριὴν τὴν Κύρου· μετὰ δὲ, ὡς ἐς τοῦτον κατέβη, τελευτῶν ἔλεγε ὅσα ἀγαθὰ Κῦρος Πέρσας πεποιήκοι· διεξελθὼν δὲ ταῦτα, ἐξέφαινε τὴν ἀληθηΐην, φάμενος πρότερον μὲν κρύπτειν· οὐ γάρ οἱ εἶναι ἀσφαλὲς λέγειν τὰ γενόμενα· ἐν δὲ τῷ πα-
3 ρεόντι ἀναγκαίην μιν καταλαμβάνειν φαίνειν. καὶ δὴ ἔλεγε, τὸν μὲν Κύρου Σμέρδιν ὡς αὐτὸς ὑπὸ Καμβύσεω ἀναγκαζόμενος ἀποκτείνειε, τοὺς Μάγους
4 δὲ βασιλεύειν. Πέρσῃσι δὲ πολλὰ ἐπαρησάμενος, εἰ μὴ ἀνακτησαίατο ὀπίσω τὴν ἀρχὴν καὶ τοὺς Μάγους τισαίατο, ἀπῆκε ἑωυτὸν ἐπὶ κεφαλὴν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω. Πρηξάσπης μέν νυν, ἐὼν τὸν πάντα χρόνον ἀνὴρ δόκιμος, οὕτω ἐτελεύτησε.

76 Οἱ δὲ δὴ ἑπτὰ τῶν Περσέων, ὡς ἐβουλεύσαντο αὐτίκα ἐπιχειρέειν τοῖσι Μάγοισι καὶ μὴ ὑπερβάλλεσθαι, ἤϊσαν εὐξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, τῶν περὶ Πρη-
2 ξάσπεα πρηχθέντων εἰδότες οὐδέν. ἔν τε δὴ τῇ ὁδῷ μέσῃ στείχοντες ἐγίνοντο, καὶ τὰ περὶ Πρηξάσπεα

Coniurati septem ad facinus euntes, cognito rerum statu 236 egressi de via quum inter se contenderent, augurio firmantur.

Cap. LXXV.

τούτων μὲν ἑκὼν] De particula μὲν priori in membro iterata conf. Werfer. Actt. phill. Monacc. I, 1 pag. 94 et Herod. III, 65. Ad significationem verbi κατέβη faciunt, quae dixi ad I, 90. De perfecti usu in πεποιήκοι (pro quo quidam libri πεποιήκει) monuit Matth. Gr. Gr. pag. 946.

καταλαμβάνειν φαίνειν] Ad verbum καταλαμβάνειν conferantur quae citavi ad III, 42; φαίνειν hic valet: *aperire verum, dicere quod res est.* Conf. II, 116.

ἀπῆκε ἑωυτὸν — κάτω] *se demisit ita, ut in caput delaberetur deorsum de turri,* s. *de turri se praecipitem dedit.* Usum infinitivi (φέρεσθαι), qui solus nulla addita particula ponitur, ubi id, quod aliquam actionem sequitur sive inde efficitur, indicatur, aliquot exemplis illustravit Werfer. in Actt. phill. Monacc. I p. 264. Apud Pausan. I, 30 §. 1 legimus: καὶ δὴ καὶ φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκε, ubi Siebelis de participii usu monens, nostrum quoque locum excitavit.

Cap. LXXVI.

ἔν τε δὴ τῇ ὁδῷ μέσῃ — καὶ κ. τ. λ.] In his particulae τε — καὶ ad temporales rationes exprimendas poni videntur. Cf. Matth. Gr.

3 γεγονότα ἐπυνθάνοντο. ἐνθαῦτα ἐκστάντες τῆς ὁδοῦ,
ἐδίδοσαν αὖτίς σφισι λόγους· οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν
Ὀτάνην πάγχυ κελεύοντες ὑπερβαλέσθαι, μηδὲ, οἰδεόντων τῶν πρηγμάτων, ἐπιτίθεσθαι· οἱ δὲ ἀμφὶ
τὸν Δαρεῖον, αὐτίκα τε ἰέναι, καὶ τὰ δεδογμένα
4 ποιέειν, μηδὲ ὑπερβάλλεσθαι. ὠθιζομένων δ' αὐτῶν,

Gr. §. 620 p. 1257. Alia quaedam Steger. affert.

ἐδίδοσαν αὖτίς σφισι λόγους] i. e. *denuo, iterum secum deliberabant.* αὖτις cum Schwgh. et Gaisf. pro vulg. αὐτοῖσι rescripsi. In seqq. οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Ὀτάνην (s. Δαρεῖον) valet *ipse Otanes*, s. *Darius* (conf. Matth. Gr. Gr. §. 583, c. 1 pag. 1159), vel potius, quae Geelii est interpretatio, *Otanes cum iis, qui ipsius sententiae accesserant.*

πάγχυ κελεύοντες ὑπερβαλέσθαι] Ita cum Schweigh. et Gaisf. posui auctoritate plurium librorum atque Eustathii haec citantis ad Odyss. p. 1441, 61 s. 90, 44. In Mediceo libro binisque aliis exstat ὑπερβαλέεσθαι, in Florentino ὑπερβαλλέεσθαι (quod non prorsus spernendum; conf. nott. ad III, 23), in Parisinis duobus ὑπερβάλλεσθαι. Eustathius interpretatur διατρίβειν, minus apte, ut monuit Valcken., qui explicat: *opportunitatem exspectare rei gerendae*, sive *differre*, ut VII, 206. IX, 45. 51. IV, 9.

μηδὲ, οἰδεόντων τῶν πρηγμάτων, ἐπιτίθεσθαι] i. e. *neque, in hac rerum perturbatione, adgrediendum.* Dicitur οἰδέειν *tumere* de rebus turbulentis, minime tranquillis certisve, ut III, 127, ubi Valcken. de verbo φλεγμαίνειν monet, quod simili fere modo usurpatur. De quo Ast. ad Platon. Polit. II, 13 p. 420. Tralate etiam Plotinus VI, 7. 36 p. 728: ἐξενεχθεὶς δὲ τῷ αὐτῷ, τοῦ νοῦ οἷον κύματι, καὶ ὕψου ὑπ' αὐτοῦ οἷον οἰδήσαντος. De locutione φλεγμαίνειν ad Olympiodori in Platonis Alcib. pr. p. 136 haec: διότι φλεγμαινούσῃ πόλει δυνάμεις περιποιεῖτο diximus Moserus et Cr. Inter Latinos scriptores Tacitus Hist. II, 32: „quoniam Galliae *tumeant*,“ de seditione. Atque ipse Cicero ad Att. XIV, 4: „*tument* negotia,“ quae diversimode a viris doctis explicantur, quos laudat Ernesti in Clav. Cic. s. v. — Ad verbum ἐπιτίθεσθαι (*aggredi res*) Valcken. excitat Isocrat. ad Philipp. pag. 90 A. Xenoph. Memor. III, 9, 7. Add. ibid. II, 8, 3.

ὠθιζομένων δ' αὐτῶν — ζεύγεα] i. e. *dum inter se altercantur, adparent septem accipitrum paria.* ὠθίζεσθαι eo hic usurpatur sensu, quo IX, 26 ὠθισμὸς λόγων. Alio sensu VII, 225. ζεῦγος, quod proxime de *bigis*, sive de *boum pari* dicitur, tum de *quovis pari* adhibetur, ut III, 130. VII, 35. — In seqq. αἰγυπιῶν Glossa Herod. expli-

ἐφάνη ἰρήκων ἑπτὰ ζεύγεα, δύο αἰγυπιῶν ζεύγεα 5 διώκοντά τε καὶ τίλλοντα καὶ ἀμύσσοντα. ἰδόντες δὲ ταῦτα οἱ ἑπτὰ, τήν τε Δαρείου πάντες αἴνεον γνώμην, καὶ ἔπειτα ἤϊσαν ἐπὶ τὰ βασιλήϊα, τεθαρσηκότες τοῖσι ὄρνισι.

77 Ἐπιστᾶσι δὲ ἐπὶ τὰς πύλας ἐγίνετο οἷόν τι Δαρείῳ ἡ γνώμη ἔφερε· καταιδεόμενοι γὰρ οἱ φύλακοι ἄνδρας τοὺς Περσέων πρώτους, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ὑποπτεύοντες ἐξ αὐτῶν ἔσεσθαι, παρίεσαν, θείῃ πομπῇ χρεωμένους· οὐδ' 2 ἐπειρώτα οὐδείς. ἐπεί τε δὲ παρῆλθον ἐς τὴν αὐ-

In aulam admissi, eunuchorum obsistentium strage facta, in conclave irruunt.

---

cat γυπῶν, et ἀμύσσειν per ταράσσειν (sc. σπαράσσειν), ἑλκοῦν, ξέειν. Nec aliter Hesychius s. v. Conf. Herod. III, 108. De ipso augurio haec teneri velim: aquilam et vulturem et accipitrem inter Oromasdis animalia quam maxime censeri ipsumque numen bonum iis quodammodo repraesentari. Unde factum, ut aquila pro regia haberetur ave, regiaeque dignitatis omnino esset signum ac symbolum. Et omnino apud orientales homines vulture advolanti regiam dignitatem vel simile quid portendi, luculenter exposuit I. de Hammer. Histor. Osman. I pag. 50 seqq. ad Persas veteres quod attinet, auctor est Olympiodorus Commentt. in Platon. Alcib. I ad p. 121 D. p. 153. 154 eunuchos regiis filiis, quos educarent, venustatis causa nasum ita formasse, ut aquilae nasum referrent; in quo ipso Cyrum se imitari dixisse. Tu vid. Hydeum de vet. relig. Persarr. pag. 374 seq. a *Cr.* laudatum, ipsumque Creuzer. in Symbol. I p. 723 et ad Olymp. l. l. Add. Plutarch. II p. 821 E. p. 292 Wyttenb. In fine cap. cum recentt. edd. scripsi τεθαρσηκότες pro vulg. τεθαῤῥηκότας. Confer. Gregor. Cor. de dial. Attic. §. 82 ibiq. Koen. pag. 153 seq.

Cap. LXXVII.

οἷόν τι Δαρείῳ ἡ γνώμη ἔφερε] i. e. *accidit tale quid, quale Darii sententia indicaverat.* Conf. de locutione V, 118. VI, 110. VIII, 100.

θείῃ πομπῇ χρεωμένους] i. e. *veluti divinitus missos, divino instinctu atque impulsu.* Wessel. confert Herod. I, 62. IV, 152. Aeschyl. Agamem. 757 [725 Blomf.]. Add. Plutarch. II pag. 323 F.

ἐπεί τε δὲ παρῆλθον] Voculam καὶ post δὲ vulgo insertam cum Schweigh. et Gaisf. abieci. Retinuit Matthiae. — Ad verba τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐσφέρουσι conf. I, 114 ibique nott. et ad locutionem αὐτοῦ ταύτῃ conf. I, 189. Ad argumentum compar. Ctesiae Excerptt. Perss. §. 14; quo auctore coniurati septem a Bagapata conscio, qui

λὴν, ἐνέκυρσαν τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐσφέρουσι εὐνού-
χοισι, οἵ σφεας ἱστόρεον ὅ τι θέλοντες ἥκοιεν· καὶ
ἅμα ἱστορέοντες τούτους, τοῖσι πυλουροῖσι ἀπείλεον,
ὅτι σφέας παρῆκαν· ἴσχον τε βουλομένους τοὺς ἑπτὰ
3 ἐς τὸ πρόσω παριέναι. οἱ δὲ, διακελευσάμενοι, καὶ
σπασάμενοι τὰ ἐγχειρίδια, τούτους μὲν τοὺς ἴσχον-
τας αὐτοῦ ταύτῃ συγκεντέουσι· αὐτοὶ δὲ ἤϊσαν δρό-
78 μῳ ἐς τὸν ἀνδρεῶνα. Οἱ δὲ Μάγοι ἔτυχον ἀμφό-
τεροι τηνικαῦτα ἐόντες τε ἔσω, καὶ τὰ ἀπὸ Πρηξά-
σπεω γενόμενα ἐν βουλῇ ἔχοντες. ἐπεὶ ὦν εἶδον
τοὺς εὐνούχους τεθορυβημένους τε καὶ βοῶντας,
ἀνά τε ἔδραμον πάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ
2 ποιεύμενον, πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο. ὁ μὲν δὴ αὐ-
τῶν φθάνει τὰ τόξα κατελόμενος· ὁ δὲ, πρὸς τὴν
3 αἰχμὴν ἐτράπετο. ἐνθαῦτα δὲ συνέμισγον ἀλλήλοισι.
τῷ μὲν δὴ τὰ τόξα ἀναλαβόντι αὐτῶν, ἐόντων τε ἀγχοῦ
τῶν πολεμίων καὶ προσκειμένων, ἦν χρηστὰ οὐδέν.
4 ὁ δ' ἕτερος τῇ αἰχμῇ ἠμύνετο, καὶ τοῦτο μὲν Ἀσπα-
θίνην παίει ἐς τὸν μηρὸν, τοῦτο δὲ Ἰνταφέρνεα ἐς
τὸν ὀφθαλμόν· καὶ ἐστερήθη μὲν τοῦ ὀφθαλμοῦ
ἐκ τοῦ τρώματος ὁ Ἰνταφέρνης, οὐ μέντοι ἀπέθανέ
5 γε. τῶν μὲν δὴ Μάγων οὕτερος τρωματίζει τού-
τους· ὁ δὲ ἕτερος, ἐπεί τέ οἱ τὰ τόξα οὐδὲν χρη-
στὰ ἐγένετο, ἦν γὰρ δὴ θάλαμος ἐσέχων ἐς τὸν ἀν-
δρεῶνα, ἐς τοῦτον καταφεύγει, θέλων αὐτοῦ 237

Magorum virtus et caedes: vulnerati duo e coniuratis.

---

regiarum aedium claves tenuit, intromissi magum offendunt cum pellice concumbentem, qui illos conspicatus, confestim se proripuit et (nam Bagapatae opera omnia arma e conclavi antea sublata erant) sellae fractae pede arrepta se defendit, donec a coniuratis confossus tandem periit. — Ad vocem *ἀνδρεῶνα* observat Italus interpres, apud suam gentem adhuc in usu esse vocem *androne*, quamquam significatione latiore indeque nonnihil diversa.

Cap. LXXVIII.

πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο] i. e. *ad vim propulsandam se convertere*, ut ad IV, 125 interpretatur Wesseling. Tu vid. nott. ad II, 45.

θέλων αὐτοῦ προσθεῖναι τὰς θύρας] *αὐτοῦ* ad *θάλαμον* spectat. — *προσθεῖναι τὰς θύρας* est *ianuas adducere*, s. *opponere*, *claudere*. Laudat Valcken. Pol-

προσθεῖναι τὰς θύρας· καί οἱ συνεσπίπτουσι τῶν ἑπτὰ
6 δυο, Δαρεῖός τε καὶ Γωβρύης. συμπλακέντος δὲ
Γωβρύεω τῷ Μάγῳ, ὁ Δαρεῖος ἐπεστεὼς ἠπόρει,
οἷα ἐν σκότεϊ προμηθεόμενος μὴ πλήξῃ τὸν Γω-
7 βρύην. ὁρέων δέ μιν ἀργὸν ἐπεστεῶτα ὁ Γωβρύης,
εἴρετο ὅ τι οὐ χρᾶται τῇ χερί· ὁ δὲ εἶπε· „Προ-
8 μηθεόμενος σέο, μὴ πλήξω.“ Γωβρύης δὲ ἀμείβετο·
„Ὤθει καὶ δι' ἀμφοτέρων τὸ ξίφος.“ Δαρεῖος δὲ
πειθόμενος, ὦσέ τε τὸ ἐγχειρίδιον, καὶ ἔτυχέ κως
τοῦ Μάγου.

79 Ἀποκτείναντες δὲ τοὺς Μάγους, καὶ ἀποταμόντες αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τοὺς μὲν τρωματίας ἑωυτῶν αὐτοῦ λείπουσι, καὶ ἀδυνασίης εἵνεκεν, καὶ φυλακῆς τῆς ἀκροπόλιος· οἱ δὲ πέντε αὐτῶν ἔχοντες τῶν Μάγων τὰς κεφαλὰς, ἔθεον ἔξω, βοῇ τε καὶ πατάγῳ χρεώμενοι, καὶ Πέρσας τοὺς ἄλλους

Exposita populo re gesta, Magi vulgo contrucidantur: festum Persicum ingens, Magophonia.

---

luc. X, 25 et Suid. s. v. [ubi explicatur ἀποκλεῖσαι, non aliter atque in Bekkeri Anecdd. I p. 111], Lys. De caed. Eratosth. I p. 8. Thucyd. IV, 67. Pausan. II, 35 §. 1 [ubi Siebelis Herodoti non est oblitus]. Homerus Il. XIV, 169: ἐπιθεῖναι τὰς θύρας dixit, itemque Plato Sympos. 41 Ast. pag. 218. *Adducere ostium* apud Petronium exstat Satyr. 94.

συνεσπίπτουσι] Hoc reliqui firmatum Zonarae auctoritate et Plutarchi, qui in eadem re enarranda utitur voce συνεισπεσών; Opp. II pag. 50 E. Alii συνεπιπίπτουσι; alii aliter. Ipsum Gobryae factum multi post Herodotum celebrarunt scriptores, a Wyttenbachio ex parte citati ad Plutarch. l. l., Iustin. I, 9. Valer. Max. III, 2. Ext. 2. Aristid. I pag. 502. II pag. 236. Apud Ctesiam Excc. Perss. §. 15 aliter tradi monuimus; qui magum cum septem Persis colluctantem confossum tandem esse scribit; uni Artaphrenae hoc tribuit Aeschylus Perss. 776. — Paulo infra cum recentt. edd. scripsi χρᾶται pro χρῆται.

Cap. LXXIX.

τοὺς — τρωματίας] *vulneratos* intellexit. Dixi de hac voce ad Ctesiae fragg. pag. 123. Ad vocem ἀκροπόλιος conf. nott. ad III, 68.

βοῇ τε καὶ πατάγῳ χρεώμενοι] Eadem leguntur VII, 211, ubi Persarum moris hoc esse scribit Wesseling., admonens simul Homerici Il. III, init.: Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν. — πάντα τινὰ τὸν ἐν ποσὶ γινόμενον interpretor *unum quemque iis obviam factum.* Sic τὰ ἐν ποσίν *obvia quaevis*, ut monuit

ἐπεκαλέοντο, ἐξηγεόμενοί τε τὸ πρῆγμα, καὶ δεικνύοντες τὰς κεφαλάς· καὶ ἅμα ἔκτεινον πάντα τινὰ
2 τῶν Μάγων τὸν ἐν ποσὶ γινόμενον. Οἱ δὲ Πέρσαι, μαθόντες τό τε γεγονὸς ἐκ τῶν ἑπτὰ καὶ τῶν Μάγων τὴν ἀπάτην, ἐδικαίευν καὶ αὐτοὶ ἕτερα τοιαῦτα ποιέειν· σπασάμενοι δὲ τὰ ἐγχειρίδια, ἔκτεινον ὅκου τινὰ Μάγον εὕρισκον· εἰ δὲ μὴ νὺξ ἐπελθοῦσα
3 ἔσχε, ἔλιπον ἂν οὐδένα Μάγον. Ταύτην τὴν ἡμέρην θεραπεύουσι Πέρσαι κοινῇ μάλιστα τῶν ἡμερέων· καὶ ἐν αὐτῇ ὁρτὴν μεγάλην ἀνάγουσι, ἣ κέκληται ὑπὸ Περσέων Μαγοφονία· ἐν τῇ Μάγον οὐδένα ἔξεστι φανῆναι ἐς τὸ φῶς, ἀλλὰ κατ' οἴκους ἑωυτοὺς οἱ Μάγοι ἔχουσι τὴν ἡμέρην ταύτην.

80 Proposita consultatione de rerum statu opti-

Ἐπεί τε δὲ κατέστη ὁ θόρυβος, καὶ ἐκτὸς πέντε ἡμερέων ἐγένετο, ἐβουλεύοντο οἱ ἐπαναστάντες τοῖσι

Boissonad. ad Philostr. Heroic. pag. 280, ne plura. Ad locutionem ἕτερα τοιαῦτα conf. I, 120. Pro ἀνάγουσι in seqq. Aldina et duo codd. ἄγουσι. Conf. I, 147. VIII, 65.

ἣ κέκληται — Μαγοφονία] Vulgo Μαγοφόνια. Quod recepi, obtulit Florentinus liber, idemque apud Ctesiam Excc. Perss. §. 15 invenitur. Ad rem maxime huc pertinet Agathiae locus Hist. II, 26 pag. 123 Nieb. Atque Kleuker. ad Zendavest. III pag. 247 (coll. in Append. ad Zendav. II P. II pag. 192 nr. 370 et Foucher. ibid. I P. II p. 73 not.) hoc festum ad Persarum sacra pertinuisse negat, cum Magorum, i. e. Zoroastri cultorum, in dedecus fuerit institutum neque etiam commemoratum inveniatur in sacris Persarum libris. Itaque civile potius festum fuisse arbitratur, nequaquam omnibus commune, et in occidentalibus tantum regni Persarum partibus celebratum. Sed apud orientales rerum scriptores hoc festum commemorari scribit I. de Hammer. (Anall. Vienn. X pag. 249 seq.), cum festum h. l. indicetur exstirpatae omnis Ahrimaniae progeniei, cui nomen *Charfesters*, lustrale festum, quod agant extremo mense Februario, quem eundem a *februando*, i. e. lustrando, purgando, nomen accepisse, nunc satis notum. Vid., ne plura, Hyde de relig. Persarr. p. 260. Creuzer. Symbol. II p. 919 ac de Persarum festo consul. Kleuker. ad Zendav. III p. 246.

Cap. LXXX.

καὶ ἐκτὸς πέντε ἡμερέων ἐγένετο] i. e. *quinque diebus praeterlapsis*. Conf. IV, 133.

Μάγοισι περὶ τῶν πρηγμάτων πάντων· καὶ ἐλέχθησαν λόγοι ἄπιστοι μὲν ἐνίοισι Ἑλλήνων, ἐλέχθησαν δ' ὦν. Ὀτάνης μὲν ἐκέλευε ἐς μέσον Πέρσῃσι κα- mo, suadet Otanes Democratiam;

ἐλέχθησαν δ' ὦν] δ' ὦν idem fere est quod οὐδὲν ἧσσον, *nihilominus*, ut IV, 5. 82. Usurpatur formula in enarrandis iis, quae minus credibilia vel incerta videantur. Sic apud Pausan. I, 30, §. 4 λέγουσι δ' οὖν, ubi praecedebat μέν; II, 19 fin. λέγουσι δὲ ὅμως. Tu conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1274. De ipsa deliberatione, quae inter septem Persas coniuratos hic instituitur de futura imperii forma, in Ctesianis Excerptis nihil relatum invenimus; eamque ipsam qui negarent habitam esse, olim exstitisse Graecos homines ipsius Herodoti aetate, hic locus alterque VI, 43 satis monstrare videtur. Quare iam Valcken. ad h. l. pronuntiaverat, Herodotum de tribus rerum publicarum generibus, quae populi, quae paucorum, quae unius potestate regerentur, ea facere Otanem, Megabyzum, Darium dicentes, quae pro singulis dici posse viderentur, aut quae ab aliis dicta meminisset. Cum vero Noster diserte affirmet, hanc deliberationem vere habitam esse, ut pro fictis inde ista minime habere liceat, argumentorum summam certe haud confictam videri verique subesse quid hisce colloquiis existimat Heeren Ideen I, 1 pag. 413 seq., quamvis, qui orientalium hominum naturam indolemque norint, iis minime hoc dubium esse possit, hanc deliberationem *ita ut narratur* nequaquam esse habitam, sed Graecorum ad mores atque indolem in singulis a scriptore accommodatam effictamque; quorum ex more istiusmodi quaestiones tractandi omnem disputationis sententiarumque aeque ac verborum colorem ductum esse credas licet. Creuzerus (Die hist. Kunst der Griech. p. 108 seq.) Herodotum scriptorem caeteroqui accuratissimum verique indagandi et narrandi studiosissimum, hic praeter morem sequi statuit famam, quae ex Graecorum inscitia orientis fluxerit; quaeque fidem ut inveniat, minime efficere ea, quae VI, 43 proferantur. Herodotum autem eo magis ad talia perductum videri vult, quo magis haec aptam disputandi occasionem offerebant de iis, quae tunc temporis maxime per Graeciae civitates agitabantur. Equidem ut minime negem, deliberationem quandam de regni successore constituendo olim inter septem Persarum principes haberi potuisse adeoque habitam fuisse, quoniam a more gentium orientalium talia non abhorrere supra vidimus, ita hoc a me minime impetrare possum, ut eam deliberationem eo modo, iis verbis, quibus h. l. legimus, olim institutam esse credam, cum omnes istiusmodi quaestiones de regiminis forma ab orientalium hominum indole atque conditio-

ταϑεῖναι τὰ πρήγματα, λέγων τάδε· „Ἐμοὶ δοκέει, 15
ἕνα μὲν ἡμέων μούναρχον μηκέτι γενέσϑαι· οὔτε 238
3 *γὰρ ἡδὺ, οὔτε ἀγαϑόν. εἴδετε μὲν γὰρ τὴν Καμ-* 21
βύσεω ὕβριν ἐπ' ὅσον ἐπεξῆλϑε, μετεσχήκατε δὲ καὶ
4 *τῆς τοῦ Μάγου ὕβριος. Κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κα-*
τηρτημένον μουναρχίη, τῇ ἔξεστι ἀνευϑύνῳ ποιέειν

---

ne prorsus alienae sint, nec unquam per orientem de alio imperii genere sit cogitatum, nisi de eo, ubi summa penes unum potestas, nullis legibus illa quidem circumscripta. Quare, ut Creuzerus coniecit, ad ea, quae tunc temporis per Graeciae civitates maxime agitabantur, potissimum spectare videtur Herodotea narratio, quin inde maximam partem fluxisse; id quod singulis locis nos probaturos speramus. Hinc acerbissime dicta de tyranno, hinc alia, quae eandem ferme originem produnt, ad Graecorum animos capiendos, opinor, efficta ipsiusque scriptoris animum libertatis studiosissimum et ab unius dominatu alienissimum optime declarantia. — Herodotea attigit Plutarchus II pag. 826 E. Opp.

ἕνα μὲν ἡμέων μούναρχον] Vocula *μοῦνον*, quae post *μούναρχον* olim legebatur, abest a plurimis libris. Valcken. olim ita dici putarat ad Homeri exemplum, citans Eustath. ad Odyss. *τ*, p. 1867, s. 699, alia, quibus nunc minime indigemus.

Κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μουναρχίη] i. e. *quo autem modo res bene composita esse potest unius imperium?* Stobaeus XLIX, 29 p. 346 s. T. II p. 348 Gaisf. Herodotea exscripsit, in quibus pro *κατηρτημένον* Valcken. *κατηρτομένον* vel *κατηρτισμένον* scribi posse monuit, plane ut olim quoque Stephanus erat suspicatus. Sed libri scripti non addicunt. Tu cf. Herod. IX, 66 et V, 106. Ad vocem *χρῆμα* consul. Matth. §. 437 pag. 816. Ad ipsam sententiam confer Euripid. Suppll. 428 (445). Stobaeum Tit. 48 p. 343 seq. T. II p. 341 seq. Gaisf. et quae alia his maxime congrua citat C. Fr. Hermann. Lehrb. d. Griech. Staatsalterth. §. 63 not. 6. Videntur enim Herodotea de *monarchia*, s. *unius imperio* hisce non admodum esse dissimilia, quae a sophistis per Graeciae liberas civitates dictitata, omnium inde ore ferebantur de *tyrannide*, quod omnium rerum publicarum genus deterrimum iudicabatur.

τῇ ἔξεστι ἀνευϑύνῳ ποιέειν τὰ βούλεται] „Vid. Hugo Grot. de Iur. B. et Pac. lib. I cap. III §. 8. 9. 10. Haller. Restaurat. d. Staatswissensch. I pag. 462.“ *Cr. ἀνεύϑυνος* de Romanorum dictatore apud Dionys. Halic. Antiqq. Romm. V, 70. VI, 38. VII, 56. Add. ibid. I, 50. XI, 41. In omnibus Graecorum rebus publicis liberis cum hoc inprimis re-

τὰ βούλεται; καὶ γὰρ ἂν τὸν ἄριστον ἀνδρῶν πάν-
των, στάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν, ἐκτὸς τῶν ἐω-
5 *θότων νοημάτων στήσειε. ἐγγίνεται μὲν γάρ οἱ*
ὕβρις ὑπὸ τῶν παρεόντων ἀγαθῶν, φθόνος δὲ ἀρ-
6 *χῆθεν ἐμφύεται ἀνθρώπῳ. δύο δ' ἔχων ταῦτα, ἔχει*
πᾶσαν κακότητα· τὰ μὲν γὰρ, ὕβρι κεκορημένος,
7 *ἔρδει πολλὰ καὶ ἀτάσθαλα· τὰ δὲ, φθόνῳ. καίτοι*
ἄνδρα γε τύραννον ἄφθονον ἔδει εἶναι, ἔχοντά γε
πάντα τὰ ἀγαθά· τὸ δ' ὑπεναντίον τούτου ἐς τοὺς
8 *πολιήτας πέφυκε. φθονέει γὰρ τοῖσι ἀρίστοισι πε-*
ριεοῦσί τε καὶ ζώουσι, χαίρει δὲ τοῖσι κακίστοισι
τῶν ἀστῶν, διαβολὰς δὲ ἄριστος ἐνδέκεσθαι, ἀναρ-

---

quireretur, ut magistratus rationi reddendae essent obnoxii (*ὑπεύθυνοι*), factum est, ut ad *regni* naturam constituendam vel grammatici, ut Phavorin. s. v. *βασιλεία* pag. 354, 49 sq., docerent, reges debere esse *ἀνευθύνους*, i. e. *rationi reddendae haud obnoxios.* Conf. Aristot. Polit. IV, 8 §. 3 et Tittmann. Darstell. der Griech. Staatsverfass. pag. 540. Ex hisce igitur Graecorum sive sophistarum sive philosophorum disputationibus, illa aetate maxime celebratis ac vulgatis, hanc Nostri sententiam deductam esse admodum fit credibile. — Verba *στάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν* (i. e. *virum in hoc imperio collocatum*, s. *cui hoc imperium permittatur*) ad eandem rationem explicanda puto, ad quam *καθέζεσθαι εἴς τι*, alia id genus, de quibus Matth. Gr. Gr. §. 578, 3, a.

ἐγγίνεται μὲν γάρ οἱ ὕβρις] Similia de *insolentia* tyrannorum apud Sophocl. Oedip. Tyr. 883, monente Wessel., qui ad seqq. verba: *φθόνος δὲ ἀρχῆθεν ἐμφύεται ἀνθρώπῳ* haec adscripsit: „*invidia insita plerisque mortalium est.*"

δύο δ' ἔχων ταῦτα] sc. *ὁ μούναρχος*. Mox cum Schwgh. et Gaisf. scripsi *ὕβρι* e Florent. pro vulg. *ὕβρει*, quod tenuit Matthiae. Ad formam *κεκορημένος* conf. Matth. Gr. Gr. pag. 470.

ἄφθονον ἔδει εἶναι] Citat haec Thomas Mag. s. v. p. 132, ubi *ἄφθονος* explicatur *ὁ μὴ φθονῶν*. — Ad seqq. *φθονέει γὰρ τοῖσι — ζώουσι* Cr. conf. Gerlach. ad Sallust. Catil. 7 pag. 51.

διαβολὰς δὲ ἄριστος ἐνδέκεσθαι] i. e. *calumnias vero facillime admittit.* Wyttenbach. Selectt. Hist. pag. 356. 450 reponi vult *ἀρεστὸς* (pro *ἄριστος*) eo sensu: *qui lubens admittit calumnias.* Qua emendatione haud opus. — Mox cum Gaisford. et Schaef. e Sancrofti libro atque Aldina exhibui *ἀναρμοστότατος*, ut tyrannus indicetur minime

μοστότατος δὲ πάντων· ἤν τε γὰρ αὐτὸν μετρίως θωυμάζῃς, ἄχθεται ὅτι οὐ κάρτα θεραπεύεται· ἤν
9 τε θεραπεύῃ τις κάρτα, ἄχθεται ἅτε θωπί. τὰ δὲ δὴ μέγιστα ἔρχομαι ἐρέων· νόμαιά τε κινεῖ πάτρια,
10 καὶ βιᾶται γυναῖκας, κτείνει τε ἀκρίτους. Πλῆθος δὲ ἄρχον πρῶτα μὲν οὔνομα πάντων κάλλιστον ἔχει, ἰσονομίην. δεύτερα δὲ, τούτων τῶν ὁ μούναρχος

---

congruus aptusve, qui cum reliquis vivat eodemque iure atque consortio gaudeat. Vulgatum *ἀναρμοστότατον* tuetur Schweigh. sic vertens: *quod vero maxime omnium incongruum est.* Quem sequitur Matthiae. Ad ipsam sententiam cf. Euripid. Med. 119 seqq.

ἄχθεται ἅτε θωπί] Herodoti in usu esse *ἄχθεσθαι τῇ ἀρχῇ* et similia observat Wessel., ut II, 103. 175. *θώψ* eodem interprete dicitur *assentator blandus,* ut in Philon. pag. 979 E. 1015 D. Procop. B. Pers. II, 30. Hinc in Bekker. Anecdd. pag. 190, 4. 265, 17: *θωπεία ἡ περισσὴ πρὸς τινὰς κολακεία* et quae plura habet Timaeus Lex. Plat., ubi vid. Ruhnken. pag. 146. — Adde Scholia in Theaet. pag. 26 Ruhnk. Ad argumentum Wess. conferri vult Dion. Chrysost. Or. VI p. 97. — De locutione *ἔρχομαι ἐρέων* conf. nott. ad I, 5.

νόμαιά τε κινεῖ πάτρια] Haec citans Schweigh. in Lex. Her. s. v. *κινεῖν*, addit: „vel potius *κινέει.*" E libris scriptis nihil enotatur. Ad locutionem, ne plura, conf. Xenoph. Agesil. I, 37: *διὰ τὸ τὰς πολιτείας κινηθῆναι.* Add. Hellen. III, 4, 7. — De locutione *βιᾶσθαι*, s. *βιάζεσθαι γυναῖκα* (*mulieri vim inferre*) plura interprett. Thomae Mag. pag. 151 et Phrynich. pag. 70 seq. ed. Lobeck. — Ad voces *κτείνει τε ἀκρίτους* conf. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 237.

Πλῆθος δὲ ἄρχον] Haec ex Euripidis Medea 119 — 130 fluxisse videri monet Wyttenb. Selectt. Hist. pag. 357. Quem eundem ad Cicer. De Nat. Deor. I, 44 conferri vult *Cr.* Ad verba *πρῶτα μὲν — δεύτερα δὲ* conf. Werfer. l. l. pag. 254. Herod. III, 48.

ἰσονομίην] Stobaeus: *ἰσοτιμίην.* Sed vid. Herod. III, 83. 142. Nec convenit sententiae. Nam, ut recte monuit Wessel., *in populari statu laudatur iuris inter omnes aequabilitas.* Idem citat Euripid. Suppl. 433. Hyperid. apud Rutil. Lupum II §. 2 (ubi Ruhnk. comparat Sallust. Catil. 9) Liv. II, 3 et Valcken. ad Euripid. Phoeniss. 541. Tu add. Aristotel. Polit. IV, 4 §. 2 ed. Schneid. et Cicer. De rep. I, 31. Quae iuris aequabilitas cum eo potissimum referatur, ut cuique civi, quando de rebus publicis agatur, in concione animi sensa libere proferre liceat, ac-

11 ποιέει οὐδέν. πάλῳ μὲν ἀρχὰς ἄρχει, ὑπεύθυνον δὲ ἀρχὴν ἔχει, βουλεύματα δὲ πάντα ἐς τὸ κοινὸν ἀναφέρει. Τίθεμαι ὦν γνώμην, μετέντας ἡμέας μουναρχίην, τὸ πλῆθος ἀέξειν· ἐν γὰρ τῷ πολλῷ ἔνι τὰ πάντα.“ Ὀτάνης μὲν δὴ ταύτην τὴν γνώμην

---

cedit inde illa quidem ad *ἰσηγορίαν;* utraque autem maxime pertinet ad popularem imperii statum, sive democratiam. Conf. C. Fr. Hermann. Lehrbuch der Griech. Staatsalterth. §. 66 not. 6, qui idem not. 1 de Democratiae laudibus in universum consulatur ad h. l.

πάλῳ μὲν ἀρχὰς ἄρχει] i. e. *sorte gerit magistratus;* quatenus sc., qui magistratus gerant, sorte eliguntur inter cives eos, qui examine ante instituto, satis fuerint probati; id quod, teste Aristotele in Polit. IV, 7 §. 3 Schneid. pro maximo libertatis indicio per Graeciae civitates liberas habebatur. Ac satis notum est, Athenis potissimum omnes fere magistratus sic sorte fuisse delatos in eoque ipso valde sibi placuisse populum. Aliis locis idem obtinuisse patet ex Tittmann. Darstell. der Griechisch. Staatsverf. pag. 538 coll. pag. 308 — 314, ubi singulos magistratus, sorte Athenis electos, recenset. Add. C. Fr. Hermann. l. l. §. 149 not. 2. Cr. conf. Harencarspel: De tribun. plebis institutione, Trai. ad Rhen. 1820 pag. 2.

ὑπεύθυνον δὲ ἀρχὴν ἔχει] Constituunt haec, vel certe constituere putabantur, naturam reipublicae liberae apud Graecos, ut magistratus singuli muneris rationem populo redderent. Quod Athenis inprimis valuisse nemo est, qui nesciat. — Plurima hanc in rem Tittmann. l. l. pag. 324 seqq. Hinc rex s. tyrannus *ἀνεύθυνος*; vide supra nott.

βουλεύματα δὲ πάντα ἐς τὸ κοινὸν ἀναφέρει] In Graeciae civitatibus liberis omnia ad populum eiusque conciones relata indeque unice suspensa fuisse, ita ut liber populus in concione de omnibus, quae ad civitatem, ad regiminis formam, ad iudicia, alia pertinerent, summo loco decerneret, neminem fugit. Vid. Tittmann. l. l. p. 144 seq. ibiq. Demosthen. in Neaer. p. 1375: *ὁ γὰρ δῆμος ὁ Ἀθηναίων κυριώτατος ὢν τῶν ἐν τῇ πόλει ἁπάντων καὶ ἐξὸν αὐτῷ ποιεῖν ὅ,τι ἂν βούληται κ. τ. λ.* Quare Cicer. De republ. I, 27: „Athenienses quibusdam temporibus sublato Areopago nihil nisi populi scitis agebant. Athenas autem atque Atheniensium rempublicam in Herodoteis potissimum respicienda esse, vix monitu opus.

ἐν γὰρ τῷ πολλῷ ἔνι τὰ πάντα] Haec ad Anaxagorae philosophi praeceptum (*ἐν παντὶ παντὸς μοῖρα ἔνεστι πλὴν νόου*) spectare arbitratur W. Schorn.

Megabyzus Aristocratiam;

81 ἐσέφερε. Μεγάβυζος δὲ ὀλιγαρχίῃ ἐκέλευε ἐπιτρά- 239
πειν, λέγων τάδε· „Τὰ μὲν Ὀτάνης εἶπε, τυραννίδα παύων, λελέχθω κἀμοὶ ταῦτα· τὰ δ' ἐς τὸ πλῆθος ἄνωγε φέρειν τὸ κράτος, γνώμης τῆς ἀρί-
2 στης ἡμάρτηκε. ὁμίλου γὰρ ἀχρηΐου οὐδέν ἐστι ἀξυνετώτερον, οὐδὲ ὑβριστότερον· καί τοι τυράννου ὕβριν φεύγοντας ἄνδρας ἐς δήμου ἀκολάστου
3 ὕβριν πεσέειν ἐστὶ οὐδαμῶς ἀνασχετόν. ὁ μὲν γάρ, εἴ τι ποιέει, γινώσκων ποιέει· τῷ δὲ οὐ γινώσκειν ἔνι. κῶς γὰρ ἂν γινώσκοι, ὃς οὔτ' ἐδιδάχθη, οὔτε

---

in fragmm. Anaxag. (Bonn. 1829) pag. 24.

Cap. LXXXI.

ὀλιγαρχίῃ — ἐπιτράπειν] sc. *τὰ πρήγματα* (*imperium, rerum summam permittere, tribuere*), quod ipsum additum invenio VI, 26. Alia dabit Schweigh. in Lex. Herod. s. v.

τὰ δ' ἐς τὸ πλῆθος κ. τ. λ.] Consul. Matth. Gr. Gr. §. 478 pag. 894. Verba seqq. *γνώμης τῆς ἀρίστης ἡμάρτηκε* illustravit aliquot locis similibus appositis Wyttenbach. ad Plut. Moral. I pag. 99, a *Cr.* laudatus. Indicatur autem *aberratio a sententia proposita, de qua deliberetur, cui obtemperetur.* Mox meliores libri: *ὑβριστότερον* laudatque Matth. l. l. §. 128, 3 pag. 252. Ad ipsam sententiam conf. VII, 156, ubi: *δῆμος συνοίκημα ἀχαριτώτατον.*

ἐς δήμου ἀκολάστου ὕβριν κ. τ. λ.] Tu hisce adhibe Platonica in Polit. VIII, 13 seqq. et Ciceroniana De rep. I, 43 seq. coll. Aristotel. Polit. IV, 4 §. 4: *μούναρχος γὰρ ὁ δῆμος γίνεται σύνθετος εἷς ἐκ πολλῶν κ. τ. λ.*

τῷ δὲ οὐ γινώσκειν ἔνι] Similia quaedam de plebis inscitia rerum administrandarum citat Wesseling. ex Eurip. Suppl. 417. Aeschin. Dial. III, 17.

ὃς οὔτ' ἐδιδάχθη, οὔτε οἶδε καλὸν οὐδὲν, οὐδ' οἰκήϊον] i. e. *qui nec didicerit, nec noverit honestum quidquam, neque conveniens.* Valcken. interpretatur: *qui nihil pulcri honestique novit aut ab aliis edoctus, aut a se ipse, quod sit proprium*, ita ut verba *οἶδε οὐδὲν οἰκήϊον* idem valeant, atque *οὐδὲν οἶδεν οἴκοθεν*, id est *ἐξ αὑτοῦ*. Et plures attulit vir doctus locos, in quibus sibi opponantur *εἰδέναι*, sive *νοῆσαι* et *διδαχθῆναι*. Equidem, qui in huius loci interpretatione Schweigh. secutus sum, malim cum Coraë *οἰκήϊον* h. l. eo sensu accipere, quo alias *καθῆκον, πρέπον* (*honestum, conveniens*), ita ut significatione non valde recedat ab antecedenti *καλὸν*, cuius ipsius ampliandae causa haud scio, an additum omnino videatur. Praeter Isocratis locos a Coraë allatos vid. Schweigh. Lex. Polyb. p. 401.

οἶδε καλὸν οὐδὲν, οὐδ' οἰκήϊον; ὠθέει τε ἐμπεσὼν
τὰ πρήγματα ἄνευ νόου, χειμάῤῥῳ ποταμῷ
ἴκελος; Δήμῳ μέν νυν, οἳ Πέρσῃσι κακὸν νοέουσι,
4 οὗτοι χράσθων. ἡμεῖς δὲ, ἀνδρῶν τῶν ἀρίστων
ἐπιλέξαντες ὁμιλίην, τούτοισι περιθέωμεν τὸ κράτος·
5 ἐν γὰρ δὴ τούτοισι καὶ αὐτοὶ ἐνεσόμεθα· ἀρίστων
δὲ ἀνδρῶν οἰκὸς ἄριστα βουλεύματα γίνεσθαι." Με-
82 γάβυζος μὲν δὴ ταύτην γνώμην ἐσέφερε. Τρίτος δὲ Darius Monarchiam.
Δαρεῖος ἀπεδείκνυτο γνώμην, λέγων· „Ἐμοὶ δὲ τὰ
μὲν εἶπε Μεγάβυζος ἐς τὸ πλῆθος ἔχοντα, δοκέει
ὀρθῶς λέξαι· τὰ δ' ἐς ὀλιγαρχίην, οὐκ ὀρθῶς.
2 Τριῶν γὰρ προκειμένων, καὶ πάντων τῶν λέγω
ἀρίστων ἐόντων, δήμου τε ἀρίστου, καὶ ὀλιγαρχίης,

ὠθέει τε ἐμπεσὼν τὰ πρήγματα ἄνευ νόου] i. e. „*qui deproperet negotia cum impetu sine mente irruens*, de plebe, quae in res publicas tractandas si inciderit, omnia propere transigi temereque confici velit. Hic enim cogitandum de temeritate concionum Graecarum et oratorum impetu temerario, ut dudum monuit Valcken.

χειμάῤῥῳ ποταμῷ ἴκελος] Frequens haec imago apud veteres reperitur. Vid. Homer. Il. II, 144. Alia ad h. l. attulit Valcken. Sophocl. Antig. 727. Cicer. pro Planc. 4. 6; pro Muraen. 17; pro Milon. 2; de provinc. consull. 16. Demosthen. contr. Aesch. fals. leg. pag. 383 Reisk., quem locum, eodem monente Valcken., multi post imitando expresserunt. — „Proclum si audias hic vulgi magis imperium describi dicas, quam populi. Ita enim ille in Platon. Alcib. pr. 18 p. 57: Ὁ μὲν γὰρ δῆμός ἐστι πρὸς ἑαυτὸ συνδεόμενον· ὁ δὲ ὄχλος διεσπασμένον πλῆθος· ὅθεν δὴ καὶ ἐν ταῖς πολιτείαις διαφέρειν λέγουσι τὴν ὀχλοκρατίαν τῆς δημοκρατίας· ἔστι γὰρ ἡ μὲν ἄτακτος καὶ παράνομος καὶ πλημμελὴς, ἡ δὲ ὑπὸ τῶν νόμων τεταγμένη. Ubi plura adposui in imo margine." Cr.

Δήμῳ μέν νυν, οἳ Πέρσῃσι κ. τ. λ.] Haud aliter fere Fabricius, Cineam de Epicuri doctrina disserentem audiens, utinam, inquit, talia curent, qui hostes sint populi Romani, Pyrrhus ac Samnites. Vid. Plutarch. Pyrrh. 20. — Ad formam *χράσθων* conf. Matth. §. 203, 4 p. 375 et ad *περιθέωμεν* ibid. §. 212, 9 pag. 402. De verbi significatione conf. I, 129. — In fine cap. cum recentt. edd. scripsi *οἰκός* pro *εἰκός*.

Cap. LXXXII.

Τρίτος δὲ Δαρεῖος κ. τ. λ.] Quae sequuntur exscripsit Stobaeus Tit. XLVII, 24 p. 325 s. p. 300 T. II Gaisf. Ad verba: *ἐς τὸ πλῆθος ἔχοντα* conf. nott. ad III, 16 fin.

3 καὶ μουνάρχου, πολλῷ τοῦτο προέχειν λέγω. ἀν-
δρὸς γὰρ ἑνὸς τοῦ ἀρίστου οὐδὲν ἄμεινον ἂν φα-
νείη· γνώμῃ γὰρ τοιαύτῃ χρεώμενος, ἐπιτροπεύοι
ἂν ἀμωμήτως τοῦ πλήθεος· σιγῷτό τε ἂν βουλεύ-
4 ματα ἐπὶ δυσμενέας ἄνδρας οὕτω μάλιστα. ἐν δὲ 240
ὀλιγαρχίῃ, πολλοῖσι ἀρετὴν ἐπασκέουσι ἐς τὸ κοινὸν,
5 ἔχθεα ἴδια ἰσχυρὰ φιλέει ἐγγίνεσθαι. αὐτὸς γὰρ
ἕκαστος βουλόμενος κορυφαῖος εἶναι γνώμῃσί τε νι-
6 κᾶν, ἐς ἔχθεα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀπικνέονται· ἐξ ὧν
στάσιες ἐγγίνονται· ἐκ δὲ τῶν στασίων, φόνος· ἐκ
δὲ τοῦ φόνου, ἀπέβη ἐς μουναρχίην· καὶ ἐν τούτῳ
7 διέδεξε, ὅσῳ ἐστὶ τοῦτο ἄριστον. Δήμου τε αὖ ἄρ-
χοντος, ἀδύνατα μὴ οὐ κακότητα ἐγγίνεσθαι. κα-
κότητος τοίνυν ἐγγινομένης ἐς τὰ κοινὰ ἔχθεα μὲν
οὐκ ἐγγίνεται τοῖσι κακοῖσι, φιλίαι δὲ ἰσχυραί· οἱ
γὰρ κακοῦντες τὰ κοινὰ, συγκύψαντες ποιεῦσι.
8 τοῦτο δὲ τοιοῦτο γίνεται, ἐς ὃ ἂν προστάς τις τοῦ
9 δήμου τοὺς τοιούτους παύσῃ. ἐκ δὲ αὐτῶν θωμά-

πολλῷ τοῦτο προέχειν λέγω] τοῦτο, i. e. τὴν μουναρχίην, e proxime antecedenti μουνάρχου mente repetend. — ἑνὸς τοῦ cum recentt. reposui pro mendoso ἑνός του. Ad verba ἂν φανείη conf. Werfer. Actt. philoll. Monacc. I p. 255 et ad seqq.: ἐπὶ δυσμενέας ἄνδρας conf. Matth. Gr. Gr. p. 1169. — Ad locutionem αὐτὸς ἕκαστος (*unusquisque ipse*, s. *solus*) Wessel. laudat Herod. VIII, 10. 123. Aeneam Tact. 4. Tu add. V, 78. VII, 19.

ἀπέβη ἐς μουναρχίην] sc. τὸ πρῆγμα, s. τὸ κράτος. In seqq. ad διέδεξε malim subaudire ἡ μουναρχίη. In utroque autem aoristo (ἀπέβη et διέδεξε) significationem eius, quod fieri plerumque soleat, inesse, monere vix opus. Ad ipsam rem faciunt loci gemini, quos excitavit C. Fr. Hermann. Lehrb. d. Griechisch. Staatsalterth. §. 63 not. 3.

συγκύψαντες ποιεῦσι] i. e. *in idem incumbentes et consentientes faciunt*. Ita Wesseling., qui συγκύψαντες restituit pro mendoso συγκρύψαντες, laudans Herod. VII, 145. Aristoph. Eqq. 850. Quae probans Wyttenb. in Selectt. hist. p. 357. 451, addit: Synes. Epist. 136 p. 273 A. et Lucian. Bis Accus. II p. 796.

ἐκ δὲ αὐτῶν θωμάζεται] In his constituendis Schweigh. et Gaisf. secutus sum. Valcken. pro ἐκ δὲ αὐτῶν maluit ἐκ δὲ αὖ τῶνδε (*postea*), quod receperunt Reiz. et Matth. — Ad verba

ζεται οὗτος δὴ ὑπὸ τοῦ δήμου· θωυμαζόμενος δὲ, 9
ἀν' ὧν ἐφάνη μούναρχος ἐών· καὶ ἐν τούτῳ δη-
10 λοῖ καὶ οὗτος ὡς ἡ μουναρχίη κράτιστον. Ἑνὶ δὲ
ἔπεϊ πάντα συλλαβόντα εἰπεῖν, κόθεν ἡμῖν ἡ ἐλευ-
θερίη ἐγένετο; καὶ τεῦ δόντος; κότερα παρὰ δήμου,
11 ἢ ὀλιγαρχίης, ἢ μουνάρχου; Ἔχω τοίνυν γνώμην, 1
ἡμέας ἐλευθερωθέντας διὰ ἕνα ἄνδρα, τὸ τοιοῦτο
περιστέλλειν· χωρίς τε τούτου, πατρίους νόμους μὴ
λύειν ἔχοντας εὖ· οὐ γὰρ ἄμεινον.“

83 Γνῶμαι μὲν δὴ τρεῖς αὗται προεκέατο· οἱ δὲ
τέσσερες τῶν ἑπτὰ ἀνδρῶν προσέθεντο ταύτῃ. Ὡς
δὲ ἑσσώθη τῇ γνώμῃ ὁ Ὀτάνης, Πέρσῃσι ἰσονομίην
σπεύδων ποιῆσαι, ἔλεξε ἐς μέσον αὐτοῖσι τάδε·
2 „Ἄνδρες στασιῶται, δῆλα γὰρ δὴ ὅτι δεῖ ἕνα γέ
τινα ἡμέων βασιλέα γενέσθαι, ἤτοι κλήρῳ γε λα-
χόντα, ἢ ἐπιτρεψάντων τῷ Περσέων πλήθεϊ τὸν ἂν
3 ἐκεῖνοι ἕλωνται, ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ· ἐγὼ μέν νυν
ὑμῖν οὐκ ἐναγωνιεῦμαι· οὔτε γὰρ ἄρχειν οὔτε ἄρ-
χεσθαι ἐθέλω. ἐπὶ τούτῳ δὲ ὑπεξίσταμαι τῆς ἀρ-

Placet Darii sententia: Otanes a regni contentione discedit, pacta sibi et suis posteris libertate.

---

seqq. ἑνὶ δὲ ἔπεϊ — εἰπεῖν conf. Matth. Gr. Gr. §. 545 p. 1069 et ad formam τεῦ (pro τίνος) §. 152 not. 1.

τὸ τοιοῦτο περιστέλλειν] τὸ τοιοῦτο, intelligit imperium s. dominatum regium. De verbi περιστέλλειν notione conf. II, 147. III, 31. χωρὶς τούτου est: *praeterea*.

Cap. LXXXIII.

Ἄνδρες στασιῶται] Minime *seditiosos* intellige viros, sed qui *eiusdem erant factionis*, s. τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς στάσεως. Monuit Larcher. — Ad ἰσονομίην conf. nott. ad III, 80.

κλήρῳ γε λαχόντα] i. e. *sorte lectum*, *adeptum*. Qui λαχόντα primus recepit pro λαχόντων Wesseling. haec excitavit similia: Aeschyl. S. c. Th. 55. 128. Eumen. 33. Herod. IV, 94. Phil. Const. Princip. p. 722. Tu vid. nott. ad III, 128. — Locutionem ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ Wesseling. comparat cum dicendi formula, quae apud Lysiam occurrit: μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ. Tu vid. Lysiae orat. in Agorat. pag. 512 Reisk.

ἐπὶ τούτῳ δὲ — ἐπ' ᾧ] Cf. III. 48. — Mox cum Gaisf. reposui καθῆστο, quoniam sic libri scripti iubebant. Cf. I, 45. Dictionem ipsam ἐκ τοῦ μέσου καθῆσθαι Wessel. interpretatur: *e medio secedere*, *neutrarum*

χῆς, ἐπ' ᾧ τε ὑπ' οὐδενὸς ὑμέων ἄρξομαι, οὔτε
4 αὐτὸς ἐγώ, οὔτε οἱ ἀπ' ἐμεῦ αἰεὶ γινόμενοι." Τούτου εἴπαντος ταῦτα, ὡς συνεχώρεον οἱ ἓξ ἐπὶ τούτοισι, οὗτος μὲν δή σφι οὐκ ἐνηγωνίζετο, ἀλλ' ἐκ
5 τοῦ μέσου κατῆστο. Καὶ νῦν αὕτη ἡ οἰκίη διατελέει μούνη ἐλευθέρα ἐοῦσα Περσέων, καὶ ἄρχεται τοσαῦτα ὅσα αὐτὴ θέλει, νόμους οὐκ ὑπερβαίνουσα τοὺς Περσέων. 241

84 Reliqui sex quos honores Otani et posteris eius decreverint, quae sibi iura inter se pepigerint: qua ratione regem fieri voluerint.

Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἑπτὰ ἐβουλεύοντο ὡς βασιλέα δικαιότατα στήσονται· καί σφι ἔδοξε, Ὀτάνῃ μὲν καὶ τοῖσι ἀπὸ Ὀτάνεω αἰεὶ γινομένοισι ἤν ἐς ἄλλον τινὰ τῶν ἑπτὰ ἔλθῃ ἡ βασιληΐη, ἐξαίρετα δίδοσθαι ἐσθῆτά τε Μηδικὴν ἔτεος ἑκάστου, καὶ τὴν πᾶσαν δωρεὴν ἣ γίνεται ἐν Πέρσῃσι τιμιω-
2 τάτη. τοῦδε δὲ εἵνεκεν ἐβούλευσάν οἱ δίδοσθαι

---

esse partium. Conf. IV, 118. VIII, 22. 73.

Cap. LXXXIV.

ἐσθῆτά τε Μηδικήν] *Medicam vestem* Acanthiis honoris causa datam Noster scribit VII, 116. Nec aliam esse putem *Persicam vestem*, quam Cilicum regulo honoris causa tribuit Cyrus minor natu ap. Xenoph. Anab. I, 2 §. 27 coll. Aelian. V. H. I, 22 fin. Intelligitur enim *Medica stola*, quae dicitur longa ad talos usque pertinens, vestis sinuosa et complicata, e serico confecta (ut scribit Procop. B. Pers. I, 20), et a Persis, postquam rerum potiti erant, recepta, ita ut et rex ipse et principes Persarum et quotquot alii viri illustres hoc munere honoris pleno ornarentur a rege, illà solemniter uterentur. Pertinet huc, opinor, Herodot. I, 135, ubi Medicam vestem Persas assumsisse scribit; id quod de Persarum primoribus potissimum, meo quidem iudicio, erit intelligendum. Nec alio spectat Cyri maioris edictum in Cyrop. VIII, 1, 40. 3, 1. Quod vero singulis viris tale vestimentum honoris causa a rege tribuitur, id plane congruit cum recentiorum Persarum more, apud quos singulis viris sive primoribus in honorem tale vestimentum, quod *Caftan*, s. *Calat* vocant, a rege concedi solet. Pertinuerunt autem talia haud dubie ad munera illa maxime honorata, de quibus III, 160 et VII, 8 fin. Adhuc in monumentis Persepolitanis conspiciuntur in lapide incisi viri sive Medi, sive Persae, hac stolà induti amplà et maxime plicatà, eàque ipsà discreti ab aliis inferioris conditionis hominibus, qui aliam vestem gestant. Vid. Heeren. Ideen I, 1 pag. 214 seq. et Mongez. Mém. de l'Instit. IV p. 89 seqq. unà cum tabulà adiectà.

ἐβούλευσάν οἱ δίδοσθαι ταῦτα] In binis libris *ἐβουλεύσαν-*

ταῦτα, ὅτι ἐβούλευσέ τε πρῶτος τὸ πρῆγμα, καὶ
συνέστησε αὐτούς. ταῦτα μὲν δὴ Ὀτάνῃ ἐξαίρετα.
3 Τάδε δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐβούλευσαν· παριέναι ἐς τὰ
βασιλήϊα πάντα τὸν βουλόμενον τῶν ἑπτὰ ἄνευ
ἐσαγγελέος, ἢν μὴ τυγχάνῃ εὕδων μετὰ γυναικὸς
βασιλεύς· γαμέειν δὲ μὴ ἐξεῖναι ἄλλοθεν τῷ βασι-
4 λέϊ ἢ ἐκ τῶν συνεπαναστάντων. περὶ δὲ τῆς βασι-
ληΐης ἐβούλευσαν τοιόνδε· ὅτευ ἂν ὁ ἵππος ἡλίου

το, quod amplectuntur Valcken., (qui interpretatur: *re inter se deliberata constituerunt*) Wesseling. et Matthiae. Equidem Schweigh. et Gaisf. sequi malui. Conf. I, 73 ibiq. nott. Quare etiam infra exhibui ἐβούλευσαν (pro ἐβουλεύσαντο) τοιόνδε.

ἄνευ ἐσαγγελέος] Conf. I, 114 ibiq. nott. *Cr.* ad h. l. excitat: „Wesseling. ad Diodor. Sicul. XVI, 47 p. 118. Sainte-Croix Examen critiq. des histor. d'Alexandr. pag. 39 et Coraëm ad Heliodor. Aethiop. X in Animadverss. pag. 348." — Perquam similia his sunt, quae Lucian. De Syr. dea §. 25 p. 110 T. IX ed. Bip. habet, ubi rex ad Combabum: ἀπίξεαι δὲ παρ' ἡμέας ἄνευ ἐσαγγελέος οὐδέ τις ἀπέρξει σε ἡμετέρης ὄψιος, οὐδ' ἢν γυναικὶ ἅμα εὐνάζωμαι.

γαμέειν δὲ μὴ ἐξεῖναι] Nam praeter pellices, quas multas habuere Persarum reges, suas quique habebant uxores legitimas, quibus nati soli ad successionem idonei essent. Vid. I, 135 ibiq. nott. Brisson. de reg. Perss. princip. I, 106 seq. Mox apud Gaisf. invenio συνεπαναστάτων pro συνεπαναστάντων, quod reduxi.

ὅτευ ἂν ὁ ἵππος] „Augurii ex equis capti apud Graecos exemplum vid. ap. Hom. Hymn. in Apoll. 231. seq. ibique Böttiger. in Matthiae Animadverss. in Hymn. Homer. p. 157 seq." *Cr.* Wesseling. observat, videri Persas matutinum legisse tempus, quod solem orientem venerarentur, coll. Procop. B. P. I, 3. — Caeterum in his enarrandis consentit Ctesias cum Herodoto. Ita enim Ille Perss. Excerptt. §. 15: βασιλεύει δὲ τῶν ἑπτὰ ὁ Δαρεῖος, τοῦ ἵππου, καθὰ συνέκειτο ἀλλήλοις, πρώτου μηχανῇ τινι καὶ τέχνῃ, ἐπειδὴ ὁ ἥλιος πρὸς ἀνατολὰς ἐγένετο, χρεμετίσαντος. „Respexerunt hunc et similes locos qui de vocibus animalium praecepta consignarunt Grammatici, qui fere: ἐφ' ἵππων χρεμετίζειν. Vid. Ammon. III, 18 p. 228 Valcken. Tittmanni Praef. ad Zonarae Lex. p. XIII, et quos alios laudavi in Meletemm. e discipl. Antiq. I p. 10 sqq. Olympiodorus in Platonis Alcib. pr. pag. 46: Αὐτὸς (Δαρεῖος) διὰ χρεμετισμοῦ τοῦ ἵππου ἐκτήσατο τὴν ἀρχήν, ubi Herodotum laudat." *Cr.* — De *equis soli sacris* conf. I, 189 ibiq. nott. Ac sponte in

ἐπανατέλλοντος πρῶτος φθέγξηται ἐν τῷ προαστείῳ, αὐτῶν ἐπιβεβηκότων, τοῦτον ἔχειν τὴν βασιληΐην.

85 Solertia Oebaris, Darii equisonis.

Δαρείῳ δὲ ἦν ἱπποκόμος, ἀνὴρ σοφὸς, τῷ οὔνομα ἦν Οἰβάρης. πρὸς τοῦτον τὸν ἄνδρα, ἐπεί τε
2 διελύθησαν, ἔλεξε Δαρεῖος τάδε· „Οἴβαρες, ἡμῖν δέδοκται περὶ τῆς βασιληΐης ποιέειν κατὰ τάδε· ὅτευ ἂν ὁ ἵππος πρῶτος φθέγξηται ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι, αὐτῶν ἐπαναβεβηκότων, τοῦτον ἔχειν τὴν βασι-
3 ληΐην. νῦν ὦν, εἴ τινα ἔχεις σοφίην, μηχανῶ ὡς ἂν ἡμεῖς σχῶμεν τοῦτο τὸ γέρας, καὶ μὴ ἄλλος τις.“
4 Ἀμείβεται Οἰβάρης τοῖσδε· „Εἰ μὲν δὴ, ὦ δέσποτα, ἐν τούτῳ τοί ἐστι ἢ βασιλέα εἶναι ἢ μὴ, θάρσεε τούτου εἵνεκεν, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν· ὡς βασιλεὺς οὐδεὶς ἄλλος πρὸ σεῦ ἔσται· τοιαῦτα ἔχω
5 φάρμακα.“ Λέγει Δαρεῖος· „Εἰ τοίνυν τι τοιοῦτον ἔχεις σόφισμα, ὥρη μηχανᾶσθαι, καὶ μὴ ἀναβάλλεσθαι· ὡς τῆς ἐπιούσης ἡμέρης ὁ ἀγὼν ἡμῖν
6 ἐστι.“ Ἀκούσας ταῦτα ὁ Οἰβάρης, ποιέει τοιόνδε· ὡς ἐγίνετο ἡ νὺξ, τῶν θηλέων ἵππων μίαν, τὴν ὁ

---

mentem venit Taciti in German. 10 §. 6, ubi conf. interprett. *Cr.* Val. addit Delium in: Nachträge zu Sulzers Theorie d. schön. Künste u. Wissenschaft. Vol. VI p. 280.

φθέγξηται] „Vox propria de animalium voce naturali. Vid. Heyn. ad Iliad. XIX, vs. 407. Obss. T. VII pag. 699.“ *Cr.*

Cap. LXXXV.

Δαρείῳ δὲ ἦν ἱπποκόμος] „Differt ab ἱπποφορβῷ. Vid. Platon. Polit. pag. 261 pag. 255 Bekker., annotante etiam Scholiasta ad eum locum in cod. Clark. pag. 78 Gaisf.“ *Cr.* — Ad vocem σοφίην in seqq. conf. III, 4.

ἐν τούτῳ τοί ἐστι] i. e. *si in eo situm est, inde pendet.* Cf. Herod. VI, 109, et quae Valcken. attulit; Euripid. Iphigen. Taur. 1057. Andocid. de Myster. pag. 6, 18. Lys. p. 20.

ὥρη μηχανᾶσθαι] Ex Bacchylideis [cf. Bacchyl. fragmm. ed. Neue nr. XXI pag. 33 seq.]: οὐχ ἕδρας ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς Herodotea fluxisse vult Wessel., idem monens verba seqq. ὡς τῆς ἐπιούσης ἡμέρης ὁ ἀγὼν ἡμῖν ἐστι dicta videri secundum proverbium: νῦν γάρ ἐστ' ἀγὼν (vid. Aristoph. Pac. 275) aut πλησίον ὁ ἀγών. Eiusmodi locutiones de iis, qui ad certamen aliquod se accingant, attigit Casaubon. ad Sueton. Ner. 45.

Δαρείου ἵππος ἔστεργε μάλιστα, ταύτην ἀγαγὼν ἐς
τὸ προάστειον, κατέδησε, καὶ ἐπήγαγε τὸν Δαρείου
ἵππον· καὶ τὰ μὲν πολλὰ περιῆγε ἄγχου τῇ ἵππῳ.
ἐγχρίπτων τῇ θηλέῃ· τέλος δὲ, ἐπῆκε ὀχεῦσαι τὸν 242
86 ἵππον. Ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφαυσκούσῃ, οἱ ἓξ, κατὰ
2 συνεθήκαντο, παρῆσαν ἐπὶ τῶν ἵππων. διεξελαυ-

Darius equi hinnitu factus rex, et statim omine confirmatus.

ταύτην ἀγαγὼν] ταύτην repetitum post praegressum τήν, ut III, 65. 75. Plura Struve Spec. I Quaest. de Herod. dial. pag. 29. — Monet Fischerus ad Weller. I p. 371 et h. l. et cap. seq. perspicuitatis adiuvandae causa vocem θηλέων Nostrum addidisse.

τὰ μὲν πολλὰ περιῆγε ἄγχου τῇ ἵππῳ] περιῆγε cum Schwgh. et Gaisf. dedi pro περιήγαγε, quod retinuit Matthiae. Quod nos reposuimus, placuit quoque Schaefer. ad Dionys. Halic. de comp. verb. p. 208, (quem Cr. laudat), ubi τὰ μὲν cum sequenti πολλὰ iungi vetat, cum sibi cohaereant τὰ μὲν — τέλος δέ; plane ut alibi τὰ μὲν — τὰ δέ. Inde vertit: *et primum quidem saepius.* — Ad ἄγχου conf. I, 190, et ad ἐγχρίπτων (quod cum Gaisf. reposui pro ἐγχρίμπτων, quod Schweigh. et Matth. retinuerunt) conf. II, 60 ibiq. nott. Ad formam θηλέῃ vid. I, 192 et add. C. Grashof. in: Schulzeit. II, 1831 nr. 88 p. 704 not.

ἐπῆκε ὀχεῦσαι τὸν ἵππον] τὸν ἵππον cum Gaisf. dedi, libris scriptis iubentibus. Vulgo τὴν ἵππον, quod Schwgh. et Matth. retinuerunt. Est vero sensus: *immisit equum ad coitum,* ut τὸν ἵππον pendeat ab ἐπῆκε. Sic IV, 30 ἐπιεῖσι τοὺς ὄνους ταῖς ἵπποις. ὀχεύειν, ὀχευτὴς de *equo admissario* dici, pluribus monuit Frommel. in Creuzer. Melett. III pag. 157.

Cap. LXXXVI.

Ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφαυσκούσῃ] E Sancrofti et Vindobon. libro hoc recepit Wesselingius. Schweigh. et Gaisf. potissimum ob Florentini libri auctoritatem dederunt διαφωσκούσῃ. Infra IX, 45 eadem in formula omnes libri διαφαυσκούσῃ. Sed apud Diodorum frequens ὑποφώσκειν et ἐπιφώσκειν, ut loci monstrant a Wessel. collecti ad XIII, 18 (ubi est: τῆς ἡμέρας ὑποφωσκούσης). Significat locutio, interprete Valcken., *postero die, ubi primum illuxit.* Alii scriptores, eodem monente Valcken., ὡς ἡμέρα, s. ὡς ἕως ὑπέφαινε, i. e. *prima luce, cum primum dilucularet,* coll. Gell. N. Att. II, 29 ibiq. Gronov. et VII, 1. — In seqq. οἱ ἓξ sunt *illi sex* coniurati, cum Otanes septimus imperio renunciasset. Sic III, 83 οἱ ἓξ — ἐπὶ τῶν ἵππων est: *equis insidentes,* s. ἐπιβεβηκότες, ut III, 84. 85 dixerat. Conf. etiam IX, 44.

κατὰ συνεθήκαντο] De voce κατά conf. I, 208. — Ad verba: κατὰ τοῦτο — ἵνα conf. III, 64.

νόντων δὲ κατὰ τὸ προάστειον, ὡς κατὰ τοῦτο τὸ
χωρίον ἐγίνοντο ἵνα τῆς παροιχομένης νυκτὸς κατε-
δέδετο ἡ θήλεα ἵππος, ἐνθαῦτα ὁ Δαρείου ἵππος
προσδραμὼν ἐχρεμέτισε· ἅμα δὲ τῷ ἵππῳ τοῦτο
ποιήσαντι, ἀστραπὴ ἐξ αἰθρίης καὶ βροντὴ ἐγένετο.
3 ἐπιγενόμενα δὲ ταῦτα τῷ Δαρείῳ, ἐτελέωσέ μιν,
ὥσπερ ἐκ συνθέτου τεὺ γενόμενα· οἳ δὲ, καταθο-
ρόντες ἀπὸ τῶν ἵππων, προσεκύνεον τὸν Δαρεῖον
87 ὡς βασιλέα. Οἱ μὲν δή φασι τὸν Οἰβάρεα ταῦτα
μηχανήσασθαι· οἳ δὲ, τοιάδε· (καὶ γὰρ ἐπ' ἀμφό-
2 τερα λέγεται ὑπὸ Περσέων·) ὡς τῆς ἵππου ταύτης
τῶν ἄρθρων ἐπιψαύσας τῇ χειρὶ, ἔχοι αὐτὴν κρύψας
ἐν τῇσι ἀναξυρίσι· ὡς δὲ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι
ἀπίεσθαι μέλλειν τοὺς ἵππους, τὸν Οἰβάρεα τοῦτον
ἐξείραντα τὴν χεῖρα, πρὸς τοῦ Δαρείου ἵππου τοὺς
μυκτῆρας προσενεῖκαι· τὸν δὲ, αἰσθόμενον, φρι-
μάξασθαί τε καὶ χρεμετίσαι.

Ocbaris artificium ab aliis aliter narrari.

ἐτελέωσέ μιν] *eum consumarunt*, i. e. *confirmarunt regem*, *inaugurarunt*. Confer I, 120. Wesseling. citat Ep. ad Hebr. II, 10. ὥσπερ ἐκ συνθέτου τευ, i. e. *quasi ex composito*. Citat Thomas Mag. p. 823, ubi haec: σύνθετον οὐ μόνον τὸ συγκείμενον ἔκ τινων, ἀλλὰ καὶ ἡ συμφωνία. Ad προσεκύνεον conf. nott. ad II, 80.

Cap. LXXXVII.

ἔχοι αὐτὴν κρύψας ἐν τῇσι ἀναξυρίσι] i. e. *dicunt — eum manum tenuisse occultatam in braccis*. Cum recentt. edd. rescripsi ἔχοι pro ἔχει, libris sic iubentibus. De verbo ἔχειν, adiuncto participio conf. I, 27. 28. De Persarum braccis, s. ἀναξυρίσι conf. I, 71. Add. VII, 67 et Mongez. Mém. de l'Instit. IV pag. 32 seqq. 48 seq.

ἀπίεσθαι μέλλειν τοὺς ἵππους] *equos* hic intelligit *sex* coniuratorum, de imperio decertaturi qui erant. ἀπίεσθαι simpliciter valet *abire* ad locum certaminis, sive *procedere*. Ad ἐξείραντα conf. Matth. Gr. Gr. p. 454.

φριμάξασθαί τε καὶ χρεμετίσαι] Glossa Herodotea: φριμάξασθαι· φρυάξασθαι, φυσῆσαι. Ac φριμάττεσθαι proprie de *hirco*, φρυάττεσθαι de *equo* dici monent veteres grammatici, Ammonius, De diff. vocabb. p. 144 (ubi vid. Valcken. Animadverss. p. 226), Thomas Mag. p. 901. Sed Herodotum de equi hinnitu φριμάξασθαι dixisse expresse monuit Suidas s. v. coll. Schol. ad Theocr. Id. V, 141. Add. Schaefer. ad Dionys. Halic. De compos. verbb. p.

88 *Δαρεῖός τε δὴ, ὁ Ὑστάσπεος, βασιλεὺς ἀπεδέδεκτο· καί οἱ ἦσαν ἐν τῇ Ἀσίῃ πάντες κατήκοοι, πλὴν Ἀραβίων, Κύρου τε καταστρεψαμένου, καὶ 2ὕστερον αὖτις Καμβύσεω. Ἀράβιοι δὲ οὐδαμὰ κατήκουσαν ἐπὶ δουλοσύνῃ Πέρσῃσι, ἀλλὰ ξεῖνοι ἐγένοντο, παρέντες Καμβύσεα ἐπ' Αἴγυπτον· ἀεκόντων γὰρ Ἀραβίων οὐκ ἂν ἐσβάλοιεν Πέρσαι ἐς Αἴ-3γυπτον. Γάμους τε τοὺς πρώτους ἐγάμεε Πέρσῃσι* 243

Darius imperium in Asianos omnes, praeter Arabas, tenet: uxores ducit primarias IV: monumentum statuit adeptionis regni.

195, et quae alia citat Creuzer. in Melett. I pag. 12. — *χρεμετίζειν* eadem in re narranda adhibuit Ctesias Excerptt. Perss. §. 15 et, monente *Cr.*, Olympiod. in Commentt. in Alcib. I pag. 46. 155.

Cap. LXXXVIII.

Δαρεῖος — ἀπεδέδεκτο] Cum Darius, moriente Cyro, (vid. I, 209) viginti ferme annos esset natus, Cambysis vero ac Magi regnum octo expleret annos, Darium undetriginta annos natum, s. anno 521 a. Chr. n. ad regnum accessisse concludit Larcher. in not. ad h. l. coll. Tab. chronol. VII p. 630. Sed vide quoque disputata ad III, 66. — Malcolm. (Gesch. v. Persien I p. 46. 54 ed. vernac.) Darium habet pro eo, qui a Persis dicatur *Guschtap*. Sed hunc ipsum alii pro *Cyaxare* habent. Vid. nott. ad I, 96 pag. 928.

Ἀράβιοι δὲ οὐδαμὰ κατήκουσαν κ. τ. λ.] *οὐδαμὰ* dedimus pro *οὐδαμᾶ*. Vid. nott. ad III, 10. Citat haec Eustath. ad Dionys. Perieg. 933. Arabes s. incolae eius terrae, quae nunc Yemen vocatur, quamquam vix hominum memoria tam liberi neminique subditi fuisse videntur, quemadmodum h. l. praedicat Herodotus, quem alii post, (ut Diodor. II, 1) secuti sunt, tamen per breve tantum tempus exteris paruisse, cum terrae ipsius conditione satis tuti essent ab aliorum incursionibus dominatuque, bene monet Ritter. Erdkunde II p. 191. Neque enim Darius, neque eius successores, nec ipse denique Alexander in Arabiam felicem usque progressi sunt et Augusti aetate, quae eo missa est Romanorum expeditio duce Acilio Gallo, re infecta rediit, nec ad locorum quidem cognitionem multum profuit, teste Strabone XVI pag. 782 s. pag. 1129 B. coll. pag. 780 s. p. 1126 B. seqq.

ἀεκόντων γὰρ Ἀραβίων] Conf. supra III, 7. 8. Mox cum Schweigh. et Gaisf. e pluribus libris reposuimus *ἐσβάλοιεν* pro vulg. *ἐσβάλλοιεν*, cui patrocinatur censor Ienensis 1817 nr. 164 pag. 374.

Γάμους τε τοὺς πρώτους ἐγάμεε Πέρσῃσι ὁ Δαρεῖος] Dativum *Πέρσῃσι* Schweigh., qui olim addere voluit *ἐν*, post retulit ad *πρώτους*, ut intelligantur nuptiae, *quae Persis primae*, i. e. *nobilissimae* fuerint. Equi-

ὁ Δαρεῖος, Κύρου μὲν δύο θυγατέρας, Ἄτοσσάν τε καὶ Ἀρτυστώνην· τὴν μὲν Ἄτοσσαν, προσυνοικήσασαν Καμβύσῃ τε τῷ ἀδελφεῷ καὶ αὖτις τῷ Μά-
4 γῳ· τὴν δὲ Ἀρτυστώνην, παρθένον. ἑτέρην δὲ Σμέρδιος τοῦ Κύρου θυγατέρα, ἔγημε, τῇ οὔνομα ἦν Πάρμυς. ἔσχε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ὀτάνεω θυγατέ- 90
ρα, ἣ τὸν Μάγον κατάδηλον ἐποίησε. δυνάμιός τε

---

dem hanc vocem (*Persis*, i. e. Persarum quasi in gratiam, s. commodum, apud Persas) adiectam putem ob praegressa, quae de Arabibus Noster retulerat, qui iam ad Persas quasi regressurus et orationem quodammodo interruptam excepturus est. Neque abundare videtur haec vox hoc loco, ubi uxores iustis nuptiis ac legitimo matrimonio iunctae Dario recensentur; quippe quas e solis Persis et quidem ex una Cyri Achaemenisve stirpe regi sumere licuit; unam tantum novimus Estheram, modo huc illa pertineat, quae e simplici pellice in legitimae uxoris locum evecta esse videtur. Vid. Heeren. Ideen I, 1 pag. 468. Memorantur autem h. l. ab Herodoto eae solum uxores, quibuscum Darius ab eo inde tempore erat iunctus, quo regnum adeptus est. Quas quatuor fuisse, eo magis tenendum, cum e Mohamedi instituto quatuor uxores legitime ducere liceat, eiusdemque e decreto quatuor omnino omnium optimae habendae sint uxores. Quod e sanctitate numeri quaternarii apud orientales homines repetendum. Vid. I. de Hammer. Histor. Osman. I p. 565. Filiae Gobryae, quam prius duxerat Darius, nulla h. l. mentio. Cf. VII, 7. „Hic iam principio regni, scribit Iustin. I, 10, Cyri regis filiam in matrimonium recepit, regalibus nuptiis regnum firmaturus, ut non tam in extraneum translatum quam in familiam Cyri reversum videretur.“ De simili Cyri consilio monuimus ad I, 95. Inter Darii uxores autem plurimum valuit *Atossa*, de qua Noster VII, 3: ἡ Ἄτοσσα εἶχε τὸ πᾶν κράτος, coll. III, 133. E Gobryae filia susceperat Darius filios tres, quorum unus Ἀρταβαζάνης (VII, 2), alter Ἀριαβίγνης (VII, 97), tertius, quae Valcken. est suspicio, Ἀρσαμένης vocabatur. Ex *Atossa* idem Valck. dicit Dario natos fuisse *Masisten*, *Achaemenem* et *Hystaspem* (VII, 82. 97. 64); ex *Artystone Arsamen* et *Gobryam* (VII, 69. 72); e *Parmye* unum *Ariomardum* (VII, 78). Ex *Phratagyne*, filia fratris Artanis nati *Abrocomes* et *Hyperanthes* (VII, 224), quod utrumque nomen aeque ac *Phaedymes* (III, 68) nomen cum Graece sonet, in Persis utique miramur cum Valcken. Hammerus l. l. adfert nomen *Fatime*.

δυνάμιός τε πάντα οἱ ἐπι-

5 πάντα οἱ ἐπιπλέατο. Πρῶτον μέν νυν τύπον ποιησάμενος λίθινον, ἔστησε· ζῶον δέ οἱ ἐνῆν, ἀνὴρ ἱππεύς· ἐπέγραψε δὲ γράμματα λέγοντα τάδε·
6 ΔΑΡΕΙΟΣ Ὁ ὙΣΤΑΣΠΕΟΣ ΣΥΝ ΤΕ ΤΟΥ 95
ἹΠΠΟΥ ΤΗι ΑΡΕΤΗι (τὸ οὔνομα λέγων) ΚΑΙ
89 ΟΙΒΑΡΕΟΣ ΤΟΥ ἹΠΠΟΚΟΜΟΥ, ΕΚΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝ ΠΕΡΣΕΩΝ ΒΑΣΙΛΗΙΗΝ. Ποιήσας δὲ ταῦτα ἐν Πέρσῃσι, ἀρχὰς κατεστήσατο εἴκοσι, τὰς

Satrapiarum XX et rei tributariae descriptio a Dario facta: Babylonicum talentum LXX minarum Euboicarum: Darius,

---

πλέατο] i. e. *omnia ei potentiâ complebantur*, s. omne Persarum regnum ipsi redditum, ipsiusque potentia per omnes regni partes stabilita. De plurali ἐπιπλέατο (nam Ionum more dictum pro ἐπίπλαντο) conf. nott. ad II, 96. — τύπον in seqq. notat *arcam*, s. *columnam*, cui equitis figura fuit insculpta. Conf. II, 86. 106. 138. Italus interpres reddit: *un monumento di pietra;* et in nota monet τύπον minime hic significare *statuam*, sed potius „*un basso rilievo.*" — ζῶον quid sit, notavimus ad II, 4. III, 47.

τὸ οὔνομα λέγων] i. e. nomen equi hic erat adscriptum s. indicatum.

Cap. LXXXIX.

ἀρχὰς κατεστήσατο] Agnoscimus in hisce rudimenta interioris quam dicunt administrationis regni Persarum per provincias nunc accuratius descripti, vel potius describi coepti: id quod priores Persarum reges, et Cyrus et Cambyses, pari modo neglexisse videntur. Coniuncta enim est haec provinciarum descriptio, quam Darius instituisse s. ordinasse fertur, cum accuratiori tributorum, quae singulis gentibus provinciisque subditis sint praestanda, distributione, quin ex eâ ipsâ quodammodo nata videri queat, summam regni stabiliendi curam egregie illa quidem prodens. Neque enim fugit regem sapientem, regni administratione non bene ordinata tributisque singulorum populorum non satis accurate constitutis (quae prius, ut dona offerebantur, nec certa, nec ad ullum modum mensuramque adstricta; quo ipso vel magis premebant subditos praefectorum regiorum arbitrio plane expositos), ipsum regnum vix diu stare posse integrum imperiumque brevi acquisitum, mox iam eversum iri. Quae vero Noster de hac Persici regni descriptione retulit, ea ex optimis fontibus pleraque certe fluxisse quamquam non est, quod dubitemus, ad posteriora tamen regni tempora eam non prorsus convenire haud mirum. Cum enim prima talis divisionis rudimenta potius, quam ipsam perfectam omnique parte absolutam descriptionem Darius exhibuerit, postmodo nonnulla mutata aliterve constituta esse quis miretur? Neque unice ad tributa ac vectigalia, ut quibus-

institor; Cambyses, dominus: Cyrus, pater.

2 αὐτοὶ καλέουσι σατραπηΐας. καταστήσας δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ ἄρχοντας ἐπιστήσας, ἐτάξατο φόρους οἵ προσιέναι κατὰ ἔθνεά τε, καὶ πρὸς τοῖσι ἔθνεσι 1
τοὺς πλησιοχώρους προστάσσων, καὶ ὑπερβαίνων

---

dam placuit, haec descriptio spectasse censenda est, ita ut alia quaedam praeterea exstiterit ipsius terrae s. provinciarum descriptio; nam tale quid nunquam in Persarum rebus locum habuisse invenimus, apud quos utrumque potius semper coniunctum fuisse consentaneum est. Neque accurate locorum ac terrarum rationem situmve secuta est haec descriptio, in qua maior ratio habita fuisse videtur terrarum sive gentium, prout illae quidem in Persarum venerint ditionem. Quarum nonnullae post a Persis quae defecerunt, nullum amplius tributum solvisse inveniuntur. Itaque nil mirum, si apud posterioris aetatis scriptores quaedam inveniuntur, cum Herodoteis quae minime congruant, immo ob temporum diversitatem maxime distingui debeant. Sic, uti hoc utar, in singularum satrapiarum numero maxime variant scriptores. Vide, ne plura, Brisson. De reg. Perss. princ. I §. 169. De reliquis consul. Heeren. Ideen I, 1 p. 145 seqq. Rennel. pag. 479 seqq.

καλέουσι σατραπηΐας] De *Satrapae* et *Satrapiae* nomine dixi ad Ctesiam pag. 122. Persicam esse vocem omnes consentiunt; de ipsius etymo ac significatione dissentiunt. Qui ad Hebraicum שְׁדַרְפָּן provocant, ii ad verum propius mihi accessisse videntur. Indicari iidem contendunt *praefectum*, s. *regium portarum custodem*, vel simile quid.

ἐτάξατο φόρους] i. e. *instituit, imperavit tributa, a singulis populis sibi praestanda.* De locutione monuit Siebelis ad Pausan. VIII, 52 §. 2. Tu conf. III, 13. 89.

ὑπερβαίνων τοὺς προσεχέας] i. e. *praetergrediens gentes finitimas, s. vicinas;* ita ut non semper gentes vicinae s. contiguae ad unam eandemque provinciam adscriptae fuerint, sed etiam aliae remotiores, aliis gentibus interiectis separatae et disiunctae. Hoc enim sibi volunt verba: ἄλλοισι ἄλλα τὰ ἑκαστέρω ἔθνεα νέμων, i. e. *ditioni alii alias quoque gentes* (non adiacentes finitimasque sed) *remotiores adscribens.* Sed hoc vix aliquoties factum esse monet Heeren. l. l. p. 146, Rennelii iudicium, quo localis, ut dicunt, tantum fuerit haec provinciarum descriptio, merito reiiciens, quippe ipsius Herodoti verbis refragantibus. Contra exstitit Maltebrun. (Nouvell. Annall. d. Voyag. II pag. 335) provincias longiore intervallo separatas in hac satrapiarum descriptione iunctas fuisse prorsus negans, cum nullum istiusmodi separationis inveniatur exemplum, modo singula rite intelligantur et explicentur. Quae enim in

τοὺς προσεχέας, ἄλλοισι ἄλλα τὰ ἑκατέρω ἔθνεα νέμων. Ἀρχὰς δὲ καὶ φόρων πρόσοδον τὴν ἐπέτειον κατὰ τάδε διεῖλε. τοῖσι μὲν αὐτῶν ἀργύριον ἀπαγινέουσι, εἴρητο Βαβυλώνιον σταθμὸν τάλαντον

---

unam satrapiam fuerint coniunctae terrae, eas omnes sibi conterminas aut certe propinquas fuisse vult, ita ut ibi tantum existant difficultates, ubi nomades commemorentur.

Ἀρχὰς δὲ καὶ φόρων πρόσοδον] Haec ipsa verba adiecta indicare quodammodo videntur, in hac regni divisione non una tributa valuisse, sed omnem reipublicae administrationem, quam dicunt, regem respexisse. Ne vero quis credat, ex hisce tributis singularum gentium, quae Persarum imperio paruerunt, aerarium exstitisse, unde in rempublicam impensae fuerint factae ac militibus, magistratibus salaria stipendiaque soluta; pro orientis more omnia istiusmodi tributa ad regem ipsum, qui pro arbitrio utatur, pertinent. Conf. Heeren. Ideen I, 1 p. 478.

τὴν ἐπέτειον] Post Schaeferum Schweigh. et Gaisf. *ἐπέτεον*, addicente Sancrofti libro, qui III, 95. IV, 26 exhibet *ἐπέτειον*. Equidem utroque loco vulgatam retinere malui. Cf. II, 92. V, 49. Larcherus praetulerat *ἐπέτεον* ob Gregor. Corinth. pag. 440.

Βαβυλώνιον σταθμὸν τάλαντον ἀπαγινέειν] Vox *τάλαντον* ne mutetur in *ταλάντου*, monet Wessel., laudans I, 51. Aelian. V. H. X, 17 et I. Fr. Gronov. De Pecun. Vet. I, 6. Mox reliqui *Εὐβοεικόν*, cuius loco alii *Εὐβοϊκόν*, quae forma apud Polybium, Strabonem, Appianum reperitur. In ipsa re cum Herodoto prorsus consentit Pollux IX, 86, septuaginta Atticas ponens minas; septuaginta duas minas *Atticas* Aelianus V. H. I, 22 Babylonio talento attribuit, cui Noster septuaginta tantum minas *Euboicas* adscribit; unde sequitur, septuaginta duas minas Atticas aequasse septuaginta Euboicas, talentumque Euboicum Attico gravius fuisse eâ fere ratione, quae obtinet inter numerum tricesimum quintum et tricesimum sextum. Itaque minus opus, ut cum Gallo docto (De la Barre in Mém. de l'Acad. d. Inscript. XII p. 226 seqq.) in Herodoti textu refingatur: *ἑβδομήκοντα καὶ δύο μνέας*. Uberior ad h. l. exstat Bellangerii et Larcheri annotatio, illius emendationem hancce probantis, huius illam reiicientis Euboicumque talentum septuaginta minis constitisse indeque Babylonio par ferme fuisse iudicantis. Nec sane multum differre videtur Euboicum et Atticum talentum, quod ipsum sexaginta minas continuisse neminem fugit. Ad nostras mensuras si revocaris, auctore Wurmio De pondd. rationn. etc. pag. 47, pondus minae Atticae est 8214, 28571 gran., talenti Attici 492 857, 1 gran. Paris., itaque mina aequat 0, 891, 3070 libr. Parisin.

ἀπαγινέειν· τοῖσι δὲ χρυσίον ἀπαγινέουσι, Εὐβοει-4κόν. τὸ δὲ Βαβυλώνιον τάλαντον δύναται Εὐβοΐδας ἑβδομήκοντα μνέας. Ἐπὶ γὰρ Κύρου ἄρχοντος, καὶ αὖτις Καμβύσεω, ἦν κατεστηκὸς οὐδὲν φόρου 244
5πέρι, ἀλλὰ δῶρα ἀγίνεον. διὰ δὲ ταύτην τὴν ἐπίταξιν τοῦ φόρου, καὶ παραπλήσια ταύτῃ ἄλλα, λέγουσι Πέρσαι, ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος· Καμβύσης δὲ δεσπότης· Κῦρος δὲ πατήρ· ὁ μὲν, ὅτι ἐκαπήλευε πάντα τὰ πρήγματα· ὁ δὲ, ὅτι χαλεπός τε ἦν καὶ ὀλίγωρος· ὁ δὲ, ὅτι ἤπιός τε, καὶ ἀγα-

---

sive 0,932 7821 libr. Colon. (s. 29 Loth. 3, 3961 Quint. Colon.), talentum 53, 47843 libr. Paris. s. 55,96694 libr. Colon. Aliam Galli docti, Letronne, computationem exhibet Miot, Gallus Herodoti interpres; ex quâ *mina Attica* valet 436,5 grammes recentioris mensurae; *Euboica mina* 448,971 grammes indeque *talentum Euboicum* 26938 grammes sive 26 Kilogrammes, 938 grammes, s. 55 lib. 4 gr. antiqui ponderis.

ἀλλὰ δῶρα ἀγίνεον] Haec verissime dici orientaliumque regnorum conditioni maxime convenienter quivis intelliget. Quippe in quibus hodieque subditi muneribus, quae regi s. principi offerre coacti sunt, magis adeo premuntur, quam tributis ordinariis vectigalibusque. Nec aliter Cyri maioris natu institutum fuisse, res ipsa docet. Confer Heeren. Ideen I, 1 pag. 404. Nec refragatur Herodoteae narrationi de hac tributorum annuorum descriptione a Dario institutâ (conf. Polyaen. VII, 10, 3) illud, quod supra III, 67 Persis Magus concessisse dicitur *ἀτελείην στρατηΐης καὶ φόρου*. Nam ibi non de ordinario ac stato tributo agitur, sed de eo ipso, quod singulis gentibus pro temporum locorumque ratione fuerit impositum, sive doni ad instar quotannis ut penderent imperatum. Strabo XV p. 735 s. 1068 B. ad Darium Longimanum tributorum rationem institutam reiicit.

ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος] Sententia ab orientalium indole loquendive more non aliena et in posteriorum scriptorum libris frequens obvia, ubi Darius ob avaritiam notatur. Plura, monente Wesseling., Spanhem. ad Iulian. Or. I p. 9 et Davis. in Maximi Tyr. Diss. IV pag. 508. Add. Krabinger. ad Synesii orat. de regn. cap. IV p. 154. Probant autem Darii avaritiam vel certe nimium argenti studium ea, quae memoriae produntur I, 187. Ad vectigalia a Dario imposita faciunt Plutarch. II p. 172 F Opp. et Polyaen. VII, 8, 3. — Honorificentius de Dario testimonium Plato praebet Epist. VII p. 332 B.

ὀλίγωρος] Sic dicitur, qui

Populorum in satrapias descriptorum nomina; tributique singulis satrapiis impositi magnitudo.

90 θά σφι πάντα ἐμηχανήσατο. Ἀπὸ μὲν δὴ Ἰώνων, καὶ Μαγνήτων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ Αἰολέων, καὶ Καρῶν, καὶ Λυκίων, καὶ Μιλυέων, καὶ Παμφύλων, εἷς γὰρ ἦν οἱ τεταγμένος φόρος οὗτος, προσήϊε τετρακόσια τάλαντα ἀργυρίου. ὁ μὲν δὴ πρῶτος
2 οὗτός οἱ νομὸς κατεστήκεε. Ἀπὸ δὲ Μυσῶν, καὶ Λυδῶν, καὶ Λασονίων, καὶ Καβαλίων, καὶ Ὑγεν-

---

nullius rei curam rationemve habet, durus ac superbus est. Hinc VI, 137 iunguntur *ὕβρις* et *ὀλιγωρίη*.

ὁ δὲ ὅτι ἤπιος κ. τ. λ.] Eadem de Cyro, qui *patris* appellatione a subditis afficiebatur, praedicant Proclus et Olympiod. in Commentt. ad Platon. Alcib. I pag. 151 seq. II pag. 45. Add. Pausan. VIII, 43 §. 3 ibique Siebelis pag. 335. Diodor. IV, 30. Cicer. De republ. I, 27 ibiq. A. Mai. coll. II, 26. Herodotea attigit Eustath. ad Il. II, 57. Multa de his Gataker. ad Antonin. I, 9 pag. 11. Satis autem notum, quo sensu sibi opponantur *πατὴρ* ac *δεσπότης*, quae quidem appellatio *domini* Graecis semper invidiosa videbatur.

Cap. XC.

Μαγνήτων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ] *Magnetes*, qui in Asia minori ad Maeandrum et Magnesiam prope Sipylum habitabant, distinguuntur ab eiusdem nominis gente, quae in Thessalia sedes habuit. Vid. VII, 173. 183. — Ad *Μιλυέων* conf. I, 173 ibiq. nott. — Ad hanc praefecturam quae adscriptae erant gentes, eae omnes oram Asiae minoris maritimam occidentalem et meridionalem fere totam explent a Troade inde usque ad Ciliciam. Solos Milyenses non ad oram sed intus habitasse, inde forsitan colligi poterit, quod VII, 77 inter copias Xerxis pedestres commemorantur. Dores quoque hac satrapia comprehensos fuisse non dubitamus. Rennelio l. l. pag. 481 eam ob causam videtur rex omnes gentes mari proximas in unam coniunxisse ditionem, quo navales copiae uni potissimum duci ac praefecto essent subditae.

καὶ Λασονίων, καὶ Καβαλίων, καὶ Ὑγεννέων] In his nominibus libri scripti variant. Nos Schweigh. et Gaisf. secuti sumus. Pro *Λασονίων* in Florentino aliisque codd. invenitur *Ἀλυσονίων*. De quo conf. nott. ad IV, 17. Valcken. coniecerat: *Λασονίων τῶν καὶ Καβηλέων καλευμένων*, tum ob VII, 77, ubi haec exstant: *Καβήλεες δὲ οἱ Μήονες, Λασόνιοι δὲ καλεύμενοι*), tum ob Hygennenses, gentem prorsus incognitam. Videntur autem sedes harum gentium in Lydia eiusque ea parte, quae ad Lyciam vergit, esse quaerendae. Conf. Rennel. l. l. pag. 482. *Cabaliam* regionem novit Plinius H. N. V, 28 (ubi vid. Parisot. pag. 341) coll. 32.

νέων, πεντακόσια τάλαντα. νομὸς δεύτερος οὗτος.
3 Ἀπὸ δὲ Ἑλλησποντίων, τῶν ἐπὶ δεξιὰ ἐσπλέοντι,
καὶ Φρυγῶν, καὶ Θρηΐκων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ
Παφλαγόνων, καὶ Μαριανδυνῶν, καὶ Συρίων, ἑξή-
κοντα καὶ τριηκόσια ἦν τάλαντα φόρος. νομὸς τρί-
4 τος οὗτος. Ἀπὸ δὲ Κιλίκων, ἵπποι τε λευκοὶ ἑξή-

Add. Stephan. Byz. s. v. *Hygennenses* quod attinet, Wesselingio in mentem venit regionis Obigenes, quae Lycaoniae fuit pars, teste Plinio l. c. De *Lydis* ac *Mysis* conf. I, 28 ibiq. nott. et VII, 74.

πεντακόσια τάλαντα] Vocem ἀργυρίου, quae in edd. vetustis additur, scripti libri ignorant. Nec dubium, illam mente potius subaudiendam, quam textui inserendam esse. Fines huius satrapiae cum priore multo angustiores videantur, ne quis miretur ei maiorem argenti summam impositam: monet Rennel. l. l. per Lydiam, quae ad hanc satrapiam pertinuit, auri et argenti fuisse metalla fluviumque Pactolum e Tmolo aurum secum ferentem; quo factum, ut Lydiae regum divitiae in proverbium olim cesserint ipsique Lydii primi numos cuderint, teste Herodoto I, 94, ubi vid. nott. Et magis huc pertinet Nostri locus V, 49, ubi Lydos dicit Aristagoras π ο λ υ α ρ γ υ ρ ω τ ά τ ο υ ς optimamque habitantes terram. Cf. annot. in Xanthi *Λυδιακῶν* reliquias in Historicorr. graecc. antiquiss. fragmm. pag. 203 sq. *Cr.*

Ἀπὸ δὲ Ἑλλησποντίων, τῶν ἐπὶ δεξιὰ ἐσπλέοντι] i. e. „*ab Hellespontiis a dextra intro naviganti*, si sc. a Mari Aegaeo Hellespontum petis, ut ad Hellesponti oram Asiaticam intelligantur habitantes. De locutione ἐπὶ δεξιὰ conf. Matth. Gr. Gr. p. 1169; ad participii (ἐσπλέοντι) usum vid. nott. ad II, 11.

καὶ Φρυγῶν κ. τ. λ.] Conf. VII, 72. 73. De *Thracibus Asiaticis* vid. nott. ad I, 28, ubi etiam de *Mariandynis*. Per *Syros* indicari *Cappadoces*, patet ex I, 72, ubi vid. nott. coll. I, 6. V, 49. *Troadem*, e prima satrapia exclusam, Rennel. statuit pag. 483 seq. 485 hac praefectura tertia comprehendi, quae si cum prima et secunda comparetur, multo maioris ambitus esse videatur, licet hae tres satrapiae coniunctae ne unam quidem earum aequent, quales in orientalibus regni partibus fuerint institutae. Complectebatur autem tertia praefectura omnem Asiam minorem orientem versus a Lydia, septentrionem versus a Tauro, ad Pontum usque et Thermodontem fluvium.

Ἀπὸ δὲ Κιλίκων] Iure statuit Rennel. l. l. pag. 485 Ciliciae fines Herodoti aetate latiores fuisse, ut qui orientem versus Euphratem attigerint (V, 52) et occidentem aeque ac septentrionem versus fines terrae posterioris multo superaverint.

κοντα καὶ τριηκόσιοι, ἑκάστης ἡμέρης εἷς γινόμενος, καὶ τάλαντα ἀργυρίου πεντακόσια· τούτων τεσσεράκοντα μὲν καὶ ἑκατὸν ἐς τὴν φρουρέουσαν ἵππον τὴν Κιλικίην χώρην ἀναισιμοῦτο, τὰ δὲ τριηκόσια καὶ ἑξήκοντα Δαρείῳ ἐφοίτα. νομὸς τέταρτος οὗ-
91 τος. Ἀπὸ δὲ Ποσειδηΐου πόλιος, τὴν Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω οἴκισε ἐπ' οὔροισι τοῖσι Κιλίκων τε καὶ Σύρων, ἀρξάμενον ἀπὸ ταύτης μέχρι Αἰγύπτου, πλὴν μοίρης τῆς Ἀραβίων, ταῦτα γὰρ ἦν ἀτελέα,
2 πεντήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα φόρος ἦν. ἔστι 245

τούτων τεσσεράκοντα μὲν καὶ ἑκατὸν κ. τ. λ.] μὲν cum recentt. edd. adieci. Vulgo abest. Attendi vult h. l. Rennel. l. l., ut in quo, quod nuspiam alibi invenimus, equitum manus regiis impensis sustentari dicatur. Fuerunt enim hac in provincia fauces, per quas aditus in Syriam, Aegyptum, reliquas interiores regni partes patuit, et ex iis ipsis rursus in Asiam minorem. In Xerxis copiis Cilices non memorantur; centum tantum naves exhibebant VII, 91. — φοιτᾶν de tributo dicitur, quod in regium redit aerarium. Conf. V, 17 coll. VII, 23.

Cap. XCI.

Ἀπὸ δὲ Ποσειδηΐου πόλιος] Haec urbs duodecim milliaria meridiem versus est sita ab extremo sinu Issico, ubi vulgo Ciliciae et Syriae fines ponuntur; quos ipsos Herodoti aetate magis quam postea meridiem versus porrectos fuisse credibile est. Cf. Steph. Byz. s. v. — De *Amphilocho*, vate celeberrimo, vid. Pausan. II, 18. 20. V, 17. Qui idem in Cilicia *Mallum* urbem condidisse fertur, teste Strabon. XIV p. 675 s. p. 993 A. Lucian. Alexandr. §. 29 Tom. V pag. 92 ed. Bip., aliis. Quin Pamphylii ab iis Graecis originem trahere dicebantur, qui hoc ipso Amphilocho et Calchante ducibus post Troiam captam dispersi alio fuerint appulsi. Conf. Herod. VII, 91. Strab. XIV p. 642 pag. 951 C. — „De Amphilocho, in cuius locum infausta manus Antilochum intulerat, vid. Iacob. ad Luciani Alex. l. l. p. 41 sq. et p. 126 sq.“ Cr.

ἀρξάμενον ἀπὸ ταύτης] i. e. *quod attinet ad omnem istum tractum a Posidonio usque ad Aegypti fines porrectum.* Minus apte cum participii usu Larcherus comparat participia δέον, ἐξὸν, παρόν. De *Arabia* conf. III, 7. 8. 88. Intelligitur, credo, is terrae tractus, qui medius inter Aegyptum et Palaestinam est situs, Idumaea, quae vulgo vocatur, et desertum inter Gazam et Pelusium. Conf. Rennel. l. l. p. 490. De *Syria Palaestina* vid. III, 5 et VII, 89 coll. F. H. Müller. De rebb. Samitt. (Berolin. 1831) pag. 27.

δὲ ἐν τῷ νομῷ τούτῳ Φοινίκη τε πᾶσα, καὶ Συρίη
ἡ Παλαιστίνη καλεομένη, καὶ Κύπρος. νομὸς πέμ-
3 πτος οὗτος. Ἀπ' Αἰγύπτου δὲ, καὶ Λιβύων τῶν
προσεχέων Αἰγύπτῳ, καὶ Κυρήνης τε καὶ Βάρκης,
(ἐς γὰρ τὸν Αἰγύπτιον νομὸν αὗται ἐκεκοσμέατο,)
ἑπτακόσια προσήϊε τάλαντα, πάρεξ τοῦ ἐκ τῆς Μοί-
ριος λίμνης γινομένου ἀργυρίου, τὸ ἐγίνετο ἐκ τῶν
4 ἰχθύων. τούτου τε δὴ χωρὶς τοῦ ἀργυρίου καὶ τοῦ
ἐπιμετρουμένου σίτου προσήϊε ἑπτακόσια τάλαντα·
πρὸς γὰρ δύο καὶ δέκα μυριάσι Περσέων τε

καὶ Κυρήνης τε καὶ Βάρκης] *καὶ* cum recentt. edd. addidi. Ad rem conf. III, 13. Barcaei et Cyrenaei, qui et ipsi Libyes erant, quod h. l. a Libyum gente distinguuntur, Schlichthorst (De Her. Geogr. Afric. p. 139) eos *Libyes* intelligi vult, qui Marmaricam tenuerint, aut qui Libycum nomum, quem dicunt, incoluerint, *Cyrenaeos* autem et *Barcaeos* dici cives tantum urbium Cyrenes et Barces. — In seqq. *ἐκεκοσμέατο* retinui cum Gaisf., qui confert I, 100. IX, 30.

πάρεξ τοῦ ἐκ τῆς Μοίριος κ. τ. λ.] Conf. II, 149 ibiq. nott. Causam, cur hîc proventus lacus Moeridis eximatur a tributo ordinario in regis aerarium redeunte, Diodorus affert I, 52, monente Valck.; cum, quae rex Aegypti fecisset, ea Aegyptiorum ad exemplum Persa quoque fecisse putandus sit.

τούτου τε δὴ χωρὶς κ. τ. λ.] i. e. *praeter hanc igitur argenti summam* (quae sc. e piscium proventu in lacu Moeridis redit) *et praeter frumentum, militibus, quod demetiebantur, ex hac satrapia septingenta* (argenti) *talenta, ut dixi, redierunt.* *ἐπιμετρουμένου* cum Schweigh. et Gaisf. dedi pro *μετρουμένου*. Conf. nott. ad Plutarch. Flamin. 5 pag. 89.

πρὸς γὰρ δύο καὶ δέκα κ. τ. λ.] Haec verba addita putem, ut proxime antecedentia: *καὶ τοῦ ἐπιμετρουμένου σίτου* accuratius explicentur. *πρὸς* absolute accipiendum: *insuper, praeterea.* Itaque hic fere loci sensus: praeter tributa illa (ordinaria sc. atque proventum e lacu Moeridis), Persis in Memphidis arce considentibus eorumque auxiliariis demetiuntur frumenti centum viginti mille portiones (s. centum viginti mille medimnos frumenti). Nam verba *δύο καὶ δέκα μυριάσι* cum sequentibus *Περσέων τε τοῖσι — κατοικημένοισι* coniungere minime licebit. Malim dativum intelligere mensurae, s. portionis inter singulos distributae, et ad *καταμετρέουσι* subaudire *σῖτον*, quod ipsum alias additum invenitur. Neque enim,

τοῖσι ἐν τῷ Λευκῷ τείχεϊ τῷ ἐν Μέμφι κατοικημένοισι καταμετρέουσι, καὶ τοῖσι τούτων ἐπικούροισι. νομὸς ἕκτος οὗτος. Σατταγύδαι δὲ, καὶ Γανδάριοι, 50 *καὶ Δαδίκαι τε καὶ Ἀπαρύται, ἐς τὠυτὸ τεταγμένοι,*

---

quod Aldina offert: *σίτου γὰρ* (pro *πρὸς γὰρ*) recipiendum; nec magis vocem *πυροὺς* in *πρὸς* latere, quae Schaeferi ad Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. pag. 270 est suspicio, equidem crediderim. Ad *μυριάσι* intellig. *μεδίμνοις*, quae vox modo additur, modo omittitur (conf. Schaefer. l. l.). Nam in talibus indicandis Graecos, mensuram et speciem, quippe vulgo notam, haud raro omittere recte observavit Gronovius.

τοῖσι — κατοικημένοισι] De hoc participio conf. I, 27. Memoratur apud Thucydidem I, 104 tertia Memphidis pars, nomine *Λευκὸν τεῖχος*, quod scilicet, monente Scholiasta, reliquae duae urbis partes latere coctili exstructae erant, tertia pars lapidibus. Add. Diodor. Sic. IX, 74. Ad vocem *ἐπικούρους* conf. nott. ad III, 4. — Ipsa tributi summa, quae incluso frumento, vix ad vicies centena millia imperialium nostrae monetae adscendit, haud ita magna videtur Rennelio l. l. p. 525, si quidem tricies centena millia hominum omnino in Aegypto fuisse (ut Diodor. refert I, 31) reputaveris, ita ut in singula capita vix sedecim grossi cadant.

νομὸς ἕκτος οὗτος] Monet Maltebrun. l. l. pag. 337 sex praefecturas antea commemoratas a Persis nomine earum designatas fuisse, quae *trans aquam*, i. e. Euphratem (occidentem versus) sitae sint. Iam Herodotum idem docet subito ad provincias interiores transire, qui a Perside, quae ad nullam praefecturam pertinebat, profectus inde reliquas satrapias recenseat easque eo ordine, qui nobis quidem temere institutus videri queat, ignorantibus scilicet rationes geographicas aliasve, quae Herodotum, ut hoc, nec alio modo, in enarrandis singulis provinciis procederet, commovere potuerint.

Σατταγύδαι — Ἀπαρύται] *Gandarii* et *Dadicae* infra occurrunt VII, 66. *Sattagydae* et *Aparytae* aliunde non cogniti. Has vero gentes omnino ad orientales plagas ultra Sogdianam versus Indi fontes et superiorem huius amnis cursum spectare dixerat Billerbeck. Diffic. geogr. As. pag. 18, improbante Gatter., qui ad superiora loca Iaxartis et Oxi has gentes refert. Rennelio l. l. pag. 513 seq. haec satrapia ab ea, quae decima sexta est in hoc recensu, tribus partibus ita cincta fuisse, ut occidentem versus sedes Parthorum primitivas, septentrionem versus deserta Chorasmiae, meridiem versus Ariam, orientem versus Bactriam tangeret; qui ipsi fines sunt Margianae,

ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν τάλαντα προσέφερον· νομὸς οὗτος ἕβδομος. ἀπὸ Σούσων δὲ, καὶ τῆς ἄλ-

---

quam regionem Noster ignorat. Ad *Gandarios* pertinere vult urbem *Godar*, ad *Aparytas* urbem *Apabarticam*, utramque ab Isidoro memoratam et intra Nisaeam (quam Rennel. habet pro terra Naisabour) et Antiochiam Margianam (quam pro terra Meru habet) collocatam. Ac denique urbem Gandar eandem contendit esse, quae in Dschingischani historia nomine *Kaendar* crebro appelletur. De *Gandariis* obloquitur Larcher. tum in not. ad VII, 66, tum in tab. geograph. Strabonis potissimum ob auctoritatem XV p. 699, s. p. 1024 A., quà Indicam potius censet gentem esse, cuius sedes ad Indum fluvium sint quaerendae. Et Wahl. (Erdbeschreib. v. Ostind. p. 461 sq. 465) longa disputatione efficere studuit, *Gandariorum* gentem *Gandaricamque* regionem non aliam esse atque eam, quam nunc vocant *Kutwer* et *Belour;* cuius gentis tribus quasdam videri *Dadicas* et *Aparytas*, aut certe accolas ea in regione, quae a Bucharia parva usque ad Tibetum parvam pertineat. Ipsum nomen cum Persicis convenire vocibus *Gandaker*, s. *Gundaker*, *Gundware*, s. *Gandware;* quibus omnibus *fortem* hominem significari ac *bellicosum*. *Dadicas* Larcherus ab oriente Bactrianae, et ab occidente Gandariorum collocaverat. Rectius, opinor, I. de Hammer. (Annall. Vienn. XLVI p. 120 coll. LIII p. 25) trans Oxum, in regione Bucharа, quae nunc vocatur, a gente Tadschik habitata ac primitiva Germanorum patria, collocat. [Idem vir doctus in iisdem Annalibus (Vol. LIII pag. 25) hos *Δαδίκας* diserte Germanorum maiores dicit. *Cr.*] Add. Histor. Osman. I p. 616. Ac denique Maltebrun (Annall. Nouv. II p. 337. 338), qui hac satrapia gentes nomades montosas a Persis orientem et occidentem versus contineri Gandariosque ad Pactyicam australem (conf. nott. ad III, 102) se extendisse vult, *Dadicas* atque *Daos* eandem esse arbitratur gentem, quae terras Bactriae vicinas tenuerit, antequam ad Caspium mare migraverit. *Aparytas* probabiliter esse putat Paryatas Ptolemaei; *Sattagydas* vero prorsus ignorari.

νομὸς οὗτος ἕβδομος] Post *νομὸς* cum Schweigh. et Gaisf., abieci *δὲ*, quod vulgo adiectum est quodque retinuit Matth.

ἀπὸ Σούσων δὲ, καὶ τῆς ἄλλης Κισσίων χώρης] Haec praefectura, ambitum si spectes, post Lydicam minima fuit, observante Rennel. l. l. p. 499. Complectebatur eam regionem, quae nunc vocatur *Chusistan*, Babyloniae, Mediae, Persidi et Persico sinui vicinam, una cum *Susis*, quae sedes fuit regia. Cf. VII, 62. 86 et Heeren. Ideen I, 1 pag. 299 seq. Quae olim fuit terra fertilissima ac feracissima, ea nunc deser-

λης Κισσίων χώρης, τριηκόσια· νομὸς ὄγδοος οὗ-
92 τος. Ἀπὸ Βαβυλῶνος δὲ, καὶ τῆς λοιπῆς Ἀσ-
συρίης, χίλιά οἱ προσήϊε τάλαντα ἀργυρίου, καὶ παῖδες ἐκτομίαι πεντακόσιοι· νομὸς εἴνατος
2 οὗτος. Ἀπὸ δὲ Ἀγβατάνων καὶ τῆς λοιπῆς Μη-

---

tis repleta indeque fere incognita recentioribus.

Cap. XCII.

καὶ τῆς λοιπῆς Ἀσσυρίης] *Babyloniam* atque *Assyriam* promiscue dici, iam supra ad I, 192 observavimus et observat h. l. Rennel. p. 497, Assyriam apud Herodotum complecti Assyriam proprio sensu, quae dicitur, Syriam, Mesopotamiam et Babyloniam. Tu conf. I, 192 et VII, 63.

παῖδες ἐκτομίαι πεντακόσιοι] Eunuchorum institutum a Babyloniis Persas accepisse Hellanicus auctor erat, teste Donato in Terent. Eunuch. I, 2, 87, unde iure colligas Babylonios crudelis moris vel auctores omnino fuisse vel certe multum in eo praestitisse aliis gentibus. Nec alienum hoc ab effrenata Babyloniorum libidine, de qua vid. quae attulit Münter. De relig. Babylon. pag. 73.

Ἀπὸ δὲ Ἀγβατάνων καὶ τῆς λοιπῆς Μηδικῆς κ. τ. λ.] Hanc praefecturam, intra Caspium et Persicum mare sitam, et ambitu et coeli solique praestantia in optimis provinciis habendam esse monet Rennel. l. l. p. 500. *Mediam* idem vult Herodoto eam esse, quae posthac Magnae Mediae acceperit appellationem, et quae nunc vocetur Irak Aiami; quae Media minor s. Atropatene postea vocata sit et nunc dicatur Aderbidian, eam Herodoto esse *Matienen*. De *Ecbatanis*, quae urbs in septentrionali provinciae parte erat sita, diximus ad I, 98, ubi etiam de scriptura vocis. *Paricanios* rectius dici *Paretacenos* (quae gens in confiniis huius praefecturae orientalibus a Perside inde usque ad Caspias fauces sedes habuit; conf. etiam Van der Chys Comment. geogr. ad Arrian. pag. 91 et quae supra posuimus ad I, 101 coll. VII, 86), Rennelii est sententia l. l. pag. 501 coll. Maltebrun l. l. pag. 338. Cui obloquitur Larcher. in Tab. geogr. s. v., cum Paretaceni fuerint Medorum una tribus, discernendi igitur a Paricaniis, qui intra Medos et Orthocorybantios sedes tenuisse videantur. Maltebrun l. l. gentem dicit per plures provincias sparsam. Prorsus diversi sunt, qui III, 94 Aethiopibus iunguntur *Paricanii*. *Orthocorybantios* in meridionali praefecturae tractu habitasse Rennel. contendit, ubi nunc terra Kurrimabad. Mihi nihil aliunde constat. Gatter. (in not. ad Billerbeck. Diss. l.) et has gentes et eas, quae proximae provinciae fuerint adscriptae, ab oriente maris Caspii in terris borealibus quaerendas esse statuit; Paricaniorum sedes a me-

δικῆς, καὶ Παρικανίων, καὶ Ὀρθοκορυβαντίων,
πεντήκοντά τε καὶ τετρακόσια τάλαντα· νο-
3 μὸς δέκατος οὗτος. Κάσπιοι δὲ καὶ Παυσίκαι,

---

ridie Iaxartis in medio fere cursu usque ad lacum Aral fuisse videri.

νομὸς δέκατος οὗτος] Monet Maltebrun. l. l. in hisce tribus satrapiis Herodotum ordinem sequi geographicum a meridie ad septentrionem; unde ulterius progredientem ad septentrionem memorare *Caspios* in undecima satrapia, in meridionali et australi Caspii maris tractu habitantes, et *Daritas,* tum temporis circa Caspias portas probabiliter habitantes.

Κάσπιοι δὲ καὶ Παυσίκαι κ. τ. λ.] Has gentes omnes probabiliter meridionalem Caspii maris tractum tenuisse inde a Cyri ostiis usque ad Oxum a Meridie montibus altis clausum, coniicit Rennel. l. l. pag. 502. Nunc terrae vocantur Ghilan, Masanderan sive Taberistan, Korkan, Dahestan. Sed videntur istae gentes posthac suas sedes prorsus mutasse, cum nulla amplius earum inveniatur mentio. Conf. Heeren. Ideen I, 2 p. 290. Ad *Caspios* quod attinet, memorantur illi in Xerxis exercitu VII, 67. 86. Sedes, ut diximus, habuere a meridie Caspii maris, ab oriente et septentrione Mediae. Conf. Rennel. l. l. Billerbeck. l. l. pag. 19 ibique Ptolem. VII, 1, cui add. Melam III, 5 §. 39: „intus sunt ad Caspium sinum *Caspii* et Amazones.“ Quare non placet, quod Gatter. Caspios habitasse vult inter mare Aral et litus Caspii maris Euroaquilonium, in litore meridionali Iaxartis, unde post occidentem versus progressos esse Caspios ea in loca, quae Sarmatarum fuerint, antequam in Europam primo fere post Chr. n. saeculo migrarint. Accuratius de *Caspiorum* gente disputavit Ritter. Erdkunde II pag. 899 seqq. Qui et ipse gentis olim maximae et mercaturâ florentissimae sedes in meridionali Caspii maris, quod inde nomen traxit, tractu usque ad portas Caspias fere fuisse probat, ita ut Persarum aetate terram Ghilan et Derbend tenuisse putandi sint. Posthac autem nomen gentis sensim sensimque evanescere idem subiicit. Nomen, eodem monente, derivatur a *Casp,* quod *montem* significat.

Παυσίκαι] Ita libri scripti omnes praeter Sancrofti codicem, qui exhibet *Παυσοί. Paesicae* apud Pompon. Melam l. l. dicuntur itemque apud Plin. Hist. Nat. VI, 19 (17); unde in Herodoto *Παισίκαι* legi vult I. Voss., quod ipsum continuo recepit Reiz., quem sequitur Matth. Inter Oxum et Iaxartem sedes gentis fuisse statuit I. Voss. Nec dubitat Rennel. l. l. p. 503, quin Herodoti *Pausicae* iidem sint ac Strabonis Pasicae et Ptolemaei Aspasiacae, qui

Παντίμαθοί τε καὶ Δαρεῖται, ἐς τὠυτὸ συμφέροντες, διηκόσια τάλαντα ἀπαγίνεον. νομὸς
4 ἑνδέκατος οὗτος. Ἀπὸ Βακτριανῶν δὲ μέχρι Αἰγλῶν, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα φόρος
93 ἦν. νομὸς δυωδέκατος οὗτος. Ἀπὸ Πακτυϊκῆς

Chorasmiis vicini, orientem versus a mari Caspio habitarint. H. Apetz. (in not. ad Matth. edit.) qui *Paesicos* componit cum Ptolemaei Pascis (*Πάσκαι*), in Sogdianis esse putat, quos Plin. H. N. VI, 17 Scythiae populis adnumerat. Ipse Herodotum scripsisse suspicatur *Πάσκαι καὶ Παντίμαθοι κ. τ. λ.* Gatter. l. l. pag. 20. *Pausicas* et *Daritas* Caspiis a meridie finitimos fuisse statuit. *Daritas* Rennel. l. l. p. 476. 503 cum *Dais* (de quibus vid. nott. ad I, 125) contendit. Nec alia fere Larcheri sententia.

Παντίμαθοι] Huius gentis nulla alibi fit mentio. Maltebrun. l. l. eo inclinat, ut verum gentis nomen fuisse existimet *Parthi-Medae*, cum Parthi Medis admixti fuerint. — In proxime seqq. ad *συμφέροντες* subintellig. *τὸν φόρον*.

Ἀπὸ Βακτριανῶν δὲ μέχρι Αἰγλῶν] Nemo nescit veterum *Bactra* recentiorum esse *Balk*; quamquam provinciae ambitus num omni tempore idem fuerit, minime liquét, praesertim cum, notante Rennel. l. l. pag. 514, Bactriae nomen latius patuerit et omnino regiones orientem versus sitas indicet. De hac terra conf. Bayer. hist. regn. Bactr. §. 4—8. In copiis Xerxis memorantur Bactriani VII, 74. De *Aeglis* nihil quidquam compertum habemus. In extrema Bactria orientem versus, ubi nunc terra *Kil*, *Gil* s. *Kilan*, eos habitasse suspicatur Rennel. l. l. pag. 515. Quod apud Stephan. Byz. legitur: *Αἴγηλοι ἔθνος Μηδικόν* quidam huc referunt. Billerbeck. l. l. p. 15 *Αἰγλῶν* (cuius loco libri quidam *Αἰγδων* coll. VII, 72. 80) corruptum esse iudicat pro *Ἀρείων*.

νομὸς δυωδέκατος οὗτος] Mirum esse h. l. confitetur Maltebrun. l. l. pag. 339, quod in satrapiarum recensu Herodotus ad septentrionales et australes partes subitò conversus Bactrianam praefecturam commemoret; nisi Persarum in his narrationem aut publica documenta fuerit secutus.

Cap. XCIII.

Ἀπὸ Πακτυϊκῆς δὲ καὶ Ἀρμενίων] Conf. III, 102. Herodotum in eo errare pronuntiat Rennel. l. l. pag. 504, quod huius praefecturae fines ad Pontum Euxinum usque extendat, cum Colchi ad nullam satrapiam, reliquae vero gentes ad satrapiam decimam nonam pertinuerint. Infra VII, 67 memorantur *Pactyes* vicini Sagartiis, qui ipsi cum Persis proximi fuisse videantur, Pactyum sedes in regione *Bactearis*, in montibus ad occidentem urbis Ispahan locandas

δὲ, καὶ Ἀρμενίων, καὶ τῶν προσεχέων μέχρι τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου, τετρακόσια τάλαντα. νομὸς τρί-
2 τος καὶ δέκατος οὗτος. Ἀπὸ δὲ Σαγαρτίων, καὶ Σαραγγέων, καὶ Θαμαναίων, καὶ Οὐτίων, καὶ Μύκων,

---

esse suspicatur idem Rennel. At Billerbeck. l. l. pag. 13 ob locos Herodoti III, 102 et IV, 44 *Pactyicam* ad Indum fluvium sitam fuisse vult; cui mox p. 14 not. Pactyes ad Oxi superiora in litore meridionali habitasse probabilius videtur. Tu conf. Heeren. Ideen I, 2 pag. 289 et Maltebrun l. l. pag. 340, qui Pactyicam hancce in terris Caucasiis plerumque ab Armeniorum imperio dependentibus sitam fuisse contendit. — De Herodoti *Armeniâ*, angustioribus finibus inclusâ, vid. I, 180 ibiq. nott. et V, 52. E Strabon. XI p. 530 s. pag. 802 B. Larcher. affert, Armenios praeter tributi summam regi quotannis ad Mithrae festum obtulisse viginti mille equos pullos.

Ἀπὸ δὲ Σαγαρτίων] Huius satrapiae ambitu Persidem propriam includi, sitam inter Sarangaeos et Persicum sinum atque ordinario tributo exemtam teste Herodoto III, 97, haud iniuria observare videtur Rennel. l. l. pag. 508. — De *Sagartiis*, quos incolas regionis Zagatai esse suspicatur idem Rennel., diximus ad I, 125. In Media aquilonia habitasse non improbabile videtur Gatter. (ad Billerbeck. l. l. pag. 16). Gentem nomadum in Perside propria fuisse statuit Maltebrun. l. l. pag. 340.

καὶ Σαραγγέων] *Sarangas* Rennel. l. l. collocat in terra *Zarang*, s. *Sihistan*, ut nunc appellatur. Tu vid. VII, 67. III, 117 et potissimum Heeren. Ideen I, 1 pag. 334. Ritter. Erdkunde II pag. 18 seqq. 21 seqq. Nam celebratur haec regio in antiquis Persarum traditionibus sacrisque libris sive carminibus, quippe quae heroum sedes et deorum quasi patria fuerit. Quod vero Valcken. ad III, 117 Σαράγγας et Δράγγας pro una eademque gente habet, vix dubium videbitur pronuntiationem literae *Sain* spectanti. Inde recte Drangas in eadem regione Zarang collocat Van der Chys Commentt. geogr. ad Arrian. pag. 79.

καὶ Θαμαναίων] *Thamanaeorum*, qui infra quoque III, 117 commemorantur, sedes accuratius indicare non audet Rennel. l. l. Billerbeck. l. l. pag. 14 ad medium Oxum eos habitasse censet, quos Maltebrun. l. l. pro Carmaniae incolis habet; nec alio spectat Valckenaerii hariolatio ad III, 117, ubi pro Θαμαναίων coniicit Καρμανίων.

καὶ Οὐτίων, καὶ Μύκων] *Utios* Rennel. l. l. probabiliter eosdem esse dicit atque *Uxios*, qui Bactearis terrae sint confines. Uxios, et montanos et campestres, gentem bellicosam a septentrione Persidis, ubi hodie *Ascion* s. *Asciat*, in montibus, qui Persidem a Media seiungunt, habitare notat

καὶ τῶν ἐν τῇσι νήσοισι οἰκεόντων τῶν ἐν τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ, ἐν τῇσι τοὺς ἀνασπάστους καλεομένους κατοικίζει βασιλεύς, ἀπὸ τούτων πάντων ἑξακόσια τάλαντα ἐγίνετο φόρος. νομὸς τέταρτος καὶ

Van der Chys Comment. geogr. ad Arrian. pag. 68. Sed monet Billerbeck. l. l. p. 17 Utios diversos esse ab Uxios, qui Susianis sint finitimi; ab oriente maris Caspii potius sedes suas habuisse et *Utios* et *Mycos*, qui iidem iunguntur VII, 68. Maltebrun. l. l. *Utios* pro tribu habet Uxiis subdita in montibus Persidem inter et Susianam; *Mycos* vero, quorum etiam apud Stephan. Byz. fit mentio, in terra, quae nunc Moghistan dicitur, habitasse existimat. Ac videtur sane et Mycorum et Utiorum gens Thamanaeis finitima Oxum versus sedes tenuisse; nec absonum est, quod Heerenius Ideen I, 2 pag. 289 protulit, Utios videri eos, qui Turcorum patres feruntur et per medium aevum vocantur Uzen. Quo autem iure statuat Mannert. in Geogr. Gr. et Romm. V, 1 pag. 11. 12 Sarangaeos, Thamanaeos, Utios Mycos et insularum, quae mox apud Herodotum vocantur, incolas vixisse in iis Indiae partibus, quae Persarum sub ditione fuerint, ipse viderit.

τῶν ἐν τῇσι νήσοισι οἰκεόντων τῶν κ. τ. λ.] Persici sinus intelligi insulas, plerasque parvas ambitu, de quibus etiam VII, 80, vix dubium. Quae insulae olim Phoenicum commercio insignes, postera aetate Venetis quoque forum praebebant Indicarum praesertim mercium huc advectarum indeque ulterius transportatarum. Mannert. l. l. pag. 11 Persici sinus insulas hic intelligi negat, quippe longius remotas ab iis gentibus, de quibus h. l. sermo sit; quare insulas Indo fluvio propiores vel in ipso Indo sitas intelligendas esse contendit. — De *rubro mari*, s. sinu Persico, conf. nott. ad I, 180. Suspicatur autem Rennel., cum hae insulae minores sint, satrapiae indicationem imperfectam esse, quippe ad quam etiam regiones Persico sinui adiacentes pertinuerint.

τοὺς ἀνασπάστους καλεομένους] *ἀνάσπαστοι* dicuntur, qui e patrio solo aliorsum abducuntur et relegantur pro eo more, qui per orientem obtinuit, vel singulos viros illustres, vel integras nationes devictas, sedibus patriis motas, alia in loca multo remotiora transferendi. Tu vid. Herod. IV, 204 ibiq. Wessel. VI, 12. 9. 32. VII, 80. Ctes. Persicc. Exc. §. 9. 40. Dorvill. ad Charit. pag. 393. Gesen. ad Iesai. XXXVI, 16. — Ac mirari subit, haec ipsa loca, ad quae relegatos detrudebant Persae, saeculo decimo tertio post Chr. n. barbaris in terram continentem irrumpentibus, refugium praebuisse incolis terrae continentis, qui insulam, cui nomen Ormuz, occupaverunt.

δέκατος οὗτος. Σάκαι δὲ καὶ Κάσπιοι πεντήκοντα καὶ διηκόσια ἀγίνεον τάλαντα. νομὸς πέμπτος καὶ δέκατος 4 οὗτος. Πάρθοι δὲ, καὶ Χοράσμιοι, καὶ Σόγδοι τε

Σάκαι] De *Sacis* diximus ad I, 153. Vid. VII, 64. 96 coll. VI, 113. IX, 71. Ad Scytharum stirpem pertinent, quos ipsos Sacarum nomine apud Persas designari testis est Herodotus VII, 64. Namque hac appellatione communi quotquot gentes, per deserta illa magna, quae a septentrione regni Persici extenduntur, vagantur more nomadum, comprehendi credibile est. Addam hic, quae Ritter. Vorhalle etc. p. 264. 265 protulit, Sacarum nomen ab initio probabiliter non gentis fuisse, sed ad religionem spectasse cultumque, ita ut gentes hostiles, septentrionem et occidentem versus, quae sensim sensimque ad Tanain usque pertinuerint, communibus sacris utentes, communi *Sacarum* nomine, vocati ac Gelonorum stirpem, Budinorum, Sauromatarum, aliarum complexi fuerint. — Iam vero hoc Herodoti loco tribum quandam Persis subditam (cum reliqua gens satis fuerit libera) intelligere malim, quam Rennel. l. l. p. 515 in Sogdiana orientali intra superiores Oxi et Iaxartis regiones, in terra Kotlan et Saganian circa Imai montes habitasse censet Bactrianis finitimam.

Κάσπιοι] Sic omnes libri, plane ut VII, 86. Quo utroque loco cum, qui supra III, 92 et VII, 97 vocantur Caspii, intelligi nequeant, Reiz. (Praef. p. XVI seq.) correxit *Κάσπειροι*, Stephani Byz. auctoritate fretus, qui ex Herodoti libro tertio *Κάσπειρον*, Parthorum urbem, Indiae finitimam citat. Rennelio l. l. pag. 516 et Larchero *Casios* intelligere placuit, s. incolas eius regionis, quae *Κασία χώρα* vocatur apud Ptolem. VI, 15, Sacis et Sogdianis contermina, nunc cognita nomine Kashgur et ad Buchariam minorem pertinens. De incolis Caucasi Indici non longe remotis ab urbe Caspatyro, (de qua vid. ad III, 102) cogitat Maltebrun. l. l. p. 341.

νομὸς πέμπτος καὶ δέκατος οὗτος] A satrapia decima quinta inde notat Maltebr. l. l. p. 341 enumerationem sequi earum provinciarum, quae a Cyro in interiori Asia acquisitae, serius Persarum regno sint adiectae.

Πάρθοι δὲ καὶ Χοράσμιοι καὶ Σόγδοι τε καὶ Ἄρειοι] Quae hic memorantur gentes, coll. VII, 61. 64. 66, eae omnes iudice Rennel. p. 512 unius eiusdem sunt stirpis a Media septentrionem et orientem versus propagatae, meridiem versus intra Caucasum et Taurum. *Sogdi* intra Oxum et Iaxartem ea in terra, quae nunc vocatur Soghd s. Samarkand, habitabant; *Chorasmii* in ea, cui nunc nomen Chowaresm; *Arii* in terra Herat; Parthi tractus montosos intra Hyrcaniam, Margianam, A-

καὶ Ἄρειοι, τριηκόσια τάλαντα. νομὸς ἕκτος καὶ
94 δέκατος οὗτος. Παρικάνιοι δὲ, καὶ Αἰθίοπες οἱ ἐκ 246
τῆς Ἀσίης, τετρακόσια τάλαντα ἀπαγίνεον· νομὸς
2 ἕβδομος καὶ δέκατος οὗτος. Ματιηνοῖσι δὲ, καὶ
Σάσπειρσι, καὶ Ἀλαροδίοισι διηκόσια ἐπετέτακτο
3 τάλαντα. νομὸς ὄγδοος καὶ δέκατος οὗτος. Μό-
σχοισι δὲ, καὶ Τιβαρηνοῖσι, καὶ Μάκρωσι, καὶ Μο-

---

riam et Chorasmiorum desertum Herodoti aetate tenuisse videntur. Conf. III, 117. Quos Parthos in universum pro Persis haberi vult vir doctus quidam in Hermes XXXI, 1 pag. 101. — „De Ἀρείοις conf. Symbol. et Mytholog. I pag. 736 ed. sec., ubi Herodotum VII, 62 attigi. Add. I. de Hammer. in Annall. Vienn. Vol. IX p. 33 seqq." *Cr.*

Cap. XCIV.

Παρικάνιοι δὲ, καὶ Αἰθίοπες οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης] Quum *Aethiopes Asiatici* ob VII, 70 prope Indiam in terra Makran, Haur aliisque sint collocandi, *Paricanios* minime pro Barcaniis, qui in regione Balkan habitarint, habendos esse monet Rennel. l. l. pag. 517, sed videri potius et ipsos in Gedrosia sive terra Makran habitasse, ubi urbs Purah, quae Alexandri aetate memoretur, caput forsitan fuerit. Pro Colchis habuit Larcherus, quem refellit Schwgh., qui ob VII, 68, ubi cum Utiis et Mycis, Erythraei maris incolis nominantur Paricanii, eos vicinos his ipsis gentibus fuisse statuit. Ad Indum fluvium adeoque in Gedrosiae et Carmaniae regionibus sedes *Aethiopum Asiaticorum* quaerendas esse contendit Billerbeck. l. l. p. 15 praesertim cum in his terris etiamnum homines facie nigricanti inveniantur. Nec aliter fere Maltebrun. l. l. p. 342. — Conf. III, 92.

Ματιηνοῖσι δὲ κ. τ. λ.] Voculam δέ cum Schweighaeus. et Gaisf. inserui. De *Matienis* diximus ad I, 72, de *Saspiribus* ad I, 104. Hoc addo, Maltebr. l. l. Matienos collocare in iis terris, ubi lacus Ourmiah, Saspires in Caucaso circa urbem Erivan, ut nunc appellatur. *Alarodii,* qui iidem VII, 79 vocantur, vicinas his gentibus sedes occupasse videntur. Qui utrum pro Alanorum maioribus sint habendi, quaerit Ritter. Erdkunde II pag. 849. 922.

Μόσχοισι δὲ, καὶ Τιβαρηνοῖσι κ. τ. λ.] Haec satrapia, observante Rennel. pag. 507, orientem versus usque ad Phasidis et Cyri fontes pertinebat, occidentem versus usque ad Thermodontem fluvium et Pontum Euxinum, a meridie Armeniae montibus terminabatur. Atque cum Xenophon. in Anabas. V, 3 seqq. has easdem fere gentes nominet ab oriente occidentem versus proficiscens per terras Macronum, Mosynoecorum, Chalybum et Tibarenorum, Herodotus VII, 78 Rennelio vide-

συνοίκοισι, καὶ Μαρσὶ, τριηκόσια τάλαντα προεί-
4 ρητο. νομὸς εἴνατος καὶ δέκατος οὗτος. Ἰνδῶν δὲ πλῆθός τε πολλῷ πλεῖστόν ἐστι πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ἀνθρώπων, καὶ φόρον ἀπαγίνεον πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαν-

---

tur gentium nomina confudisse. *Moschi* apud Xenophontem non occurrunt, sed apud Herodotum VII, 78. De montibus Moschorum conf. Strab. XI p. 492 s. 754 A. et XII p. 521. 548 s. 793 A. et 825 B. Alia dabit Tzschucke ad Pompon. Mel. III, 5 §. 4 pag. 139 seq. *Tibarenos* novit Xenophon. Anab. V, 5, 1, ubi consul. Krüger. De *Macronibus* dixi ad II, 104. Maltebr. l. l. has gentes, unam post alteram, habitasse statuit in montibus Caucasi ad Caspium mare usque pertinentibus. *Moschos* et *Tibarenos* vocat quoque Pompon. Mela I, 2 §. 54.

Μ ο σ υ ν ο ί κ ο ι σ ι] Recentt. edd. dederunt *Μο σ σ υνοίκοισι* e Sancrofti libro, Stephan. Byz. s. v. et Herod. VII, 78. Apud Xenoph. (Anab. VI, 4, 1 coll. V, 5. 1. VII, 8, 27) eadem varietas lectionis. Equidem cum Krügero scriptionem per unum σ vetustiorem habeo, indeque h. l. praetuli *Μοσυνοίκοισι*. Et conf. Strab. XI, 14 p. 528 s. 801 A. Sedes gentis in montibus prope Pontum Euxinum erant, septentrionem versus a Chalybum regione, et Tibarenis proximae.

καὶ Μαρσὶ] Edd. vetustae *Μάρδοισι*; libri scripti ex parte *Μαρσοῖσι* sive *Μάρσοισι*, ut Florentinus. Quod nunc legitur, ex Is. Vossii coniectura fluxit ad Mel. I. 2 §. 54. Nam *Mares*, qui VII, 79 iidem memorantur, Mosynoecis contermina gens, teste Steph. Byz. s. v. Unam gentis tribum in montibus Caucasi occidentalibus, alteram in Armenia sedes habuisse vult Maltebrun. l. l.

Ἰνδῶν τε πλῆθος κ. τ. λ.] Conf. III, 98. Plane eundem in modum Ctesias Indd. Excerptt. §. 1 Indos dicit *πλείους σχεδὸν συμπάντων ἀνθρώπων*, consentiente Strabone II p. 130 s. p. 192 A. et Arrian. Ind. VII, 1.

πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους] i. e. *prae reliquis omnibus*, ut II, 35. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 1182. Schwgh., qui prius interpretatus erat: *pro ratione aliorum omnium*, nunc substitui vult (in Lexic. Herod.): *contra quam*, s. *supra quam reliqui omnes.*

ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα ψήγματος] *ramenta auri* intelligit s. pulverem aureum, qualem e montibus auriferis fluvii secum ferunt. Cf. I, 93. III, 95. 98. V, 101. Caeterum haec summa CCCLX talentorum auri (sive IV MDCLXXX argenteorum talentorum) nimia videtur Rennelio, cum e Babylonia et Assyria, quae omnium ditissima fuerit praefectura, mille tantum talenta redirent; sed respiciendum, opinor, quod Indis fluvii de montibus multum auri ad-

95 τα ψήγματος. νομὸς εἰκοστὸς οὗτος. Τὸ μὲν δὴ ἀργύριον τὸ Βαβυλώνιον πρὸς τὸ Εὐβοεικὸν συμ- Argentum ex tributis, Euboica talenta 9880: auri ad argentum

---

vehebant. De India auri ditissima testatur Ctesias Exc. Ind. §. 12, ubi vid. nott. pag. 300.

Cap. XCV.

Τὸ μὲν δὴ ἀργύριον κ. τ. λ.] Ad formam *συμβαλλεόμενον* cf. nott. ad I, 68. Mox pro *εἶναι* cum Schweigh. et Gaisf. dedi *γίνεται*, dudum sic iubente Reiz. in Praef. pag. XIX. Benedictus maluerat *εἴη ἄν*. Matth. retinuit *εἶναι*. — Babylonicum talentum, quod supra vidimus ad III, 89, LXXII Atticas minas continere, ita conveniet cum Euboico, ut numerus 26938 cum numero 31428 sive numerus senarius cum septenario. Cum vero h. l. Herodotus 9540 talenta Euboica effici dicat 7740 talentis Babylonicis (qui numerus existit computatis singulis singularum satrapiarum tributis), sequitur, 43 talenta Babylonica convenire cum 53 Euboicis, ita ut quatuor Babylonica paria ferme sint quinque Euboicis. Haud fugit Rennelium l. l. p. 525. Equidem annotasse satis habeo; nam qui talia nunc rite componere velit? Mox pro *τεσσεράκοντα καὶ πεντακόσια καὶ εἰνακισχίλια τάλαντα* in Sancrofti libro invenitur: *ὀγδώκοντα καὶ ὀκτακόσια*, ita ut oriatur numerus 9880, qui sanequam necessarius est ad conficiendam eam summam 14560 talentorum, quam Noster infra protulit, cum talenta argenti 9540 aurique 4680 efficiant tantum summam talentorum 14220. Larcherus Sancrofti libri lectionem, in qua recipiendâ dubitabat Reizius Praefat. p. XIX, arripuit, nec Schweighaeusero displicet *ὀκτακόσια*, e cuius annotatione haec transscribere liceat: „In unum collectis numeris omnibus, qui in recensu tributorum ex XIX praefecturis redeuntium diserte indicantur, prodit summa 7740 talentorum Babyloniorum; quae pro ratione 60 ad 70, quam cap. 89 docuit auctor, conficiunt Euboica talenta 9030; quibus si adieceris 4680 ex India redeuntia, habebis summam 13710. Denique his 13710 si adieceris 240 fere talenta, quae ex Moeride lacu (cap. 91 coll. cum II, 149 extr.) redibant, conficiuntur 13950 talenta. Itaque, nisi in numero 14560 (sub finem huius cap.) erratum fuerit, intelligi par est, aut in superiorum numerorum particularium aliquo sive aliquibus peccatum fuisse, aut 610 illa talenta, quae complendae summae 14560 desunt, ad reliquam summam adiecta esse tanquam pretium frumenti, ab Aegyptiis eorumque finitimis ad alenda centum et viginti hominum millia conferendi, de quo cap. 91." — Gallus interpres Miot Herodoteos numeros sic explicare studet, ut hac summa non solum contineatur summa tributorum, quae singulis praefecturis imposita fuerit, sed alii quoque reditus, ut v. c. ex piscatu in lacu Moeridis. Sed haud scio an verba adversentur Herodoti subsequentia: *τὸ δ' ἔτι*

proportio, tredecupla Herodoti tempore: subducta summa omnium tributorum.

βαλλεόμενον τάλαντον γίνεται τεσσεράκοντα καὶ
2 πεντακόσια καὶ εἰνακισχίλια τάλαντα. τὸ δὲ χρυσίον τρισκαιδεκαστάσιον λογιζόμενον, τὸ ψῆγμα εὑρίσκεται ἐὸν Εὐβοεικῶν ταλάντων ὀγδώκοντα καὶ ἑξακο-
3 σίων καὶ τετρακισχιλίων. τούτων ὦν πάντων συντιθεμένων τὸ πλῆθος, Εὐβοεικὰ τάλαντα συνελέγετο ἐς τὸν ἐπέτειον φόρον Δαρείῳ μύρια καὶ τετρακισχίλια καὶ πεντακόσια καὶ ἑξήκοντα· τὸ δ' ἔτι τού-

---

τούτων ἔλασσον, ἀπιεὶς οὐ λέγω. Utut est, Herodoti talenta 14560, notante Heeren. Ideen I, 1 p. 480 aequant ferme centies quinquaginta vel sexaginta centena millia imperialium.

τὸ δὲ χρυσίον τρισκαιδεκαστάσιον κ. τ. λ.] Computationem iustam esse nemo non videt; nam 360 talenta ramentorum auri pro ratione tredecupla conficiunt sane 4680 talenta argenti Euboica. Ac variam fuisse auri ad argentum rationem pro minori vel maiori eius abundantia monet Wesseling. Ita v. c. Platonis aetate duodecupla fuit (vid. Hipparch. p. 231 D.) Menandri comici aetate (vid. Pollux IX, 76) decupla. Constantini aetate ad quindecuplam adscendit, sub Theodosio iuniore ad octodecuplam; apud Romanos inter Caesaris et Diocletiani tempora duodecupla s. undecupla fuit et paulo ante tredecupla. Qualis medio aevo fuerit ratio, nunc mittimus; in praesentia per Galliam quindecupla esse dicitur. Vid. quem Miot citat Letronne Considerat. génér. sur l'eval. d. monn. Gr. et Romm. (Paris 1817) p. 103 seq.

τὸ δ' ἔτι τούτων ἔλασσον ἀπιεὶς οὐ λέγω] „*ut minorem numerum mittam, qui hanc summam excedit.*" Ita Schweigh., nec aliter uterque Gallus interpres. Et recte ad sensum, si quid video, cum Herodoti ea sit mens, ut, quae praeter haec tributa antea commemorata summae his ipsis tributis inferiores in regium aerarium deveniant, eas se hic silentio praetermittere dicat. Huiusmodi minora quaedam vectigalia praeter ordinaria tributa, recenset v. c. Heeren. Ideen I, 1 pag. 482. Iam vero si omnium horum redituum summam ducas talentisque 14560 addas, auctore Rennelio l. l. p. 524 seq., 700 talenta pro frumento Aegyptio, 1000 pro Arabum tributis, 2000 pro Persarum, Aethiopum, Colchorum donis, existit summa talentorum 18260, quae aequant ducenties centena millia imperialium. Quae omnium totius Persarum regni redituum summa nimis exigua videtur Rennelio itemque Robertsono (Ueber d. Kenntn. der Alten v. Indien. pag. 193 ed. vern. Forster.), qui inde concludit, auri argentique pretium illa aetate multo fuisse maius. Sed optime monet eius

96 των ἔλασσον ἀπιεὶς, οὐ λέγω. Οὗτος Δαρείῳ προσήϊε
2φόρος ἀπό τε τῆς Ἀσίης, καὶ τῆς Λιβύης ὀλιγαχόθεν.
προϊόντος μέντοι τοῦ χρόνου, καὶ ἀπὸ νήσων προσήϊε
ἄλλος φόρος, καὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μέχρι Θεσσα-
3λίης οἰκημένων. Τοῦτον τὸν φόρον θησαυρίζει ὁ
βασιλεὺς τρόπῳ τοιῷδε. ἐς πίθους κεραμίνους τή- 1
ξας καταχέει· πλήσας δὲ τὸ ἄγγος, περιαιρέει τὸν
4κέραμον. ἐπεὰν δὲ δεηθῇ χρημάτων, κατακόπτει
τοσοῦτο ὅσον ἂν ἑκάστοτε δέηται.

Tributum aliud tempore post rediens ex insulis Graecis et locis Europae usque ad Thessaliam: pecunia quomodo in thesauros condita.

97 Αὗται μέν νυν ἀρχαί τε ἦσαν, καὶ φόρων ἐπι-

Persae a tributis immunes: Ae-

---

censor ibid. pag. 526 praeter haec tributa regi solvenda etiam singulis provinciis multa alia praestanda fuisse tum in praefectos satrapasve, tum in milites per provinciam distributos provinciaeque impensis sustentandos. Quae minime hoc regio tributo comprehendi censenda sunt; nec exigua ea ipsa fuisse, unus Nostri locus I, 192 satis monstrare potest de quotidiano Babylonici satrapae reditu. Cf. Heeren. Ideen I, 1 pag. 481.

Cap. XCVI.

τῆς Λιβύης ὀλιγαχόθεν] i. e. *ex paucis quibusdam Libyae regionibus.* De voce *Libyae,* quae modo latiori sensu de omni, quam nos dicimus, Africâ, modo angustiori de ora Africae boreali maritima ab Aegypto usque ad Syrtes apud Herodotum inveniatur, monuit Rennel. l. l. p. 567 coll. Schlichthorst. p. 14. 15. et nott. ad II, 17. Hoc loco de Libyae sensu arctiori atque inprimis de Cyrene et Barce, quae III, 91 vocantur civitates Libycae Aegypto conterminae, cogitandum.

ἀπὸ νήσων] Insulas intelligo Aegaei maris Asiae proximas indeque regis ditioni adiectas.

ἐς πίθους] Ex hoc modo argenti aurique conservandi, praesertim si, quae IV, 166 narrantur, respexeris, haud iniuria colligi quodammodo poterit, argentum aurumve signatum sive monetam, Persis ante Darium sive incognitam, sive nullo certe in usu fuisse videri, ut qui primus aureos numos, Daricorum nomine post insignes, procudi iusserit non quidem ad vitae commerciive usum aut regias impensas, sed potius eo consilio, ut memoriam suam hoc pacto ad posteritatem transmitteret virosque bene de se meritos aliquo insigni munere remuneraretur; quamquam post Darium in communem quoque usum hos numos venisse satis superque constat. Nec alios numos, quam istiusmodi memoriales in Neopersarum regno sub Sophis procusos fuisse monet Heeren. Ideen I, 1 p. 481. Tu conf. etiam Rennel. l. l. pag. 526.

thiopum Aegypto finitimorum, et Colchorum, et Arabum dona.

τάξιες. ἡ Περσὶς δὲ χώρη μούνη μοι οὐκ εἴρηται δασμοφόρος· ἀτελέα γὰρ Πέρσαι νέμονται χώρην.
2 Οἵδε δὲ φόρον μὲν οὐδένα ἐτάχθησαν φέρειν, δῶρα δὲ ἀγίνεον. Αἰθίοπες οἱ πρόσουροι Αἰγύπτῳ, τοὺς Καμβύσης ἐλαύνων ἐπὶ τοὺς Μακροβίους Αἰθίοπας κατεστρέψατο· οἳ περί τε Νύσην τὴν ἱρὴν κατοί-
3 κηνται, καὶ τῷ Διονύσῳ ἀνάγουσι τὰς ὁρτάς. οὗτοι οἱ Αἰθίοπες, καὶ οἱ πλησιόχωροι τούτοισι, σπέρματι μὲν χρέωνται τῷ αὐτῷ τῷ καὶ οἱ Καλαντίαι 247
4 Ἰνδοί· οἰκήματα δὲ ἔκτηνται κατάγαια. οὗτοι

Cap. XCVII.

ἡ Περσὶς δὲ χώρη] Intelligitur *Persis propria*, quae dicitur, s. terra *Fars*, s. *Farsistan*, Susianae vicina, de qua plura Heeren. l. l. p. 192 seqq. Hanc vero tributorum immunitatem ad omnes decem Persarum tribus supra I, 25 commemoratas spectasse iure monet Rennel. l. l. pag. 508.

δῶρα δὲ ἀγίνεον] Conf. nott. ad III, 89. De Aethiopibus et Cambysis expeditione contra eos vid. III, 17. Rennel. l. l. p. 572 hos Aethiopes a Cambyse subactos pro Nubiis habet.

Αἰθίοπες οἱ πρόσουροι Αἰγύπτῳ κ. τ. λ.] Citat haec Eustath. ad Odyss. p. 1386, 8 s. 13, 14. De *Nysa* diximus ad II, 146.

σπέρματι μὲν χρέωνται τῷ αὐτῷ τῷ καὶ οἱ Καλαντίαι] Alterum τῷ abiecit Gaisf. Sine causa idonea, libris invitis. Nam utrumque apud Herodotum obvium, qui, monstrante Struve Spec. I Quaest. de Herod. dial. I pag. 25, in hisce modo solam particulam καὶ posuit, modo relativum pronomen addita hac particula. — De *Calantiis* vid. III, 38. De semine cum nihil quidquam alibi relatum inveniatur, haec vero gens Indica parentes suos devorare supra dicatur, Valcken. pro *σπέρματι* coniecit *σήματι*, i. e. *τάφῳ*; Wesselingius ad parentum comedendorum morem respiciens maluerat *ἔργματι μὲν χρέωνται*, i. e. *eodem facinore defunguntur, quo Indi Calatiae.* Quorum neutrum placuit Schweigh., qui apud Athen. III, 110 E. memorari dicit *τὸ ἐν Αἰθιοπίᾳ γιγνόμενον σπέρμα*; coll. Polluce VI, 73 et Hesychio s. v. *Ὀρίνδην*, ita ut h. l. *oryza*, sive *milii* quoddam genus, infra quoque III, 100, (ubi vid. nott.) commemoratum, intelligatur. Idem consuli vult Denon. Voyag. en Egypt. pag. 75. Schweighaeuserum sequitur Italus interpres. Vernaculus interpres reddit: „— haben *dieselbigen Todtenbräuche* wie die Calatier.

οἰκήματα δὲ ἔκτηνται κατάγαια] Conf. IV, 183 de Troglodytis Aethiopibus.

συναμφότεροι διὰ τρίτου ἔτεος ἀγίνεον, ἀγινέουσι δὲ καὶ τὸ μέχρι ἐμεῦ, δύο χοίνικας ἀπύρου χρυσίου, καὶ διηκοσίας φάλαγγας ἐβένου, καὶ πέντε παῖδας Αἰθίοπας, καὶ ἐλέφαντος ὀδόντας μεγάλους εἴκοσι. Κόλχοι δὲ ἐτάξαντο ἐς τὴν δωρεὴν, καὶ οἱ προσε-

---

δύο χοίνικας ἀπύρου χρυσίου] aurum purum intelligitur, quod coctum non est, quale ex fluviis auriferis provenit, aut in desertis sabulosis reperitur. Conf. nott. ad I, 50. De auri pulvere cogitat Larcher. ob choenicis mensuram adhibitam.

διηκοσίας φάλαγγας ἐβένου] i. e. *ducentos ebeni truncos.* Vid. III, 114, ubi et ebenum et elephantos in Aethiopiae bonis memorat. Nostrum locum attigit Plinius H. N. XII, 4 coll. Eustath. ad Il. p. 469, 2 s. 357, 30. Apud Hesychium *φαλάγγ.* sunt *στρογγύλα ξύλα καὶ σύμμετρα* et apud Schol. Apollon. Rhod. II, 845 *φάλαγξ, τὸ ἐπίμηκες καὶ στρογγύλον ξύλον* et quae sequuntur comparanda cum iis, quae apud Nonium pag. 163 leguntur: „*Phalangae* dicuntur fustes teretes etc.“ Sponte in mentem venit Nostrum *Planken.*

ἐλέφαντος ὀδόντας μεγάλους εἴκοσι] Plinius H. N. VIII, 3: Praedam ipsi in se expetendam sciunt solam esse in armis suis, quae Iuba cornua appellat, Herodotus tanto antiquior et consuetudo melius, dentes.“ Ad quem locum nunc monet doctissimus Cuvier. (pag. 407 seq. T. VI ed. Panckouck.), controversiam de natura dentium maiorum (Galli vocant *défenses*) elephanti nuper admodum fuisse agitatam, Iubaeque opinionem, quae eadem sit Pausaniae, invenisse patronos vel recentiori aetate, quamquam non dubium, quin potior sit Herodoti sententia, cum revera sint *dentes*, minime cornua. Ebur idem Cuvier. addit vix differre ab ea materia interiori, quae in dentibus insit, dentesque illos maiores insertos esse ori dentes incisivos gerenti. De magnitudine dentium Idem attulit recentiorum duo testimonia, unde patet dentes vel centum libr. ponderis superasse. Elephantos in Africa frequentes reperiri, unde ebur potissimum ad Europam fuerit allatum per Phoenices, pluribus exposuit A. G. de Schlegel. Ind. Bibl. I, 2 pag. 137 seqq. 141 seqq., qui idem l. l. pag. 145 observat, Herodotum primum esse inter Graecos scriptores, apud quem *ἔλεφας* de ipso elephanto positum inveniatur.

ἐτάξαντο ἐς τὴν δωρεὴν] i. e. „*Colchi ipsi* [se] *ad donationem ordinarunt.*“ Ita Wessel. subiiciens, ferre sic morem in ultronea tributi et donorum collatione, ut infra: *οὗτοι ὦν δῶρα τὰ ἐτάξαντο* et supra 13 (ubi vid. nott.) IV, 35. 165.

χέες μέχρι τοῦ Καυκάσιος οὔρεος· ἐς τοῦτο γὰρ
τὸ οὖρος ὑπὸ Πέρσῃσι ἄρχεται· τὰ δὲ πρὸς βορῆν
ἄνεμον τοῦ Καυκάσιος Περσέων οὐδὲν ἔτι φροντί-
6 ζει. οὗτοι ὦν δῶρα, τὰ ἐτάξαντο, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ
διὰ πεντετηρίδος ἀγίνεον, ἑκατὸν παῖδας, καὶ ἑκα-
7 τὸν παρθένους. Ἀράβιοι δὲ χίλια τάλαντα ἀγίνεον
λιβανωτοῦ ἀνὰ πᾶν ἔτος. Ταῦτα μὲν οὗτοι δῶρα
πάρεξ τοῦ φόρου βασιλέϊ ἐκόμιζον.

98 Τὸν δὲ χρυσὸν τοῦτον τὸν πολλὸν οἱ Ἰνδοί,
ἀπ' οὗ τὸ ψῆγμα τῷ βασιλέϊ τὸ εἰρημένον κομίζου-
2 σι, τρόπῳ τοιῷδε κτέωνται. Ἔστι τῆς Ἰνδικῆς χώ-
ρης τὸ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ψάμμος. τῶν γὰρ
ἡμεῖς ἴδμεν, τῶν καὶ πέρι ἀτρεκές τι λέγεται, πρῶ-
τοι πρὸς ἠῶ καὶ ἡλίου ἀνατολὰς οἰκέουσι ἀνθρώ-

India, prima regio ad orientem: quo tractu sabulosa et vasta: eius multae gentes, lingua dissonae, victu et moribus diversae: Indorum Ichthyophago-

---

Καυκάσιος οὔρεος] In duobus libris *Καυκάσοιο* a *Καύκασος*, quod invenitur I, 203. 204. IV, 12. Sed I, 104 *τὸ Καυκάσιον ὄρος*. In nostro loco Steph. Byz. s. v. agnoscit *Καυκάσιος*.

ἐς τοῦτο γὰρ τὸ ὄρος ὑπὸ Πέρσῃσι ἄρχεται] Hoc verissime dici monet Heeren. Ideen I, 1 pag. 148, cum septentrionem versus Persarum regnum Ponto Euxino, Caspioque mari et Caucasi montibus inter utrumque mare positis terminaretur; qui fines a nemine ante Zingis-Chan. sunt superati.

ἑκατὸν παῖδας] Etiamnum e regionibus Caucasiis in Aegyptum mitti, quos Mammalucos vocant, milites eximios insignique et corporis robore et formositate docet Rennel. l. l. pag. 525 not.

Ἀράβιοι δὲ χίλια τάλαντα] Exscripsit Eustath. ad Dionys. Perieget. 923. Mox cum Schwgh. et Gaisf. dedi *ταῦτα μὲν οὗτοι δῶρα*, ubi vulg. *ταῦτα μὲν ὦν δῶρα*, quod retinuit Matthiae.

πάρεξ] Apud Homerum invenitur *παρέκ* et *παρέξ* promiscue; apud Herodotum unice *πάρεξ* idque paroxytonon. Plurima hanc in rem attulit Grashof. in: Schulzeit. II 1831 p. 515 seqq. Et monuerat quoque de accentu Fischer. ad Weller. III, 6 p. 272. Conf. III, 91. 117. Nec aliter *πέριξ* III, 158. IV, 15, ubi cf. nott. — *πάρεξ τ. φ.* est: praeter imperatum aliis tributum, ut Wessel. explt.

Cap. XCVIII.

τὸ εἰρημένον κομίζουσι] Cf. III, 94.

πρῶτοι πρὸς ἠῶ καὶ ἡλίου ἀνατολὰς — Ἰνδοί] Ctesias Ind. 1 ultra Indos habitare negans mortales cum Herodoto convenit itemque Strabo XI p. 130 s. p. 192 A. — De Herodoti atque Ctesiae India Tu vid. Excurs. II ad h. l.

πων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἰνδοί· Ἰνδῶν γὰρ τὸ πρὸς τὴν ἠῶ ἐρημίη ἐστὶ, διὰ τὴν ψάμμον. Ἔστι δὲ πολλὰ ἔθνεα Ἰνδῶν, καὶ οὐκ ὁμόφωνά σφισι. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν νομάδες εἰσί· οἱ δὲ, οὔ. οἱ δὲ ἐν τοῖσι ἕλεσι οἰκέουσι τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἰχθύας σιτέονται ὠμοὺς, τοὺς αἱρέουσι ἐκ πλοίων καλαμίνων ὁρμεώ-

rum navigia singula e genu arundinis et vestes ex phleo.

Ἰνδῶν γὰρ τὸ πρὸς τὴν ἠῶ ἐρημίη ἐστὶ, διὰ τὴν ψάμμον] Ne quis hoc miretur, bene monet Heeren. Id. I, 1 p. 367 Indiam, qualem certe Noster novit, et septentrionalem et meridionalem in deserta exiisse, illam in deserta *Cobi*, quae dicuntur, hanc in regionem sabulosam, quae inde a terra Guzerat usque ad Multan pertineat; unde factum, ut Herodotus omnem Indiam orientem versus desertis terminari crederet. Rennelio l. l. p. 519 hoc loco desertum *Iesselmere* s. *Registan* indicari videtur. Conf. etiam Maltebrun. Annall. Nouvell. d. Voyag. II p. 322 seq.

Ἔστι δὲ πολλὰ ἔθνεα Ἰνδῶν, καὶ οὐκ ὁμόφωνά σφισι] Heeren. l. l. I, 3 pag. 295 de Indorum ordinibus (*Casten* vocant) disserens, easque ad diversas gentium stirpes revocans, haec Herodoti verba eo magis respici vult, quo verius illa dicta videantur ei, qui quam diversae sint gentes communi Indorum nomine vulgo comprehensae, satis noverit. Ut enim in multis aliis rebus nec levibus maxime differunt hae gentes, ita hoc quoque ipsum, quod non una illae lingua utantur eademque, luculento est documento, diversae stirpis Indorum esse gentes.

οἱ δὲ ἐν τοῖσι ἕλεσι οἰκέουσι τοῦ ποταμοῦ] Indum fluvium, in cuius paludibus hae gentes habitent, intelligi manifestum est. Quare cum Heeren. Id. I, 1 p. 361 huius gentis sedes circa ipsa Indi ostia posuerim iuxta Arabitas, ad quos forsitan pertinuit. Nec movet me Maltebrunii auctoritas, qui l. l. p. 325 hanc gentem quippe piscibus fruentem ratibusque exiguis utentem ad superioris Indi ripas habitasse contendit.

ἐκ πλοίων καλαμίνων ὁρμεώμενοι] Quod Wesselingio in mentem venerat ὁρμευόμενοι (ab ὁρμεύω *hamo pisces capto*), quodque Pauwio ὁρμιώμενοι (ab ὁρμιὰ *linea, hamus,* unde ὁρμιάομαι *hamo capio*); hoc utroque non opus. Vulgatam Schweigh. Latine sic reddit: *navigiis ex arundine confectis insectantes* et in nota ad h. l.: *navibus arundineis ad capiendos pisces exeuntes;* in quo Gaisfordio displicet vox *exeuntes*, cum ὁρμῶμαι significet *initium motus ortumque alicunde capio*, indeque Herodoti verba potius valeant: *e navigiis arundineis piscantur*, s. *utuntur navigiis arundineis ad captandos pisces.* Larcherus scribi vult ὁρμεόμενοι, ut unus Parisinus liber affert.

4 μενοι. καλάμου δὲ ἓν γόνυ πλοῖον ἕκαστον ποιέεται. οὗτοι μὲν δὴ τῶν Ἰνδῶν φορέουσι ἐσθῆτα φλοΐνην· ἣν, ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοῦν ἀμή-

---

καλάμου δὲ ἓν γόνυ πλοῖον ἕκαστον ποιέεται] Haec ipsa, opinor, Plinius respexit de Indica arundine praeter alia sic scribens Hist. Nat. XVI, 36: „Arundini quidem Indicae arborea amplitudo; — navigiorumque etiam vicem praestant, si credimus, singula internodia etc.“ et VII, 2: „arundines tantae proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant. Multos ibi quina cubita constat longitudine excedere.“ Quae de arundinis genere, cui nomen *Bambus*, intelligenda esse, bene ad h. l. monuit Cuvier., addens hanc arundinem maximis arboribus non cedere altitudine, crassitie et soliditate, cuius una quaedam species, *Bambus arundinacea*, ad sexaginta pedes adeoque amplius in altitudinem porrigatur. Primarius de Indica arundine locus exstat apud Ctesiam Exc. Ind. 6, ubi antiquiorum scriptorum congessi testimonia (in quibus praecipue consul. praeter Plin. l. l. Diodor. II, 17 med. XVII, 90. Strab. XV. pag. 710 s. 1037 C. Theophrast. Hist. Plant. IV, 11 p. 159 Schneid.), et quae a recentioribus disputata sunt, indicavi. Tu vid. inprimis Salmas. Exercitt. Plinn. pag. 1019 seq. 1052 seq. Schneider. ad Theophrast. l. l. p. 371. Wahl. Erdbeschr. v. Ostind. pag. 765 et Heeren. Ideen I, 1 pag. 360, quocum plane faciendum esse puto, ut arundo Indica, cuius apud Herodotum mentio fit, pro *Bambi* arundine habeatur, quae ipsa in iis Indiae regionibus, ad quas Herodoti narrata proxime spectant, maxime proveniat. *Bambusam* et *Calamum Rotang* Linnei a Sprengel. Hist. Bot. I p. 171 intelligi, ex Schneideri annotatione l. animadverti.

φορέουσι ἐσθῆτα φλοΐνην] *τε*, quod post *ἐσθῆτα* vulgo legebatur, cum recentt. edd. sustuli. Sequens *ἣν*, quod si retinueris, ad *καταπλέξαντες* erit referendum, aliquot libri omittunt, probante Struve Spec. I Quaest. de dial. Herod. pag. 22, quippe qua voce importuna eiecta omnia optime procedant, cum Herodotus in talibus plerumque *ἀσυνδέτως* loqui soleat.

ἐσθῆτα φλοΐνην] Docet Wessel. Atticis *φλέως*, Ionibus *φλοῦς* herbam esse palustrem, scirpi instar (Nostrum *Bast*), auctore Polluce X, 178, ubi *ἐσθὴς φλοΐνη* (*vestis scirpea*, s. *ex phleo*), coll. Pausan. VIII, 22, etc. Schweigh. laudat Niebuhr. Itin. II p. 70 ibique tab. aen. XII fig. C. Attigit Heeren. l. l. I, 3 pag. 328 seq. vestimenta apud Indos antiquissimo aevo ex arborum cortice parata, atque Herodoto et Ctesiae Ind. 22 commemorata; qualia anachoretarum aut poenitentiam agentium supplicantiumve hominum fuisse e Sa-

σωσι καὶ κόψωσι, τὸ ἐνθεῦτεν φορμοῦ τρόπον κα-
99 ταπλέξαντες, ὡς θώρηκα ἐνδυνέουσι. Ἄλλοι δὲ τῶν
Ἰνδῶν πρὸς ἠῶ οἰκέοντες τούτων, νομάδες εἰσὶ,
κρεῶν ἐδεσταὶ ὠμῶν· καλέονται δὲ Παδαῖοι.

Indi Padaei vivunt carnibus crudis: aegrotos et senes mactant et epulantur. 248

---

contalae carmine Indico patet; quae eadem sub sole siccare solebant, humiditati ut resisterent. [„Conf. Philostrat. de Vita Apollonii III, 16. Liber. legum auctore Menu s. Manu cap. VI vs. 6. Carmen Indicum Ramayana lib. I Stroph. 30 et Kosegarteni Annot. in version. german. fabulae scenicae Nalae (Nali) pag. 288 sq." *Cr.*] Sed apud Ctesiam l. l. *ξύλινα ἱμάτια* haud scio an eiusmodi intelligenda sint vestimenta, qualia supra III, 47 Herodotus indicaverat *εἴρια ἀπὸ ξύλου*, i. e. ex *cotoneo* s. *gossypio* (*Baumwolle*) confecta. Vid. nott. ad Ctes. pag. 326 et ad Herod. III, 47.

φορμοῦ τρόπον καταπλέξαντες] i. e. *corbis ad instar pertexentes.* Locutionem repetiit Pausan. VIII, 22 §. 4, ubi conf. Siebelis. Glossa Herodotea ad h. l. *φορμός· πλέγμα ὡς κόφινος.* — Ad formam *ἐνδυνέουσι* conf. Matth. Gr. Gr. pag. 448.

Cap. XCIX.

καλέονται δὲ Παδαῖοι] De Padaeis interpretes laudant Tibull. IV, 1. 144, et Nicol. Damascen. ap. Stob. p. 105, 31. E Reliquiis Histor. univers. pag. 144 ed. Orelli cf. eundem in Supplement. Notarr. in Nicol. Damasc. pag. 70 sq. Larcherus cum Rennel. l. l. pag. 519 *Padaeos* et *Gangarios* pro una eademque gente habet, quae utraque a Gange fluvio, qui idem *Padus* s. *Padda* in sanscridana lingua appelletur, nomen acceperit; ita ut Padaeorum gens ad Gangem eiusque ostia sit releganda. Contra in montibus septentrionalibus hanc gentem feram Tartaris conterminam quaerendam esse censet Vincent. apud Rennel. l. l. pag. 720. Heeren. Ideen I, 1 pag. 364. *Padaeos*, qui ab oriente Indorum ichthyophagorum, s. ab oriente ostiorum Indi fluvii sedes habuerint, in terra statuit collocandos esse, quae nunc vocatur Guzeret, ubi fluvius *Paddar*, ad cuius ripas gens palans nomen invenerit. Nec longe hinc abesse notat deserta ampla sabulosa, usque ad terram Multan porrecta, in quibus et antiquo et recentiore aevo gentes maxime rudes ac ferae domicilium habuerint, quales Noster Calatiarum s. Calantiarum nomine supra III, 38, (ubi vid. nott.) indicarit. Cui obloquitur Maltebrun. Nouvell. Annall. II p. 326. 329, cum Padaeorum sedes in montibus superioris terrae Paniab meridiem versus a terra Kaschmir quaerendae sint; utramque vero gentem Padaeorum et Calatiarum, quos ultimos ad orientem Herodotus norit, non tam Indicae videri vult stirpis, quam Scythicae.

2 νομαίοισι δὲ τοιοῖσδε λέγονται χρᾶσθαι. ὃς ἂν κάμῃ
τῶν ἀστῶν, ἤν τε γυνὴ ἤν τε ἀνὴρ, τὸν μὲν ἄνδρα
ἄνδρες οἵ μάλιστά οἱ ὁμιλέοντες κτείνουσι, φάμε-
νοι αὐτὸν τηκόμενον τῇ νούσῳ τὰ κρέα σφίσι δια-
3 φθείρεσθαι. ὁ δὲ ἄπαρνός ἐστι μὴ μὲν νοσέειν· οἱ
δὲ, οὐ συγγινωσκόμενοι, ἀποκτείναντες κατευωχέον-
ται. ἢν δὲ γυνὴ κάμῃ, ὡσαύτως αἱ ἐπιχρεώμεναι
4 μάλιστα γυναῖκες ταὐτὰ τοῖσι ἀνδράσι ποιεῦσι. τὸν
γὰρ δὴ ἐς γῆρας ἀπικόμενον θύσαντες κατευωχέον-
ται. ἐς δὲ τούτου λόγον οὐ πολλοί τινες αὐτῶν
ἀπικνέονται· πρὸ γὰρ τοῦ τὸν ἐς νοῦσον πίπτον-
100 τα πάντα κτείνουσι. Ἑτέρων δέ ἐστι Ἰνδῶν ὅδε ἄλλος
Indi alii, qui herba victitant, et τρόπος· οὔτε κτείνουσι οὐδὲν ἔμψυχον, οὔτε τι σπεί-

---

νομαίοισι δὲ τοιοῖσδε] Ita cum Schweigh. et Gaisf. exhibui. Vulgo νόμοισι δὲ τοιοισίδε. Matth. edidit: νόμοισι τοιοισίδε δέ. Cf. infra IV, 26. De ipsa re vide sis nott. ad III, 38.

ὁ δὲ ἄπαρνός ἐστι μὴ μὲν νοσέειν] Vulgo ἀπαρνεόμενος, quod retinuit Matth. tum in textu, tum in Gr. Gr. § 559, ubi h. l. excitatur. Tu conf. Pollucem V, 104 et Suidam s. v. et ad locutionem III, 66. II, 179. V, 106. — In proxime antecedentibus pro διαφθείρεσθαι Aldina et aliquot libri διαφθείρειν, quod amplectendum iudicat censor Ienensis 1817 nr. 164 pag. 372.

οἱ δὲ, οὐ συγγινωσκόμενοι] i. e. hi vero, non concedentes hoc, non agnoscentes, quod sc. morbo se laborare negat. Similia quaedam vid. apud Schwgh. in Lex. Herod. s. v.

ἐς δὲ τούτου λόγον — ἀπικνέονται] i. e. *in eius rationem, ad eam* sc. *senectutem pauci perveniunt,* interprete Gronovio, qui confert VII, 9. Mox cum Schwgh. et Gaisf., probante censore Ienensi 1817 nr. 163 pag. 363 seq., edidi πίπτοντα πάντα. Vulgo: πάντα πίπτοντα, quod Matthiae retinuit.

Cap. C.

οὔτε κτείνουσι οὐδὲν ἔμψυχον] Apud Nicol. Damascen. (pag. 140 ed. Orell. ex Stob. 66, 38) eadem de gente quadam Indica, cui nomen Ἀρίτονοι, praedicantur. Ubi Orell. praeter alia Herodotum merito laudat pag. 66 in Nott. supp. Herodoteam narrationem, in qua caeterum falsa veris admixta sint, ad eos spectare, quos vulgo vocamus *Hindus*, statuit Rennel. l. l. p. 519 et Vincent. ibid. p. 720. Aliter placet Heerenio Ideen I, 1 pag. 365, qui h. l. de ea gente, cui nunc nomen *Marattorum*, agi contendit; horum enim maiores has ipsas Indiae regiones septentrionales semper antiqui-

ρουσι, οὔτε οἰκίας νομίζουσι ἐκτῆσθαι· ποιηφαγέουσι δὲ, καὶ αὐτοῖσί ἐστι ὅσον κέγχρος τὸ μέγαθος ἐν κάλυκι, αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς γινόμενον· τὸ συλλέγοντες, αὐτῇ κάλυκι ἕψουσί τε καὶ σιτέονται. ὃς δ' ἂν ἐς νοῦσον αὐτῶν πέσῃ, ἐλθὼν ἐς τὴν ἔρημον κέεται· φροντίζει δὲ οὐδεὶς οὔτ' ἀποθανόντος, οὔτε κάμνοντος.

morbo affecti secedunt in locum solum.

101 Μῖξις δὲ τούτων τῶν Ἰνδῶν τῶν κατέλεξα πάντων ἐμφανής ἐστι, κατάπερ τῶν προβάτων· καὶ τὸ χρῶμα φορέουσι ὁκοῖον πάντες καὶ παραπλήσιον

Omnes has gentes in propatulo coire: atrum iis colorem, atram genituram esse: longius a Persis

---

tus tenuisse monet, eosque ipsos non aliter atque Indos s. Hindus carnem plerumque aversari, bellicosos caeteroqui et valde rudes vel nostra aetate. Quae cum Herodoti verbis conveniunt; nec refragantur, quae de nigro istorum Indorum colore Idem perscripsit, cum in meridionalibus Indiae tractibus homines reperiantur vel prorsus nigri vel quorum color ad nigritiam proxime accedat.

καὶ αὐτοῖσί ἐστι ὅσον κέγχρος τὸ μέγαθος ἐν κάλυκι] Vulgo haec de *oryza* intelligunt, qua Indiae gentes vesci vitamque potissimum sustentare dicuntur. Conf. Heeren. Ideen I, 1 pag. 366 (coll. nott. ad Herod. III, 97) et Heyne Opuscc. Acadd. T. I pag. 345 in nott. Cum vero h. l. semen comparetur cum milio parvo, unde oryzae semine minus fuisse colligi potest, cumque semen una cum calice fuerit coctum, id quod in oryzam minime cadere potest, Link. (Die Urwelt p. 218) Herodotum hic loqui statuit de *Hibisco* quodam, cuius plures species per Indiam edi soleant, ita ut fructus non maturi, semen, arca et calix simul una coquantur. Semen maturum aequare magnum milium magnitudine, immaturum semen esse minus. De oryza dubitaverat quoque Miot, qui indicari iudicat *Dourah* s. *holcum sorghum* Linn., cum in India aeque atque in Aegypto (cf. II, 36 ibiq. nott.) holcus inveniatur, sigillatim in regionibus septentrionem versus a terra Paniab sitis, ut monet Maltebrun. l. l. pag. 323. — In seqq. scripsi cum recentt. edd. αὐτῇ κάλυκι pro αὐτῇ τῇ κάλυκι.

Cap. CI.

καὶ τὸ χρῶμα φορέουσι — Αἰθίοψι] Haec verissime dici ex Heerenio modo notavi. Cum Herodoto consentiunt Arrian. Exp. Alex. V, 4, 8. Ctes. Ind. §. 9 coll. 20. 24. Quam vero sententiam de sole Indiam regionesque australes maxime urente Graeci tenebant (vid. infra III, 104), ex ea consequens erat, Indos, qui proximi solis radiis expositi essent, magis inde aduri et nigrum cutis recipere colorem. Conf. Bredow. Uranolog. p. VIII.

ad austrum habitant, nec Dario paruerunt.

2 Αἰθίοψι. ἡ γονὴ δὲ αὐτῶν, τὴν ἀπίενται ἐς τὰς
γυναῖκας, οὐ, κατάπερ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ἐστὶ
λευκή, ἀλλὰ μέλαινα, κατάπερ τὸ χρῶμα· τοιαύ-
3 την δὲ καὶ Αἰθίοπες ἀπίενται θορήν. οὗτοι μὲν
τῶν Ἰνδῶν ἑκαστέρω τῶν Περσέων οἰκέουσι, καὶ
πρὸς νότου ἀνέμου· καὶ Δαρείου βασιλέος οὐδαμὰ
ὑπήκουσαν.

102

Indi alii Persis propius, ceteris Indis ad septentrionem habitantes, victu similes Bactriis, omnium pugnacissimi: aurum ubi et quomodo colligant: desertum [Lop]: formica-

Ἄλλοι δὲ τῶν Ἰνδῶν Κασπατύρῳ τε πόλι καὶ
τῇ Πακτυϊκῇ χώρῃ εἰσὶ πρόσουροι, πρὸς ἄρκτου τε
καὶ βορέω ἀνέμου κατοικημένοι τῶν ἄλλων Ἰνδῶν, 249
2 οἳ Βακτρίοισι παραπλησίην ἔχουσι δίαιταν. οὗτοι
καὶ μαχιμώτατοί εἰσι Ἰνδῶν, καὶ οἱ ἐπὶ τὸν χρυσὸν
στελλόμενοι εἰσὶ οὗτοι. κατὰ γὰρ τοῦτό ἐστι ἐρημίη

ἡ γονὴ δὲ αὐτῶν κ. τ. λ.] Haec falso tradi auctor est Aristoteles H. A. III, 22. Gener. Animall. II, 2 p. 207 coll. Strabon. XV p. 695 s. 1019. Idem iudicium esse Sömmeringii, viri doctissimi, observat Heeren. Ideen I, 1 pag. 366.

οὗτοι μὲν τῶν Ἰνδῶν κ. τ. λ.] Propter haec verba Heeren. Ideen I, 1 pag. 363 seq. hic cogitari vult de iis regionibus, quae ab oriente tangunt Indi fluvii loca inferiora, quibus nomen *Sind*, s. omnino de ea regione, quae inter terras Multan et Guzerat sita est.

Cap. CII.

πρὸς ἄρκτου τε καὶ βορέω ἀνέμου] πρὸς ἄρκτου est *septentrionem versus;* qua significatione alias accusativus praepositioni adiungitur, ut IV, 7. Conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1180. De voce ἀνέμου hic addita conf. nott. ad I, 6. Ad rem confer Ritter. Erdkunde II pag. 622 et vid. Excurs. ad h. l. de *Caspatyro* urbe et *Pactyica* regione. Mox cum recc. edd. scripsimus καὶ οἱ ἐπὶ τὸν χρυσὸν, ubi vulgo abest vocula οἱ.

τοῦτό ἐστι ἐρημίη] Cum Indi, quibus haec deserta sint vicina, prope Bactra et Pactyicam, sive prope terras Balk et Cabul, e septentrione reliquorum Indorum habitent, in montibus Tibeti parvae et Buchariae parvae, nulla alia deserta hic intelligi posse iure notat Heeren. Ideen I, 1 p. 340 coll. pag. 90, nisi deserta *Cobi.* Add. Maltebrun. Nouvell. Annall. d. Voyag. II pag. 323. Montes his desertis adiacentes auri venis abundare constat fluviosque inde occidentem versus per Buchariam magnam delabentes aurum secum ferre aeque atque eos, qui ad orientem aquas volventes vel in lacus se effundant, vel arenis se immisceant. Ac vel praeterlapso saeculo auri ramenta, sive pulverem aureum, ex his regionibus in Sibiriam deduci solitum

διὰ τὴν ψάμμον· ἐν δὴ ὦν τῇ ἐρημίῃ ταύτῃ καὶ τῇ ψάμμῳ γίνονται μύρμηκες, μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν

rum genus vulpes magnitudine superantium: egestam ab his

---

fuisse docet Heeren. l. l. De ipsis desertis consul. Wahl. Erdbeschr. v. Ostind. p. 481 seqq. 744 seq.

γίνονται μύρμηκες] Ad sequens *μεγάθεα* conf. II, 10 ibique nott. — Ad rem optime monuit Heeren. Ideen I, 1 p. 342, sive veri quid inesse statuamus in hac de formicis narratione, cui bestiola, quae ad instar criceti in terram se abdat, occasionem dederit, sive omnia plane ficta iudicemus, certi vix quidquam nobis terrae ipsius et animalium, quae alat, naturam ignorantibus statui posse, praesertim cum regiones, de quibus hic sermo, orientalium fabulis maxime celebratae sint (conf. Excurs. ad III, 98), quae inde per omnem Orientem Graeciamque adeo propagatae fluxerint. Neque tamen omnem narrationem prorsus fictam crediderim, cum Herodotus in aula Persarum regum (Susis, credo, ubi Herodotum ipsum fuisse cum Dahlmanno in Herod. pag. 77 statuere placet) huiusmodi formicas in India captas et inde advectas ali scribat. Cui aliud recentioris temporis testimonium addit Larcher. ex Thuan. hist. XXIII p. 461 et Busbecq. Epp. Turc. 4, a Persarum sc. rege anno MDLIX oratorem ad Solimanum missum fuisse cum muneribus; inter quae ipsa fuisse formicam Indicam magnitudine canis mediocris, animal mordax ac saevum *). Neque vero formicas, quae vulgo dicuntur, hic intelligi debere, sed maiora animalia pellibus induta, non minus ex ipsius Herodoti verbis patet, quam Megasthenis e testimonio, qui ipse in India pelles vulpinis maiores se vidisse affirmat apud Arrian. Ind. 15, cui add. Strabon. XV p. 706 s. 1032. II p. 70 s. 121. Aelian. H. A. III, 4. Pompon. Mel. III, 7 §. 2. Plin. H. N. XI, 36. XXXIII, 21. Schol. ad Sophocl. Antig. 1037. Themist. Or. XXVII p. 337 C. D. Quae cum ita sint, Comes de Veltheim. in Commentat., quae inscribitur: „Von den goldgrabenden Ameisen und Greifen der Alten“ (Vermischte Aufs. T. II p. 267 seqq.), Herodoti hancce narrationem relatam vult ad auri lotionem quandam in his desertis

*) In codice Misniensi, qui epistolam Ioannis presbyteri de miraculis Indiae continet, haec leguntur: „In quâdam provincia nostra sunt formicae in magnitudine catulorum, habentes VII pedes et alas IV. — Istae formicae ab occasu solis ad ortum morantur sub terra et fodiunt purissimum aurum tota nocte — quaerunt victum suum tota die. — In nocte autem veniunt homines de cunctis civitatibus ad colligendum ipsum aurum et imponunt elephantibus. — Quando formicae sunt supra terram, nullus ibi audet accedere, propter crudelitatem et ferocitatem ipsarum.“ Attulit haec Tzschuck. ad Pompon. Mel. III, 7 §. 2 pag. 245, ubi hoc quoque addit, Arabicos scriptores eadem, quae Herodotus prodit, iisdemque verbis referre. Conf. notic. et extr. d. Manuscr. de la bibl. du Roi. II p. 420.

arenam auream Indi camelis impositam avehunt: camelorum virtus et natura.

3 μὲν ἐλάσσονα, ἀλωπέκεων δὲ μέζονα. εἰσὶ γὰρ αὐτῶν καὶ παρὰ βασιλέϊ τῶν Περσέων, ἐνθεῦτεν θηρευθέντες. οὗτοι ὦν οἱ μύρμηκες, ποιεύμενοι οἴκησιν ὑπὸ γῆν, ἀναφορέουσι τὴν ψάμμον, κατάπερ οἱ

---

institutam, in quâ pellibus vulpium (*Canis Corsak* Linn.) hâc in regione frequentissimarum, quae in terram se abdere soleant, usi fuerint. De hac cane vel alia quadam vulpini generis bestiola Indica hic cogitari posse censet Italus interpres. Link. (Die Urwelt p. 258) narrationi huic, praeter fidem forsitan auctae, originem dedisse arbitratur animal quoddam, quod in terram cavernas fodiendo aurum quaerentes duxerit. Nec tamen de cane Corsak cogitandum, sed de alio animali fodiente, forsitan de mormotae specie quadam, qualem recentioris aetatis peregrinator in illis regionibus conspexerit. Cum hac autem narratione alteram de gryphis (de qua vid. ad III, 116) postmodo confusam esse, utramque in Indiam, i. e. terram omnium rerum mirandarum quasi parentem relegatam, Idem statuit p. 259. Accuratius utramque famam distinxit Wahl. Erdbeschr. v. Ostind. pag. 483 — 488, hanc de formicis fabulam tractans optimeque monens in tanta illarum regionum obscuritate hodieque illam bestiam in historia naturali quaeri vix posse. Indicam formicam suspicatur speciem quandam esse canis hyaenae („eine Varietät der gestreiften oder gefleckten Hyaene“ vid. pag. 813 seqq.) ipsumque nomen Graecum μύρμηξ vel a Persico derivandum etymo, (ubi *Mur* denotat formicam, *mûress* formicam magnam, immanem, *mirmisch* animal magnum formicae ad instar formatum) vel a voce *Myr* s. *Mur* in pluribus Asiae linguis obvia et significante *feram* (*Wild*, *Wildniss*). At Maltebrun. (l. l. II pag. 368 seq.); utrâque fabulâ de formicis ac de gryphis nil aliud contineri putat, nisi hoc: Indis, regionum septentrionalium incolis, aurum tum e metallis fodinisque, tum e fluviis, tum ex arena pulvereque acquirere dum studeant, terras inhospitales permeandas gentesque feras debellandas esse. Fabulam de formicis inde ortam censet, quod Indi aurum e pulvere quaerentes vestigia formicarum albarum secuti pellibusque vulpium, hyaenarum, aliarum ferarum usi sint; quae formicae cum valde noceant omnemque saepe messem evertant, inde natam vult narrationem de bello, quod cum formicis gerant homines. Vid. pag. 380 seq. et conf. nott. ad III, 116.

εἰσὶ γὰρ αὐτῶν καὶ παρὰ βασιλέϊ τῶν Περσέων] In regum paradisis, credo, hae beluae alebantur unà cum aliis feris, quas rex venari pro more solebat. Conf. Brisson. de reg. Pers. princip. I, 79.

ἐν τοῖσι Ἕλλησι μύρμηκες, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον· εἰσὶ δὲ καὶ τὸ εἶδος ὁμοιότατοι. ἡ δὲ ψάμμος ἡ
4 ἀναφερομένη ἐστὶ χρυσῖτις. Ἐπὶ δὴ ταύτην τὴν ψάμμον στέλλονται ἐς τὴν ἐρῆμον οἱ Ἰνδοὶ, ζευξάμενος ἕκαστος καμήλους τρεῖς, σειρηφόρον μὲν ἑκατέρωθεν ἔρσενα παρέλκειν. θήλεαν δὲ, ἐς μέσον· ἐπὶ ταύτην δὴ αὐτὸς ἀναβαίνει, ἐπιτηδεύσας ὅκως
5 ἀπὸ τέκνων ὡς νεωτάτων ἀποσπάσας ζεύξῃ. αἱ γάρ σφι κάμηλοι ἵππων οὐκ ἥσσονες ἐς ταχύτητά εἰσι·
103 χωρὶς δὲ, ἄχθεα δυνατώτεραι πολλὸν φέρειν. Τὸ μὲν δὴ εἶδος ὁκοῖόν τι ἔχει ἡ κάμηλος, ἐπισταμένοισι τοῖσι Ἕλλησι οὐ συγγράφω· τὸ δὲ μὴ ἐπι-
2 στέαται αὐτῆς, τοῦτο φράσω. κάμηλος ἐν τοῖσι ὀπισθίοισι σκέλεσι ἔχει τέσσερας μηροὺς, καὶ γού-

---

εἰσὶ δὲ καὶ τὸ εἶδος ὁμοιότατοι] Ita Gaisf. secutus e pluribus libris scriptis edidi, probante censore Ienensi 1817 nr. 163 pag. 364, qui locum sic interpretatur: bestias illas non modo terram fodere sicuti formicas, sed *forma quoque persimiles esse formicis.* Schweigh. exhibuit: *εἰσὶ δὲ καὶ αὐτοὶ εἶδος ὁμοιότατοι.* Vulgo omittitur *τὸ* ante *εἶδος* et post *ὁμοιότατοι* inseritur *αὐτοί*, cuius loco etiam invenitur *οὗτοι*, parvo discrimine, cum omnino *similes* formicis ad formam designentur, interprete Wesseling., qui conferri iubet Dion. Chrysost. Or. XXXV, p. 436 B. Strab. XV p. 1032 s. 705. Arrian. Ind. 15. Larcherus Plin. H. N. XI, 31 laudat.

σειρηφόρον μὲν ἑκατέρωθεν ἔρσενα παρέλκειν] *funalem* intelligit camelum. *σειρηφόρος* de *equo funali* dicitur, Aristoph. Nubb. 1302 (al. 1282) ibique Schol. Electr. 715, [„Cf. Ez. Spanhem. ad Aristophan. Nubb. vs. 122 p. 87 sq. Beck. ab eoque laudd. Aeschyli Agamemn. vs. 851. 1649. Euripid. Iphigen. Aulid. vs. 220 sqq. alii." Cr.] Inde sensus loci hic est: „*tres quisque camelos ita iungunt, ut marem funalem utrinque collocent, qui a latere trahant, feminam vero mediam inter hos ponant; hanc vero ipse conscendit, quam ab recentissime natis suis avulsam ut iungat, operam dedit.*" — Ad *θήλεαν* conf. citatt. ad III, 85. In fine cap. reliqui *πολλὸν*, quod plurimi libri offerunt. Alii *πολλῷ*. Tu confer VII, 7.

Cap. CIII.

Τὸ δὲ μὴ ἐπιστέαται] *ἐπιστέαται* dictum pro *ἐπίστανται*, ut II, 142 *δυνέαται.*

ἔχει τέσσερας μηροὺς] Herodoti h. l. tangens Bochart. Hierozoic. I, 2 cap. 1 init. *μηροὺς*

νατα τέσσερα· τὰ δὲ αἰδοῖα διὰ τῶν ὀπισθίων σκε-
104 λέων πρὸς τὴν οὐρὴν τετραμμένα. Οἱ δὲ δὴ Ἰνδοὶ
τρόπῳ τοιούτῳ καὶ ζεύξει τοιαύτῃ χρεώμενοι, ἐλαύ- 1
νουσι ἐπὶ τὸν χρυσὸν, λελογισμένως ὅκως ἂν καυ-
μάτων τῶν θερμοτάτων ἐόντων ἔσονται ἐν τῇ ἁρ-
παγῇ· ὑπὸ γὰρ τοῦ καύματος οἱ μύρμηκες ἀφανέες
2 γίνονται ὑπὸ γῆν. θερμότατος δέ ἐστι ὁ ἥλιος τού-

Dici tempus idoneum rapinae, quo sol ferventissimus: quod matutinum illic.

---

femora reddit his verbis: „articulos quatuor cum totidem ossibus interiectis: per eos articulos, quos in femore habet solus camelus, medium femur illi flectitur." Schweigh. in Lex. Herod. μηροὺς de qualibet intelligit parte cruris cameli inter duos articulos comprehensa. Nec dubium, μηροὺς de *ossibus* s. *articulis*, neque de carnibus dici. Vid. Bothe ad Sophocl. Antigon. vs. 929. Tangit Herodotea Aristoteles H. A. II, 1 pag. 779 D., itemque Aelianus ex Herodoto profecit N. A. X, 3, ubi Schneiderus haec adscripsit: „narrationem Herodoti ita explicat Gesner. Hist. Quadruped. p. 165. Ego, inquit, per genua articulos intelligo, per femora vero ossa, quae inter articulos recta habentur. Haec autem terna esse in prioribus cruribus, in posterioribus quaterna, ipse dum haec scriberem, in dromade observavi. Contra anatomici Parisienses in Mém. p. servir à l'hist. d. animaux I pag. 74 genua interpretantur callos, quibus sternum et flexurae pedum in camelo obsitae sunt, sed quid tum femoribus fiet?" Callos quosdam in camelis recens natis iam conspicuos Herodoto erroris causam fuisse existimat Miot, Gallus interpres.

τὰ δὲ αἰδοῖα κ. τ. λ.] Verum sane est, quod camelus veretrum retro versum habere dicitur indeque retro mingens est, quamquam coitum ut reliqua animalia exercet. Vid. Aristotel. H. A. V, 2 coll. II, 1, cui recentioris aetatis viri docti suffragantur. Spectat huc Arabum proverbium, cuius meminit Bochart. l. l. cap. 5: *magis praeposterus, quam urina cameli*, quia scil. retrorsum mingit animal genitaliaque retrorsum habet versa.

Cap. CIV.

λελογισμένως ὅκως ἂν — ἔσονται] i. e. *temporis ratione ita inita, ut quando aestus maxime furit, aurum rapiant.* Particulam ἂν, quam libri omnes afferunt, uncis inclusit Matth. Unus modo liber affert ἔσωνται. — Tu vid. nott. ad III, 36. Paulo ante in simili structura cap. 102: ἐπιτηδεύσας, ὅκως — ζεύξῃ. Et sane displicet particula ἂν, quam futuro nunquam, quod sciam, addidit Herodotus.

θερμότατος δέ ἐστι κ. τ. λ.] i. e. *ardentissimus autem his hominibus sol est tempore matutino; non ut aliis hominibus, medio die; sed ab eo tempore, quo ad ali-*

τοισι τοῖσι ἀνθρώποισι τὸ ἑωθινόν· οὐ, κατάπερ
τοῖσι ἄλλοισι, μεσαμβρίης· ἀλλ' ὑπερτείλας, μέχρις
3 οὗ ἀγορῆς διαλύσιος. τοῦτον δὲ τὸν χρόνον καίει
πολλῷ μᾶλλον ἢ τῇ μεσαμβρίῃ τὴν Ἑλλάδα, οὕτως
ὥστ' ἐν ὕδατι λόγος αὐτούς ἐστι βρέχεσθαι τηνι-
4 καῦτα. μεσοῦσα δὲ ἡ ἡμέρη σχεδὸν παραπλησίως

---

quam altitudinem in coelo pervenit, usque dum tempus est a foro discedendi, s. *usque versus diem medium* (cum circa duodecimam ferme horam e nostra diei dimetiendi ratione a foro discederent). Ita recte h. l. intellexit Schweigh., ὑπερτείλας aeque atque ἀνατείλας (teste Hesychio) de *sole oriente* accipiens. Nec aliter Bredow. Geogr. et Uranolog. Herod. spec. p. VIII h. l. interpretatur, in quo ὑπερτείλας reddidit: *eo usque capiti imminens sol.* De sole Indico eadem ferme Ctesias Exc. Indd. §. 8 fin.

μέχρις οὗ ἀγορῆς διαλύσιος] De sensu locutionis diximus ad II, 173. De genitivo, qui excipit particulas μέχρις οὗ vid. Hermann. ad Viger. pag. 788 et Matth. Gr. Gr. pag. 898. Ac monet Struve Spec. I Quaest. de dial. Herod. I p. 44 Herodotum in his semper οὗ scribere, nec unquam ea uti forma relativi, quae a consonanti incipiat.

οὕτως ὥστ' ἐν ὕδατι λόγος αὐτούς ἐστι βρέχεσθαι] Verbum βρέχεσθαι Valla reddidit: *in aqua se abluere,* Schweigh. *aquâ madere;* quod si de *sudore vehementi* accipiatur, vereor, ut hoc Graecum sit. Larcherus libere sic expressit haec: „pendant ce temps — là ils se tiennent dans l'eau;" Miot, ad sensum, opinor, rectius: „que les Indiens sont, dit-on, obligés de *se jeter de l'eau pour se refraîchir.*" Italus interpres: — „costoro bagnansi nell' acqua." Lange denique ita locum vertit: „also dass die Leute, wie man sagt, alsdann sich im Wasser nass machen."

μεσοῦσα δὲ ἡ ἡμέρη κ. τ. λ.] δέ pro δή cum recentt. edd. reposui. Est enim loci sensus, interprete Bredowio l. l. et Schweigh. „meridies vero (s. meridie vero sol) Indos fere urit peraeque atque ceteros homines: declinante meridie talis est illic sol, qualis alibi matutinus (s. matutino tempore, mane), et reliquum coeli spatium dein percurrens magis magisque friget, dum ad occasum perveniens maxime friget." ἀποκλιναμένης reliqui, quamquam, quod Sancrofti liber offert: ἀποκλινομένης, valde arridet. Vid. infra III, 114 et IV, 181, quo loco sine ulla lectionis varietate ἀποκλινομένης. — ἐπὶ μᾶλλον, (i. e. *magis*) recepi cum Schweigh. et Gaisf. pro vulg. ἔτι μᾶλλον, quod in Matth. edit. adhuc invenitur. Tu vid. IV, 181. I, 94 ibique nott. et quae h. l. Wessel. attulit. Diogen. Laert. I, 122. Dio

καίει τούς τε ἄλλους ἀνθρώπους καὶ τοὺς Ἰνδούς. 5 ἀποκλιναμένης δὲ τῆς μεσαμβρίης, γίνεταί σφι ὁ ἥλιος κατάπερ τοῖσι ἄλλοισι ὁ ἑωθινός· καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ἐπιὼν ἐπὶ μᾶλλον ψύχει, ἐς ὃ ἐπὶ δυσμῇσι ἐών, καὶ τὸ κάρτα ψύχει.

105 *Indorum praeceps fuga post aurum collectum: cameli mares feminis cursu impares: aurum fossile apud Indos rarius.*

Ἐπεὰν δὲ ἔλθωσι ἐς τὸν χῶρον οἱ Ἰνδοὶ ἔχοντες θυλάκια, ἐμπλήσαντες ταῦτα τῆς ψάμμου, τὴν ταχίστην ἐλαύνουσι ὀπίσω. 2 αὐτίκα γὰρ οἱ μύρμηκες, ὀδμῇ (ὡς δὴ λέγεται ὑπὸ 250 Περσέων) μαθόντες, διώκουσι· εἶναι δὲ ταχύτητα οὐδενὶ ἑτέρῳ ὁμοῖον, οὕτω ὥστε, εἰ μὴ προλαμβάνειν τῆς ὁδοῦ τοὺς Ἰνδοὺς ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας

Cass. LXVII pag. 507. Quibus Tu add. Roulez. Observatt. in Themist. pag. 35 seqq. Apud Ctes. Ind. §. 9 exstat ἐπὶ ἔλαττον. — Pro ἐπιὼν Schaefero ad Lambert. Bos. Ell. Gr. p. 557 placuit ἀπιών. — In clausula adscribamus, quae annotavit Bredow. l. l. pag. VIII (coll. pag. XIV, et Ukert. Geogr. der Gr. u. R. I, 2 pag. 26. 100): „quum sol, ex opinione Herodoti, omnibus terris uno eodemque tempore oritur et occidit, quumque Indis in extremis orientis finibus matutinus capitibus imminens est, maxime vero longinquus die vesperascente, necesse est, Herodotus *terram planam* esse sibi finxerit, super quâ solem transire; quumque extremos orientis fines matutinus sol multo magis urere dicitur, quam ceteras terras meridianus; necesse est, ut *coelum concavatum* esse creditum sit, *marginibus undique terrae inclinatis.*" Quo prius monuerat Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. V, 1 p. 13. 14 haec ex ea, quam Homerus sibi finxerit, terrae formâ explicanda esse, quâ mane sol ipsis cervicibus Indorum impendeat indeque eos maxime urat; quo magis autem procedente die ad vesperam usque vergat, Indosque quasi relinquat, minori calore premat; quin maxime cum remotus sit, refrigerationis aliquid praebeat. Rennelio l. l. pag. 383 in talibus omni superstitione non prorsus liber fuisse videtur Herodotus, in iis nimirum potissimum lapsus, quae ad terrae formam, solisque cursum eiusdemque vim in terra ipsa pertineant.

Cap. CV.

ἔχοντες θυλάκια] θυλάκια teste Etymol. p. 457 est δερμάτινον σακκίον (*saccus*). Conf. III, 46. — In seqq. retinui ὁμοῖον, ad quod commode ex antecedentibus suppleri poterit τὸν μύρμηκα, s. τοῦτο τὸ θηρίον. — Ad verba εἰ μὴ προλαμβάνειν conf. Matth. Gr. Gr. §. 538. — Ad formam θηλέων conf. quae ad III, 85 citavimus.

3 συλλέγεσθαι, οὐδένα ἂν σφεων ἀποσώζεσθαι. τοὺς μὲν νυν ἔρσενας τῶν καμήλων (εἶναι γὰρ ἥσσονας θεῖν τῶν θηλέων) καὶ παραλύεσθαι, ἐπελκομένους οὐκ ὁμοῦ ἀμφοτέρους· τὰς δὲ θηλέας, ἀναμιμνη-

---

καὶ παραλύεσθαι, ἐπελκομένους οὐκ ὁμοῦ ἀμφοτέρους] Dicit Wessel. dubium esse, utrum παραλύεσθαι de *virium* an *vinculorum* resolutione accipi debeat; *funales* tamen cum fuerint equi mares, in pernici cursu feminis haud pares, de vinculis resolutis intelligere mavult. „*Attracti equi*, ait, *exsolvebantur*, sed οὐκ ὁμοῦ ἀμφότεροι, *non ambo pariter*, prior fortasse dexter, tum sinister, aut contra.“ Quae interpretatio placet Stegero itemque placuit Schweighaeusero, qui conf. V, 13. III, 113 et IV, 203, ubi iunguntur ἐπελκόμενοι et ὑπελκόμενοι, de iis, qui in agmine pone maneant, qui segnius exercitum sequantur. Quam notionem huic quoque loco convenire ait (cf. Lex. Herod. s. v.), modo abesset particula οὐκ in κου forsitan mutanda cum Pawio, ut haec fere existat sententia: *morantes*, s. *segnius sequentes subinde*, s. *passim simul ambo*. Libri scripti omnes, quantum scio, οὐκ retinent. Quare cum παραλύεσθαι, notante Coraë, non minus frequens sit: *deficere viribus*, *remittere* ab aliqua re v. c. a velocitate, malim sic interpretari: *mares equos etiam remittere a cursu* (s. viribus deficere) *segnius sequentes* (fune attractos, ne sc. nimis pone feminam relinquantur), *nec tamen utrumque pari modo*, cum scilicet vix duo equi funales s. cameli tam pari gradu currere possint, ut ne alter subinde relinquatur, alter praecurrat. Coraës, quem sequitur Italus interpres, παραλύεσθαι idem h. l. esse contendit atque χωρίζεσθαι, ἀποσπᾶσθαι, ἀπολείπεσθαι (*se séparer, s'écarter, s'éloigner, rester en arrière*), ut I, 149. III, 136. V, 75, indeque hanc elicit sententiam: „les chameaux mâles se separeroient des femelles (resteroient en arrière) s'ils n'étoient point tirés ensemble et à côté d'elles.“ Liberius haec ita reddidit Miot: „il arrive souvent, qu'ils sont obligés de lâcher les deux chameaux, non pas à la fois, mais l'un après l'autre.“ Lange vernaculo sermone haec ita reddit: „Die Kameelhengste — werden müde, wenn sie so mitlaufen müssen, der eine früher, der andere später.“ Censori Ienensi 1817 nr. 164 pag. 372 verba καὶ παραλύεσθαι antecedentibus εἶναι γὰρ ἥσσονας θεῖν τῶν θηλέων annectere placet et participium ἐπελκομένους per anacoluthiam quandam orationis accipere pro infinitivo ἐπέλκεσθαι, ad οὐκ ὁμοῦ autem supplere τῇ θηλέῃ; ut hic evadat loci sensus: „mares camelos, cum omnino feminis sint impares currendo indeque deficiant lassive fiant, sequi non posse eundem ac

σκομένας τῶν ἔλιπον τέκνων, ἐνδιδόναι μαλα-
4 κὸν οὐδέν. Τὸν μὲν δὴ πλέω τοῦ χρυσοῦ οὕτω οἱ
Ἰνδοὶ κτῶνται, ὡς Πέρσαι φασί· ἄλλος δὲ σπανιώ-
τερός ἐστι, ἐν τῇ χώρῃ ὀρυσσόμενος.

106

Terras extremas divitiis Graeciam tempestatibus antecellere: Indiae bona: Medorum equi Nisaei praestantissimi. [7, 40.]

Αἱ δ' ἐσχατιαί κως τῆς οἰκουμένης τὰ κάλλιστα
ἔλαχον, κατάπερ ἡ Ἑλλὰς τὰς ὥρας πολλόν τι κάλ-
2 λιστα κεκραμένας ἔλαχε. τοῦτο μὲν γάρ, πρὸς τὴν
ἕω ἐσχάτη τῶν οἰκεομένων ἡ Ἰνδική ἐστι, ὥσπερ
3 ὀλίγον πρότερον εἴρηκα. ἐν ταύτῃ, τοῦτο μέν, τὰ
ἔμψυχα τετράποδά τε καὶ τὰ πετηνὰ πολλῷ μέζω ἢ
ἐν τοῖσι ἄλλοισι χωρίοισί ἐστι, πάρεξ τῶν ἵππων·

---

feminam cursum, sed utrumque trahi."

ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδέν] i. e. *nihil de cursu remittere*, maribus quamvis segnius sequentibus. De locutione conf. Schol. Aristoph. Plut. 488 ibiq. Hemsterhus. et Herod. III, 51 ibique citata.

Cap. CVI.

Αἱ δ' ἐσχατιαί κως τῆς οἰκουμένης κ. τ. λ.] Conf. III, 116. Ex Herodoti mente Indi omnium extremi ad orientem, Arabes ad meridiem, terram habitatam terminant. Nam ultra Indos nil nisi deserta sabulosa, meridiem versus Arabibus contermini sunt Aethiopes ad occidentem usque porrecti; de finibus terrae ad occidentem ac vel magis ad septentrionem nihil certi exploratique Noster habuisse videtur. Unde hoc ille sibi colligere videtur, Graeciam patriam in media terra habitata sitam, optima coeli frui temperie, licet quae in extremis terrae confiniis regiones sint optimos quosque edant fructus. Conf. Dahlmann. in Herodot. pag. 90 seq. — *τὰς ὥρας* eo sensu dixit, quo I, 142, 149. II, 77.

τοῦτο μὲν γάρ, πρὸς τὴν ἕω] His, monente Schweigh., respondent capitis 107 verba: *πρὸς δ' αὖ μεσαμβρίης κ. τ. λ.*

ὀλίγον πρότερον] Vid. c. 98.

πάρεξ τῶν ἵππων] Haec ita in universum pronuntiata, non prorsus vera videri nemo non videt. Nam de equis solis haud scio an vere dicta videri queant. Pertinet huc Ctesiae narratio in Indd. §. 11, apud Pygmaeorum gentem media in India oves, boves, asinos adeoque equos ac mulos omneque iumentorum genus magnitudine arietes vix aequare. Ad quem locum et Aelianum citavimus N. A. XVI, 37 de Psyllis, Indica quadam gente, eadem fere narrantem, et Wahl. Erdbeschr. v. Ostind. p. 815. 824 optime monentem, in terris Adschmyr et Badricassram, in insula Ceylon s. Taprobane et potissimum in terra Shurate boves hodieque inveniri tam exiguas ac tenues, ut vix canibus

τοῦτο δὲ ἑσσοῦνται ὑπὸ τῶν Μηδικῶν, Νισαίων 4 δὲ καλευμένων ἵππων. τοῦτο δὲ, χρυσὸς ἄπλετος αὐτόθι ἐστί· ὁ μὲν, ὀρυσσόμενος· ὁ δὲ, καταφορεύμενος ὑπὸ ποταμῶν· ὁ δὲ, ὥσπερ ἐσήμηνα, ἁρ- 5 παζόμενος. τὰ δὲ δένδρεα τὰ ἄγρια αὐτόθι φέρει

Anglicis aut vitulis pares sint, itemque equos in Bengalia terra minima corporis statura.

τοῦτο δὲ ἑσσοῦνται] Retinui τοῦτο, cuius loco ex uno Florentino Gaisf. edidit τούτῳ. Conf. III, 22 et I, 67: τῷ πολέμῳ ἑσσοῦντο. VIII, 130: ἑσσώμενοι ἔσαν τῷ θυμῷ. — De Nisaeis equis dicemus ad VII, 40.

χρυσὸς ἄπλετος] De India auri feracissima conf. III, 94. 105. Ctes. Indd. §. 12 alia, quae collegit Freinshem. ad Curtium VIII, 9, 18. Add. Heeren. Ideen I, 3 pag. 319 seqq. et I, 1 pag. 90. Testantur auri per Indiam copiam antiquissima Indorum carmina, in quibus vasa, ornamenta, alia non nisi aurea plerumque commemorantur. Quo spectare volunt fabulam de gryphis, de qua vide Excurs. ad III, 116. — ἄπλετος valet *ingens;* de quâ voce consul. Döderlein. Comment. de alpha intensivo (Erlang. 1830) pag. 14.

ὁ μὲν ὀρυσσόμενος] Intelligitur aurum e fodinis paratum (Bergwerksgold, Golderz, gediegenes Berggold); quod provenit e montibus, qui inde ex monte Altai et Imao Emodoque deserta illa inter Tibetum parvam et ipsos montes Altai permeant. Vid. Wahl. Erdbeschr. v. Ostind. pag. 483 et Maltebrun. Nouvell. Annall. d. Voyag. II p. 368.

ὁ δὲ, καταφορεύμενος ὑπὸ ποταμῶν] Indicatur aurum, quod secum ferant fluvii per deserta Cobi orientem versus delabentes et vel in lacus vel in arenam exeuntes, Flussgold, Goldkies. Ac vel recentiori aetate ex his regionibus aurum in Siberiam fuisse abductum monet Wahl. l. l. p. 483.

ὁ δὲ ὥσπερ ἐσήμηνα, ἁρπαζόμενος] ἐσήμηνα cum recentt. edd. scripsi pro ἐσήμανα. Tu vide, ne plura, Matth. Gr. Gr. §. 185. Intelligitur tertium auri genus, reliquis frequentius per has terras, *Goldsand, Goldletten.* Quod multum per terram sparsum, ut facile eruas, inveniri dicunt. Vid. Wahl. l. l. pag. 482. 483.

τὰ δὲ δένδρεα τὰ ἄγρια] Hanc lanam ex arboribus provenientem et ovina lanâ praestantiorem *gossypium* esse (Nostrum Baumwolle), nemo non videt. Conf. III, 47. VII, 65. Nec alio pertinent εἵματα ξύλινα apud Ctes. Ind. §. 22, ubi Plinium citavi Hist. Nat. XIX, 1. Philostrat. V. Apoll. II, 20 coll. III, 15. Eodem respiciunt Pollux VII, 75. Arrian. Ind. 16. Pompon. Mel. III, 7. Servius ad Virg. Aen. I, 649. Nostra memoria

καρπὸν εἴρια, καλλονῇ τε προφέροντα καὶ ἀρετῇ
τῶν ἀπὸ τῶν οἴων· καὶ ἐσθῆτι οἱ Ἰνδοὶ ἀπὸ τού-
107 των τῶν δενδρέων χρέωνται. Πρὸς δ' αὖ μεσαμ-
βρίης ἐσχάτη Ἀραβίη τῶν οἰκεομένων χωρέων ἐστί·
ἐν δὲ ταύτῃ λιβανωτός τέ ἐστι μούνῃ χωρέων πα-
σέων φυόμενος, καὶ σμύρνη, καὶ κασίη, καὶ κιννά-
μωμον, καὶ λήδανον. ταῦτα πάντα, πλὴν τῆς σμύρ-
2νης, δυσπετέως κτέωνται οἱ Ἀράβιοι. Τὸν μέν γε 251
λιβανωτὸν συλλέγουσι, τὴν στύρακα θυμιῶντες,

Bona Arabiae: thuris collectio suffitu styracis ad abigendos serpentes alatos. [2, 74.]

---

copiosius de gossypio, ex quo vestes parantur, disseruit Wahl. l. l. pag. 762 seqq. coll. Heeren. Ideen I, 1 pag. 106. Nam gossypii usus ad vestimenta ex ipsa India, quae patria istiusmodi vestimentorum haberi poterit, mature per Persici regni provincias propagatus esse videtur, praesertim per insulas sinus Persici, ubi in officinis gossypio maxime usi sint ad vestes parandas. Ex India quoque in Aegyptum prisco admodum aevo venisse, ubi in cadaveribus medicandis adhibebatur, sententia est A. G. Schlegelii (Indien im Berliner Taschenbuch 1829 p. 7) ipsumque nomen sindonis a fluvio *Sindho*, qui est *Indus*, derivatum vult. — In fine cap. pro χρέωνται unus Parisinus χρέονται, quod Larcherus amplectitur.

Cap. CVII.

Ἀραβίη — χωρέων ἐστί] χωρέων pro χωρίων cum recentt. edd. exhibui. Ad argumentum huius et sqq. capp. tenendum est, Herodotum ipsum minime Arabiam visisse, ut, quae de hac terra cap. CVII — CXIII enarrentur, ex aliorum, haud scio an ipsorum Arabum narrationibus, quos sive in ipso Aegypto, sive in regionibus Arabiae conterminis convenerit, fluxisse putanda sint. Ipse Noster hoc indicare videtur cap. 108 init., ubi scribit λέγουσι — Ἀράβιοι, coll. 111 et II, 75. Add. Dahlmann. in Herod. p. 71 et Heyse Quaest. Herodd. pag. 96. 97.

ἐν δὲ ταύτῃ λιβανωτός τέ ἐστι] λιβανωτὸς de *thure* dicitur, λίβανον de arbore ipsa, unde provenit thus. Monuit Phrynich. pag. 188, ubi vid. interprett. De *libanoto* diximus ad II, 86; de *myrrha* ibid. Adde nunc Rosenmüller. Archaeolog. II, 1 pag. 159 seqq. De *ladano* vid. nott. ad III, 112. De *casia* et *cinnamomo* praeter Eustath. ad Dionys. Perieget. 933 vid. nott. ad III, 110. 111. Pro κτέωνται unus Parisinus κτέονται, quod placet Larchero.

τὴν στύρακα θυμιῶντες] θυμιᾶν est *incendere*, ut IV, 75. VI, 97. III, 112. Styracem esse Nostrum *Storax* nemo nescit. Ad argumentum conf. Plin. H. N. XII, 17.

τὴν ἐς Ἕλληνας Φοίνικες ἐξάγουσι· ταύτην θυμιῶντες
3 λαμβάνουσι. τὰ γὰρ δένδρεα ταῦτα τὰ λιβανωτοφόρα ὄφιες ὑπόπτεροι, μικροὶ τὰ μεγάθεα, ποικίλοι τὰ εἴδεα, φυλάσσουσι, πλήθεϊ πολλοὶ περὶ δένδρον ἕκαστον· οὗτοι οἵπερ ἐπ' Αἴγυπτον ἐπιστρατεύον-
4 ται. οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ ἀπελαύνονται ἀπὸ τῶν δεν-
108 δρέων, ἢ τῆς στύρακος τῷ καπνῷ. Λέγουσι δὲ καὶ τόδε Ἀράβιοι, ὡς πᾶσα ἂν γῆ ἐπίμπλατο τῶν ὀφίων τούτων, εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς οἷόν τι κατὰ

Divina providentia maximus utilium bestiarum proventus; minimus dirarum: lepus, animal fe-

---

τὴν ἐς Ἕλληνας Φοίνικες ἐξάγουσι] Ex hoc loco Dahlm. in Herod. p. 63 concludit, quam floruerit Phoenicum commercium cum Graecis, quibus praeter tot alias res vel storacem, rem vix ullius, momenti advexerint. Et sane quae paulo antea memorantur, ea omnia per Phoenices, qui ex Arabia ista arcessierint, Graecis innotuisse advectaque fuisse dubitari nequit, commercio cum Arabia et per hanc terram cum India maxime florenti. Ex qua India etiam cinnamomum (quod in Arabia minime provenire omnes sciunt) et casia adducta in Arabiam, unde asportarunt Phoenices ad Graecos, et ad alias Europae occidentalis gentes. Plura Heeren. Ideen I, 2 pag. 96 seqq. 250. II, 1 p. 455, qui idem monet *thus* non tam ex ipsa Arabia, quam per Arabiam ex Africae oris, ubi potissimum proveniat, Phoenices accepisse indeque alias in terras transportasse. Vid. l. l. I, 2 p. 98. Idem de *ebore* valet. De quo multa A. de Schlegel. Ind. Bibl. I, 2 p. 237 seqq.

ὄφιες ὑπόπτεροι] Conf. Diodor. Sicul. III, 47 et quae notavimus ad Herod. II, 75 et in Addend. T. I pag. 932. Add. Tzschuck. ad Pompon. Mel. III, 8 §. 9 pag. 366, qui et veterum et recentiorum locos de his serpentibus volantibus excitavit. Heeren. l. l. I, 2 pag. 99 cogitat de iis bestiolis, quae dicuntur *Musquito's*. Miot, Gallus Herodoti interpres, alios hic indicari statuit serpentes, quam quos supra Noster dixerit II, 75. Agi enim hic putat de serpentum genere in Arabia quod inveniatur, quodque alis careat, sed motus celeritate ita excellat, ut serpentum volantium inde acceperit nomen. De quo conferri vult Niebuhr. Descr. Arab. I pag. 246 seq.

Cap. CVIII.

ἐπίμπλατο] Reliqui hoc, quod meliores codd. offerebant. Alii ἐπιμπλέετο; Wesseling. maluerat ἐπιμπλέατο. Ad verba εἰ μὴ γίνεσθαι conf. Matth. Gr. Gr. §. 538.

κατὰ ἐχίδνας] Sancrofti liber καὶ τὰς (pro κατὰ), unde Schweigh. sic olim scriptum fuisse coniicit: οἷόν τι καὶ κατὰ τὰς ἐχίδνας. Plane aliter hunc locum constitui vult Lennep. ad

cundissimum; leaena, sterilissimum.

2 τὰς ἐχίδνας ἠπιστάμην γίνεσθαι. Καί κως τοῦ θείου

Phalarid. Epist. pag. 148 a Cr. laudatus: — εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς, οἷόν τι καὶ τῇσι ἐχίδνῃσι ἠπιστάμην γίνεσθαι κακῶς, τοῦ θείου προνοίῃ, ὥσπερ καὶ οἰκός ἐστι, ἐούσῃ σοφῇ κ. τ. λ. Quae cum nimis recedant a codicum vestigiis, praestat eam sequi lectionem, quam Gaisf. exhibuit.

Καί κως τοῦ θείου ἡ προνοίη κ. τ. λ.] Coniunctum hoc est cum universa Nostri sententia de numine eiusque vi in omni rerum natura. Quae cum talis sit, ut in omnibus iustum modum valere velit, iam in rebus humanis mutuisque hominum rationibus aequabilitate quâdam continetur, quâ sua cuique tribuantur neque cuiquam liceat, modum illum aut fines positos transgredi, nisi numinis vindictam in se provocare velit. Nam deus ipse vindex quasi est huius rerum ordinis divinitus in natura constituti (φθονερὸς ὁ θεός, vid. nott. ad I, 32. III, 40) in quo omnia ab initio ita sunt ordinata, ut invicem sibi respondeant secumque conveniant ac iusto moderamine se mutuo conservent. Ita ex Herodoti de *divinâ naturâ* sententia sponte altera exoritur de *divina*, quae dicitur, *providentia*. Ut enim a principio omnia divinitus sic creata sunt ac disposita, ut iustus ille omnium rerum modus; conservetur nec quidquam in rerum natura sic valeat, ut illum turbare possit, ita etiam divinum numen toti naturae semper prospicit atque consulit, deprimens si quae illum modum excedant, erigens, quae inferius relinquantur. Tu conf. nott. ad I, 32 et Iaeger. in Disputt. Herodott. p. 44 seq. Quae ipsa sententia de divino numine rebus naturae consulente ac providente quemadmodum philosophorum in scholis postmodo fuerit exculta, pluribus persequitur Lennep. l. l. pag. 149 seq. minime ille quidem negans — et quis quaeso negare poterit? — huius doctrinae initia ad multo antiquiora tempora pertinere, quam ad Platonem, qui primus inter philosophos θεοῦ πρόνοιαν, quâ mundus conservetur, constituerit. Nam ante Anaxagoram, qui primus (Plutarchi sunt verba in vita Periclis c. 4) νοῦν ἐπέστησε τοῖς ὅλοις, sive τύχην sive ἀνάγκην διακοσμήσεως ἀρχὴν posuerant; post quem Plato θεοῦ πρόνοιαν in philosophiam transtulit, cuius sententiam dein Stoici ad doctrinae suae rationem conformarunt. Sed haec longius persequi, ab Herodoti interpretatione alienum videri queat. Quare hoc unum modo teneri velim, initia illius doctrinae de divina mente rebus humanis prospiciente, quam philosophi Graeci tantopere celebrarunt, ab Herodoto repeti posse, qui ab aliis prioris aetatis viris ipsoque Anaxagora (ad quem respexit supra III, 80 fin.) primus discedens, ad ea, quae et veriora et humana mente digniora sunt, viam quasi aperuis-

ἡ προνοίη, ὥσπερ καὶ οἰκὸς, ἔστι ἐοῦσα σοφή. ὅσα μὲν ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ἐπιλίπῃ κατε- 60
σθιόμενα· ὅσα δὲ σχέτλια καὶ ἀνιηρὰ, ὀλιγόγονα.
3 τοῦτο μὲν, ὅτι ὁ λαγὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου καὶ ὄρνιθος καὶ ἀνθρώπου, οὕτω δή τι πολύγονόν ἐστι, ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων θηρίων·

---

se censendus est pro eo, qui in ipso inerat, vero religionis sensu et ingenio supra vulgus et omnino supra suam ipsius aetatem eminenti. Facit huc, quod Athenis cultam fuisse accepimus Minervam *Πρόνοιαν*, de qua post Lennep. l. l. multa Creuzer. in Symbol. II pag. 713 seqq. 790 seqq. Et conf. denique nott. ad Herod. I, 92.

ἔστι ἐοῦσα σοφή] Ita cum Schweigh. et Gaisf. distinxi. Tu conf. III, 49, et quae similia attulit Boissonade ad Philostrat. Heroicc. pag. 522. 660 seq. — Voculam γὰρ post ὅσα μὲν invectam recentt. ed. iure deleverunt. Cf. Reiz. Praef. p. XIX. Mox cum iisdem dedimus ἐπιλίπῃ pro vulg. ἐπιλίπηται, quod retinuit Matth. Vid. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I, 1 p. 86.

καὶ ἀνιηρὰ] i. e. *molesta, nociva, infensa.* Quod cum in leaenas, viperas, de quibus mox Noster agit, minus cadat, Valck. legi mavult ἄμικτα, qua voce non ferae tantum sed ferinis etiam moribus populi haud raro designentur, ut ap. Demosthen. pag. 489, 74. Sophocl. Trach. 1111. Libri scripti huic coniecturae non favent, quam haud necessariam equidem duco, quamquam in textum recepit Reiz. In seqq. verbis τοῦτο μὲν respondent verba: ἡ δὲ δὴ λέαινα κ. τ. λ.

ὅτι ὁ λαγὸς] Vulgo λαγωός; alii λαγώς, minus Ionicum. Tu vid. Phrynich. pag. 186 ibique Lobeck. Ad seqq. οὕτω δή τι conf. nott. ad III, 12.

ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων θηρίων] Ad rem Tu vid. praeter Polluc. V, 73, Athen. IX pag. 400 et Eustath. ad Homer. Il. XII pag. 908, 2 s. 869, 17. Qui uterque exhibet ἐπικυΐσκει τε. Sed vulgata praestat hoc fere sensu: *superfoetatur, super priores foetus alio foetu gravida fit bestia*, s. *denuo concipit.* Laudat Valcken. Herod. II, 93. IV, 30, (ubi sic κυΐσκεσθαι) et Clement. Alexandr. Paedag. II p. 223 T. I Pott. de leporis salacitate eodem verbo ἐπικυΐσκεσθαι utentem. („Adde Georg. Io. Bekkeri Specimen Obss. in Philostrati Vit. Apollon. lib. I pag. 21 sq., qui Herodotei huius loci non immemor fuit. *Cr.*] Nec dissimilia tradi Idem notat ab Aristotel. de gen. An. IV, 5. Aelian. N. A. II, 12; quibus Larcherus addit Aristotel. N. A. VI, 33. Causa, ut me admonuit doctis-

καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρί· τὸ δὲ,
ψιλόν· τὸ δὲ, ἄρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται· τὸ
4 δὲ, ἀναιρέεται. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐστι. ἡ δὲ
δὴ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον, ἅπαξ
ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν· τίκτουσα γὰρ, συνεκβάλλει τῷ
5 τέκνῳ τὰς μήτρας. τὸ δὲ αἴτιον τούτου τόδε ἐστί·
ἐπεὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακινεό- 252
μενος, ὁ δὲ, ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων
ὀξυτάτους, ἀμύσσει τὰς μήτρας· αὐξανόμενός τε δὴ
πολλῷ μᾶλλον ἐσικνέεται καταγνάφων· πέλας τε δὴ

---

simus Leuckart, inde repetenda, quod lepus duplicem habet uterum, ita ut femina, si iam gravida sit, denuo semen concipere eoque modo a pluribus simul superfoetare possit. Conf. Allgem. Hist. d. Natur P. III T. II pag. 141 (Hamb. et Lips. 1757. 4). Itaque recte Linné in system. natur. I pag. 161 ed. Gmelin. scribit: „immensus (sc. lepus) parturitione per totam aestatem, superfoetatione haud rara."

ἀναιρέεται] i. e. *concipit*. Cf. Cattier. Gazophyl. pag. 70 et Herodot. VI. 69. Athenaeus l. l. *ἐπαναίρεται*, Eustathius l. l. *ἐπαναιρέεται*, quod sic explicat: *ἐπιλαμβάνεται καὶ ἐπὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ τελεωτέροις κυήμασι σπερματικῶς συλλαμβάνεται*. Salmasius in Solin. pag. 283 Herodotea cum Plinianis comparans, praeferre videtur *ἐπαναίρεται*. Sed iure vulgatum tuetur Valcken.

ἡ δὲ δὴ λέαινα — ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν] Eadem Antigon. Caryst. 25 et A. Gellius N. Att. XIII, 7, notante Valck., qui omnia hanc in rem a Bochart. Hierozoic. I Lib. III cap. 2 congesta esse dicit. Falsa autem esse, quae Herodotus scribit, dudum monuit Aristoteles H. A. VI, 31 monentque naturae curiosi nostrâ aetate. Ne vero quis Herodoto, qui Arabibus sua debeat, obtrectandum censeat, Arabes ipsos eam tenuisse opinionem, quâ leaena semel tantum unum aut ad maximum duo natos parere existimaretur, ex una Locmanni fabula quadam optime intelligitur. Semel quotannis leaena verno tempore parit, ut recte tradit Aristoteles l. l., quocum conf. Allgem. Hist. d. Nat. P. V T. I pag. 12. Et plerumque unum modo parit, quamquam Parisiis unam leaenam ter eodem anno peperisse ex Mus. d'Hist. nat. fasc. II adnotat ad h. l. Schweigh.

συνεκβάλλει — τὰς μήτρας] Haec quoque fabulis adnumeranda esse docet Aristotel. l. l.

ἐσικνέεται καταγνάφων] Ita cum Schweigh. et Gaisf. exhibui, dudum sic iubente Wessel., pro *ἐπικνέεται*, (quod meliores libri respuunt) *καταγράφων*, cu-

ὁ τόκος ἐστὶ, καὶ τὸ παράπαν λείπεται αὐτέων ὑγιὲς
109 οὐδὲ ἕν. Ὡς δὲ καὶ αἱ ἔχιδναί τε, καὶ οἱ ἐν Ἀρα-
βίοισι ὑπόπτεροι ὄφιες, εἰ ἐγίνοντο ὡς ἡ φύσις αὐ-
τοῖσι ὑπάρχει, οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα ἀνθρώποισι.
2 νῦν δ', ἐπεὰν θορνύωνται κατὰ ζεύγεα, καὶ ἐν
αὐτῇ ᾗ ὁ ἔρσην τῇ ἐκποιήσει, ἀπιευμένου αὐτοῦ τὴν
γονὴν, ἡ θήλεα ἅπτεται τῆς δειρῆς, καὶ ἐμφῦσα,
3 οὐκ ἀνίει πρὶν ἂν διαφάγῃ. ὁ μὲν δὴ ἔρσην ἀπο-
θνήσκει τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ. ἡ δὲ θήλεα τίσιν τοι-
ήνδε ἀποτίνει τῷ ἔρσενι· τῷ γονέϊ τιμωρέοντα ἔτι

Viperas, et proprios Arabiae serpentes alatos, gignere ac parere semel.

---

ius loco Sancrofti liber melius obtulit. Est enim sensus: „*unguibus obstantia lacerando penetrat.*" Nam *καταγνάφειν* significatione vix multum differt a *καταμύσσειν* et *καταξαίνειν* s. *διαξαίνειν*, quo verbo usus est eadem in re Aelian. N. A. IV, 34. coll. V. H. X, 3, ubi est *καταγράφων*. Pro *κνάμπτω*, quod posterioris est aetatis, veteres dixerunt *γνάφω*, *γνάπτω*, pluribus monente Blomf. in Gloss. ad Aeschyl. Pers. 582 et in Add. coll. Duker. et Goeller. ad Thucyd. III, 58. Supra apud Herodotum I, 92 invenimus *κνάφου*. — In fine cap. ad verba *οὐδὲ ἕν* conf. I, 32 ibiq. not.

Cap. CIX.

οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα] Conf. Matth. Gr. Gr. § 443, 1. — Tangit haec Aristides T. III p. 521 [T. II p. 410 Dindorf.] eoque etiam Diodor. I, 87 respicere videtur Valckenario, qui ad sequentia Herodoti verba citat Aeliani N. A. XV, 16 coll. I, 24.

νῦν δ', ἐπεὰν θορνύωνται] i. e. *quando ad coitum coeunt*, ut recte nunc interpretatur Schwgh. in Lex. Herod., qui prius sic reddiderat: *quando ad coitum libidine concitantur* s. *agitantur*. — In seqq. ad formam *θήλεα* cf. III, 85.

καὶ ἐμφῦσα, οὐκ ἀνίει] *ἐμφῦσα* intransitive accipiendum: *insistens*, *inhaerens*, *firmiter*, *mordicus tenens*. Pertinent huc Homerica: *ἐν δ' ἄρα οἱ φῦ χειρί* (Il. VI, 253. 406. Odyss. II, 302. X, 280. 397. XI, 246) et: *ὀδὰξ ἐμφύντες χείλεσιν* (Od. I, 381, XVIII, 409. XX, 268). Alia attigi ad Plutarch. Philopoem. pag. 15 seq. — Ad *ἀνίει* conf. nott. ad I, 6. Eodem refero lectionem *ἀπιευμένου* Florentini libri auctoritate receptam (pro vulg. *ἀπιεμένου*), a forma *ἀπιέω*, *ἀπιέομαι*; medium autem significatione hac *seminis emittendi* adhiberi, patet ex III, 101. — Paulo infra pro *τῷ γονεῖ*, quod mendosum videtur Struv. in Spec. II Quaest. de dialect. Herod. pag. 7, reposui eodem auctore *τῷ γονέϊ*.

ἐν τῇ γαστρὶ ἐόντα τὰ τέκνα, διεσθίει τὴν μήτραν.
4 *διαφαγόντα δὲ τὴν νηδὺν αὐτῆς, οὕτω τὴν ἔκδυσιν*
5 *ποιέεται. οἱ δὲ ἄλλοι ὄφιες, ἐόντες ἀνθρώπων οὐ*
δηλήμονες, τίκτουσί τε ᾠὰ, καὶ ἐκλέπουσι πολλόν
6 *τι χρῆμα τῶν τέκνων. αἱ μὲν δή νυν ἔχιδναι κατὰ*
πᾶσαν τὴν γῆν εἰσί· οἱ δὲ ὑπόπτεροι ἐόντες, ἀθρόοι
εἰσὶ ἐν τῇ Ἀραβίῃ, καὶ οὐδαμῇ ἄλλῃ· κατὰ τοῦτο
δοκέουσι πολλοὶ εἶναι.

110 *Τὸν μὲν δὴ λιβανωτὸν τοῦτον οὕτω κτῶνται Ἀράβιοι· τὴν δὲ κασίην, ὧδε. ἐπεὰν καταδήσων-*

Casiae collectio: ferae alatae similes vespertilionibus.

διεσθίει τὴν μήτραν] Wesseling. confert Nicandr. Theriac. 130 seq. Galen. Theriac. ad Pison. p. 461. Philostrat. V. Apoll. II, 14. — Ad vocem *οὐ δηλήμονες* conf. II, 74.

πολλόν τι χρῆμα τῶν τέκνων] *χρῆμα* de *multitudine* intelligendum. Vid. I, 36 ibiq. nott. III, 130. IV, 81. VI, 43, alia ut taceam. — *τῶν τέκνων* e codd. iure nunc receptum (pro vulg. *ὀφίων*), dudum iubentibus Valcken. et Wesseling., cum avium pulli, s. *νεοσσοὶ*, a poetis ad Homeri imitationem saepius *τέκνα* dicantur, ut contra liberi parentum *νεοσσοί*. Consul. Ammon. de differr. vocc. pag. 146, quo utitur Ast. ad Plat. Polit. VIII, 3 pag. 548 A. Alia afferunt Herodoti interpretes. Ac supra III, 106 *τέκνον* de brutis invenitur. Conf. Homer. Il. II, 311. 315. 317. XI, 113. XIX, 400. Odys. XVI, 217. Quare in Plutarch. Pericl. 1 init. retinendum *κυνῶν τέκνα*, quamvis Anonym. pro *τέκνα* afferat *ἔκγονα*.

Cap. CX.

τὴν δὲ κασίην] „Herodotea casia est *κασία σύριγξ*, s. *cassia fistula* (canelle) et vero fortasse *Laurus cassia* Linn., consimilis cinnamomo.“ *Creuzer.* Commentt. Herodd. pag. 39, ubi praeter alia citat primarios de casia locos Dioscorid. I, 12 et Theophrast. IX, 45. Heeren. Ideen I, 2 pag. 99 not. ex viri docti cuiusdam auctoritate pronuntiat *Κασίην* esse *Laurum cassiam* Linn. Tum igitur nostrum erit: *wilder Zimmt*, s. *Mutterzimmt, Zimmtsorte*, quod generosiori canellae Zeilonicae, s. cinnamomo cognatum fertur. Vid., ne plura, Rosenmüller. Bibl. Archaeolog. II, 1 pag. 270 seq. Cinnamomum, cuius species quaedam sive varietas casia esse videtur, est *Laurus cinnamomum* Linn., cuius cortex nostrum est *Zimmt*, s. *Canelle;* quo crassiorem minusque subtilem corticem casia arbor s. Laurus cassia habet. Conf. Heeren. l. l. I, 2 pag. 249. Rosenmüller. l. l. Casiam et cinnamomum veterum eandem prorsus esse rem neque differre a *canella*, quam hodie vocamus, Beckmanni est sententia ad Antigon. Caryst. cap. 49, ubi vid. plura. Cau-

ται βύρσησι καὶ δέρμασι ἄλλοισι πᾶν τὸ σῶμα καὶ
τὸ πρόσωπον, πλὴν αὐτῶν τῶν ὀφθαλμῶν, ἔρχον-
2 ται ἐπὶ τὴν κασίην. ἡ δὲ ἐν λίμνῃ φύεται οὐ βα-
θέη· περὶ δὲ αὐτὴν καὶ ἐν αὐτῇ αὐλίζεταί κου θηρία
πτερωτὰ, τῇσι νυκτερίσι προσείκελα μάλιστα, καὶ
3 τέτριγε δεινὸν, καὶ ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα. τὰ δὴ ἀπαμυ- 253
νομένους ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, οὕτω δρέπειν τὴν
111 κασίην. Τὸ δὲ δὴ κιννάμωμον ἔτι τούτων θωυμα-
στότερον συλλέγουσι. ὅκου μὲν γὰρ γίνεται, καὶ 1
ἥτις μιν γῆ ἡ τρέφουσά ἐστι, οὐκ ἔχουσι εἰπεῖν·
πλὴν ὅτι, λόγῳ οἰκότι χρεώμενοι, ἐν τοισίδε χω-
ρίοισί φασί τινες αὐτὸ φύεσθαι, ἐν τοῖσι ὁ Διόνυ-

Cinnamomum a grandibus alitibus ex ignota regione allatum in nidos hominibus inaccessos, quomodo consequantur.

---

tius in his agendum videtur Gallo interpreti Miot, vel potius ei, quem consuluit, Desfontaines; ita ut certo vix statui possit, in quo diversa fuerit casia a cinnamomo et quorsum utraque arbor referri debeat. Equidem hoc unum addo, quod et supra ad III, 107 iam posui, Phoenices casiam et cinnamomum, cum in Arabia minime proveniat, sed in India tantum, ex Arabia tamen, quo Indi attulerint, accepisse et ex ea terra dein in alias orbis terrarum partes transduxisse. Unde credibile est, eam opinionem ortam esse, qua in ipsa Arabia et casiam et cinnamomum oriri putarent.

τῇσι νυκτερίσι προσείκελα] Valcken. maluerat: τὰ, τῇσι νυκτερίσι προσείκελα μάλιστα, καὶ τέτριγε δεινὸν, καί ἐστιν ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα. Libri scripti non confirmant. τρίζειν vespertilionum esse, monstrant hi loci: Herod. IV, 183. Eustath. ad Odyss. XXIV, 5; ad Il. II p. 173, 44; ad Dionys. Perieg. 180. Plura, observante Valcken., Wetsten. ad Marci Evang. IX, 18. Tu add. Gesen. ad Iesai. VIII, 19 p. 343 seq., qui etiam Latinorum *stridere* comparat, et, quem *Cr.* laudat, Wyttenbach. ad Plutarch. De S. N. V. pag. 125. — Ad rem consul. Plin. H. N. XII, 19 et Heeren. Ideen I, 2 pag. 99, qui h. l. indicari suspicatur lacertam volantem, quae in his regionibus reperiatur, sive *draconem volantem* Linn., qui sane in India orientali et Africa hodieque occurrit et intra pedes posteriores et anteriores duabus pennis est instructus. Plurima Gesen. ad Iesai. XIV, 29 pag. 496. 497.

Cap. CXI.

ἐν τοῖσι ὁ Διόνυσος ἐτράφη] *Aethiopiam*, credo, indicare voluit. Vid. III, 97. II, 146. De *India* cogitat Heeren. Ideen I, 2 p. 252, quoniam ex hac terra cinnamomum in Arabiam fuerit deductum et inde demum alias ad terras a Phoenicibus translatum. De qua re monet

2 σος ἐτράφη. ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορέειν
ταῦτα τὰ κάρφεα, τὰ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόν-
τες κιννάμωμον καλέομεν· φορέειν δὲ τὰς ὄρνιθας
ἐς νεοσσιὰς, προσπεπλασμένας ἐκ πηλοῦ πρὸς ἀπο-
κρήμνοισι οὔρεσι, ἔνθα πρόσβασιν ἀνθρώπῳ οὐδε-
3 μίαν εἶναι. πρὸς ὦν δὴ ταῦτα τοὺς Ἀραβίους σο-
φίζεσθαι τάδε· βοῶν τε καὶ ὄνων τῶν ἀπογινομέ-

---

quoque F. H. Müller. De rebb. Semitt. (Berolin. 1831) p. 57. 58. Paulo ante cum recentt. edd. scripsi *οἰκότι* pro vulg. *εἰκότι*. Ad verba: *ὅκου — γίνεται καὶ ἥτις* conf. III, 22.

ὄρνιθας δὲ λέγουσι] Citat haec Etymol. p. 514, 2 et Eustath. ad Dionys. Perieg. 939. Suid. s. v. *κιννάμ.* Et conf. quoque Plin. H. N. XII, 19.

τὰ κάρφεα] i. e. *paleam, convolutam tenuem corticem, s. tenuia ligni frusta.* Nos: *dünne, dürre Reiser,* ut recte interpretatur Schneider. in Lex. s. v. *κιννάμ.* — Caeterum hanc fabulam de avibus cinnamomum afferentibus per antiquitatem admodum vulgatam fuisse ostendunt, quae collegit Beckmann. ad Antigon. Caryst. de Mirabb. pag. 84. Atque etiamnum apud incolas Taprobanes hanc reperiri, testantur recentiores peregrinatores, monente Heeren. l. l. pag. 252. 101. Equidem fabulam ad ea pertinere credam, quae Phoenices excogitarint consultoque divulgarint de mercibus pretiosioribus, quas ipsi soli advehebant, ne scilicet huius fructuosioris mercaturae facultate privarentur.

κιννάμωμον] Vera Nostrum tradidisse, ipsa testatur vox Hebraica קִנָּמוֹן, nomine a fistulis huius plantae deducto. Vid. Exod. XXX, 23 et Proverb. Salom. VII, 17. Quam vocem sic explicat H. Apetz, in nota ad h. l., ut inde omnis fabulae rationem perspici posse opinetur. Nam priorem vocis partem *Keen* (קֵן) significare vult *nidum*, et verbum inde factum קִנֵּן *nidum facere.* Quae aliis diiudicanda relinquo. Attulit, quae de etymo huius vocis viri docti statuunt, Winer. in Simon. Lexic. manual. pag. 861. Radicem vocabuli esse קנם Hitzig. vult; ita ut de *substantia* sit cogitandum. Eiusdem originis videtur esse vox *κασία*; namque Laurus cassia dicitur קְצִיעָה in Psalm. XLV, 9, a radice קָצַע *decidere, amputare.* Neque eo non pertinet קִדָּה Exod. XXX, 24. Ezech. XXVII, 19.

τῶν ἀπογινομένων] De *mortuis* ita dici satis notum. Conf. Herod. II, 85. 136. V, 4. — In seqq. reliq. cum Matth. *καταπετομένας*, cuius loco e Florentino Schweigh. et Gaisf. *καταπετεωμένας*, quam Ionicam formam verbi *καταπετάομαι* dicit Schweigh. Mihi talis forma aliunde non nota. Quin ipsum

νων καὶ τῶν ἄλλων ὑποζυγίων τὰ μέλεα διαταμόν-
τας ὡς μέγιστα, κομίζειν ἐς ταῦτα τὰ χωρία· καὶ
σφεα θέντας ἀγχοῦ τῶν νεοσσιέων, ἀπαλλάσσεσθαι
ἑκὰς αὐτέων· τὰς δὲ ὄρνιθας καταπετομένας, τὰ
τῶν ὑποζυγίων μέλεα ἀναφορέειν ἐπὶ τὰς νεοσσιάς·
τὰς δὲ, οὐ δυναμένας ἴσχειν, καταῤῥήγνυσθαι ἐπὶ
γῆν· τοὺς δὲ, ἐπιόντας, συλλέγειν οὕτω τὸ κιννά-
μωμον· συλλεγόμενον δὲ ἐκ τούτων ἀπικνέεσθαι ἐς
112 τὰς ἄλλας χώρας. Τὸ δὲ δὴ λήδανον, τὸ καλέουσι
Ἀράβιοι λάδανον, ἔτι τούτου θωυμασιώτερον γίνε-
ται· ἐν γὰρ δυσοδμοτάτῳ γινόμενον, εὐωδέστατόν
2 ἐστι. τῶν γὰρ αἰγῶν τῶν τράγων ἐν τοῖσι πώγωσι
εὑρίσκεται ἐγγινόμενον, οἷον γλοιὸς, ἀπὸ τῆς ὕλης.
χρήσιμον δ' ἐς πολλὰ τῶν μύρων ἐστί· θυμιῶσί τε
113 μάλιστα τοῦτο Ἀράβιοι. Τοσαῦτα μὲν θυωμάτων

Ladanum barbis caprarum et hircorum adhaerescens, veluti glutinosus humor, a depastis fruticibus.

Arabia spirans odoribus: ovium

πετάομαι recentioris aetatis esse pronuntiant Matthiae et Buttmann. Paulo post cum Schwgh. et Gaisf. scripsi τῶν ὑποζυγίων τὰ μέλεα pro: αὐτῶν τὰ μέλεα τῶν ὑποζυγίων et paulo infra voculam μὲν post οὕτω, quam plures codd. ignorant, abieci.

Cap. CXII.

Τὸ δὲ δὴ λήδανον, τὸ καλέουσι Ἀράβιοι λάδανον] Vulgo: *Ἀράβιοι καλέουσι.* Quod nos dedimus, e Florentino fluxit. De *ledano* hinc Eustath. ad Homer. p. 1147, 3 s. 1199, 37. Add. Dioscorid. I, 128. Plin. H. N. XII, 17. λῆδος, s. λήδανον (לוט — لاذن) resinae est genus bene olentis, quae in frondibus *cisti Cretici*, sive, ut aliis placet, *cisti Ladaniferi* (utrumque enim distinguendum esse monet Miot) invenitur, quaeque solis radiis ne consumatur cum verendum sit, mane eo ducunt capras hircosve, quorum barbae resina adhaerescat, hoc modo capienda. Et hanc colligendae resinae rationem antiquitus ita valuisse dicunt, ut verissime Noster retulisse videri debeat. In oriente adhibetur ad unguentum, nec minor eius usus in re medica. Vid. Heeren. Ideen I, 2 pag. 99. Rosenmüller. Bibl. Archaeolog. II, 1 pag. 156 seqq. Recentioris aetatis peregrinatorum aliquot testimonia excitavit Larcher. Italis adhuc vocatur *laudano* sive *ladano*.

τῶν αἰγῶν τῶν τράγων] Maluit Wesseling. scribere *καὶ τῶν τράγων*, s. *τῶν τε τράγων*; quo neutro opus, cum is verborum sit ordo: *ἐν τοῖσι πώγωσι τῶν τράγων τῶν αἰγῶν.* Conf. Schweigh. Daniel. VIII, 5. 8. 21, ubi exstat *ὁ τράγος αἰγῶν*, s. *τῶν αἰγῶν.*

duo genera longissimis caudis.

πέρι εἰρήσθω· ἀπόζει δὲ τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης
θεσπέσιον ὡς ἡδύ. Δύο δὲ γένεα ὀΐων σφί ἐστι
2 θωύματος ἄξια, τὰ οὐδαμόθι ἑτέρωθί ἐστι. τὸ μὲν
αὐτέων ἕτερον ἔχει τὰς οὐρὰς μακρὰς, τριῶν πηχέων
οὐκ ἐλάσσονας· τὰς εἴ τις ἐπείη σφι ἐπέλκειν, ἕλκεα
ἂν ἔχοιεν, ἀνατριβομενέων πρὸς τῇ γῇ τῶν οὐρέων. 254
3 νῦν δ' ἅπας τις τῶν ποιμένων ἐπίσταται ξυλουρ- 31
γέειν ἐς τοσοῦτο· ἁμαξίδας γὰρ ποιεῦντες, ὑπο-
δέουσι αὐτὰς τῇσι οὐρῇσι, ἑνὸς ἑκάστου κτήνεος

Cap. CXIII.

ἀπόζει δὲ τῆς χώρης — ὡς ἡδύ] De genitivo *τῆς χώρης* vid. Matth. Gr. Gr. §. 376; de particula *ὡς* ibid. pag. 1283. Ad rem conf. Lucian. de dea Syr. 30. Ver. Histor. II, 5. Diodor. Sicul. III, 46 ibiq. Wessel.

Δύο δὲ γένεα ὀΐων σφί ἐστι κ. τ. λ.] Conf. Aelian. N. A. X, 4. Herodoti locus non fugit Heeren. Ideen I, 2 pag. 123 seq., ubi praeter alias Phoenicum merces lanam quoque indicat, quam ex Arabia, in cuius desertis multae ovium greges eximiae lanae hodieque pascuntur, illi abstulerint. Quam lanam omnium optimam ac subtilissimam esse tum ob coeli aërisve temperiem et ovium sub dio commerationem, tum ob eximiam, quam nomades impendant curam, Idem Heeren. commonstrat, hac una in re Herodotum lapsum esse ratus (nam reliqua cum recentiorum descriptionibus accurate conveniunt), quod bina ille ovium genera distinguens, varietates quasdam pro ipsis generibus sumserit. Ex iis, quae ad h. l. attulit Larcher., apparet, etiamnum in diversis Africae regionibus istiusmodi oves longis crassisque caudis instructas inveniri. De Indicis ovibus egimus ad Ctesiae Indic. §. 13. Itaque verba *τὰ οὐδαμόθι ἑτέρωθί ἐστι* non tam stricto sensu erunt accipienda. Quem equidem de hac *ovi Arabica* consului, Leuckartum, virum doctissimum mihique amicissimum, is mihi rescripsit, hanc *ovem laticaudatam* esse varietatem ovis domesticae nostrae, s. *Ovis Arietis* Linn. et multas per Asiae partes inveniri, v. c. per Arabiam, Persidem, Sinam, Syriam, Aegyptum; caudam esse prolongatam ac magis minusve divisam, multo illam quidem adipe refertam. A qua ove sunt, qui distinguant ut varietatem peculiarem *ovem steatopygam* (Pall. Spic. Zoolog. fasc. XI p. 63 Tab. IV fig. 1), cuius pauciores sint in cauda vertebrae, sed magna quoque adipis copia. Vix tamen recte sic distingui indicat Leuckart., praesertim cum iisdem fere in regionibus ac praeterea in promontorio Bonae Spei illa ovis inveniatur, cuius cauda subinde ad quinquaginta libr. pond. adscendat.

4 τὴν οὐρὴν ἐπὶ ἁμαξίδα ἑκάστην καταδέοντες. τὸ δὲ
ἕτερον γένος τῶν οἴων τὰς οὐρὰς πλατέας φορέουσι,
114 καὶ ἐπὶ πῆχυν πλάτος. Ἀποκλινομένης δὲ μεσαμ-
βρίης παρήκει πρὸς δύνοντα ἥλιον ἡ Αἰθιοπίη χώρη,
ἐσχάτη τῶν οἰκεομένων· αὕτη δὲ χρυσόν τε φέρει
πολλὸν, καὶ ἐλέφαντας ἀμφιλαφέας, καὶ δένδρεα
πάντα ἄγρια, καὶ ἔβενον, καὶ ἄνδρας μεγίστους καὶ
καλλίστους καὶ μακροβιωτάτους.

Aethiopiae bona.

115 Αὗται μέν νυν ἔν τε τῇ Ἀσίῃ ἐσχατιαί εἰσι καὶ
2 ἐν τῇ Λιβύῃ. Περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τῶν πρὸς
ἑσπέρην ἐσχατιέων ἔχω μὲν οὐκ ἀτρεκέως λέγειν·

Extremorum Europae tractuum bona: electrum ab Eridano fluvio, stannum ex insulis Cassiteridibus.

Cap. CXIV.

Ἀποκλινομένης] Ita cum Schwgh. et Gaisf. exhibui, probante censore Ienens. 1817 nr. 164 pag. 372 seq. Cf. IV, 22 init. Vulgo *ἀποκλιναμένης*, quod retinuit Matth. Schweigh. eam sibi fingit verborum structuram: *μεσαμβρίης πρὸς δύν. ἡλ. ἀποκλινομένης*. Equidem verba *πρὸς δύνοντα ἥλιον* malim referre ad *παρήκει*. Censori Ienensi l. l. haec verba ad *ἀποκλινομένης* aeque atque ad *παρήκει* referenda videntur.

ἡ Αἰθιοπίη χώρη] De Aethiopibus diximus ad III, 17. Quos volunt iis in locis habitasse, quae in sacris libris terrâ *Ophir* designentur; quippe unde, quae hic commemorantur Aethiopiae bona, arcessebantur, monente Heeren. Id. I, 2 p. 77. 249, ubi Ezech. XXVII, 15 laudat, ebenum et ebur inter merces Tyrum advectas recensentem. Conf. ibid. II, 2 p. 392 et II, 1 p. 461. Ex Aethiopia enim per Aegyptum magnam illam eboris vim, qua et Hebraei et Graeci ad artis opera usi sint, allatam fuisse censemus. Qua de re, monente *Cr.*, optime disputavit Quatremère de Quincy in opere, quod inscribitur Le Jupiter Olympien. — De ebeno Aethiopico elephantisque conf. supra III, 97.

ἀμφιλαφέας] Dicitur haec vox, quae eadem reperitur IV, 28. 172, de quavis re *ampla* et *magna*. Monuit Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. p. 27. Alia dabit Tafel. Dilucidd. Pindarr. ad Olymp. IX, 122 pag. 362.

δένδρεα πάντα ἄγρια] Pro *πάντα* Sancrofti liber *ἅπαντα*, quod placet Schaefero ad Dionys. Halicarn. de composit. verbb. pag. 124.

Cap. CXV.

ἐσχατιαί εἰσι] Tres libri *ἔσχαταί*, ut III, 105. 116. *Libyam* h. l. latiori sensu de omni, quam novit, Africâ dixit. Conf. nott. ad III, 96.

ἔχω μὲν οὐκ ἀτρεκέως λέγειν] Cernitur in his scriptoris et diligentia et maximum veri studium; ut qui de his regionibus, ad quas nec ipse nec ullus alius Graecus homo tunc

οὔτε γὰρ ἔγωγε ἐνδέκομαι Ἠριδανόν τινα καλέεσθαι

---

temporis penetrasset, ea, quae Phoenices navibus eo profecti narrarint sive prorsus ficta, sive vera falsis admixta (quibus scilicet reliquos homines fallerent et ab illis arcerent regionibus) in medium proferre noluerit iisque ipsis, quae proferat, dubitationem suam interponat. Ac bene monet Rennel. pag. 397 Herodotea tangens, Phoenices studiose celasse videri, qui ipsis sint divitiarum fontes, quae commercii viae atque copiae.

οὔτε γὰρ ἔγωγε ἐνδέκομαι Ἠριδανόν τινα] Ad Eridanum fluvium Electrum sive succinum erui indeque a Phoenicibus ad Graeciam Asiamque afferri fando audierat Noster. Quibus tamen fidem se habere posse negat, cum vel amnis huius nomen Graeci quid sonet, Graeci autem minime ad eas usque terrae pervenerint. Qui postea *Eridani* nomine insignitus est Italiae fluvius, Padus (conf. Plin. H. N. III, 16. XXXVII, 2. Virgil. Georg. I, 482 ibiq. I. H. Voss.), de eo Herodotum, qui Thuriis, i. e. in ipsa Italia, opus suum absolvit, nequaquam cogitasse, satis, puto, erit manifestum; ita ut Plinium H. N. XII, 4 §. 8 errore vix absolvi posse credam. De *Duna* amni, qui Marciani Heracleotae sit Ῥούδων, olim cogitavit vir doctus, improbante Wesselingio, qui ipse cum aliis Herodoti *Eridanum*, quae Graeca sit vox, relatum vult ad *Rhodaunen* fluvium, qui Vistulae haud longe a Gedano misceatur, ubi etiamnum succini magna copia, quà omnino Prussiae ora maritima abundet. Cuius fluvii nomen varie pronuntiatum peperisse statuit Graecum Ἠριδανόν. Wesselingium secuti sunt Larcherus in nott. ad h. l., Rennel. l. l. pag. 397, Italus Herodoti interpres, alii. Quibuscum conf. I. H. Vossii disputata in: Weltkunde d. Alten. (Ephemeridd. Ienenss. 1804) pag. XXXI sqq. A. B. Wilhelm: Germania etc. pag. 81. Dilthey in nott. ad Taciti German. 45 pag. 291 seq. et in scriptione peculiari de Electro et Eridano, quae prodiit Darmstad. 1824. Heeren. Ideen. I, 2 pag. 70. 71. II, 1 pag. 178. Dilthey. l. l. pag. 17 Herodoti locum ad totam rem diiudicandam iure censet gravissimum, quippe ex quo pateat, Eridanum ex antiquiorum Graecorum sententia in extremis Europae finibus ad septentrionem versus fuisse, unde electrum adveheretur. Qui fluvius parum cognitus cum a serioribus perperàm pro Pado haberetur, multisque fabulis haec res exornaretur, probabilius videtur Diltheyo, *Vistulam* Eridani nomine celebratam esse (pag. 22), ad cuius ostia nempe vera electri patria inveniatur, quae, missis aliorum fabulis, in mari Baltico eiusque oris sit quaerenda. Equidem ut Eridanum fluvium fabulis poetarum sollertia postmodo praecipue celebratis adscribendum esse persuasum habeo, ita

πρὸς βαρβάρων ποταμὸν, ἐκδιδόντα ἐς θάλασσαν τὴν πρὸς βορῆν ἄνεμον, ἀπ᾽ ὅτευ τὸ ἤλεκτρον φοιτᾶν λόγος ἐστὶ, οὔτε νήσους οἶδα Κασσιτερίδας ἐούσας, ἐκ τῶν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ. τοῦτο μὲν γὰρ, ὁ Ἠριδανὸς, αὐτὸ κατηγορέει τὸ οὔνομα ὡς ἔστι Ἑλληνικὸν καὶ οὔ τι βαρβαρικὸν, ὑπὸ ποιητέω δέ τινος ποιηθέν· τοῦτο δὲ, οὐδενὸς αὐτόπτεω γενομένου οὐ δύναμαι ἀκοῦσαι, τοῦτο μελετῶν, ὅκως θάλασσά

---

qui verum eius situm indagare velit, eum vix quidquam profecturum esse putem. Namque electrum cum vix aliunde nisi ex oris Europae septentrionalis maritimis, ubi adhuc provenit, ad Graecos afferri potuerit, Phoenices, qui vel totam Africam circumnavigasse dicuntur, has quoque Prussiae regiones navibus adiisse indeque electrum secum abstulisse, a vero non prorsus abhorret. Conf. Dilthey. l. l. pag. 21. 22. Quos tamen eosdem ob magnum succini pretium de locis, unde adveherent, vel nihil quidquam vel incerta, mirabilia adeoque horrenda auditu Graecis narrasse credibile fit, indicantes scil. electri patriam Eridanum fluvium, fabulosum illum quidem, nec cuiquam accuratius notum. Quae ipsa dein poetae Graeci assumsisse magisque adeo pro more exornasse censendi sunt. Ut enim terrestri itinere succinum a Baltici maris oris ad Padi ostia aut in Pannoniam regionesque a Graecis Romanisve habitatas allatum credam, a me impetrare non possum, quamquam Ritter. (Vorhalle p. 183) sic existimasse video, ut electri mercatores ad Eridanum, quos norit Herodotus [?], quorumque emporium, ubi Herodotus sua acceperit [?], Olbia fuerit, tali itinere usi sint.

ἐκδιδόντα] sc. τὸ ὕδωρ. Cf. I, 6 ibiq. nott. Ad ὅτευ vid. nott. ad I, 7. Excerpsit haec Eustath. ad Dionys. Perieg. 561. De insulis *Cassiteridibus* disputavimus in Excursu ad h. l.

οὔ τι βαρβαρικὸν] Schwgh. secutus sum; ita enim plerique libri, qui in eo uno dissentiunt, quod modo οὔ τι, modo οὔτε exhibent. Gaisf. edidit βάρβαρον e Sancrofti et Vindobon. libro, Vall. et Eustath. ad Dionys. Perieg. 14. Conf. Herod. VIII, 19 et I, 60 ibiq. nott.

τοῦτο μελετῶν] i. e. quamvis *studiose, enixe id agens*, ut sc. *verum de his certique quid comperirem.* Cf. VI, 105. Quare non erat, cur haec sollicitaret Valcken. — De etymo vocis ἤλεκτρον non est quod agam post ea, quae ex veterum et recentiorum disputationibus attulit Dilthey. l. l. pag. 6 seq., qui idem monet, pag. 7 seqq. hanc vocem ad duo plane diversa usurpatam esse, cum modo metallum quoddam (de quo

4 ἐστι τὰ ἐπέκεινα τῆς Εὐρώπης. ἐξ ἐσχάτης δ' ὦν ὅ τε κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ, καὶ τὸ ἤλεκτρον.

116 Πρὸς δὲ ἄρκτου τῆς Εὐρώπης πολλῷ τι πλεῖστος χρυσὸς φαίνεται ἐών· ὅκως μὲν γινόμενος, οὐκ 255 ἔχω οὐδὲ τοῦτο ἀτρεκέως εἶπαι· λέγεται δὲ ὑπ' ἐκ τῶν γρυπῶν ἁρπάζειν Ἀριμασποὺς, ἄνδρας μουνο-

2 φθάλμους. πείθομαι δὲ οὐδὲ τοῦτο, ὅκως μουνό-

Aurum ab Arimaspis, Gryphorum praedonibus.

Plinius Hist. Nat. XXXIII, 4, 23), modo succinum, quod dicitur significet. Herodotum de succino (quod forsan pro metallo habuit, modo norit accuratius, quod ipsum dubitem) cogitasse, vix est quod moneam. „Conf. etiam Millin. in Minéralogie Homérique Class. V p. 48 sqq. ed. secund., ubi p. 58 Herodoteus quoque locus attingitur.“ *Cr.*

Cap. CXVI.

Πρὸς δὲ ἄρκτου τῆς Εὐρώπης] Ex h. l. et IV, 42. 45 intelligi ait Schweigh., Europam ex Herodoti ratione secundum totam Asiam superne porrigi universamque Asiae, quam nos vocamus, partem septentrionalem comprehendere. Accuratius in haec inquisivit Heeren. Ideen I, 1 p. 93, commonstrans verba *πρὸς ἄρκτου τῆς Εὐρώπης* et quae seqq. non tam ad Europae nostrae partes septentrionales et occidentales spectare, quam ad Asiae regiones septentrionales (ad quas easdem fabulam de Arimaspis pertinere patet ex IV, 27) ac sigillatim ad eos montes, qui Siberiam a Tartaria magna seiungant, nunc cognitos nomine *Altai* et auro minime carentes, cum quae illic habitasse dicantur gentes, omnes auro abundare perhibeantur, et metallorum reliquiae adhuc in iis ipsis regionibus inveniantur, quibus orbem terrarum omnino claudi et terminari putarint. Conf. etiam quae ad III, 102 adscripsimus.

πολλῷ τι πλεῖστος χρυσὸς φαίνεται] *τι* cum recentt. edd. plurium codd. auctoritate recepi, cum vulgo abesset. — Locutionem *ὑπ' ἐκ τῶν γρυπῶν* illustrant Homerica Il. XVI, 353. Od. XI, 37. Il. V, 854. VIII, 504. XV, 628. 720. XVII, 461. 581. Idem dicendi genus frequens apud Apollonium Rhodium, cuius locos collegit Wellauer. in Indice edit. suae s. v. — De *Gryphûm* fabula disputavimus in Excursu ad h. l. De Arimaspis videbimus ad IV, 27. 32.

ἄνδρας μουνοφθάλμους] Unus Sancrofti liber *μονοφθάλ.* Conf. Pollux II, 62. — Mox retinui *αἱ δὴ ὦν ἐσχατιαί*, cuius loco Reiz. *αἵδε ὦν ἐσχατιαί*; et in fine cap. *αὗται* (quo longius remotum *ἐσχατιαί* quodammodo repetitur) pro *αὐτά*, quod, probante Wesselingio, e duobus libris receperat Reiz. quodque mea sententia explicatu est difficilius.

φθαλμοι ἄνδρες φύονται, φύσιν ἔχοντες τὴν ἄλλην
3 ὁμοίην τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι. *Αἱ δὴ ὦν* ἐσχατιαὶ οἴκασι, περικληΐουσαι τὴν ἄλλην χώρην καὶ ἐντὸς ἀπέργουσαι, τὰ κάλλιστα δοκέοντα ἡμῖν εἶναι καὶ σπανιώτατα ἔχειν αὗται.

117 Ἔστι δὲ πεδίον ἐν τῇ Ἀσίῃ περικεκληϊμένον οὔρεϊ πάντοθεν, διασφάγες δὲ τοῦ οὔρεός εἰσι πέντε.
2 τοῦτο τὸ πεδίον ἦν μέν κοτε Χορασμίων, ἐν οὔροισι ἐὸν τῶν Χορασμίων τε αὐτῶν καὶ Ὑρκανίων, καὶ Πάρθων, καὶ Σαραγγέων, καὶ Θαμαναίων· ἐπεί τε δὲ Πέρσαι ἔχουσι τὸ κράτος, ἔστι τοῦ βασιλέος.
3 ἐκ δὴ ὦν τοῦ περικληΐοντος οὔρεος τούτου ῥέει 256

In Asia planities cincta monte: Aces fluvius illinc per montem quinque locis intercisum labens, et irrigans totidem populorum terras: obstructae sectiones montis a Persa, cupiditate lucri ex aqua imper-

---

Cap. CXVII.

διασφάγες] Gloss. Herodot. *αἱ διεστῶσαι πέτραι*. Eadem Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 146, ubi vid. nott. pag. 538. Conf. nott. ad Herod. II, 158 et add. VII, 199. 216. De accentu disputant, scribentes *διάσφαγες*, *διασφαγές* et *διασφάγες*. Bastius ad Greg. Cor. l. l. unice probat *διασφάγες*.

ἦν μέν κοτε Χορασμίων] De hoc genitivo, qui additur verbo *εἶναι*, plurima attulit Valcken. ad h. l. Tu vid. modo Matth. Gr. Gr. §. 315 pag. 619. Mox edidi *ἐν οὔροισι ἐὸν* (*cum in finibus esset sita planities*) pro olim vulg. *ἐν οὔρεσι ἐόντων*, quod teneri vult Mannert. Geogr. der Gr. u. Röm. V pag. 8. At Breigero (Asiae difficill. p. 67) verba *ἐν οὔροισι ἐόντων Χορασμίων* plane eiicienda videntur. — De gentibus, quae hic nominantur, vid. nott. ad III, 93.

ἐκ δὴ ὦν τοῦ περικληΐοντος οὔρεος τούτου κ. τ. λ.] Planitiem ab Herodoto commemoratam in montibus, qui a Caspio inde mari Indiam usque tangant et latiore Paropamisi appellatione comprehendantur, ubi gentes hîc indicatae consederint, regionem esse *Kaschmir* statuit Mannert. l. l. fluviumque *Acen* eundem esse, quem veteres *Acesinem*, recentiores *Tschunab* vocarint, in Indum ab oriente influentem. At de hac regione cogitari non posse, recte monuerunt Santo-Crucius (Examen critiq. d. hist. d'Alexandr. pag. 714 coll. 829 seq.), Maltebrun (Nouvell. Annall. II p. 350), A. G. de Schlegel Ind. Biblioth. II, 2 p. 301 seq., alii. Hinc planitiem ab oriente Caspii maris sitam longeque ab Indo remotam, fluviumque *Oxum* intelligere placet Gatter. (apud Billerbeck. l. l. pag. 17) itemque Heerenio Ideen I, 2 p. 289. I, 1 p. 191. 482. De *Oxo* multa Kephalides Hist. maris Caspii pag. 291 seqq., qui ipse pag. 332 sqq. ea, quae de Ace Herodotus narrat, ad *Margum*

tienda indigentibus.

ποταμὸς μέγας, οὔνομα δέ οἱ ἐστὶ Ἄκης. οὗτος πρότερον μὲν ἄρδεσκε, διαλελαμμένος πενταχοῦ,

fluvium, qui hodie vocatur Tedjen et partem provinciae Chorasam, quae olim Margiana dicebatur, percurrit, relata vult, ipsamque planitiem montibus undique cinctam in *Margianâ* montibus refertâ facile inveniri posse putat. Quae de Ace convallem istam permeante et incolentium agros irrigante scribit Herodotus, ea apprime convenire ait cum iis, quae de Margo irrigandorum agrorum causa in plures canales diducto Plinius H. N. VI, 16 tradat. Praeterea mediocris Margi amnis magnitudinem talem aquarum obstructionem, qualem a rege Persarum factam esse Herodotus narrat, quodammodo admittere videri; id quod in Oxum minime cadere, merito statuit. At Breiger. l. l. *Acen* pro *Ocho* habere mavult. Quo rectius, opinor, Rennell. l. l. pag. 461 de flumine *Hindmend*, qui in lacum *Zurrah* se effundat, agi putat, cum illius lacus sit longitudo XXV milliarr. Germann. et latitudo quinque milliarr. omnisque illa regio manifesta praebeat indicia, solum ipsum aquis limoque advectum olim fuisse. Itaque in ea regione, quae nunc vocatur *Sehistan*, planitiem ab Herodoto indicatam quaerendam esse censeo. Ubi fluvium Hirmend, qui Aces est, nunc tangunt loca deserta incultave, olim bene culta atque habitata, cum fluvii aquae canalibus arte deductis dispergerentur terraque redderetur maxime fertilis. Hos aquaeductus et omnem hanc molem, quà fluvii aquae per terras adiacentes distribuerentur, a Temure postea ita eversam esse accepimus, ut vix ullum superesset vestigium. Consul. Ritter. Erdkunde II p. 18 sqq., 22 sqq., ac de fluvio Hirmend ibid. pag. 19, ubi praeter alia hoc quoque monet, *Acen*, cum *Ochus* in lingua Pehlwi omnino flumen denotet, hac quoque appellatione significari potuisse. Multum in sacris Persarum libris, carminibus vulgique ore hanc terram praedicari, quae multis operibus ad solum sterile ac siccum irrigandum arte factis, multis canalibus, fuerit insignis, idem pluribus ostendit. Est enim in Herodotea narratione, quod vix quemquam latebit, de eiusmodi opere cogitandum, quod nos dicimus *Schleusenwerk*. Vid. Heeren. l. l. I, 1 pag. 482 seq. Quo magis miror Schlegelium, qui l. l. (quem *Cr.* indicavit) haec omnia de Ace fluvio ficta videri pronuntiat!

ἄρδεσκε, διαλελαμμένος] Ad formam imperfecti *ἄρδεσκε* conf. Buttmann. Gramm. mai. I pag. 393 not. et ad *διαλελαμμένος* nott. ad I, 190. — Paulo infra pro *ἐξόδου* cum Schweigh. et Gaisf. recepi *διεξόδου*. Conf. II, 24. — Ad *ἐνδιδόντος* cf. nott. ad I, 6.

τῶν εἰρημένων τούτων τὰς χώρας, διὰ διασφάγος
ἀγόμενος ἑκάστης ἑκάστοισι. ἐπεί τε δὲ ὑπὸ τῷ
4 Πέρσῃ εἰσὶ, πεπόνθασι τοιόνδε. Τὰς διασφάγας
τῶν οὐρέων ἐνδείμας ὁ βασιλεὺς, πύλας ἐπ' ἑκάστῃ
διασφάγι ἔστησε· ἀποκεκληϊμένου δὲ τοῦ ὕδατος
τῆς διεξόδου, τὸ πεδίον τὸ ἐντὸς τῶν οὐρέων πέλα-
γος γίνεται, ἐνδιδόντος μὲν τοῦ ποταμοῦ, ἔχοντος
5 δὲ οὐδαμῇ ἐξήλυσιν. οὗτοι ὦν, οἵ περ ἔμπροσθεν
ἐώθεσαν χρᾶσθαι τῷ ὕδατι, οὐκ ἔχοντες αὐτῷ χρᾶ-
6 σθαι, συμφορῇ μεγάλῃ διαχρέωνται. τὸν μὲν γὰρ
χειμῶνα ὕει σφι ὁ θεὸς, ὥσπερ καὶ τοῖσι ἄλλοισι
ἀνθρώποισι· τοῦ δὲ θέρεος σπείροντες μελίνην καὶ
7 σήσαμον, χρηΐσκοντο τῷ ὕδατι. ἐπεὰν ὦν μηδέν
σφι παραδίδωται τοῦ ὕδατος, ἐλθόντες ἐς τοὺς Πέρ-
σας αὐτοί τε καὶ γυναῖκες, στάντες κατὰ τὰς θύρας
8 τοῦ βασιλέος, βοῶσι ὠρυόμενοι. ὁ δὲ βασιλεὺς
τοῖσι δεομένοισι αὐτῶν μάλιστα ἐντέλλεται ἀνοίγειν
τὰς πύλας τὰς ἐς τοῦτο φερούσας· ἐπεὰν δὲ διάκορος
ἡ γῆ σφέων γένηται πίνουσα τὸ ὕδωρ, αὗται μὲν αἱ

συμφορῇ — διαχρέωνται] Vid. III, 41 ibiq. nott. — Ad verba ὕει — ὁ θεός conf. Matth. Gr. Gr. pag. 590 et nott. ad Herod. II, 13.

μελίνην καὶ σήσαμον] Μελίνη *Panicum miliaceum* Linn. Nobis est, der gemeine *Hirse*. De *sesamo* conf. nott. ad I, 193. Pro χρηΐσκοντο Schweigh. malebat χρηΐσκονται, ut Portus. — Ad παραδίδωται conf. Matth. Gr. Gr. pag. 408.

βοῶσι ὠρυόμενοι] ὠρύεσθαι de lupis aliisque feris proprie dicitur, mox vero ad quosvis sonos indistinctos clamoresque inconditos transfertur. Cf. Herod. IV, 75. Ammon. de differ. vocabb. et quae Creuzerus citat in Melett. I pag. 11 not. Add. Boissonad. ad Eunap. pag. 225. 576. Pindar. Ol. IX, 163 ibiq. interprett. Apud Livium V, 39: „*ululatus* cantusque dissoni“ coll. XXI, 28. Idem XLIII, 10 „*ululantes* mulieres“ dixit. Schweigh. citaverat Caesar. B. G. V, 37: „tum suo more victoriam conclamant atque *ululatum* tollunt.“ — In seqq. ad verba τὰς ἐς τοῦτο φερούσας cf. similia I, 180 fin. I, 191. II, 122. 138.

ἐπεὰν δὲ διάκορος — τὸ ὕδωρ] i. e. „*si satis aquarum imbiberit terra, s. satis irrigata, satiata fuerit.*“ Vocem διάκορος ex h. l. citat Thomas Mag. s. v. p. 216. Ad locutionem πίνειν τὸ

πύλαι ἀποκληΐονται, ἄλλας δ' ἐντέλλεται ἀνοίγειν
9ἄλλοισι τοῖσι δεομένοισι μάλιστα τῶν λοιπῶν. ὡς
δὲ ἐγὼ οἶδα ἀκούσας, χρήματα μεγάλα πρησσόμε-
νος ἀνοίγει, πάρεξ τοῦ φόρου. ταῦτα μὲν δὴ ἔχει
οὕτω.

118 Τῶν δὲ τῷ Μάγῳ ἐπαναστάντων ἑπτὰ ἀνδρῶν,
ἕνα αὐτῶν Ἰνταφέρνεα κατέλαβε, ὑβρίσαντα τάδε,
2ἀποθανεῖν αὐτίκα μετὰ τὴν ἐπανάστασιν. ἤθελε ἐς
τὰ βασιλήϊα ἐσελθὼν χρηματίσασθαι τῷ βασιλέϊ· καὶ
γὰρ δὴ καὶ ὁ νόμος οὕτω εἶχε τοῖσι ἐπαναστᾶσι τῷ
Μάγῳ, ἔσοδον εἶναι παρὰ βασιλέα ἄνευ ἀγγέλου,
ἢν μὴ γυναικὶ τυγχάνῃ μισγόμενος ὁ βασιλεύς.
3οὔκων δὴ Ἰνταφέρνης ἐδικαίευ οὐδένα οἱ ἐσαγγεῖ-
λαι· ἀλλ', ὅτι ἦν τῶν ἑπτὰ, ἐσιέναι ἤθελε. ὁ δὲ
πυλουρὸς καὶ ὁ ἀγγελιηφόρος οὐ περιώρεον, φάμε-
4νοι τὸν βασιλέα γυναικὶ μίσγεσθαι. ὁ δὲ Ἰνταφέρ-
νης, δοκέων σφέας ψεύδεα λέγειν, ποιέει τοιάδε·
σπασάμενος τὸν ἀκινάκεα, ἀποτάμνει αὐτῶν τά τε

Intaphernis regem adire prohibiti factum praeceps et crudele in ianitorem et internuntium.

ὕδωρ conf. Anacreon. XIX, 1 ibiq. Fischer. Herod. IV, 198.

πάρεξ τοῦ φόρου] Inter Persarum regum reditus praeter ordinaria tributa recenset haec Heeren. I, 1 pag. 482 bene adiicens, antiqua aeque ac recentiori aetate reges Persarum iis, quae ad soli fertilitatem augendam instituta erant, usos esse ad vectigalia imponenda reditusque suos hinc augendos. Tu vid. etiam nott. ad III, 97.

Cap. CXVIII.

κατέλαβε] Conf. nott. ad III, 42. In seqq. verbis distinguendis Schweigh. et Gaisf. secutus sum. Conf. III, 119 init. Verbum χρηματίζεσθαι, quo Herodotus utitur, valet *agere, transigere* de aliqua re. Citat Thomas Mag. p. 919, ubi vid. interprett. Tu vid. VII, 163 et quae attuli ad Ctesiae fragmm. pag. 173.

οὐδένα οἱ ἐσαγγεῖλαι] Conf. III, 84. Pro περιώρεον aliquot libri περιώρων; nullus, quod vellem, περιόρεον, ut II, 106. 148. 150, alibi.

τὸν ἀκινάκεα] Sic vocabatur Persarum gladius, ipso monente Herodoto VII, 54. Conf. III, 128 aliosque locos a Schweigh. in Lex. Herod. allatos. Brevem fuisse ensem, tum veterum quaedam testimonia docent, tum Persepolitana monumenta, in quibus viri acinace armati ad femur repraesentantur. Pluribus monuit Mongez. Mémoir. de l'Instit. IV pag. 60 seqq.

ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας· καὶ ἀνείρας περὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου, περὶ τοὺς αὐχένας σφέων ἔδησε, καὶ
119 ἀπῆκε. Οἱ δὲ τῷ βασιλέϊ δεικνύασι ἑωυτούς, καὶ
2 τὴν αἰτίην εἶπον, δι' ἣν πεπονθότες εἴησαν. Δαρεῖος δὲ, ἀῤῥωδήσας μὴ κοινῷ λόγῳ οἱ ἓξ πεποιηκότες ἔωσι ταῦτα, μεταπεμπόμενος ἕνα ἕκαστον, ἀπεπειρᾶτο γνώμης, εἰ συνέπαινοί εἰσι τῷ πεποιη-
3 μένῳ. ἐπεί τε δὲ ἐξέμαθε ὡς οὐ σὺν ἐκείνοισι εἴη ταῦτα πεποιηκὼς, ἔλαβε αὐτόν τε τὸν Ἰνταφέρνεα, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τοὺς οἰκηΐους πάντας· ἐλπίδας πολλὰς ἔχων μετὰ τῶν συγγενέων μιν ἐπιβουλεύειν 257

Darius Intaphernem cum filiis cognatisque omnibus vinciri iubet ad necem: uxor Intaphernis data optione fratrem sumit: remittitur ei et frater et filius natu maximus.

ἀνείρας περὶ τὸν χαλινὸν — ἔδησε] Schweigh. h. l. sic reddidit. „*aures et nares* (praecisas sc.) *circa frenum equi adnexas cervicibus eorum circumdedit atque ita homines dimisit.*“ Quae cum obscuriora videantur, malim ita interpretari: „*aures* et *nares* (abscissas) *in altum sublatas ad equi frenum, tum cervicibus illorum adligavit eoque modo eos dimisit.*“ Nec aliter Lange hunc locum accepisse laetor; quippe quem sic reddidit: „er zog seinen Säbel und hieb ihnen Nasen und Ohren ab und hängte sie an den Zügel seines Pferdes und band sie ihnen um den Hals und dann liess er sie laufen.“ Nam Intaphernes pro eo Persarum more patrio, de quo vid. Brisson. de reg. Perss. princip. III, 2. 3, insidens equo et gladio armatus ad regias aedes accessisse putandus est. Testantur monumenta, quae modo dixi, Persepolitana. — Ad ἀνείρας conf. III, 87: ἐξείρας.

Cap. CXIX.

ἀπεπειρᾶτο γνώμης] i. e. *unius cuiusque sententiam explorabat, unumquemque tentabat.* Sic III, 52. 128. 134 135. VIII, 67. I, 47, ne plura. Nam verbum medium πειρᾶσθαι indeque composita deponentium vim adsciscunt significatu *tentandi, explorandi;* quo ipso distinguuntur ab activo verbo πειρᾶν, quod valet *conari.* Vid. Poppo De verbb. Graecc. mediis (in Seebode Archiv für Philolog. 1829 nr. 59) pag. 236 not. 96 et Mehlhorn. in Seebode et Iahn. Annall. philoll. et paedagogg. I, 1 pag. 40 not. 32.

ὡς οὐ σὺν ἐκείνοισι εἴη] In his praepositionem σὺν *consensum* s. *auxilium* denotare, monuit Fischer. ad Weller. III, 6 pag. 147. Conf. Herod. III, 153.

ἐλπίδας πολλὰς ἔχων] i. e. *valde existimans* (s. timens). Ad quam notionem vocis ἐλπίς atque ἐλπίζειν faciunt, quae tradit Thomas Magist. pag. 299 seqq. coll. Stallbaum ad Plat. Phileb. pag. 91. Interprett. ad Thucydid. I, 1. Conf. Herod. III, 122. Ad verba ἔδησε τὴν

οἱ ἐπανάστασιν· συλλαβὼν δέ σφεας, ἔδησε τὴν
4 ἐπὶ θανάτῳ. Ἡ δὲ γυνὴ τοῦ Ἰνταφέρνεος φοιτέουσα
ἐπὶ τὰς θύρας τοῦ βασιλέος, κλαίεσκε ἂν καὶ ὀδυ-
ρέσκετο· ποιεῦσα δὲ αἰεὶ τὠυτὸ τοῦτο, τὸν Δαρεῖον
5 ἔπεισε οἰκτεῖραί μιν. πέμψας δὲ ἄγγελον, ἔλεγε
τάδε· „Ὦ γύναι, βασιλεύς τοι Δαρεῖος διδοῖ ἕνα
τῶν δεδεμένων οἰκηΐων ῥύσασθαι, τὸν βούλεαι ἐκ
6 πάντων.“ Ἡ δὲ, βουλευσαμένη, ὑπεκρίνατο τάδε·
„Εἰ μὲν δή μοι διδοῖ βασιλεὺς ἑνὸς τὴν ψυχὴν, αἱ-
7 ρέομαι ἐκ πάντων τὸν ἀδελφεόν.“ Πυθόμενος δὲ
Δαρεῖος ταῦτα, καὶ θωυμάσας τὸν λόγον, πέμψας
ἠγόρευε· „Ὦ γύναι, εἰρωτᾷ σε βασιλεὺς, τίνα
ἔχουσα γνώμην, τὸν ἄνδρα τε καὶ τὰ τέκνα ἐγκατα-
λιποῦσα, τὸν ἀδελφεὸν εἵλευ περιεῖναί τοι· ὃς καὶ
ἀλλοτριώτατός τοι τῶν παίδων, καὶ ἧσσον κεχαρι-
8 σμένος τοῦ ἀνδρός ἐστι.“ Ἡ δ' ἀμείβετο τοῖσδε· „Ὦ
βασιλεῦ, ἀνὴρ μέν μοι ἂν ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων

ἐπὶ θανάτῳ conf. nott. ad I, 109.

κλαίεσκε ἂν καὶ ὀδυρέσκετο] *ἂν* cum Schweigh. et Gaisf. e Florentino binisque Parisinis adieci, cum vulgo abesset. Vid. III, 51 ibiq. nott. III, 148. I, 196 ibiq. nott. Buttmann. Gr. mai. I pag. 393 de imperfecti et forma et usu monens. Tuetur quoque voculam *ἂν* Matthiae in Miscell. philologg. Add. p. 84., a *Cr.* laudatus.

Ὦ γύναι] Conf. nott. ad I, 111 et add. Moebium ad Anacreont. pag. 27. 28, qui hanc compellationem honestam esse et virginis et uxoris admonet. Ad superlativum *ἀλλοτριώτατος*, quem pro comparativo poni vult, *Cr.* conferri iubet Wyttenbach. ad Plut. Mor. II pag. 689 seqq. 945. Tu vid. modo Matth. Gr. Gr. §. 464.

ἀνὴρ μέν μοι ἂν ἄλλος γένοιτο] Cum Florent. exhibeat *μέν τοι* (pro *μέν μοι*) utrumque, auctore Schweigh., forsan sic iungendum: *μέν τοι ἄν μοι.* Ipsa sententia cum Sophocl. Antigon. 924 sic convenit, ut alter alterius vestigia legisse alteriusque verba expressisse videri queat. Sunt qui Sophoclem Herodotea retulisse velint; contrarium placet Valckenario, qui similem quoque Luciani in Toxar. cap. 61 sententiam citat. Quam in rem ita Heyse Quaest. Herodd. pag. 67 not. „At aegre Herodotum e Sophocle hausisse Tibi persuaseris, quae tanquam historicae personae dictum ille refert; quanquam Clemens Alexandr. Stromat. VI init. p. 625

ἐθέλοι, καὶ τέκνα ἄλλα, εἰ ταῦτα ἀποβάλοιμι· πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μευ ζωόντων, ἀδελφεὸς ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο. ταύτῃ τῇ γνώμῃ
9 χρεωμένη, ἔλεξα ταῦτα." Εὖ τε δὴ ἔδοξε τῷ Δαρείῳ εἰπεῖν ἡ γυνή, καί οἱ ἀπῆκε τοῦτόν τε τὸν παραιτέετο, καὶ τῶν παίδων τὸν πρεσβύτατον, ἡσθεὶς αὐτῇ· τοὺς δὲ ἄλλους ἀπέκτεινε πάντας. τῶν μὲν δὴ ἑπτὰ εἷς αὐτίκα τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἀπολώλεε.

120 Κατὰ δέ κου μάλιστα τὴν Καμβύσεω νοῦσον ἐγένετο τάδε. Ὑπὸ Κύρου κατασταθεὶς ἦν Σαρδίων
2 ὕπαρχος Ὀροίτης, ἀνὴρ Πέρσης. οὗτος ἐπεθύμησε πρήγματος οὐκ ὁσίου· οὔτε γάρ τι παθὼν οὔτε ἀκούσας μάταιον ἔπος πρὸς Πολυκράτεος τοῦ Σαμίου, οὔτε ἰδὼν πρότερον, ἐπεθύμεε λαβὼν αὐτὸν

Oroeti Persae praefecto Sardium invisus Polycrates, ex opprobrio, quod ipsi fecerat Mitrobates, praefectus Dascylii.

D. furti istius Herodotum arguit." In eandem sententiam disputat ad h. l. Italus interpres. Conf. Wesseling. Diss. Herodd. pag. 175 seq. et supra ad I, 2 nott. — Ad ζωόντων confer Matth. Gr. Gr. pag. 824.

τοὺς δὲ ἄλλους ἀπέκτεινε πάντας] „De hoc duro more cf. Lindenbrog. et Vales. ad Ammian. Marcellin. XXIII, 6. 81 T. II p. 61 seq. ed. Wagn. et Erf." *Cr.*

Cap. CXX.

ἐγένετο] Aliquot libri ἐγίνετο. Aoristum praefert Schwgh. hoc sensu: *acciderat.*

Σαρδίων ὕπαρχος] De *satrapa*, opinor, intelligendum. Conf. III, 126. 128. Heeren. Ideen I, 1 pag. 492 alia, quae ad Ctesiae fragmm. pag. 121 seq. notavi.

Ὀροίτης] Unus liber Ὀρίτης. Apud alios scriptores reperitur Ὀρόντης, de qua scriptura consulatur Hemsterhus. ad Lucian. Contempl. 14 T. III pag. 396 Bip., qui utramque scripturam in diversis scriptoribus retinendam esse censet, praesertim cum Polycratis historia non prorsus simili modo ab omnibus videatur esse enarrata. Ad vocem ὅσιος in seqq. *Cr.* consuli vult Dorville ad Chariton. pag. 267 et Bekker. Anecdd. pag. 288.

οὔτε γάρ τι παθὼν — μάταιον ἔπος] i. e. *neque facto ullo neque verbo* (conviciis) *laesus a Polycrate.* Ad vocem μάταιος conf. VII, 15. coll. 13, ubi pro eo invenitur ἀεικής. Add. II, 118. III, 10. 56. 65. Ad argumentum conf. Diodor. (XXI) T. II p. 557 Wessel., unde Polycratem sane quid commisisse discimus. Nam Lydos, qui Orontis imperium satis grave quo effugerent, Samum se receperant, humaniter quidem recepisse, mox vero eos interfecisse eorumque opibus potitus esse dicitur.

ἀπολέσαι· ὡς μὲν οἱ πλεῦνες λέγουσι, διὰ τοιήνδε
3 τινὰ αἰτίην. ἐπὶ τῶν βασιλέος θυρέων κατήμενον 258
τόν τε Ὀροίτην καὶ ἄλλον Πέρσην, τῷ οὔνομα εἶ-
ναι Μιτροβάτεα, νομοῦ ἄρχοντα τοῦ ἐν Δασκυλείῳ,
4 τούτους ἐκ λόγων ἐς νείκεα συμπεσέειν. κρινομέ-
νων δὲ περὶ ἀρετῆς, εἰπεῖν τὸν Μιτροβάτεα τῷ
Ὀροίτῃ, προφέροντα· „Σὺ γὰρ ἐν ἀνδρῶν λόγῳ,

ἐπὶ τῶν βασιλέος θυρέων κατήμενον] Haec pro more orientalium, qui hodieque apud Turcos obtinet, ubi regis aula dicitur *porta*. Cum enim reges ipsi in aedibus intimis habitarent, aulicorum multitudo ante ipsas aedium portas circa atria vestibulave commorabatur. Hinc supra III, 119: φοιτέουσα ἐπὶ τὰς θύρας τοῦ βασιλέος et infra III, 140, alia ut taceam. Plura Barn. Brisson. de reg. Persarr. princip. I §. 211. Heeren. Ideen I, 1 p. 472. 473. Cr. confert Isocrat. Panegyr. c. 41 et Museum Atticum. T. I, 1 p. 107 et ad vocem Μιτροβάτεα Heliodor. Aethiopp. X p. 393. IV p. 149 ed. Cor.

ἐν Δασκυλείῳ] Conf. III, 126. *Dascylium* Bithyniae occidentalis, quae cum Mysia adiacente in unam satrapiam coniuncta erat, urbs fuit primaria regiique satrapae, quem h. l. νομοῦ ἄρχοντα dici putem, sedes. Nunc vocatur *Diascillo.* Larcher. laudat Stephan. Byz. s. v. Strab. XII p. 861 B. s. p. 575. Plin. H. N. V, 32(40). Add. Heeren. Ideen I, 1 pag. 161. Ad τούτους in proxime seqq. refer §. 472, 3. κρίνεσθαι valet *disceptare inter se, verbis certare.*

Σὺ γὰρ ἐν ἀνδρῶν λόγῳ] Ad voculam γὰρ conf. Hermann. ad Viger. pag. 829. 846. Libri omnes ἀνδρῶν, excepta una Aldina, quae offert ἀνδρὸς, probante Valcken., qui veretur, ut eo sensu, quo *viri praestantes* dicantur ἐν λόγῳ εἶναι, et qui *nullo sint numero,* οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ, dici possit plurali in numero εἶναι ἐν ἀνδρῶν λόγῳ. Quare verba σὺ γὰρ ἐν ἀνδρὸς λόγῳ idem valere existimat atque σὺ γὰρ ἀνήρ; *tune vir fortis* vel *egregius censeris?* quemadmodum apud alios inveniatur ἐν ἀνδρὸς μέρει, s. μοίρᾳ εἶναι. Equidem hoc minus a scriptorum librorum auctoritate discedere nolui, quo magis apud serioris aetatis scriptores, qui Herodotum imitati esse videntur, pluralis numerus in similibus invenitur locutionibus. Wessel. citat Herod. VIII, 68. III, 125. Procop. B. Pers. I, 7. II, 5. coll. B. Vand. I, 7. — Apud Ctesiam Perss. Exc. §. 4 singulari numero prolatum invenio: ἐν ὁμήρου λόγῳ. [„Caeterum in Oraculo illo Megarensibus dato item usurpatum est. Ὑμεῖς — οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ, quod in proverbium abierat tangitque Olym-

ὃς βασιλέϊ νῆσον Σάμον πρὸς τῷ σῷ νομῷ προσκειμένην οὐ προσεκτήσαο, ὧδε δή τι ἐοῦσαν εὐπετέα χειρωθῆναι; τὴν τῶν τις ἐπιχωρίων πεντεκαίδεκα ὁπλίτῃσι ἐπαναστὰς ἔσχε, καὶ νῦν αὐτῆς τυραννεύει." Οἱ μὲν δή μίν φασι τοῦτο ἀκούσαντα, καὶ ἀλγήσαντα τῷ ὀνείδεϊ, ἐπιθυμῆσαι οὐκ οὕτω τὸν εἴπαντα ταῦτα τίσασθαι, ὡς Πολυκράτεα πάντως

121 ἀπολέσαι, δι᾽ ὅν τινα κακῶς ἤκουσε. Οἱ δὲ ἐλάσσονες λέγουσι, πέμψαι Ὀροίτεα ἐς Σάμον κήρυκα, ὅτευ δὴ χρήματος δεησόμενον· οὐ γὰρ ὦν δὴ τοῦτό γε λέγεται· καὶ τὸν Πολυκράτεα τυχεῖν κατακείμενον ἐν ἀνδρεῶνι, παρεῖναι δέ οἱ καὶ Ἀνα-

Nonnullos tradere aliam causam offensae Polycratis apud Oroetem: Anacreon Teius.

---

piodorus in Platon. Alcib. pr. 1 p. 8, ubi plura posui; tangere etiam Plato videtur in Philebo Baumgarten-Crusio VII. Vid. pag. 37 ed. Stallbaum." *Cr.*] — De structura loci, in quo post praegressum ὧδε δή τι sequitur relativum pronomen τὴν (ubi exspectaveras particulam ὥστε, vel simile quid) monuit Schaefer. Appar. critic. in Demosthen. Vol. II pag. 531. Conf. Herod. IV, 28. 52.

ἐπαναστὰς ἔσχε] Conf. supra III, 39. Ad seqq. καὶ νῦν αὐτῆς conf. ob pronominis usum III, 34 init. ibique adscripta. — Ad verba οὐχ οὕτω — ὡς (*non tam* — *quam*) conf. III, 34.

Cap. CXXI.

οὐ γὰρ ὦν δὴ] „Vid. I, 49 et Gregor. Corinth. pag. 390 ed. Schaef. ibique interprett. De οὐ γὰρ δή γε add. Döderlein. Actt. phill. Monacc. I pag. 31." *Cr.* De particulis ὦν δή vid. Ephemer. Ienenss. 1817 nr. 163 pag. 361. Stegero h. l. explicandus videtur per sententiam suppressam, hunc fere in modum: οὐδὲ ὦν ἐγὼ ἔχω λέγειν, ut ipsa verba sic constitui debeant: οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε λέγεται· οὐδὲ ὦν ἐγὼ ἔχω λέγειν. — Ad ἀνδρεών conf. nott. ad I, 34.

παρεῖναι δέ οἱ καὶ Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον] Anacreontem apud Polycratem, qui plures omnino eius aetatis viros artibus ingeniique cultu insignes secum habuit, commoratum fuisse alia quoque evincunt testimonia, inprimis Strabon. XIV pag. 438 s. 945; coll. Aelian. V. H. IX, 4 init. Add. Panofka Samiorr. Res pag. 36, et quod ad Anacreontem proxime attinet, Moebium in commentat. de Anacreontis vita et carminn., quae praefixa est editioni, quae Goth. et Erfordt. prodiit anno 1826 (Vol. XIX bibl. class. curâ Iacobs et Rost.) pag. VIII seqq., ubi aliorum quoque, de his qui tractarunt, laudantur scriptiones. Maxima enim apud tyrannum gratia summaque adeo familiaritate

κρέοντα τὸν Τήϊον· καί κως, εἴτ' ἐκ προνοίης αὐτὸν κατηλογέοντα τὰ Ὀροίτεω πρήγματα, εἴτε καὶ συντυχίη τις τοιαύτη ἐπεγένετο· τόν τε γὰρ κήρυκα τὸν Ὀροίτεω παρελθόντα διαλέγεσθαι, καὶ τὸν Πολυκράτεα, τυχεῖν γὰρ ἐπεστραμμένον πρὸς τὸν τοῖχον, οὔτε τι μεταστραφῆναι, οὔτε ὑποκρίνασθαι.

122 Αἰτίαι μὲν δὴ αὗται διφάσιαι λέγονται τοῦ θανάτου τοῦ Πολυκράτεος γενέσθαι· πάρεστι δὲ πείθεσθαι ὁκοτέρῃ τις βούλεται αὐτέων. 2 Ὁ δὴ ὦν Ὀροίτης, ἱζόμενος ἐν Μαγνησίῃ τῇ ὑπὲρ Μαιάνδρου

Polycrates primus Graecorum temporis historici affectans maris imperium; ultimus tempo-

---

floruit poeta, qui ingenium illius durum arte suâ mitius reddidisse fertur. Quo mortuo Athenas Anacreontem arcessivit Hipparchus, Pisistrati filius, apud quem non minori floruit poeta auctoritate, summisque honoribus fuit ornatus. Sed haec verbulo indicasse sufficiat ad hunc locum, quem tum ad Anacreontis aetatem constituendam, tum ad Polycratis tempora definienda nonnihil valere nemo non videt. In cuius rebus cum nihil fere ad certum annum revocari queat, ut monuit Schultz. in Appar. critic. pag. 30 praeter necem ann. 523 a. Chr. n. s. Olymp. LXIV, 1 et auxilium Cambysi Aegyptum invadenti missum anno 525 a. Chr. n., quae hic ab Herodoto referantur, ea in annum 524 a. Chr. n. incidere consequens est. Ad Olymp. LXIV, 3 s. 522 a. Chr. n. haec retulerat Clinton. in Fast., ubi vid. Larcherus Polycratis necem ponit in ann. 523 a. Chr. n. s. LXIV, 2 (Tab. chronolog. pag. 630); Panofka (Samiorr. Res pag. 41) in Olymp. LXIV, 1.

κατηλογέοντα τὰ Ὀροίτεω πρήγματα] De accusativi ratione vid. Matth. Gr. Gr. §. 378 not. 2. Conf. Herod. I, 84. Eodem sensu, quo hic *κατηλογεῖν*, infra III, 125 *ἀλογεῖν* et VI, 75 *ἐν ἀλογίῃ ἔχειν τινά* coll. II, 141, ubi vid. nott. Caeterum structuram inde a verbis *καί κως* nonnihil turbatam videri, nec prorsus legitimo modo procedere, monitu vix opus. Causa in eo est, quod causalis sententia praemittitur, quae subsequi debebat; de quo diximus ad I, 8. Nam verba *αὐτὸν κατηλογέοντα* ad Polycratem referenda esse patet. Quae sic proprie constituenda esse notat Steger. ad h. l.: *καί κως τὸν Πολυκράτεα, εἴτ' ἐκ προνοίας κατηλόγεε τὰ Ὀρ. πρήγματα — ἐπεγένετο· τὸν οὖν δὴ Πολυκράτεα, τοῦ κήρυκος τοῦ Ὀρ. παρελθόντος διαλέγεσθαι, οὔτε τι μεταστραφῆναι (τυχεῖν γὰρ — τὸν τοῖχον) οὔτε ὑποκρίνασθαι.*

Cap. CXXII.

ἐν Μαγνησίῃ τῇ ὑπὲρ Μαιάνδρου] *Magnesia*, quae ad

ποταμοῦ οἰκημένη, ἔπεμπε Μύρσον τὸν Γύγεω, ἄνδρα Λυδὸν, ἐς Σάμον ἀγγελίην φέροντα, μαθὼν
3 τοῦ Πολυκράτεος τὸν νόον. Πολυκράτης γάρ ἐστι 80
πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Ἑλλήνων, ὃς θαλασσοκρα-

ris mythici, Minos Cnossius: Oroetis ad Polycratem epistola insidiosa.

Maeandri fluvii ripam septentrionalem sita erat, quindecim milliaria ad meridiem et orientem ab Epheso, si penes Plinium fides, distingui debet ab ea Magnesia, quae ad Sipylum montem sita, Smyrnam versus, et ipsa ad Lydiam pertinebat. Eam nunc *Magnisam*, alteram Maeandriam hodie *Inebazar* dici affirmant. Conf. Strab. XIV, 1 p. 636 s. 943 C. aliorumque testimonia, quae citat Van der Chys Comment. geogr. ad Arrian. p. 20. Vid. supra I, 161. De *Maeandro* diximus ad I, 18.

Μύρσον] Idem nomen infra V, 122. Ac videntur apud Lydos usitata fuisse nomina et *Myrsi* (s. Myrsili) et *Gygis*. Vid. Herod. I, 7. 8 ibiq. nott. Verba subsequentia Letronne in Journal d. Sav. 1817 pag. 98, reiecta et Larcheri et Schweighaeuseri interpretatione („*Myrsum — Samum misit, nuncium ferentem, quo animum Polycratis exploraret*"), rectius, opinor, sic interpretanda esse censet: „*misit in Samum ad Polycratem, cuius cogitata noverat.*" Namque *νόον* idem valere quod *διάνοιαν consilium, mentem* („les vues, les dessins, les projets") recte monet Letronne, quemadmodum paulo post: *μαθὼν ὧν ταῦτά μιν διανοεύμενον ὁ Ὀροίτης*, quae Schweigh. recte sic vertit: „*hoc eum animo agitare intelligens Oroetes.*"

ὃς *θαλασσοκρατέειν ἐπενοήθη*] De Polycrate, qui classe plurimum valuit insulasque plures Aegaei maris sibi subegit, testimonia exstant Thucydidis (I, 13) ac Strabonis (XIV p. 945 B. s. 637 D.) dudum allata a Valcken. Quibus equidem hoc adiicio, iam mature antequam aliarum Graeciae gentium floreret res navalis, Samios et navibus et mercatura maritima insignes laudari; quam in rem conferantur, quae Panofka attulit Samiorr. Res pag. 14 seq. Nam mature illi navibus fabricandis operam dedisse adeoque navium genus quoddam ipsi invenisse praedicantur. Ad *θαλασσοκρατίαν* quod attinet, monet Valcken., Graecos, qui maris tenuerint mediterranei partem, superbo *θαλασσοκρατούντων* titulo insignes exhiberi, cum ad aliquot tantum insulas Aegaei maris imperium exercuerint. Agitur autem, monente Wesselingio, hic non tam de populis gentibusve, quae opibus maritimis valuerint, quam de regibus tyrannisve. De iis, qui apud Graecos celebrantur *θαλασσοκρατοῦντες*, consulatur Heyne in Nov. Comm. Societ. Gott. T. I p. 66 — 95. II pag. 40 — 71, ubi post Minoem se-

τέειν ἐπενοήθη, πάρεξ Μίνωός τε τοῦ Κνωσσίου,
καὶ εἰ δή τις ἄλλος πρότερος τούτου ἦρξε τῆς θα-
λάσσης· τῆς δὲ ἀνθρωπηΐης λεγομένης γενεῆς Πο-
λυκράτης ἐστὶ πρῶτος, ἐλπίδας πολλὰς ἔχων Ἰωνίης 259
4 *τε καὶ νήσων ἄρξειν. μαθὼν ὦν ταῦτά μιν δια-*
νοεύμενον ὁ Ὀροίτης, πέμψας ἀγγελίην, ἔλεγε τάδε·
5 „*ΟΡΟΙΤΗΣ ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΙ ὩΔΕ ΛΕΓΕΙ. Πυν-*
θάνομαι ἐπιβουλεύειν σε πρήγμασι μεγάλοισι, καὶ
χρήματά τοι οὐκ εἶναι κατὰ τὰ φρονήματα. σύ νυν
ὧδε ποιήσας, ὀρθώσεις μὲν σεωυτὸν, σώσεις δὲ καὶ
6 *ἐμέ. ἐμοὶ γὰρ βασιλεὺς Καμβύσης ἐπιβουλεύει θά-*

---

ptendecim gentium recensentur *θαλασσοκρατίαι.*

πάρεξ Μίνωός τε τοῦ Κνωσσίου] Duo libri *Μίνω τε*, quod non spernendum esse statuit Wessel. conferens Etymol. m. p. 588, 28. Nec infrequens haec genitivi forma, de quâ conf. Matth. Gr. Gr. §. 70 not 3 p. 153. Herod. I, 171. — *Cnossius* dicitur Minos, quum Cnossus urbs antiqua esset regia Minois sedes, opibus aediumque splendore insignis indeque maxime celebrata per antiquitatem. Alibi vox cum una σ scripta reperitur; de qua scriptura monuerunt Moser. et Creuz. ad Cicer. de Legg. I, 5 pag. 39 de re quoque monentes. Tu add. inprimis Hoeck. Ctreta I pag. 10. 403. II, 182. De ipso *Minoe*, maris imperium qui primus inter Graecos tenuisse fertur, vid. Thucyd. I, 4. Diodor. Sic. IV, 60. V, 54 alia, quae interpretes Thucydidis pag. 64. ed. Gervini attulerunt. Add. Hoeck. l. l. II pag. 201 seqq.

καὶ εἰ δή τις κ. τ. λ.] Ante Minoem quidem nemo, quantum novimus, *θαλασσοκρατῶν* apud Graecos celebratur, sed inter Minoem et Polycratem plures recensentur ab Africano et Eusebio in Chronicis. Quapropter Cr. conferri vult Syncellum pag. 172 C. et Euseb. Chron. ex cod. Armen. nuper ed. I cap. 36 pag. 168 ed. Mediolan. Gr. p. 51. Armen. ed. Venet.

τῆς δὲ ἀνθρωπηΐης λεγομένης γενεῆς] *ἀνθρωπηΐη γενεὴ* (qua alias vitae humanae significatur spatium; conf. II, 142 ibiq. nott.) h. l. tempus designat *historicum*, quod dicitur, quodque opponitur *τῇ μυθικῇ*, quae heroica Graecorum ac mythica (fabulosa) est aetas, in quâ non certa constat et rerum et temporum ratio. Monuit I. Scaliger. Can. Isag. III pag. 278.

ὧδε λέγει] Conf. III, 40. Ad locutionem *οὐκ εἶναι κατὰ τὰ φρονήματα* conf. II, 10. Paulo post bis invenitur *σὺ νῦν*; equidem reposui *σύ νυν*, cum voculae *νῦν* hic nullus locus.

νατον, καί μοι τοῦτο ἐξαγγέλλεται σαφηνέως. σύ νυν ἐμὲ ἐκκομίσας, αὐτὸν καὶ χρήματα, τὰ μὲν αὐ-
7 τῶν αὐτὸς ἔχε, τὰ δὲ ἐμὲ ἔα ἔχειν. εἵνεκέν τε χρημάτων, ἄρξεις ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος. εἰ δέ μοι ἀπιστέεις τὰ περὶ τῶν χρημάτων, πέμψον ὅστις τοι πι-
123 στότατος τυγχάνει ἐών, τῷ ἐγὼ ἀποδέξω." Ταῦτα ἀκούσας ὁ Πολυκράτης, ἥσθη τε καὶ ἐβούλετο· καί 1
κως, ἱμείρετο γὰρ χρημάτων μεγάλως, ἀποπέμπει πρῶτα κατοψόμενον Μαιάνδριον Μαιανδρίου, ἄνδρα τῶν ἀστῶν, ὅς οἱ ἦν γραμματιστής· ὃς χρόνῳ οὐ πολλῷ ὕστερον τούτων, τὸν κόσμον τὸν ἐκ τοῦ ἀνδρεῶνος

Maeandrius a Polycrate speculator auri missus, decipitur ab Oroete.

σύ νυν ἐμὲ ἐκκομίσας κ. τ. λ.] i. e. *Tu igitur, ut et me ipsum ex hac terra educas et pecunias meas exportes.* Ita recte Schweigh. in Lex. Herod. comparans III, 43. — Ad verba *εἵνεκέν τε χρημάτων* (*quod attinet ad pecunias*) Cr. consuli vult Wyttenbach. Animadverss. in Plutarch. Moral. II pag. 671 seq. Tu vid. Matth. Gr. Gr. pag. 1137.

Cap. CXXIII.

ἥσθη τε καὶ ἐβούλετο] Verbum *ἐβούλετο* hic praegnanti sensu dictum videtur: *valdeque animo haec expetiit, desideravit.* Schweigh. reddit: *conditionemque accepit.* Sic V, 49: *θυμῷ βουλόμενοι*, Valck. interprete, est: *cupide volentes, animose desiderantes, ἐπιθυμητικῶς πρὸς ταῦτα διακείμενοι.*

Μαιάνδριον Μαιανδρίου] *Μαιάνδριον* (pro *Μαίανδρον*) nunc recte repositum. Vid. Luciani l. mox l. Monet autem h. l. Valcken. rarius sane apud Graecos patris nomen filio fuisse inditum, ut ex h. l. appareat. Persas hoc utique nonnumquam fecisse, ait, et apud Demosthenem quoque quinque memorari filios patribus cognomines. De *Maeandrio* vid. Lucian. Necyomant. §. 16. Contempl. §. 14 et ad utrumque locum Hemsterh. pag. 358. 396 seq. T. III Bip. coll. Perizon. ad Aelian. V. H. XII, 53 et vid. ipsum Herodotum III, 142 seqq. Nam Maeandrius Polycrati interfecto successit in Sami imperio. Cuius res enarrantur a Panofka Samiorr. Res pag. 43 seq. Quod vero Lucian. in Contempl. §. 14 Polycratem scribit ab adstante familiari servo Maeandrio proditum esse, id unde habeat, equidem nescio. Apud Herodotum tale quid minime refertur.

ὃς χρόνῳ — ὕστερον τούτων] Ad locutionem conf. III, 36. — In proxime seqq. *κόσμον* de *suppellectili pretioso* in Polycratis conclavi intelligere malim. De *Heraeo* dixi ad III, 60. *προσδόκιμον εἶναι* valet *exspectari*, ut I, 78, alibi.

τοῦ Πολυκράτεος, ἐόντα ἀξιοθέητον, ἀνέθηκε πάν-
2 τα ἐς τὸ Ἡραῖον. Ὁ δὲ Ὀροίτης, μαθὼν τὸν κατάσκοπον ἐόντα προσδόκιμον, ἐποίεε τοιάδε. λάρνακας ὀκτὼ πληρώσας λίθων, πλὴν κάρτα βραχέος τοῦ περὶ αὐτὰ τὰ χείλεα, ἐπιπολῆς τῶν λίθων χρυσὸν ἐπέβαλε· καταδήσας δὲ τὰς λάρνακας, εἶχε ἑτοί-
3 μας. ἐλθὼν δὲ ὁ Μαιάνδριος, καὶ θεησάμενος,
124 ἀπήγγειλε τῷ Πολυκράτεϊ. Ὁ δὲ, πολλὰ μὲν τῶν μαντίων ἀπαγορευόντων, πολλὰ δὲ τῶν φίλων, ἐστέλλετο αὐτὸς ἀπιέναι· πρὸς δὲ, καὶ ἰδούσης τῆς θυγατρὸς ὄψιν ἐνυπνίου τοιήνδε· ἐδόκεέ οἱ τὸν πατέρα ἐν τῷ ἠέρι μετέωρον ἐόντα, λοῦσθαι μὲν
2 ὑπὸ τοῦ Διὸς, χρίεσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ταύτην ἰδοῦσα τὴν ὄψιν, παντοίη ἐγίνετο μὴ ἀποδη- 260

Polycrates, nihil deterritus nec monitu vatum et amicorum, nec somnio filiae, ad Oroetem proficiscitur.

καταδήσας δὲ τὰς λάρνακας] i. e. *obligatas* (vinculis constrictas) *coopertasque arcas in parato habuit.* Sic II, 122 *καταδέειν obligare, vinculis constringere.* Docent autem interpretes, priusquam claves essent inventae, arcas et fores, quas tuto clausas voluerint veteres, loris fuisse colligatas nodis constrictis, quos nemo quisquam facile posset solvere. Vid. Homer. Odyss. VIII, 447 ibique Eustath. pag. 319, 9. Plura dabit Böttiger. in Amalthea I p. 112. — Ad ipsam narrationem quod attinet, similem Hannibalis fraudem, notante Valcken., retulit Corn. Nep. Vit. Hann. §. 9, („amphoras complures complet plumbo; summas operit auro et argento"), ubi vid. interprett. T. II p. 178. 179. ed. van Staver. et Bardil., itemque Egestanorum fraudem Thucydides VI, 46 coll. Diodor. XII, 83. Polyaen. VI, 21. De Pythio Syracusano tale quid refert Cicer. De offic. III, 14.

Cap. CXXIV.

ἐστέλλετο αὐτὸς ἀπιέναι] *αὐτὸς* cum Gaisf. et Matth. recepi pro vulg. *αὐτόσε*, probante quoque Schweigh., qui vocabulo *αὐτόσε* nunquam alias Herodotum esse usum affirmat, cum pro *αὐτόσε* ille potius h. l. posuisset *ἐκεῖσε*. Ad verbum *ἐστέλλετο* conf. III, 53 et ad verba *λοῦσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ Διὸς* caput sequens.

παντοίη ἐγίνετο] *ἐγίνετο* e Florentino recepimus pro *ἐγένετο*. Sensum locutionis ita indicavit Valcken. : *in omnes se formas vertebat, obsecrans Polycratem domo ne abiret, δεομένη* subaudiendum esse monens, additum illud quidem ab Aeliano N. A. XV, 21. Herodotum imitante VII, 10 ubi: *παντοῖοι ἐγένοντο Σκύθαι δεόμενοι κ. τ. λ.* Quocunque enim vehementiori mentis motu subito,

μῆσαι τὸν Πολυκράτεα παρὰ τὸν Ὀροίτεα· καὶ δὴ καὶ ἰόντος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πεντηκόντερον ἐπεφημί-
3 ζετο. ὁ δέ οἱ ἠπείλησε, ἢν σῶς ἀπονοστήσῃ, πολ-
4 λόν μιν χρόνον παρθενεύεσθαι. ἡ δὲ ἠρήσατο ἐπιτελέα ταῦτα γενέσθαι· βούλεσθαι γὰρ παρθενεύε-
125 σθαι πλέω χρόνον ἢ τοῦ πατρὸς ἐστερῆσθαι. Πολυκράτης δὲ, πάσης συμβουλίης ἀλογήσας, ἔπλεε

Democedes Crotoniata, medicus illo tempore optimus, in comi-

---

qui concitantur terrore praesertim seu metu, eos dici *παντοίους γενέσθαι* Idem observat. Cf. Herod. IX, 108, alia ut omittam. Unde differt Atticorum locutio *ἐν παντὶ γενέσθαι* (*maximo in timore esse*), quam illustravit Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 127. Add. Sturz. Lex. Xenoph. III p. 467 Ast. ad Platon. Polit. pag. 600. — Ad verba *ἐπὶ τὴν πεντηκόντερον* conf. I, 163 ibiq. nott.

ἐπεφημίζετο] i. e. *male ominabatur, verbis ominosis prosequebatur*. Mediceus liber, Florentinus, alii: *ἐφημίζετο*, quod probavit Gronovius. Aldina, Sancrofti liber, alii *ἐπεφημίζετο*, quod idem in suo codice legerat Eustathius sic scribens ad Il. I p. 28, 27 sive 21, 48: *τὸ παρὰ Ἡροδότῳ ἐπιφημίζεσθαι οὐ ταὐτόν ἐστι τῷ ἐπευφημεῖν· ἀλλὰ μαντικὴ λέξις ἐστὶ, δηλοῦσα προφοράν τινα μαντείας δι' ἀναμνήσεως ἐνυπνίου*, i. e. *molientem aliquid ex somnio monere ominis*, Cr. interprete, qui Hesychium citat, apud quem *ἐπιφημίσμασι* explicatur *οἰωνίσμασι*, ubi Alberti T. I pag. 1399 laudat Thucydid. VII, 75 et Ioseph. B. I. VII, 5. Schneiderus in Lex. s. v., ubi h. l. laudat, reddit: ominosa verba (sive in bonam partem, sive in malam) acclamare, bona malave proloqui vota indeque vel assensum, vel reprobationem declarare. Nec aliter fere Dissen. ad Pindar. Olymp. VI, 56 pag. 67: „boni aut mali ominis verba alicui dicere, tum bona aut mala imprecari." Tu vid. inprimis Lobeck. ad Phrynich. p. 596. — Ad *ἐπιτελέα γενέσθαι* conf. I, 116. III, 16.

βούλεσθαι — ἢ — ἐστερῆσθαι] Ad *βούλεσθαι* vulgo subaudiunt *μᾶλλον*. De quo conf. Lambert. Bos. de ellipss. L. Gr. pag. 767. — Ad rem denique confer sis Philonem, qui narrat (ap. Euseb. Praepar. Ev. VIII, 13 s. Philon. Opp. II pag. 639 ed. Mang.), somnium, quod Polycratis filiae per quietem fuisset obiectum, id ipsum tyrannum vidisse et recitasse, cum in crucem tolleretur.

Cap. CXXV.

ἀλογήσας] Conf. nott. ad III, 121. De *Democede* vid. infra III, 129. De iunctura particularum in verbis *ἄλλους τε — ἐν δὲ δὴ καὶ* monuit Werfer. in Actt. phill. Monacc. I, 2 pag. 244. Ad verba *Κροτωνιήτην, ἄνδρα ἰητρόν τε ἐόντα* Wesseling.

tatu Polycratis: Oroetes Polycratem necat, Democedem et alios ex eius comitibus pro servis abducit, a. 523 exeunte.

παρὰ τὸν Ὀροίτεα, ἅμα ἀγόμενος ἄλλους τε πολλοὺς τῶν ἑταίρων, ἐν δὲ δὴ καὶ Δημοκήδεα τὸν Καλλιφῶν- 2 τος, Κροτωνιήτην ἄνδρα, ἰητρόν τε ἐόντα, καὶ τὴν τέχνην ἀσκέοντα ἄριστα τῶν κατ' ἑωυτόν. Ἀπικόμενος δὲ ἐς τὴν Μαγνησίην ὁ Πολυκράτης, διεφθάρη κακῶς, οὔτε ἑωυτοῦ ἀξίως οὔτε τῶν ἑωυτοῦ φρονημάτων· ὅτι γὰρ μὴ οἱ Συρηκοσίων γενόμενοι τύραννοι, οὐδὲ εἷς τῶν ἄλλων Ἑλληνικῶν τυράννων ἄξιός ἐστι Πολυκράτεϊ μεγαλοπρεπείην συμβλη-

---

comparat Homer. Il. XI, 514 et Herod. III, 122 *Μύρσον — ἄνδρα Λυδόν*. Equidem interpunctionem mutandam censui, ita ut comma poneretur post *ἄνδρα*. Mox ob plurium librorum consensum retinui *ἀσκέοντα* (pro *ἐπασκέοντα*). Wessel. laudat IX, 32 (VI, 92 invenitur *ἐπασκεῖν*). Euripid. Suppl. 872. Aeschyl. Prometh. 1064. — Ad *ὅτι μὴ* vid. nott. ad I, 18.

οἱ Συρηκοσίων γενόμενοι τύραννοι] In scriptura vocis *Συρηκοσίων* libri differunt. Tu vid. Hess. ad Plutarch. Timoleont. pag. 1 seqq. Vocem *τύραννοι* plerique hic omittunt libri, forsitan ob statim subsequens *τυράννων*. Equidem non deleverim. Per Syracusanorum tyrannos, monente Valcken., Herodotus nullos alios designare potuit, nisi *Gelonem* et *Hieronem*, qui paulo ante obierit, quam Herodotus historiam suam conderet. Utrumque principem commemorat et cum Pisistrato contendit Plutarch. De S. N. V. pag. 551 F., ad quem locum de Gelonis et Hieronis in tyrannide modestia Wyttenbach. pag. 37 citat Plut. Apophthegmm. p. 175 A. B. Aelian. V. H. VI, 11. De *Gelone* moderatissimo et clementissimo insigne Diodori exstat testimonium XI, 26, ubi *εὐεργέτης καὶ σωτὴρ καὶ βασιλεὺς* praedicatur. De *Hierone*, poëtarum cultore ac fautore praeter Aelian. V. H. IV, 15 plura Pindarus, ad cuius Olymp. primam Boeckh. tum in introductione, tum ad vs. 13 pluribus disputavit. Floruit rex circa Olymp. LXXV, 3 s. 479 a. Chr. n. (quo ipso anno Herodoti historia finit) mortuusque est Olymp. LXXVIII, 2. Atque Herodotus anno 444 a. Chr. n. Thurios in Italiam cessisse fertur, ubi usque ad annum 408 a. Chr. n. eum vixisse ponunt. Conf. Dahlmann. Herod. pag. 38 — 47. — De poëtis, qui tyrannorum Graecorum in aula floruerint, consul. Wachsmuth. De Pind. reip. const. praec. II p. 17 et Hellen. Alterthumsk. II, 2 pag. 280.

μεγαλοπρεπείην] Sic omnes libri, quibus invitis nihil mutare audeam. Schweigh. in Lex. Herod. s. v. aut, *μεγαλοπρέπειαν*, aut *μεγαλοπρεπηΐην* scribi vult. Supra I, 139 *μεγαλοπρεπείῃ* sine ulla lectionis varietate. Ad significationem vocis faciunt Aristotelis verba Rhet. I, 8 p. 33

3θῆναι. ἀποκτείνας δέ μιν οὐκ ἀξίως ἀπηγήσιος
Ὀροίτης, ἀνεσταύρωσε. τῶν δέ οἱ ἑπομένων ὅσοι
μὲν ἦσαν Σάμιοι, ἀπῆκε, κελεύων σφέας ἑωυτῷ
χάριν εἰδέναι, ἐόντας ἐλευθέρους· ὅσοι δὲ ἦσαν
ξεῖνοί τε καὶ δοῦλοι τῶν ἑπομένων, ἐν ἀνδραπόδων
4λόγῳ ποιεύμενος εἶχε. Πολυκράτης δὲ ἀνακρεμά-
μενος, ἐπετέλεε πᾶσαν τὴν ὄψιν τῆς θυγατρός·
ἐλοῦτο μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Διὸς ὅκως ὕοι, ἐχρίετο δὲ

Sylb.: μεγαλοπρέπεια δὲ, ἀρετὴ ἐν δαπανήμασι μεγέθους ποιητικὴ, μικροψυχία δὲ καὶ μικροπρέπεια τἀναντία. Quae una cum aliis attulit Creuzer. ad Plotin. de pulcrit. pag. 239. Ut igitur μικροπρέπεια *illiberalitas*, ita μεγαλοπρέπεια *liberalitas* ea est, quae in magnificis factis dictisve elucet magnisque in cogitationibus; quibus nemo Polycratem antecessit, teste Herodoto, cuius iudicium verissimum esse pronuntiat Panofka Samiorr. Res pag. 43, si scil. virtutes viri animusque et fortissimus et prudentissimus, aliquanto quidem etiam minus iustus, sed constans in propositis consiliisve contendantur.

οὐκ ἀξίως ἀπηγήσιος] Locutionem imitatus est Pausan. III, 11 §. 1, ubi vid. Siebelis. Auctor est Strabo XIV, 1 pag. 638 s. 945 C. Polycratem dolo captum a Persarum satrapa suspensum esse. At cruci affixum esse (ἀνασκολοπισθῆναι) Polycratem et Lucianus Contempl. §. 14 p. 51 T. III Bip. et Dio Chrysostom. Or. XVII p. 251 tradunt. Ipsum supplicium, quod Herodotus relatu dignum negat, insignis fuisse crudelitatis, vix dubio caret. Excoriationem fuisse suspicatur Wessel. cum Casaubon. Exercitt. ad Annall. Baron. XVI p. 615; qua quidem in Polycratem sint abusi, quippe cum Persae cruci suffigendis capita amputasse aut pellem detraxisse videantur. Quod in Bagapate factum esse, Ctesias Exc. Perss. §. 59 enarrat. Alia dabit Brisson. de reg. Pers. princip. II, 215. 217. De tempore, quo Polycrates obiit, diximus ad III, 121.

ὅσοι μὲν ἦσαν Σάμιοι] ἦσαν (pro ἔσαν) et h. l. et paulo post rescripsi, codicibus sic iubentibus. De usu participii in verbis: ἐόντας ἐλευθέρους consul. Matthiae Gr. Gr. pag. 1088. — Ad verba ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ vid. nott. ad III, 121.

ἐπετέλεε] „Conf. supra III, 124: ἐπιτελέα et I, 43: ἐξέπλησε τοῦ ὀνείρου τὴν φήμην. Cf. VI, 140 et adhibe Valcken. scholia in N. T. (A. A. cap. 1 vs. 15 pag. 321) ibique de ἐπιτελέεσθαι, τέλος s. πέρας ἔχειν, ἐξελθεῖν, ἐξήκειν, ἐκπεραίνεσθαι et πληρωθῆναι.“ *Creuzer.* Ad verba ὅκως ὕοι conf. nott. ad I, 11.

ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἀνιεὶς αὐτὸς ἐκ τοῦ σώματος ἰκμάδα.
5 Πολυκράτεος μὲν δὴ αἱ πολλαὶ εὐτυχίαι ἐς τοῦτο 261
ἐτελεύτησαν τῇ οἱ Ἄμασις ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς
προεμαντεύσατο.

126

A. 522 in turbis post Magorum caedem Oroetes Mitrobati et eius filio mortem offert: nuntium a Dario missum trucidandum in reditu curat.

Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ Ὀροίτεα Πο-
2 λυκράτεος τίσιες μετῆλθον. μετὰ γὰρ τὸν Καμβύ-
σεω θάνατον καὶ τῶν Μάγων τὴν βασιληΐην, μένων
ἐν τῇσι Σάρδισι Ὀροίτης, ὠφέλει μὲν οὐδὲν Πέρ-
σας, ὑπὸ Μήδων ἀπαραιρημένους τὴν ἀρχήν· ὁ δὲ
ἐν ταύτῃ τῇ ταραχῇ κατὰ μὲν ἔκτεινε Μιτροβάτεα
τὸν ἐκ Δασκυλείου ὕπαρχον, ὅς οἱ ὠνείδισε τὰ ἐς
Πολυκράτεα ἔχοντα, κατὰ δὲ τοῦ Μιτροβάτεω τὸν
παῖδα Κρανάσπην, ἄνδρας ἐν Πέρσῃσι δοκίμους·
3 ἄλλα τε ἐξύβρισε παντοῖα, καί τινα ἀγγαρήϊον Δα-

τῇ — προεμαντεύσατο] Vid. III, 40 seqq.

Cap. CXXVI.

ἀπαραιρημένους τὴν ἀρχήν] Conf. III, 65 init. Respicitur enim tempus, quo Smerdis, Magus, imperium tenuit. — Paulo ante pro *καὶ τῶν Μάγων τὴν βασιληΐην* Valcken. suspicatus erat *κατὰ τῶν Μ. τὴν βασ.*, ut sensus loci is existat: *eo tempore, quo Magi regnum occuparant.* Conf. III, 61. 67. De usu praepositionis *κατά* in designando tempore dixi ad I, 67.

ἐν ταύτῃ τῇ ταραχῇ] Conf. III, 150. Ex hoc loco Heeren. Id. I, 1 pag. 412, concludi vult, quantus omnino iste fuerit motus a Smerdi Magisque excitatus; quippe ad omnem Asiam late patentem regnique partes amplissimi maxime remotas ille valuisse videtur. Quo enim tempore Smerdis regnum occuparat septemque illi principes coniurabant, omnium fere rerum perturbatio per regnum illud exorta esse videtur, in quâ, ut fieri solet, singuli provinciarum praefecti se constituerint reges et pro suo quique egerint arbitrio.

τὸν ἐκ Δασκυλείου ὕπαρχον] Conf. III, 120 ibiq. nott. Ad verba *τὰ ἐς Πολυκράτεα ἔχοντα* conf. III, 16. In verbis subseqq. cum Gaisf. Florentini libri potissimum auctoritate scripsimus: *κατὰ δὲ τοῦ Μιτροβάτεω τὸν παῖδα Κρανάσπην*, ubi vulgo *κατὰ δὲ τὸν Μ. παῖδα Κρανάπην*, quam lectionem retinuit Matthiae, nisi quod *Κρανάστην* edidit.

καί τινα ἀγγαρήϊον] Tabellarium intelligit s. cursorem regium equitem; de quo tabellariorum instituto apud Persas primarius exstat Nostri locus VIII, 98, quem una cum aliis hac de re excitavit Brisson. de

ρείου ἐλθόντα παρ' αὐτὸν, ὡς οὐ πρὸς ἡδονήν οἱ
ἦν τὰ ἀγγελλόμενα, κτείνει μιν ὀπίσω κομιζόμενον,
ἄνδρας οἱ ὑπείσας κατ' ὁδόν· ἀποκτείνας δέ μιν,
127 ἠφάνισε αὐτῷ ἵππῳ. Δαρεῖος δὲ ὡς ἔσχε τὴν ἀρ- Darii consilium Oroetis ulciscendi.
χὴν, ἐπεθύμεε τὸν Ὀροίτεα τίσασθαι, πάντων τε
τῶν ἀδικημάτων εἵνεκεν, καὶ μάλιστα Μιτροβάτεω
2 καὶ τοῦ παιδός. ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθείης στρατὸν ἐπ'
αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν, ἅτε οἱ οἰδεόντων ἔτι
τῶν πρηγμάτων, καὶ νεωστὶ ἔχων τὴν ἀρχὴν, καὶ
τὸν Ὀροίτεα μεγάλην τὴν ἰσχὺν πυνθανόμενος ἔχειν·

---

reg. Pers. princ. I §. 238. Ut enim regis mandata quam citissime ad provinciarum praefectos pervenirent, cursores erant per stationes dispositi, qui illa ad satrapas, eorumque responsa ad regem perferrent. Quod institutum, cuius simile quid adhuc exstare scribit Morierus, quo minus cum nostris cursibus publicis (*Posten* vulgo vocant) comparetur, id obstat, quod tantum ad res regias publicasve istud pertinuit, nec ullo modo privatorum hominum rebus usuique inserviit. In Mongolorum regnis a Zingis-Chani successoribus similia quaedam esse instituta, ex iis, quae de his retulit Marco Polo, satis fit manifestum. Monuit Heeren Ideen etc. I, 1 p. 497 seq. Italus interpres ab hac voce Persica descendere vult Italorum voces *angheria, angheriare, angariare, angariatore.* Parum recte; multo enim propiora sunt Latina: *angor, angere.*

ὡς οὐ πρὸς ἡδονήν οἱ ἦν] *cum ei grata non essent, cum displicerent regis mandata.* Ad locutionem *πρὸς ἡδονὴν* conf. quae citavit Matth. Gr. Gr. pag. 1184.

ἄνδρας οἱ ὑπείσας] i. e. *viros subornans, in insidiis clam collocans*, ut VI, 103. De forma conf. Matth. p. 462. — Pro *κατ' οὐδὸν* scripsimus cum Gaisf., plerisque codd. sic iubentibus: *κατ' ὁδόν.* Ad locutionem *αὐτῷ ἵππῳ* conf. III, 45.

Cap. CXXVII.

ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθείης] Cf. supra II, 161, ubi locutionem, quam nos sumus interpretati *e vestigio, continuo*, Schwgh. in lex. Herod. mavult reddere *palam, ex aperto*, et hoc loco, et IX, 37. Quam quidem significationem ex primitivâ illâ, quâ est, *e recta, e vestigio, continuo* sponte fluere, equidem credam. Paulo ante *εἵνεκεν* e Florentino cum recentt. edd. recepimus pro *εἵνεκε.*

ἅτε οἱ οἰδεόντων] Cf. III, 76, ibique nott. Voculam *οἱ* translatam vult Valck. post *ἐδόκεε*, quod mea quidem sententia haud necessarium.

τὸν χίλιοι μὲν Περσέων ἐδορυφόρεον, εἶχε δὲ νομὸν
3 τόν τε Φρύγιον καὶ Λύδιον καὶ Ἰωνικόν. Πρὸς
ταῦτα δὴ ὦν ὁ Δαρεῖος τάδε ἐμηχανήσατο. συγκαλέσας Περσέων τοὺς δοκιμωτάτους, ἔλεγέ σφι τάδε·
4 „Ὦ Πέρσαι, τίς ἄν μοι τοῦτο ὑμέων ὑποστὰς ἐπι-

τὸν χίλιοι μὲν Περσέων ἐδορυφόρεον] Opportune monet Heeren. Ideen I, 1 p. 493 singulos regni satrapas pari modo, quo magnum Persarum regem, et ad eius ipsius exemplar, sibi aulae formam constituisse, indeque eos habuisse suos quemque comites et aulicos, feminarum gregem et eunuchos ad has custodiendas, palatium una cum paradiso, in quo feras venarentur, quin ipsos satellites, quibus cincti in publicum prodirent, alia id genus. Attigit haec Brisson. de reg. Pers. princip. I, 175.

εἶχε δὲ νομὸν τόν τε Φρύγιον κ. τ. λ.] Ex eo ipso, quod plures praefecturae ad unum deferrentur satrapam, ut hoc ex loco subinde factum esse intelligimus (conf. etiam Brisson. de reg. Pers. princip. I, 170), horum praefectorum potentiam nimis auctam, ipsique Persarum regi perniciosam factam fuisse, bene colligit Heeren. I, 1 pag. 498 seq., quippe unde superborum praefectorum istorum, qui omnia pro suo quique arbitrio transigerent, plane ut reguli, haud raro tumultus exstiterint seditionesque, quibus summi Persarum regis potestati se penitus subtrahere studuerint. Cuius rei plura ex Persarum historia exempla attulit Heeren. l. l.

τοὺς δοκιμωτάτους] Ita cum aliis Florentinus liber. Alii *λογιμωτάτους*, probante Schwgh. post Wesseling., qui confert III, 65. IX, 15. 24.

ὑποστὰς ἐπιτελέσειε σοφίῃ] Citat haec Eustath. ad Iliad. II p. 222. 22, s. 168, 19, ubi *τελέσειεν*. Ad vocem *σοφίῃ* Tu confer III, 4. 85; ad dativi usum in his et sequentibus *βίῃ τε καὶ ὁμίλῳ* Matth. Gr. Gr. §. 400 nr. 5 coll. Herod. IX, 59. Ad verba *σοφίης δέει* ob genitivum conf. ibidem p. 664. Citat haec ipsa Stobaeus Tit. 48 p. 326 s. 305 Vol. II Gaisf. — In iis, quae mox seq.: *ὑμέων δὴ ὦν τίς μοι κ. τ. λ.*, particulam *ἂν* librariorum socordia excidisse vult Werferus in Actt. phill. Monacc. I, 2 p. 257, quamquam ipse nesciens, quo loco probabiliter particula sit inserenda. At vero eam hic minime inserendam esse, merito statuere videtur Hermann. ad Viger. p. 944. Nam ex antecedentibus verbis *τίς ἂν μοι τοῦτο — ἐπιτελέσειε* particula mente quidem repetenda et ad seqq. subaudienda. Hoc Graecis usitatum esse optime monet idem Hermannus, ut, ubi oratio ex duobus constet membris, quorum alterum cum altero vel alia ratione coniunctum sit, vel eius repetitionem quandam contineat, in posteriore omittant *ἄν*. Nec aliter Matth. in

τελέσειε σοφίῃ, καὶ μὴ βίῃ τε καὶ ὁμίλῳ; ἔνθα γὰρ
5 σοφίης δέει, βίης ἔργον οὐδέν. ὑμέων δὴ ὦν τίς
μοι Ὀροίτεα ἢ ζώοντα ἀγάγοι, ἢ ἀποκτείνειε; ὃς
ὠφέλησε μέν κω Πέρσας οὐδὲν, κακὰ δὲ μεγάλα
ἔοργε· τοῦτο μὲν, δύο ἡμέων ἠΐστωσε, Μιτροβά-
τεά τε καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ· τοῦτο δὲ, καὶ τοὺς 262
ἀνακαλέοντας αὐτὸν, καὶ πεμπομένους ὑπ' ἐμεῦ,
6 κτείνει, ὕβριν οὐκ ἀνάσχετον φαίνων. πρίν τι ὦν
μέζον ἐξεργάσασθαί μιν Πέρσας κακὸν, καταλαμ-
128 πτέος ἐστὶ ἡμῖν θανάτῳ." Δαρεῖος μὲν ταῦτα
ἐπειρώτα· τῷ δὲ ἄνδρες τριήκοντα ὑπέστησαν, αὐ-
2 τὸς ἕκαστος ἐθέλων ποιέειν ταῦτα. ἐρίζοντας δὲ
Δαρεῖος κατελάμβανε, κελεύων πάλλεσθαι· παλλο-
μένων δὲ, λαγχάνει ἐκ πάντων Βαγαῖος ὁ Ἀρτόν-
3 τεω. λαχὼν δὲ ὁ Βαγαῖος, ποιέει τοιάδε· βιβλία
γραψάμενος πολλὰ, καὶ περὶ πολλῶν ἔχοντα πρη-

Bagaeus mandatam Oroetis necem quomodo patrarit.

Gr. Gr. p. 982. 983. — Ad formam ἔοργε in seq. cf. I, 27.

τοῦτο δὲ, καὶ] καὶ e Florent. adscitum. Vulgo omittitur, nec recepit Matth. Ad vocem καταλαμπτέος conf. Matth. p. 472 et supra III, 69 ἐπιλαμπτέος, ibique nott.

Cap. CXXVIII.

κατελάμβανε] i. e. *cohibuit, inhibuit eorum contentionem.* Cf. de hac verbi significatione I, 46 ibique nott.

παλλομένων δὲ, λαγχάνει ἐκ πάντων] Citat hunc locum Suidas in voce πάλος, ut observat Toup. Emendd. in Suid. III p. 4 s. Tom. II p. 17. Quemadmodum Attici dicunt κληροῦν et κληροῦσθαι, ita Iones πάλλειν et πάλλεσθαι, ubi activum dicitur de eo, qui *praefectus* quasi *sortitioni, sortes in aliorum gratiam coniicit in galeam, sitellam* s. *urnam* (qua de sortium concussione dicunt πάλλειν κλήρους); medium autem verbum eorum est, qui ipsi *sortiuntur,* s. *rem inter se sorti committunt.* Quem ex his *tangebat sors,* s. cuius sorte nomen excidit, is λαχεῖν, s. κλήρῳ, πάλῳ λαχεῖν dicitur; conf. Herod. III, 83. IV, 94. 153, coll. Aeschyl. S. c. Th. 55. Sophocl. Electra 711, alia plurima, quae excitavit Valck., cui haec annotatio omnino debetur. Tu adde de voce πάλος, quae attulit Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. S. c. Th. l. l.

καὶ περὶ πολλῶν ἔχοντα πραγμάτων] Ad locutionem confer sis II, 96. ἀγῶνα γυμνικὸν διὰ πάσης ἀγωνίης ἔχοντα, ubi vide nott. coll. VII, 220. Hunc locum equidem sic reddiderim cum Schweigh. in Lex. Herod. „*libelli multi et in quibus de multis rebus agebatur.*" Ad proxime seqq. ἤϊε ἔχων ταῦτα cf.

γμάτων, σφρηγῖδά σφι ἐπέβαλε τὴν Δαρείου· μετὰ
4 δὲ, ἤϊε ἔχων ταῦτα ἐς τὰς Σάρδις. ἀπικόμενος δὲ,
καὶ Ὀροίτεω ἐς ὄψιν ἐλθὼν, τῶν βιβλίων ἓν ἕκα-
στον περιαιρεόμενος, ἐδίδου τῷ γραμματιστῇ τῷ βα-
σιληΐῳ ἐπιλέγεσθαι· γραμματιστὰς δὲ βασιληΐους οἱ
5 πάντες ὕπαρχοι ἔχουσι. ἀποπειρεώμενος δὲ τῶν
δορυφόρων, ἐδίδου τὰ βιβλία ὁ Βαγαῖος, εἰ ἐνδε-
6 ξαίατο ἀπόστασιν ἀπὸ Ὀροίτεω. ὁρέων δέ σφεας
τά τε βιβλία σεβομένους μεγάλως, καὶ τὰ λεγόμενα
ἐκ τῶν βιβλίων ἔτι μεζόνως, διδοῖ ἄλλο, ἐν τῷ
7 ἐνῆν ἔπεα τάδε· „Ὦ Πέρσαι, βασιλεὺς Δαρεῖος

Matth. Gr. Gr. p. 1110 ob participii usum.

περιαιρεόμενος] i. e. *detrahens sigillum, solvens singulas literas*, s. *vinculum cuiusque epistolae.* Cf. III, 41 ibiq. nott.

ἐπιλέγεσθαι] Cf. nott. ad III, 41. Ad vocem ἀποπειρεώμενος cf. III, 118.

γραμματιστὰς δὲ βασιληΐους] Cf. Heeren. Ideen I, 1 p. 496 sq. Hoc ad regiam auctoritatem tuendam ita institutum fuit: quippe a nuntiis regiis mandata regis celeriter exsequenda his scribis tradebantur, qui ea cum satrapis communicarent, citoque peragerent; cum, qui dicto non audirent, pro rebellibus haberentur, indeque statim interficerentur, causa indicta, atque haud raro vel ob solam suspicionem. Quod in Turcorum regno cum hodieque sic valeat, id ipsum satis comprobare videtur, ea, quae ad Oroetem pessumdandum a Dario fierent, non abhorrere ab ea principum orientalium ratione, quae et olim valuit, et immutata fere ad nostram usque sic remansit aetatem. Wesseling. monuerat, hisce Bagaei artibus ad Oroetem pessumdandum convenire Macronis technas in Ael. Seiano apud Dionem Cassium, et Olympii, s. Honorii Imp., in Stilicone opprimendo apud Zosimum (hist. V p. 344).

εἰ ἐνδεξαίατο ἀπόστασιν] Unus Sancrofti liber: εἰ οἱ ἐνδεξαίατο, non improbante Wesseling., qui ἐνδεξαίατο repetit a verbo ἐνδείκνυσθαι, conferens Diodor. XIII, 17 et Excerptt. T. II p. 631. Epist. ad Timoth. IV, 14. Tum enim erit sensus: *an significaturi ei essent defectionem.* Malim equidem in lectione vulgata Mediceo, Florentino, aliis probata persistere et cum Porto ipsoque Schwgh. in Lex. Herod. s. v. repetere ἐνδεξαίατο a verbo ἐνδέχεσθαι, eo fere sensu: *exploraturus sententiam satellitum, an admissuri, s. probaturi essent defectionem ab Oroete, s. defectionis sermonem ipsis oblatum,* ut sit ἐνδεξ. ἀπόστασιν idem, quod ἐνδ. τὸν περὶ ἀποστάσιος λόγον. Atque vel hac in interpre-

ἀπαγορεύει ὑμῖν μὴ δορυφορέειν Ὀροίτεα." Οἱ δὲ,
8 ἀκούσαντες τούτων, μετῆκάν οἱ τὰς αἰχμάς. Ἰδὼν
δὲ τοῦτό σφεας ὁ Βαγαῖος πειθομένους τῷ βιβλίῳ,
ἐνθαῦτα δὴ θαρσήσας, τὸ τελευταῖον τῶν βιβλίων
διδοῖ τῷ γραμματιστῇ, ἐν τῷ ἐγέγραπτο· „Βασι-
λεὺς Δαρεῖος Πέρσῃσι τοῖσι ἐν Σάρδισι ἐντέλλεται
9 κτείνειν Ὀροίτεα." Οἱ δὲ δορυφόροι ὡς ἤκουσαν
ταῦτα, σπασάμενοι τοὺς ἀκινάκεας, κτείνουσι πα-
ραυτίκα μιν. Οὕτω δὴ Ὀροίτεα τὸν Πέρσην Πολυ-
κράτεος τοῦ Σαμίου τίσιες μετῆλθον.

Darius extorsit pedem: inscitia medicorum Aegyptiorum: Democedes inter servos Oroetis inventus, ad regem adducitur.

129 Ἀπικομένων δὲ καὶ ἀνακομισθέντων τῶν Ὀροί-
τεω χρημάτων ἐς τὰ Σοῦσα, συνήνεικε χρόνῳ οὐ
πολλῷ ὕστερον βασιλέα Δαρεῖον, ἐν ἄγρῃ θηρῶν
2 ἀποθρώσκοντα ἀπὸ ἵππου, στραφῆναι τὸν πόδα. καί
κως ἰσχυροτέρως ἐστράφη· ὁ γάρ οἱ ἀστράγαλος

---

tatione admitti poterit vocula *οἱ*, quae abundanter fere in talibus ponitur.

μὴ δορυφορέειν] Ad usum particulae *μὴ* conf. Matth. Gr. Gr. p. 1046 et supra III, 51. Verba sequentia *μετῆκάν οἱ τὰς αἰχμάς* equidem sic intelligo: *deposuerunt*, s. *submiserunt hastas*, tradiderunt ei lanceas, ut obedientiae, quam summi regis mandatis praestarent, esset signum. Honoris causa hoc factum esse vult Steger., plane ut apud nos milites, rege aut viro insigni praetereunte, honoris causa signa militaria submittere soleant. Tu conf. III, 143: *μετιέναι τὴν ἀρχὴν deponere imperium*, et IV, 98: *τὰ τόξα μετιέντες*, *depositis*, *sepositis arcubus*; ut alia nunc transeam. — In seqq. pro *τούτῳ* cum recentt. edd. et Florentino binisque Pariss. et Sancrofti libro recepi *τοῦτο*.

τοὺς ἀκινακέας] Tu conf. III, 64. 118. Florentinus et Parisinus unus exhibent *ἀκινάκας*, ille etiam *τὰς* pro *τούς*. Cf. IV, 62. VII, 67.

Cap. CXXIX.

ἐν ἄγρῃ θηρῶν] Satis constat, multisque confirmatur testimoniis, tum reliquos Persas venando valde fuisse deditos, tum vero praecipue reges, qui et exercitationis causa et voluptatis, vel ex sacro Zoroastri praecepto in paradisis omni ferarum genere repletis venari solebant. De qua re plura dabit Barnab. Brisson. de reg. Pers. princ. I, 165. 33. 167. Adde Heeren. Ideen I, 1 p. 474 seq. („Xenoph. Cyropaed. I, 2. 10. Cf. Ios. v. Hammer in Wiener Iahrbb. der Liter. Vol. VIII p. 378 seqq." *Cr.*) — Paulo ante ad verba *χρόνῳ οὐ πολλῷ ὕστερον* cf. III, 36.

ὁ γάρ οἱ ἀστράγαλος ἐξεχώρησε] Ex Herodoto haec refert,

3 ἐξεχώρησε ἐκ τῶν ἄρθρων. νομίζων δὲ καὶ πρότε-
ρον περὶ ἑωυτὸν ἔχειν Αἰγυπτίων τοὺς δοκέοντας
εἶναι πρώτους τὴν ἰητρικὴν, τούτοισι ἐχρῆτο. οἱ δὲ, 263
στρεβλοῦντες καὶ βιώμενοι τὸν πόδα, κακὸν μέζον
4 ἐργάζοντο. ἐπ' ἑπτὰ μὲν δὴ ἡμέρας καὶ ἑπτὰ νύ-
κτας ὑπὸ τοῦ παρεόντος κακοῦ ὁ Δαρεῖος ἀγρυ-
πνίῃσι εἴχετο· τῇ δὲ δὴ ὀγδόῃ ἡμέρῃ ἔχοντί οἱ
φλαύρως, παρακούσας τις πρότερον ἔτι ἐν Σάρδισι
τοῦ Κροτωνιήτεω Δημοκήδεος τὴν τέχνην, ἀγγέλλει

---

notante Wessel., Dio Chrysost. Or. XIV p. 231, B. LXXVII p. 652 E. Significatur autem *artuum laxatura*, quae alibi dicitur ἐκβολὴ τοῦ ἄρθρου, *ossis e loco suo motio*, ut v. c. apud Plut. de superstit. pag. 164 E., ubi Wyttenb. in animadversionibus p. 999, Herodoti et Dionis non immemor, Foesium in Oecon. Hippocr. et Upton. in Indice Epictet. s. v. ἐκβάλλειν laudat.

Αἰγυπτίων τοὺς δοκέοντας κ. τ. λ.] Persae quum nulla unquam artis medicae peritia valerent, ex quo tempore per Cambysem Aegyptus Persis cognita et regno addita fuit, hinc medicos suos petiisse videntur. Nam Aegyptus singulis singulos corporis partibus adhibebat medicos, medendi scilicet arte cum astrologia, quae dicitur, coniuncta; quam rem attigimus ad II, 84. Inde Aegyptii medici prae caeteris arte insignes famâque celebrati esse videntur, usque dum, Dario rege quippe male tractato, Graeci medici eorum in locum succederent. Id quod per Democedem ita potissimum fuisse effectum, valde fit probabile. Tu conf. Brisson. l. l. I §. 232. 233, coll. Vales. et Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. XXII, 16. — Kurt Sprengel. pragmatische Geschichte d. Arzn. etc. T. I p. 79.

στρεβλοῦντες καὶ βιώμενοι τὸν πόδα] i. e. *torquentes pedem, vimque inferentes*, ut scilicet in rectum statum redigerent, ἕλκοντες καὶ βιαζόμενοι τὸ ἄρθρον, ut ait Dio Chrysostomus, qui haec, monente Valcken., l. l. attigit.

ἀγρυπνίῃσι εἴχετο] i. e. *insomniâ laborabat*, s. *premebatur*. Tu confer. I, 190. III, 50, ne plura. Alia dabit Stallbaum. ad Platon. Phileb. §. 98 p. 137 a Cr. excitatus.

παρακούσας] παρακούειν *obiter audire;* post Cattier. Gazophylac. pag. 93 illustravit Fritzsche Quaest. Lucc. p. 15.

τοῦ Κροτωνιήτεω Δημοκήδεος] In Dionis loco l. utroque ille dicitur Δημοδόκος, quod nimirum, ut recte iudicat Wyttenbach. ad Plut. Mor. I p. 550, e Socraticorum lectione *Demodoci* nomen Dioni notius fuerit, quam *Democedis*, ut recte ille appellatur ab Herodoto, Ti-

τῷ Δαρείῳ· ὁ δὲ ἄγειν μιν τὴν ταχίστην παρ' ἑων-
5 τὸν ἐκέλευσε. τὸν δὲ ὡς ἐξεῦρον ἐν τοῖσι Ὀροίτεω
ἀνδραπόδοισι ὅκου δὴ ἀπημελημένον, παρῆγον ἐς
μέσον, πέδας τε ἕλκοντα, καὶ ῥάκεσι ἐσθημένον.

130 Σταθέντα δὲ ἐς μέσον εἰρώτα ὁ Δαρεῖος, τὴν τέχνην
εἰ ἐπίσταιτο. ὁ δ' οὐκ ὑπεδέκετο, ἀῤῥωδέων μὴ
ἑωυτὸν ἐκφήνας, τὸ παράπαν τῆς Ἑλλάδος ᾖ ἀπε-
2 στερημένος. κατεφάνη δὲ τῷ Δαρείῳ τεχνάζειν,
ἐπιστάμενος· καὶ τοὺς ἀγαγόντας αὐτὸν ἐκέλευσε
μάστιγάς τε καὶ κέντρα παραφέρειν ἐς τὸ μέσον.
3 Ὁ δὲ ἐνθαῦτα δὴ ὦν ἐκφαίνει, φὰς ἀτρεκέως μὲν
οὐκ ἀπίστασθαι, ὁμιλήσας δὲ ἰητρῷ, φλαύρως ἔχειν
4 τὴν τέχνην. μετὰ δὲ, ὥς οἱ ἐπέτρεψε, Ἑλληνικοῖσι
ἰήμασι χρεώμενος, καὶ ἤπια μετὰ τὰ ἰσχυρὰ προσά-

Sanato rege, donis donatur.

---

maeo ap. Athen. XII p. 522 B. et Aelian. V. H. VIII, 17. Add. Kurt Sprengel, pragmatische Geschichte etc. T. I pag. 349. Caeterum Dahlmann. (Herodot. pag. 50 seq.) existimat, hanc omnem de Democede narrationem, praecipue ea, quae inde a cap. 131 memoriae produntur, Herodoto innotuisse in Graecia magna commoranti, nisi, quod ab omni abhorret vero, eum iam antea Italiam visisse, sumseris.

Cap. CXXX.

κατεφάνη — τεχνάζειν ἐπιστάμενος] „*Dolos et strophas noverat Democedes, ut artis medicae peritiam dissimularet.* Id τεχνάζειν." Sic Wesseling. laudans VI, 1, ubi itidem τεχνάζειν valet *dissimulandi artibus uti.* — ἐπιστάμενος, Larchero monente, idem est atque καίπερ ἐπιστάμενος. Paulo ante ὑπεδέκετο est: *ille hoc* (quod sc. artem medicam calleret), *in se non recepit*, s. *interroganti negabat.* Haud aliter IV, 167. VI, 69. — „In τεχνάζειν, repetitis vocibus τέχνη —, interposito inest haud insuavis verborum lusus. Ἰατρῶν τέχνας novit Plotinus IV, 4, 42." Cr.

φλαύρως ἔχειν τὴν τέχνην] Valcken. mavult legi φλ. ἔχειν τῆς τέχνης. Quo tamen non opus, libris praesertim invitis. Vulgata valet: *se non satis peritum esse, quod ad hanc artem attinet, se obiter tantum hanc artem callere.* Alio sensu φλαύρως ἔχειν VI, 135 et φλαύρως ἀκούειν VII, 10, 7, coll. VI, 94. — Ad sequens ἐπέτρεψε Schwgh. suppleri vult ἑαυτοῦ sc. τὸ πρᾶγμα. Equidem prius malim.

ἤπια μετὰ τὰ ἰσχ. κ. τ. λ.] ἤπια φάρμακα *remedia lenia, lenientia*, iam novit Homerus Il. IV, 218. XI, 515. 829. 845 sq. et Aeschyl. in Prometh. 481,

γων, ὕπνου τέ μιν λαγχάνειν ἐποίεε, καὶ ἐν χρόνῳ
ὀλίγῳ ὑγιέα μιν ἐόντα ἀπέδεξε, οὐδαμὰ ἔτι ἐλπίζον-
5 τα ἀρτίπουν ἔσεσθαι. Δωρέεται δή μιν μετὰ ταῦτα
ὁ Δαρεῖος πεδέων χρυσέων δύο ζεύγεσι. ὁ δέ μιν
ἐπείρετο, εἴ οἱ διπλήσιον τὸ κακὸν ἐπίτηδες νέμει,
6 ὅτι μιν ὑγιέα ἐποίησε. ἡσθεὶς δὲ τῷ ἔπεϊ ὁ Δαρεῖος,
ἀποπέμπει μιν παρὰ τὰς ἑωυτοῦ γυναῖκας. παρά-
γοντες δὲ οἱ εὐνοῦχοι, ἔλεγον πρὸς τὰς γυναῖκας,
7 ὡς βασιλέϊ οὗτος εἴη ὃς τὴν ψυχὴν ἀπέδωκε. ὑποτύ-

---

ubi ἤπια ἀκέσματα. Unde proprium in remediis mitioribus, quae nec igne nec ferro fiunt. Plura Iacobs Lectt. Stobb. p. 32, ubi etiam de tralata vocis significatione. — Ac Democedes ita regem sanasse censendus est, ut post remedia violentiora, ab Aegyptiis medicis, ut videtur, adhibita, nunc Graecorum medicorum ex more et disciplinâ admoveret alia remedia prioribus opposita, sc. mitigantia, lenientia. Coraës (in nott. ap. Larcher.) utramque vocem, et ἰσχυρὰ et ἤπια, ad curam a Democede adhibitam spectare censet; ut qui post operationem, quam in Dario facere coactus erat (μετὰ τὰ ἰσχυρά), ad dolores mitigandos regi dederit narcotici quid (ἤπια) v. c. opium, quo consopiret aegrotum. Ita enim ait praecipi ab Hippocrate De sterilibb. §. 10, Tom. II p. 623, eamque ipsam esse rationem, quam Herodotus verbis: Ἑλληνικοῖσι ἰήμασι χρεώμενος indicet, quamque hodieque quivis boni adhibeant medici. Quam interpretationem, Italo interpreti probatam, num Herodoti verba admittant, ipse viderit vir doctissimus. Equidem adscribam Dionis Chrysost. locum ex orat. LXXVII p. 653 A. Vol. II pag. 417 Reisk., quo apparet, nec Dionem tale quid, quod Coraës vult, cogitasse. Ita enim ille: Δημόδοκος (cf. supra III, c. 129) ὁ Κροτωνιάτης (Δαρεῖον) — καταπλάττων καὶ καταιονῶν (i. e. *oblinendo* et *perfundendo;* quae leniora s. ἤπια, opinor, sunt remedia [„De verbo καταιονᾶν, s. καταιονεῖν, egit Wyttenbach. ad Plutarch. de discern. amico ab adul. p. 550, ubi et Herodoteum et Dioneum locum apposuit." Cr.]) καὶ τὰ ἄλλα ἐπιμεληθεὶς δι' ὀλίγων ἡμερῶν ὑγιῆ ἀπέδειξε.

οὐδαμὰ ἔτι ἐλπίζοντα] De verbo ἐλπίζειν conf. nott. ad I, 27. In proxime seqq. cum recentt. edd. ob plurimorum codd. consensum δωρέεται δή μιν pro δέ μιν.

τὴν ψυχὴν ἀπέδωκε] Citat h. l. Thomas Mag. pag. 928, quo demonstrat, τὴν ψυχὴν subinde simpliciter valere τὴν ζωὴν (vitam). Ubi plura interpretes. Tu conf. supra III, 119. III, 108. I, 24. II, 134.

ὑποτύπτουσα δὲ αὐτέων κ. τ. λ.] Fluctuant in his libri scri-

πτουσα δὲ αὐτέων ἑκάστη φιάλῃ ἐς τοῦ χρυσοῦ τὴν 264
θήκην, ἐδωρέετο Δημοκήδεα οὕτω δή τι δαψιλέϊ δωρεῇ, ὡς τοὺς ἀποπίπτοντας ἀπὸ τῶν φιαλέων στατῆρας ἑπόμενος ὁ οἰκέτης, τῷ οὔνομα ἦν Σκί-

---

pti et editi. Nos Gaisfordium secuti sumus et Matth., qui tamen articulum τὸν ante Δημοκ., quem ignorant libri, retinet. Vulgo legitur: τοῦ χρυσοῦ σὺν θήκῃ, quod quomodo explicem, equidem non habeo. Melius Sancrofti liber τοῦ χρυσοῦ τὴν θήκην, cui Gaisfordius, accedente Matth., praeposuit ἐς ex coniectura Toupii in Emendd. Suid. II pag. 391, qui olim ita locum correxerat: ὑποτύπτουσα — φιάλῃ ἐς τὴν χρυσοθήκην, i. e. *phialam in arcam nummariam submittens.* Qui idem sensus efficitur eâ, quam dedimus, lectione, probatâ illâ quidem et Schneidero in Lex. Gr., qui comparat IX, 83: θήκας χρυσοῦ et multum antea Porsono ad Aristophanis Aves 1145, qui ex Plutarch. II pag. 982 C. χρυσίου θήκην affert. ὑποτύπτειν, quid sit, duo loci Herodotei II, 136, ubi vide et VI, 119 et Aristoph. Av. l. l. Nam *phialis, tanquam palis usae Darii uxores,* s. *phialis* (ut palis) *in arcam auri plenam immissis, inde egerebant,* s. *eiiciebant Democedi auri nummos tam large, ut humum cadentes minister subsequens tolleret sibique colligeret.* Larcherus Toupium secutus ita Gallice explicuit: „C'est mettre la soucoupe sous le tas de pièces d'or et la retirer aussi pleine qu'il soit possible.“ Italus interpres Schweighaeuserum se secutum esse ait, quamvis illius interpretatio non prorsus sibi satisfecerit. Ipse locum sic reddit: — „e ognuna di esse attignendo oro con un vassojo dagli scrigni, gliene regalava col vassojo stesso in si largo donamento, che il domestico, il quale lo seguiva etc. etc.“ Vernacule sic expressit Lange: „Und eine jede von ihnen schöpfte mit einer Schale aus dem Goldkasten und schenkte sie dem Democedes, dass der Diener — sich die Stateren, die von den Schalen herunterfielen, auflas, und sich dadurch eine grosse Menge Gold zusammenlas.“ De phialis idem laudat Xenoph. Cyrop. I, 3. 8 coll. Wyttenb. Selecta Hist. p. 374. Et Valcken. quoque phialarum amplam fuisse notavit capacitatem, sed latam figuram palarum instar, quare in Numer. IV, 14: Hebraeorum vocem כֵּלִים, quâ palae designantur, φιάλας reddunt interpretes Graeci: eodem monente Valcken., qui alia praeterea affert. Ad vocem χρῆμα conf. III, 109.

στατῆρας] Attici stateres aurei (quorum tamen nullus hodie superest) pondus habebant *duarum*, valorem autem *viginti* drachmarum (4 Thal. 20 gross. Saxonn., s. 8 floren. 41 cruciger.). Quibus aequales pondere

των, ἀνελέγετο, καί οἱ χρῆμα πολλόν τι χρυσοῦ συνελέχθη.

131 Ὁ δὲ Δημοκήδης οὗτος, ὧδε ἐκ Κρότωνος ἀπιγμένος, Πολυκράτεϊ ὡμίλησε. πατρὶ συνείχετο ἐν Κρότωνι, ὀργὴν χαλεπῷ· τοῦτον ἐπεί τε οὐκ ἐδύ-
2 νατο φέρειν, ἀπολιπὼν οἴχετο ἐς Αἴγιναν. καταστὰς δὲ ἐς ταύτην, τῷ πρώτῳ ἔτεϊ ὑπερεβάλετο τοὺς πρώτους ἰητροὺς, ἀσκευής περ ἐὼν, καὶ ἔχων
3 οὐδὲν τῶν ὅσα περὶ τὴν τέχνην ἐστὶ ἐργαλήϊα. καί μιν δευτέρῳ ἔτεϊ ταλάντου Αἰγινῆται δημοσίῃ μισθεῦνται· τρίτῳ δὲ ἔτεϊ Ἀθηναῖοι, ἑκατὸν μνέων·

Democedis ante id tempus fata: medicinae laus prima tum penes Crotoniatas et Cyrenaeos; musicae, penes Argivos.

---

et valore veteres faciunt aureos Persicos, sive stateres, s. Daricos, quorum adhuc nonnulli supersunt, auri probitate insignes. Ita Wurm. de pondd. etc. rat. pag. 57. 58.

Cap. CXXXI.

Πολυκράτεϊ ὡμίλησε] De Polycrate, poëtas, artifices, doctos viros, ut mos fuit Graecorum tyrannorum, colente et observante, conf. nott. ad III, 121. De Democede cf. ad III, 129 nott.

πατρὶ συνείχετο — ὀργὴν χαλεπῷ] i. e. premebatur, male tractabatur a patre, qui dura erat indole s. iracunda. Ad vocem *ὀργὴν* conferri possunt, quae ad I, 73 adscripsimus.

δημοσίῃ μισθεῦνται] De forma verbi *μισθ.* cf. Matth. Gr. Gr. pag. 516. Ad rem Wesseling. e Strabone IV p. 273 s. 181 C. (ubi vide Casaubonum) notat, medicos olim publice fuisse conductos. Graecos nummos, si ad nostram monetam revocaris, unum talentum *Atticum*, (quod hic quidem intelligendum esse iure nobis sumere posse videmur) conficiet 1447 imperiales (Saxonn.) et 16 Gross. Saxonn., s. 2605 floren. 50 crucigg.; centum minae aequabunt 2412 imperiales 19 Gross. Saxonn. 4343 florenn. 3 crucigg., et duo talenta 2895 imperr. 9 Gross. Saxonn., 5211 florr. 39 crucigg. Ita Wurmius de pond. rat. p. 55 sq. 208 sq. At exstitit Valcken., qui ut Polycratem non miratur de male quaesitis adeo munificum fuisse in medico remunerando, ita Aeginetarum atque istius temporis Atheniensium maxime miratur tantam munificentiam, indeque suspicatur, summam pecuniae hic ab Herodoto nimis amplificatam fuisse, quoniam, dum opes Atheniensium maxime florerent, legatis in diem, teste Aristoph. Acharn. 66 *duae* datae fuerint drachmae, (quod ne duodecim quidem grossos efficit, s. 52 crucigeros) et medicis vix ulla tum publice data fuerit merces, coll. Aristoph. Plut. 408. Et quaerit idem Valcken., unde

τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ Πολυκράτης δυῶν ταλάντων. οὕτω
4 *μὲν ἀπίκετο ἐς τὴν Σάμον. Καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ἥκιστα Κροτωνιῆται ἰητροὶ εὐδοκίμησαν· ἐγένετο γὰρ ὦν τοῦτο ὅτε πρῶτοι μὲν Κροτωνιῆται ἰητροὶ ἐλέγοντο ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα εἶναι· δεύτεροι δὲ, Κυρηναῖοι. κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ χρόνον καὶ Ἀργεῖοι*

---

omnino illa aetate, scil. ante bella Persica, in Atheniensium aerarium tanta devenerit pecuniae vis, ut peregrino medico, quem ad rem fuisse valde attentum haud aegre concedo, tantum salarium annuum adsignare potuerint. Quae quam vere sint disputata, vix in dubium revocari poterit; ne vero ipsum incriminemur Herodotum talia enarrantem sive ampliantem, obstat, quod a Dahlmanno probabiliter disputari ad III, 121 diximus, Herodotum scil. in Magna Graecia ab ipsis, quod suspiceris licet, Crotoniatis talia accepisse, qui popularis sui nomen, ut celebrarent, eiusque laude nimis aucta, uti fieri solet, gloriarentur, talia sparsisse putandi sint.

δυῶν ταλάντων] Ad formam *δυῶν* (ita enim plurimi libri) cf. Matth. Gr. Gr. §. 138.

Κροτωνιῆται — εὐδοκίμησαν] Florentinus liber: *οὐχ ἥκ. Κρ. ἰητροὶ ἐλέγοντο ἀνὰ τὴν Ἑ. εἶναι*, mediis intermissis. E Sancrofti libro enotatur: *ἰητροὶ εὐδ. καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλ. εὐφημίζοντο*, non male illud quidem, Wesseling. iudice, sed quod ex critici interpretamento natum videatur. Ad argumentum idem Wesselingius Clericum Hist. Med. II, 2 pag. 79 conferens, Democedem et Crotoniatas medicos dicit plura scholae Italicae videri debuisse: affert dein Pythagoram Crotone tunc temporis docentem, Milonem Democedis socerum (infra 137) et illustrem in Pythagorae rebus memoriam Democedis apud Iamblichum Vit. Pyth. cap. 35 §. 257 p. 207 Kust. [„ubi miror Kiesslingium p. 506 intactum reliquisse *Δημοκλήδους*, cum meliores libri mss. exhibeant *Δημοκήδους*, et ita haud dubie etiam cum Scaligero lectum voluit Wesseling.“ *Cr.*]

καὶ Ἀργεῖοι ἤκουον] Attigit Eustathius ad Dionys. Perieg. 419. Hanc vero Argivorum laudem ad tibicinum artem potissimum pertinuisse statuit C. O. Müller. Dor. II pag. 332. 338. 544, cum vel tibiarum genus quoddam inde Argivum dicatur. Laudat idem artifices Argivos complures, *Sacadam*, qui carmina ad tibiam canenda fecerit ipseque cecinerit circa Olymp. 48, *Hieracem*, harmoniae musicae, ad quam tibia accedente Argis cantabat in festo Stheniorum, auctorem, *Aristonem*, et ipsum tibicinem priscum, cuius mentio aliquoties fit. — *Cr.* ad h. l. excitaverat Iablonski Vocc. Aegyptt. p. 36 seqq., qui ex Aegyptiaco sermone repetens vocem *Ἄργος Musicum* significare con-

In honore ac pretio apud regem Democedes: liberat Aegyptios medicos poena; vatem Eleum servitute.

132 ἤκουον μουσικὴν εἶναι Ἑλλήνων πρῶτοι. Τότε δὴ ὁ Δημοκήδης, ἐν τοῖσι Σούσοισι ἐξιησάμενος Δαρεῖον, οἶκόν τε μέγιστον εἶχε, καὶ ὁμοτράπεζος βασιλέϊ ἐγεγόνεε· πλήν τε ἑνὸς τοῦ ἐς Ἕλληνας ἀπιέ-
2ναι, πάντα τὰ ἄλλα οἱ παρῆν. καὶ τοῦτο μέν, τοὺς Αἰγυπτίους ἰητρούς, οἳ βασιλέα πρότερον ἰῶντο, μέλλοντας ἀνασκολοπιεῖσθαι, διότι ὑπὸ Ἕλληνος ἰητροῦ ἑσσώθησαν, τούτους, βασιλέα παραιτησάμενος, ἐῤῥύσατο· τοῦτο δέ, μάντιν Ἠλεῖον Πολυκρά-

---

iecerat. De quo ipse viderit vir doctus.

Cap. CXXXII.

Τότε δὴ] E Florent. Schwgh. et Gaisf. receperunt *δέ*. Equidem cum Matthiae vulgatam hîc retinere malui.

ὁμοτράπεζος] Summum hoc apud Persas censebatur, si quem e maxime fidelibus rex honore cum ipso ad mensem accumbendi designaret. Testantur loci collecti a Krügero (ad Xen. Anab. I, 5. 15) et a Sturz. in Lex. Xenoph. III p. 285, ubi potissimum conf. Cyrop. VII, 1. 30 et Anab. I, 8, 18. 9, 17. Ctes. Perss. Excerptt. §. 41. Heeren. Ideen I, 1 p. 217. Inde suspicor et Ctesiam Cnidium, qui multo post Artaxerxi medebatur, (Plut. Artax. 14 in. 18. 21) simili honore a rege Persarum affectum fuisse; ipsumque Hippocratem talia nacturum fuisse, si ad regis aulam accedere, conditionesque oblatas (nam *ἰσότιμον Περσέων τοῖς ἀρίστοις* eum reddere voluit rex, vid Opp. Hippocr. II, 1272. ed. Genev. 1662) recipere voluisset.

μέλλοντας ἀνασκολοπιεῖσθαι] In duobus libris *ἀνασκολοπίζεσθαι*. Conf. Dion. Chrysost. Or. 77 pag. 653. In Herodoti loco infinitivus futuri medii pro passivo accipi debet, de quo usu Duker. ad Thucyd. II, 87 et VII, 25. Quibus alia addit Poppo in ed. Thucyd. I, 1 p. 192. Conf. Thucyd. I, 68. — *ἀνασκολοπίζειν e palo suspendere*, idem quod *ἀνασταυροῦν*, ut apparet ex IX, 78. Add. III, 159. IV, 43. 202, quibuscum confer., quae de crucis supplicio diximus ad I, 128. Quod vero rex iratus tale de Aegyptiis medicis supplicium sumi voluerit, id a regum orientalium ratione haudquaquam abhorret. Sic, uti hoc utar, rege mortuo, medicos, quod scilicet regis mortem non impedierint, summo loco apud Persas deiici, non aliter atque astrologos, quod scil. regis obitum non praedixerint, docet Rosenmüller. Alt. u. Neu. Morgenland T. IV p. 352 nr. 1081 ad Daniel. V, 13.

βασιλέα παραιτησάμενος] i. e. *deprecatus apud regem pro illis*, ut scil. veniam iis daret rex, supplicium remitteret. Cf. I, 90. 24. V, 33: *παραιτέετο τὸν Πέρσην Persam exorare nitebatur poenam deprecando*, ut reddit

τεῖ ἐπισπόμενον, καὶ ἀπημελημένον ἐν τοῖσι ἀνδραπόδοισι, ἐῤῥύσατο. ἦν δὲ μέγιστον πρῆγμα Δημοκήδης παρὰ βασιλέϊ.

133 Ἐν χρόνῳ δὲ ὀλίγῳ μετὰ ταῦτα, τάδε ἄλλα συνήνεικε γενέσθαι. Ἀτόσσῃ, τῇ Κύρου μὲν θυγατρὶ Δαρείου δὲ γυναικὶ, ἐπὶ τοῦ μαστοῦ ἔφυ φῦμα·
2 μετὰ δὲ, ἐκραγὲν, ἐνέμετο πρόσω. ὅσον μὲν δὴ χρόνον ἦν ἔλασσον, ἡ δὲ, κρύπτουσα καὶ αἰσχυνομένη, ἔφραζε οὐδενί· ἐπεί τε δὲ ἐν κακῷ ἦν, με-
3 τεπέμψατο τὸν Δημοκήδεα, καί οἱ ἐπέδεξε. ὁ δὲ, φὰς ὑγιέα ποιήσειν, ἐξορκοῖ μιν, ἦ μέν οἱ ἀντυπουργήσειν ἐκείνην τοῦτο τὸ ἂν αὐτῆς δεηθῇ· δεή-

Atossam ulcere in mamilla laborantem sanat.

Valckenarius citans Schol. in Aristoph. Vesp. 1249. Xenoph. Memorab. 11, 2, 14 et Zonaram pag. 1520. Alia dabit Schweig. in Lex. Herod. Siebelis ad Pausan. I, 10 §. 5 ita vim verbi παραιτεῖσθαι explicuit: *ab aliquo precibus aliquid impetrare studere.* — Mox e Florent. c. recentt. edd. ἐπισπόμενον (qui secutus erat Polycratem sc. ad Oroetem) pro ἐπισπώμενον recepimus.

ἦν δὲ μέγιστον πρῆγμα] Pro τῷ βασιλέϊ cum recentt. edd. restituimus παρὰ βασιλέϊ, hoc fere sensu: Erat vero Democedes *apud regem vir maximae auctoritatis, plurimum pollebat apud regem.* Conf. III, 137 in fin.: οὔνομα πολλὸν παρὰ βασιλέϊ.

Cap. CXXXIII.

Ἀτόσσῃ] Conf. III, 88 ibique nott. φῦμα in sqq. notat *tuber, vomicam.* Excitavit Wesseling. hanc in rem Plin. H. N. VII, 50 eadem spectantem, quae Plut. II p. 89 C. (ubi cf. Wyttenbach. pag. 624 animadvss.). Apud Athen. XII p. 522 B. simpliciter τὸν μαστὸν ἀλγήσασα dicitur.

ἐνέμετο πρόσω] Quod aliis plerumque profuit ruptum tuber (cf. Wyttenbach. l. l.) id Atossae incommodum auxit. Dicitur verbum νέμεσθαι de ulceribus latius serpentibus, corpusque sensim sensimque depascendo absumentibus. Cf. Wyttenbach. ad Plut. S. N. V. pag. 16. Plutarch. Pericl. 34. coll. Artax. 16. 23. Camill. 34.

ἡ δὲ κρύπτουσα] De usu particulae δὲ consul. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 96 coll. Herod. II, 39 ibique nott.

ἐξορκοῖ μιν, ἦ μέν οἱ] Male in nonnullis ἐξορκεῖ. Valet autem ἐξορκοῖ μιν: *ad iusiurandum eum adigit, iureiurando eum adstringit,* ut IV, 154. VI, 74. Mox cum recentt. edd. scripsimus ἦ μὲν pro vulg. ἦ μήν; cf. III, 66.

σεσθαι δὲ οὐδενὸς τῶν ὅσα ἐς αἰσχύνην ἐστὶ φέ-
134 ροντα. Ὡς δὲ ἄρα μιν μετὰ ταῦτα ἰώμενος ὑγιέα
ἀπέδεξε, ἐνθαῦτα δὴ διδαχθεῖσα ὑπὸ τοῦ Δημοκή-
δεος ἡ Ἄτοσσα, προσέφερε ἐν τῇ κοίτῃ Δαρείῳ λό-
2 γον τοιόνδε· „Ὦ βασιλεῦ, ἔχων δύναμιν τοσαύ-
την, κάτησαι, οὔτε τι ἔθνος προσκτώμενος οὔτε
3 δύναμιν Πέρσῃσι. οἰκὸς δέ ἐστι ἄνδρα, καὶ νέον,
καὶ χρημάτων μεγάλων δεσπότην, φαίνεσθαί τι ἀπο-
δεικνύμενον, ἵνα καὶ Πέρσαι ἐκμάθωσι ὅτι ὑπ' ἀν-
4 δρὸς ἄρχονται. ἐπ' ἀμφότερα δέ τοι φέρει ταῦτα
ποιέειν, καὶ ἵνα σφέων Πέρσαι ἐπιστέωνται ἄνδρα
εἶναι τὸν προεστεῶτα, καὶ ἵνα τρίβωνται πολέμῳ,
5 μηδὲ σχολὴν ἄγοντες ἐπιβουλεύωσί τοι. νῦν γὰρ
ἄν τι καὶ ἀποδέξαιο ἔργον, ἕως νέος εἶς ἡλικίην·
αὐξανομένῳ γὰρ τῷ σώματι συναύξονται καὶ αἱ 266

Patriae desiderio per Atossam instigat Darium ad bellum Graeciae inferendum.

τῶν ὅσα ἐς αἰσχύνην ἐστὶ φέροντα] Optimi quique libri, in quibus Mediceus, Florentinus, praepositionem ἐς addunt in Aldina aliisque omissam; ad quam tuendam Schwgh. confert I, 10. IV, 90 et Markland. ad Eurip. Suppl. 295. Ac monuit quoque Valcken. saepenumero verbis ἔχειν et φέρειν adiici a Nostro praepositionem in diversis loquendi formis, in quibus illa significet: *spectare* vel *pertinere:* ut II, 52. IX, 42. 32. VIII, 37 et apud Pausaniam, talia crebrius imitantem: de quo plura Siebelis ad Pausaniam I, 2 §. 4. Contra, quae *habent* vel *adferunt ignominiam,* ea sunt αἰσχύνην ἔχοντα vel φέροντα; in quibus valde dubitari poterit, auctore Valcken., an locum suum praepositio ἐς possit tueri. Idem laudat Thucyd. I, 5. Aelian. V. H. I, 21. Wesseling. citaverat Eurip. Hec. 1241 et Platon. Menex. pag. 247 A. — Inde Matth. praepositionem abiecit, nec aliter hunc h. l. laudavit, ubi de participii usu agit, in Gr. Gr. §. 559 init. p. 1104.

Cap. CXXXIV.

προσέφερε ἐν τῇ κοίτῃ] Ad vocem κοίτῃ cf. I, 9 ibique nott. In seqq. κάτησαι valet: *otiosus sedes, nil agens,* sive *moliens;* quam verbi καθῆσθαι significationem verbo attigisse satis erit. Cf. III, 151 et Sturzii Lex. Xenoph. T. II p. 606. Mox pro εἰκὸς e Florent. nunc iure receptum οἰκός.

ἐπ' ἀμφότερα δέ τοι φέρει ταῦτα ποιεῖν] i. e. *ad utrumque tibi sane hoc prodest facere.* Conf. IV, 129. Inde in uno libro συμφέρει pro φέρει, quae lectio interpretamentum redolet.

αὐξανομένῳ γὰρ τῷ σώματι κ. τ. λ.] Admonuit huius senten-

φρένες· γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι, καὶ ἐς τὰ 2
6 πρήγματα πάντα ἀπαμβλύνονται.“ Ἡ μὲν δὴ ταῦ-
τα ἐκ διδαχῆς ἔλεγε. ὁ δ᾽ ἀμείβεται τοῖσδε· „Ὦ
γύναι, πάντα ὅσα περ αὐτὸς ἐπινοέω ποιήσειν, εἴ-
7 ρηκας. ἐγὼ γὰρ βεβούλευμαι, ζεύξας γέφυραν, ἐκ
τῆσδε τῆς ἠπείρου ἐς τὴν ἑτέρην ἤπειρον ἐπὶ Σκύθας
στρατεύεσθαι· καὶ ταῦτα ὀλίγου χρόνου ἔσται τελεύ-
8 μενα.“ Λέγει Ἄτοσσα τάδε· „Ὅρα νυν, ἐς Σκύ-
θας μὲν τὴν πρώτην ἰέναι ἔασον· οὗτοι γάρ, ἐπεὰν
9 σὺ βούλῃ, ἔσονταί τοι. σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα

---

tiae Eustath. ad Od. II, 315 p. 1447, 28 s. p. 98, 32. Et cf. sis quoque Scholia Veneta Villois. ad h. l. Caeterum prorsus similis Democriti exstat sententia apud Stobaeum Tit. 116, 45 p. 592 s. p. 437 T. III Gaisf. itemque Galeni de Hippocr. et Plat. dogm. I p. 323, nec aliena sunt, quae Interprr. laudant, Aristotelica in Polit. II, 7. Heraclid. Pont. Allegor. p. 485 et e Romanis potissimum Lucret. III, 447 coll. Liv. VI, 23. — Verbum ἀπαμβλύνειν (*hebetare*) hac significatione illustrat, aliis locis appositis, Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. S. c. Th. 712. Ad verba ὦ γύναι cf. III, 119. I, 111 ibique adscripta.

ζεύξας γέφυραν] Exstat eadem locutio, quae valet: *iungere pontem* (ratibus scil. adductis), IV, 88. 97. 118. VII, 36. 34. — In seqq. ὀλίγου χρόνου est: *brevi tempore, intra breve temporis spatium;* conf., ne plura, Matth. Gr. Gr. §. 377.

ἐς Σκύθας — ἔασον] Valcken. citans h. l. ad I, 53. ἔασον tantundem fere valere ait atque ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιῆσαι. *Iam tu mitte, missam fac priorem expeditionem in Scythas.* Ad locutionem τὴν πρώτην confer Matth. Gr. Gr. §. 582, 2. 425, 5.

σὺ δέ μοι — στρατεύεσθαι] Simili modo Noster VII, 159. IV, 126, ne plura. Ad argumentum conferri poterit Dinonis locus apud Athen. XIV cap. 18 pag. 652 B. C., ubi alia etiam proferuntur, quibus regem induxerint ad bellum Graecis inferendum. Et monet quoque de ancillis Atticis ab Atossa sibi expetitis et de belli Persici origine Aelian. H. A. XI, 27, notante Wessel., qui Claudian. in Eutrop. II, 200 haec attigisse putat. — Ad κατηγήσασθαι conf. nott. ad II, 56; ad ἀποπειρᾶσθαι nott. ad III, 119; ad ἄμεινον εἶναι (*conducere, utile esse*) cf. I, 187 ibique nott. III, 148, ne plura. — In fine cap. verbo attigisse satis erit vim praepositionis ἐξ in verbis compositis ἐξαγγελέουσι et ἐξεπιστάμενος, ut infra III, 137 in ἐκμαθεῖν.

στρατεύεσθαι· ἐπιθυμέω γὰρ, λόγῳ πυνθανομένη, Λακαίνας τέ μοι γενέσθαι θεραπαίνας καὶ Ἀργείας καὶ Ατ-
10 τικὰς καὶ Κορινθίας. ἔχεις δὲ ἄνδρα ἐπιτηδεώτατον ἀνδρῶν πάντων δέξαι τε ἕκαστα τῆς Ἑλλάδος καὶ καταγηγήσασθαι, τοῦτον ὅς σευ τὸν πόδα ἐξιήσατο."
11 Ἀμείβεται Δαρεῖος· Ὦ γύναι, ἐπεὶ τοίνυν τοι δοκέει τῆς Ἑλλάδος ἡμέας πρῶτα ἀποπειρᾶσθαι, κατασκόπους μοι δοκέει Περσέων πρῶτον ἄμεινον εἶναι, ὁμοῦ τούτῳ τῷ σὺ λέγεις, πέμψαι ἐς αὐτούς· οἳ μαθόντες καὶ ἰδόντες ἕκαστα αὐτῶν, ἐξαγγελέουσι ἡμῖν. καὶ ἔπειτα, ἐξεπιστάμενος, ἐπ' αὐτοὺς τρέψομαι."

135 Nobiles Persae XV cum Democede in Graeciam speculatores mittuntur.

Ταῦτα εἶπε· καὶ ἅμα ἔπος τε, καὶ ἔργον ἐποίεε. ἐπεί τε γὰρ τάχιστα ἡμέρη ἐπέλαμψε, καλέσας Περσέων ἄνδρας δοκίμους πεντεκαίδεκα, ἐνετέλλετό σφι, ἑπομένους Δημοκήδεϊ, διεξελθεῖν τὰ παραθαλάσσια τῆς Ἑλλάδος· ὅκως τε μὴ διαδρήσε-

---

Cap. CXXXV.

καὶ ἅμα ἔπος etc.] Comma post ἔπος τε illatum, indicio esse debet, ne quis vocabulum ἔπος, quod in nominativo positum est, cuique mente addi potest ἦν, vel simile quid, trahat ad ἐποίεε tanquam accusativum. Caeterum in h. l. scripti libri valde fluctuant, quorum nonnulli post ἔπος inserunt sive εἶπε sive ἔφα. Quo neutro opus, cum proverbialis sit locutio, plane ut Latinum: *dictum, factum.* Cf. Matth. Gr. Gr. p. 1195. Nec opus rescribere cum Valcken., probante quamvis Schaefero ad Dionys. Halic. de compos. verbb. p. 33, ταῦτα εἶπε· ἅμα τε ἔπος ἔφατο καὶ ἔργον ἐποίεε: *ista dixit, et simul atque dixisset, rem aggrediebatur.* Idem Valcken. conferri vult ob locutionis similitudinem I, 112. IV, 150. VIII, 5 alia id genus. Formulae fundum Homericum esse quivis sentiet. Cf. Iliad. XIX, 242, ubi dudum animadvertit Eustath. p. 1182, 30 s. 1248 fin. Herodotea tangens. Add. Pind. Pyth. IV, 185 seq. (105) οὔτε ἔργον οὔτ' ἔπος εὐτράπελον κείνοισι εἰπών, ubi Boeckh. apte admonuit Herodotei loci.

ἐπέλαμψε] Idem verbum VIII, 14. 130. Conf. I, 190, ubi est ὑ π έ λ α μ π ε.

ὅκως τε μὴ] Quod pro σκοπεῖν, s. φυλάξαι ὅκως μὴ dici monet Matth. Gr. Gr. p. 1037, ubi de structura huius loci. Scripsimus vero cum recentt. edd. e quorundam librorum auctoritate διαδρήσεται et ἀπάξουσι pro διαδρήσηται et ἀπάξωσι. Tu conf. III, 36. 140. Sic paulo post ἐδέετο αὐτοῦ ὅκως — ἤ-

ταί σφεας ὁ Δημοκήδης, ἀλλά μιν πάντως ὀπίσω
ἀπάξουσι. ἐντειλάμενος δὲ τούτοισι ταῦτα, δεύτερα
καλέσας αὐτὸν Δημοκήδεα, ἐδέετο αὐτοῦ, ὅκως ἐξη-
γησάμενος πᾶσαν καὶ ἐπιδέξας τὴν Ἑλλάδα τοῖσι
3 Πέρσῃσι, ὀπίσω ἥξει. δῶρα δέ μιν τῷ πατρὶ καὶ
τοῖσι ἀδελφεοῖσι ἐκέλευε πάντα τὰ ἐκείνου ἔπιπλα
λαβόντα ἄγειν, φὰς ἄλλα οἱ πολλαπλήσια ἀντιδώ-
σειν· πρὸς δὲ, ἐς τὰ δῶρα ὁλκάδα οἱ ἔφη συμβαλ-
λέεσθαι, πλήσας ἀγαθῶν παντοίων, τὴν ἅμα οἱ
4 πλεύσεσθαι. Δαρεῖος μὲν δὴ, δοκέειν ἐμοὶ, ἀπ'
5 οὐδενὸς δολεροῦ νόου ἐπαγγέλλετό οἱ ταῦτα. Δη-
μοκήδης δὲ, δείσας μή εὐ ἐκπειρῷτο Δαρεῖος, οὔ
τι ἐπιδραμὼν πάντα τὰ διδόμενα ἐδέκετο· ἀλλὰ τὰ

ξει. Ad vocem ἔπιπλα in sqq. cf. I, 94 ibique nott.

φὰς ἄλλα οἱ πολλαπλήσια] Vulgo πολληπλήσια, cuius loco ex uno Sancrofti libro Gaisf. recepit παραπλήσια, quod mihi e glossa natum videtur. Equidem ex Florentino aliisque exhibere malui πολλαπλήσια, quamquam Gaisf. Iones dixisse statuit πολλαπλάσια, non πολλαπλήσια, quum antepenultima huius vocis corripiatur. Altero loco IV, 50 πολλαπλήσια probat censor Ienensis (1817 nr. 162 pag. 360). Add. VII, 160, ubi omnes libri πολλαπλασίης.

πρὸς δὲ, ἐς τὰ δῶρα] Verba ἐς τὰ δῶρα Schwgh., qui olim interpretatus erat: *ad transferenda dona*, posthac rectius verti monuit: (in Lexico Herod. II, 293) *ad illa dona, s. donis illis sese adiecturum onerariam navem.* Sed tum voces πρὸς δὲ plane abundabunt. Malim itaque in priore acquiescere interpretatione. Mox nolui immutare vulgatum συμβαλλέεσθαι, cuius loco Florent. συμβαλέσθαι, Eustath. h. l. citans ad Homer. Iliad. p. 741, 83 s. 638, 15 συμβαλεῖσθαι, Parisini duo, probante Larchero, συμβαλέεσθαι. Vid. nott. ad III, 23. Valet autem συμβάλλεσθαι, h. l. *conferre in unum, s. tribuere, adiicere.* Pro πλεύσεσθαι Sancrofti liber πλεύσασθαι. Ad verba ἀπ' οὐδενὸς δολ. νόου conf. Matth. Gr. Gr. p. 1131.

δείσας μή εὐ ἐκπειρῷτο] Pro εὖ, ut olim vulgatum, nunc rectius editum εὐ, quod pro οὐ poni monet Matth. Gr. Gr. §. 147 not. 3 p. 275. Ad ἐκπειρῷτο conf. III, 119.

οὔτι ἐπιδραμὼν] ἐπιτρέχειν est h. l. *cupide involare, arripere:* de qua notione Wess. laudat VIII, 32 et Aristid. T. II p. 401. ed. Iebb. Schweigh. Appian. citat Punicc. 94. Larcherus Facium ad Pausan. IX Tom. p. 65 not. 18. κατὰ χώρην καταλ. valet *suo loco intacta re-*

μὲν ἑωυτοῦ κατὰ χώρην ἔφη καταλείψειν, ἵνα ὀπίσω σφέα ἀπελθὼν ἔχοι· τὴν μέν τοι ὁλκάδα, τήν οἱ Δαρεῖος ἐπαγγέλλετο ἐς τὴν δωρεὴν τοῖσι ἀδελφε-
6 οῖσι, δέκεσθαι ἔφη. ἐντειλάμενος δὲ καὶ τούτῳ ταῦτα ὁ Δαρεῖος, ἀποστέλλει αὐτοὺς ἐπὶ θάλασσαν.

136 Solvunt Sidone: maritima Graeciae loca inspectant et describunt: in Italia Persae comprehensi ab Aristophilide Tarentinorum rege: Democedes abit Crotonem: Persae dimissi.

Καταβάντες δὲ οὕτω ἐς Φοινίκην, καὶ Φοινίκης ἐς Σιδῶνα πόλιν, αὐτίκα μὲν τριήρεας δύο ἐπλήρωσαν, ἅμα δὲ αὐτῇσι καὶ γαυλὸν μέγαν, παν-
2 τοίων ἀγαθῶν. παρεσκευασμένοι δὲ πάντα, ἔπλεον ἐς τὴν Ἑλλάδα· προσίσχοντες δὲ, αὐτῆς τὰ παραθαλάσσια ἐθηεῦντο, καὶ ἀπεγράφοντο· ἐς ὃ, τὰ πολλὰ αὐτῆς καὶ οὐνομαστότατα θεησάμενοι, ἀπί-
3 κοντο τῆς Ἰταλίης ἐς Τάραντα. Ἐνθαῦτα δὲ

---

linquere, ut I, 17. IV, 135 coll. VII, 95.

Cap. CXXXVI.

Καταβάντες δὲ οὕτω ἐς Φ.] δὲ οὕτω e melioribus libris nunc adscitum. Vulgo δ' οὗτοι, quod tenuit Matth.

γαυλὸν μέγαν] γαυλὸν (πλοῦν φοινικὸν, ut Gloss. Herodd. reddunt) plane ut *ὁλκάδα navem* dici *onerariam*, minorem triremi, scribit Wesseling, laudans Etymolog. magn. p. 222, 28 et Alberti ad Hesych. s. v. Adde Herod. VI, 17. Plutarch. II p. 466 C. Punicae stirpis esse vocem sunt, qui statuant. „Contra *γαῦλος* dicitur *ποιμενικὸν ἀγγεῖον* vid. Glossas et reliqq. in Stephani Thes. L. Gr. p. 2893 ed. Londin. Adde Scholiast. in Aristophan. Avv. et interprr. vs. 597 et Festum p. 159 Dacerii." *Cr.* Ad vocem *παρεσκευασμένοι* cf. Matth. Gr. Gr. p. 926.

προσίσχοντες] sc. *τὴν νηῦν navem appellentes, admoventes* (nam accusativus *τὰ παραθαλάσσια* pendet a sequenti verbo *ἐθηεῦντο,* ad quod cf. nott. ad I, 10). Ita Noster VI, 99. 119. IV, 76. 157.

καὶ ἀπεγράφοντο] i. e. *sibi descripserunt, quae viderant; in tabulas sibi retulerunt.* Cf. II, 145. Paulo post pro *οὐνομάστατα* nunc editum legitur *οὐνομαστότατα,* Schaefero auctore. Libri non addicunt, nisi quod Sancrofti codex et Vindobonensis *ὀνομαστότατα.*

τῆς Ἰταλίης ἐς Τάραντα] Nomen *Italiae* pluribus locis apud Herodotum occurrit, (ut infra IV, 15. VI, 126. VIII, 62) eoque designatur non omnis, quae a nobis nuncupatur *Italia,* sed *Italia australis,* a Graecis colonis culta, unde etiam ipsius Graeciae nominetur pars. Conf. Bredow. Geograph. Herod. spec. pag. XXIII, ubi vide plura. Ad has vero inferioris Italiae urbes regionesque, maritimas praesertim, Herodotum, qui vix interiora attigerit, pervenisse, Thu-

ἐκ ῥηστώνης τῆς Δημοκήδεος, Ἀριστοφιλίδης τῶν Τα-
ραντίνων ὁ βασιλεὺς, τοῦτο μὲν τὰ πηδάλια παρέ-
λυσε τῶν Μηδικέων νεῶν· τοῦτο δὲ, αὐτοὺς τοὺς
4 Πέρσας ἔρξε, ὡς κατασκόπους δῆθεν ἐόντας. Ἐν
ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἔπασχον, ὁ Δημοκήδης ἐς τὴν
Κρότωνα ἀπικνέεται. ἀπιγμένου δὲ ἤδη τούτου ἐς
τὴν ἑωυτοῦ, ὁ Ἀριστοφιλίδης ἔλυσε τοὺς Πέρσας,
137 καὶ τὰ παρέλαβε τῶν νεῶν, ἀπέδωκέ σφι. Πλέοντες
δὲ ἐνθεῦτεν οἱ Πέρσαι, καὶ διώκοντες Δημοκήδεα,
ἀπικνέονται ἐς τὴν Κρότωνα· εὑρόντες δέ μιν ἀγο-
2 ράζοντα, ἅπτοντο αὐτοῦ. τῶν δὲ Κροτωνιητέων οἱ
μὲν, καταῤῥωδέοντες τὰ Περσικὰ πρήγματα, προϊέ-
ναι ἑτοῖμοι ἦσαν· οἱ δὲ ἀντάπτοντό τε, καὶ τοῖσι
σκυτάλοισι ἔπαιον τοὺς Πέρσας, προϊσχομένους ἔπεα

Veniunt Persae Crotonem, et Democedem prehendunt: Crotoniatae Persis et Democedem et navem onerariam eripiunt: Democedes gener luctatoris Milonis.

268

---

riis, ubi senex vixit, profectum, ex iis, quae collegit Heyse Quaest. Herodd. p. 138 sq. satis manifestum fit.

ἐκ ῥηστώνης τῆς Δημοκήδεος] Ita Codex Askev. Male Ald. Med. Florent. alii: ἐκ Κρεστώνης; duo alii: ἐκ Κρότωνος, quod neutrum stare posse dudum viderunt Wess et Valcken., sic interpretantes vulgatam lectionem ἐκ ῥηστώνης: *ex indulgentia, s. gratia in Democedem;* sive, ut Larcherus reddit: *par bonté pour Démocèdes,* non probans Corais interpretationem, quâ verba ἐκ ῥηστώνης idem valeant, quod ἐκ ῥαδιουργίας, ἐκ τέχνης, ἐκ σοφίσματος, *e machinis, fraudibus Democedis, s. inductus a Democede.* Ac vereor, ut quos Coraës protulit Pollucis locos IV, 3 §. 20. 22. VIII. §. 12. 13, alia, quae addit, hoc evincant. Schaeferus coniecerat ἐκ δρηστοσύνης. Italus interpres Wessel. et Larcher. sequitur.

τὰ πηδάλια παρέλυσε] i. e. *demi, adimi iussit navium gubernacula,* quibus destitutae naves altum petere non possent. Eadem locutio apud Athen. VIII, 16 p. 361 B. Inde infra: τὰ παρέλαβε τῶν νεῶν: quae (sc. gubernacula) de navibus eorum demserat, ea reddidit. — Ad vocem δῆθεν cf. I, 59.

Cap. CXXXVII.

ἀγοράζοντα] i. e. *in foro versantem,* ut II, 35. III, 139. IV, 164. Mox cum Gaisf. et Matth. reposui ἦσαν pro ἔσαν. Conf. III, 125.

καὶ τοῖσι σκυτάλοισι ἔπαιον] Plures τῇσι σκυτάλῃσι. Et sane Suidas σκυτάλαι apud Herodotum esse ait idem, quod ῥάβδος. Nec aliter Gloss. Herodd. σκυτάλοις· ῥάβδοις. At idem Suidas mox τὸ σκύταλον in hoc Herodoti loco exponit τὸ ῥόπαλον. — Athenaei locum XII

3 τάδε· „Ἄνδρες Κροτωνιῆται, ὁρᾶτε τὰ ποιέετε·
4 ἄνδρα βασιλέος δρηπέτην γενόμενον ἐξαιρέεσθε. κῶς
ταῦτα βασιλέϊ Δαρείῳ ἐκχρήσει περιϋβρίσθαι; κῶς
δὲ ὑμῖν τὰ ποιεύμενα ἕξει καλῶς, ἢν ἀπέλησθε
ἡμέας; ἐπὶ τίνα δὲ τῆσδε προτέρην στρατευσόμεθα
πόλιν; τίνα δὲ προτέρην ἀνδραποδίζεσθαι πειρη-
5 σόμεθα;“ Ταῦτα λέγοντες, τοὺς Κροτωνιήτας οὐκ
ὦν ἔπειθον· ἀλλ' ἐξαιρεθέντες τε τὸν Δημοκήδεα,
καὶ τὸν γαυλὸν τὸν ἅμα ἤγοντο ἀπαιρεθέντες, ἀπέ-
πλεον ὀπίσω ἐς τὴν Ἀσίην, οὐδ' ἔτι ἐξήτησαν τὸ
προσωτέρω τῆς Ἑλλάδος ἀπικόμενοι ἐκμαθεῖν, ἐστε-
6 ρημένοι τοῦ ἡγεμόνος. Τοσόνδε μέντοι ἐνετείλατό
σφι Δημοκήδης ἀναγομένοισι, κελεύων εἰπεῖν Δα-
ρείῳ σφέας, ὅτι ἅρμοσται τὴν Μίλωνος θυγατέρα

---

p. 522 C., ubi pauca ferme de Persis et Democede, quamquam alio ex fonte, attulit Wess. — Ad vocem προισχομένους conf. nott. ad I, 141. — In sqq. pro γενόμενον Schwgh. malebat γινόμενον. At mihi vulgata praestare videtur.

κῶς ταῦτα — ἐκχρήσει περιϋβρίσθαι] καὶ e Sancrofti et Vindob. libro ante κῶς inseruit Gaisf., quem secutus est Matthiae. Mihi καὶ ab alia manu additum videtur. Sed mox cum Gaisf. scripsi βασιλέϊ (pro βασιλῆϊ) ut in fine cap. et paulo ante: βασιλέος pro βασιλῆος. Quod semel hic indicasse sufficit. Sensus loci est: *Qui Dario regi sufficere potuit, s. qui poterit aequo ferre animo, tali contumelia affici?* Cf. VIII, 70. Mox cum recentt. edd. exhibui ἀπέλησθε pro eo, quod inde e Wessel. editione vulgatum erat ἀπέλεσθε. Schweigh. αὐτὸν s. τοῦτον (Democedem sc.) subintelligi vult, ut haec inde evadat sententia: *si nobis illum ademeritis, si nos illo privaveritis.* — In seqq. ad structuram vocum ἐξαιρεθέντες et ἀπαιρεθέντες conf. Matth. Gr. Gr. pag. 780.

ἅρμοσται τὴν Μίλωνος] ἁρμόζειν τινά τινι est *desponsare mulierem alicui*, ut IX, 108. Inde ἁρμόζειν γάμον, *nuptias contrahere.* At ἁρμόζεσθαί τινα est *sibi puellam desponsare, s. uxorem ducere,* ut V, 32. 47. VI, 65. Plura dabit a Cr. ad h. l. excitatus Wyttenbach. ad Plut. Morall. II p. 879. („Philostratus Vit. Sophist. in Hermocrate IV pag. 610 Olear.: — ἀσπαζομένου τε ἁρμόσαι οἱ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα. Pro eo posteriores usurpant ὁρμάζειν. Vid. Hesych. II pag. 106 Alberti et conf. Casaub. et Salmas. ad Iul. Capitolin. T. II p. 62 et Bielii Thes. V. T. II p. 88.“ Cr.)

Δημοκήδης γυναῖκα· τοῦ γὰρ δὴ παλαιστέω Μίλωνος ἦν οὔνομα πολλὸν παρὰ βασιλέϊ. κατὰ δὴ τοῦτό μοι δοκέει σπεῦσαι τὸν γάμον τοῦτον τελέσας χρήματα μεγάλα Δημοκήδης, ἵνα φανῇ πρὸς Δαρείου
138 ἐὼν καὶ ἐν τῇ ἑωυτοῦ δόκιμος. Ἀναχθέντες δὲ ἐκ τῆς Κρότωνος οἱ Πέρσαι, ἐκπίπτουσι τῇσι νηυσὶ ἐς Ἰηπυγίην· καί σφεας, δουλεύοντας ἐνθαῦτα, Γίλλος ἀνὴρ Ταραντῖνος φυγὰς ῥυσάμενος, ἀπήγαγε παρὰ
2 βασιλέα Δαρεῖον. ὁ δὲ ἀντὶ τούτων ἑτοῖμος ἦν διδόναι τοῦτο ὅ τι βούλοιτο αὐτός. Γίλλος δὲ αἱρέεται κάτοδόν οἱ ἐς Τάραντα γενέσθαι, προαπηγησά-
3 μενος τὴν συμφορήν. ἵνα δὲ μὴ συνταράξῃ τὴν Ἑλλάδα, ἢν δἰ αὐτὸν στόλος μέγας πλέῃ ἐπὶ τὴν Ἰταλίην, Κνιδίους μούνους ἀποχρᾶν οἱ ἔφη τοὺς κατάγοντας γίνεσθαι· δοκέων ἀπὸ τούτων, ἐόντων τοῖσι Ταραντίνοισι φίλων, μάλιστα δὴ τὴν κάτοδόν

Persas in Iapygia captos redimit Gillus Tarentinus exsul, et ad regem reducit: iussu regis eum Cnidii restituere in patriam frustra conantur.

De *Milone*, athleta Crotoniata illustrissimo, qui sex victorias Olympicas septemque Pythicas reportasse fertur, primarii sunt loci A. Gellii N. Att. XV, 16 et Pausan. VI, 14 §. 2. 3, ubi reliqua indicat Siebelis. Verba in fine capitis posita: ἵνα φανῇ πρὸς Δαρείου ἐὼν etc. sonant: quo Darius perspiceret, se quoque in patria apud suos valde coli maximeque aestimari. Nam πρὸς Δαρείου idem valet quod ὑπὸ Δαρείου, ut I, 120. λόγου οὐδενὸς γινόμεθα πρὸς Περσέων II, 139. 152 alibi.

Cap. CXXXVIII.

ἐκπίπτουσι — ἐς Ἰηπυγίην] ἐκπίπτειν de iis dicitur, qui inviti in aliquem locum delati, ventorum vi ad terram eiiciuntur. Conf. Locell. ad Xenoph. Ephes. p. 239 et vide Plut. Pyrrh. 15, ubi etiam *Iapygium promontorium* commemoratur, ad quod ob vada ac loca importuosa caecaque difficilis et periculosus accessus. Romanis *Salentinum* vocatur promontorium, terraque adiacens *Salentina*, s. *Messapia*, sive etiam *Iapygia*. Nunc vocatur *Capo di Leuca* (Cap Finisterre) in regione d'Otranto, ditionis Neapolitanae. Vid. Cluver. in Sic. Antiq. IV, 13 pag. 1239 seq. et Popp. prolegg. ad Thucyd. I, 2 p. 547.

διδόναι τοῦτο] τοῦτο e Flor ac duobus Pariss. Vulgo cum Matth. τούτῳ. Memoratu dignum est, quod ex Appulei. Florid. II p. 351 (T. II p. 57 Oudend.) affert Wessel., Pythagoram, Cambysis olim captivum, a quodam *Gillo*, Crotoniensium principe reciperatum esse. Quem eundem Gillum h. l. commemorari suspicio est Wesselingii.

4 οἱ ἔσεσθαι. Δαρεῖος δὲ ὑποδεξάμενος ἐπετέλεε· πέμψας γὰρ ἄγγελον ἐς Κνίδον, κατάγειν σφέας
5 ἐκέλευε Γίλλον ἐς Τάραντα. πειθόμενοι δὲ Δαρείῳ Κνίδιοι, Ταραντίνους οὐκ ὦν ἔπειθον, βίην δὲ ἀδύ-
6 νατοι ἦσαν προσφέρειν. Ταῦτα μέν νυν οὕτω 1
ἐπρήχθη· οὗτοι δὲ πρῶτοι ἐκ τῆς Ἀσίης ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπίκοντο Πέρσαι, καὶ οὗτοι διὰ τοιόνδε πρῆγμα κατάσκοποι ἐγένοντο.

139 Μετὰ δὲ ταῦτα, Σάμον βασιλεὺς Δαρεῖος αἱρέει, πολίων πασέων πρώτην Ἑλληνίδων καὶ βαρ- 5

Syloson Polycratis frater exsul Dario privato amiculum donat.

2 βάρων, διὰ τοιήνδε τινὰ αἰτίην. Καμβύσεω τοῦ Κύρου στρατευομένου ἐπ' Αἴγυπτον, ἄλλοι τε συχνοὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπίκοντο Ἑλλήνων, οἱ μὲν, ὡς οἰκὸς, κατ' ἐμπορίην· οἱ δὲ, στρατευόμενοι· οἱ δέ τινες, καὶ αὐτῆς τῆς χώρης θεηταί· τῶν ἦν καὶ 269
Συλοσῶν ὁ Αἰάκεος, Πολυκράτεός τε ἐὼν ἀδελφεὸς, 11
3 καὶ φεύγων ἐκ Σάμου. Τοῦτον τὸν Συλοσῶντα κατέλαβε εὐτυχίη τις τοιήδε. λαβὼν χλανίδα καὶ

Cap. CXXXIX.

πολίων πασέων πρώτην κ. τ. λ.] De Sami opibus ac potentia conf. supra III, 59. 60 et alia testimonia a. C. O. Müller. in Aeginett. pag. 67 not. p. excitata, Plutarchi in Pericl. pag. 167 E. (c. 28 fin.) Cicer. ad Qu. Fr. I, 1, 8. — Paulo post pro *ὡς εἰκὸς* e Flor. cum recentt. edd. exhibui *ὡς οἰκός*.

οἱ δὲ, στρατευόμενοι] qui scilicet mercede conducti tum apud Aegyptiorum reges posteriores, tum postea apud Persas stipendia faciebant, mercenarii milites, stipendiarii, qui supra vocantur *οἱ ἐπίκουροι*; cf. nott. ad III, 4. Ac videtur Valckenario vox *στρατευόμενοι* e superioribus male hic repetita, qui idem verba, *οἱ δὲ*, nunc in textum recepta, a correctore profecta existimat. Ipse vero locum sic constitui vult: *κατ' ἐμπορίην, στρατευομένοις*, vel *κατ' ἐμπορίην στραγγευόμενοι*.

Συλοσῶν ὁ Αἰάκεος] Conf. II, 182 et III, 39. — coll. Diogen. Laërtium II, 5. Hinc etiam Sylosontis filius, qui patri post successit, *Aeaces* vocatur VI, 13. IV, 138. De quo plura Panofka: Samiorr. Res p. 46 sq., ac de ipso Sylosonte p. 45 sq. Ad vocem *κατέλαβε* in seq. cf. III, 42 ibique nott.

λαβὼν χλανίδα] *χλανίς* dicebatur *tenuis vestis, laenula mollior ac tenuior* subtilioris plerumque lanae, indeque etiam maioris pretii, qualem homines

περιβαλόμενος πυῤῥὴν, ἠγόραζε ἐν τῇ Μέμφι· ἰδὼν
δὲ αὐτὸν Δαρεῖος, δορυφόρος τε ἐὼν Καμβύσεω
καὶ λόγου οὐδενός κω μεγάλου, ἐπεθύμησε τῆς χλα-
4 νίδος, καὶ αὐτὴν προσελθὼν ὠνέετο. ὁ δὲ Συλο-
σῶν, ὁρέων τὸν Δαρεῖον μεγάλως ἐπιθυμέοντα τῆς
5 χλανίδος, θείῃ τύχῃ χρεώμενος, λέγει· „Ἐγὼ ταύ-
την πωλέω μὲν οὐδενὸς χρήματος· δίδωμι δὲ ἄλλως,
εἴ περ οὕτω δεῖ γενέσθαι πάντως τοι.“ Αἰνέσας
140 ταῦτα ὁ Δαρεῖος, παραλαμβάνει τὸ εἷμα. Ὁ μὲν
δὴ Συλοσῶν ἠπίστατό οἱ τοῦτο ἀπολωλέναι δι' εὐη-
2 θίην. ὡς δὲ τοῦ χρόνου προβαίνοντος Καμβύσης

Impetrat a Dario rege, ut ipsi vindicetur imperium Sami.

---

delicatiores plerumque gestare solebant. Plura disputavi ad Plut. Alcib. c. 23 p. 193. Ac miratur Valck., cur hic dicatur χλανίς, quae fuerit χλαμύς, (ut frequens omnino est harum vocum permutatio, de qua vid. nott. ad Alcib.), cum de iis, qui ob vestimentum se iactarent, proverbii instar dictum fuerit ἡ Συλοσῶντος χλαμύς, Diogenian. Prov. Cent. V, 14 coll. Suid. s. v. χλαμύς. At cum exquisitius, opinor, vestimentum l. l. cogitari queat, acquiescere malui in omnium librr. scriptura. Apud Aelianum V. H. IV, 5 dicitur ἱμάτιον, s. *pallium*. Contra χλαμύδα Darium Babylone a Sylosonte accepisse scribit Tzetzes Chil. III p. 312 coll. Suida l. l. Strabo eandem rem tangens XV p. 945 D. 638 C. simpliciter posuit ἐσθῆτα. Ad ἠγόραζε (*in foro versabatur*) cf. III, 137 et ad verba λόγου οὐδενός κω μεγάλου nott. ad I, 130 coll. infra III, 146.

ἐπεθύμησε] E prava Medicei codicis scriptura ἐπιθυμέου Valck. coniecit: ἐπεθύμεε in imperfecto, quemadmodum ὠνέετο (*emere cupiit*) I, 68, ubi vide plura.

θείῃ τύχῃ χρεώμενος] i. e. *forte quadam*, *divinitus*, ut ait Livius I, 4, ubi vide I. Fr. Gronov. Sic κατὰ δαίμονα I, 111; alia dabit Valcken. ad III, 153, quibus add. nott. ad Plut. Philopoem. 17 p. 63. — In fine cap. ἄλλως valet *gratis*. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 597 init.

Cap. CXL.

δι' εὐηθίην] Florent. εὐηθείην, ut scribi vult Matth. in nota ad II, 87, quam attigimus ad I, 54. Cf. II, 18. Ad sensum recte interpretatur Wesselingius: *simplicitatem quandam et facilitatem in donando*, sive etiam *animi quandam bonitatem*, quam Galli dicunt *bonhomie*. Quare Graeci iungunt, eodem monente Wessel., φιλανθρωπίαν s. πραότητα καὶ εὐήθειαν, ut ap. Thomam Magistr. s. v. pag. 382. Plura interprr. ad Thucyd. III, 83. Cr. adscripsit Platonis locum in Charmide pag.

τε ἀπέθανε, καὶ τῷ Μάγῳ ἐπανέστησαν οἱ ἑπτὰ,
καὶ ἐκ τῶν ἑπτὰ Δαρεῖος τὴν βασιληΐην ἔσχε· πυν-
θάνεται ὁ Συλοσῶν, ὡς ἡ βασιληΐη περιεληλύθοι
ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα, τῷ κοτὲ αὐτὸς ἔδωκε ἐν Αἰ-
3 γύπτῳ δεηθέντι τὸ εἷμα. ἀναβὰς δὲ ἐς τὰ Σοῦσα,
ἵζετο ἐς τὰ πρόθυρα τῶν βασιλέος οἰκίων, καὶ ἔφη
4 Δαρείου εὐεργέτης εἶναι. ἀγγέλλει ταῦτα ἀκούσας
ὁ πυλουρὸς τῷ βασιλέϊ. ὁ δὲ, θωυμάσας λέγει πρὸς
5 αὐτόν· „Καὶ τίς ἐστι Ἑλλήνων εὐεργέτης, ᾧ ἐγὼ 270
προαιδεῦμαι, νεωστὶ μὲν τὴν ἀρχὴν ἔχων; ἀναβέ-
βηκε δ' ἤ τις ἢ οὐδείς κω παρ' ἡμέας αὐτῶν.

---

175 C., ubi Heindorf. p. 115 Herodotei loci est recordatus. Nunc idem addit Plat. Rempubl. I p. 348 et quae posuit ad Plotin. I, 6. 1 et ad Procl. in Platon. Alcib. pr. pag. 323.

περιεληλύθοι] Conf. III, 65. Pro ἐς τοῦτον τ. ἀ plures libri iique non spernendi ὡς τοῦτον. Neque vero περιελθεῖν ὡς vel πρός τινα dici posse statuit Valcken. Mox ad structuram verbb. ἵζετο ἐς τὰ πρόθυρα cf., ne plura, Matth. Gr. Gr. §. 578 a. p. 1142. Ad τὰ πρόθυρα cf. nott. ad III, 120.

Δαρείου εὐεργέτης εἶναι] Haec e more Persarum explicanda sunt, quo nomina eorum, qui munus quoddam praebuissent regi, in tabula sreferebantur, ipsique, ut regis εὐεργέται, s. Persico nomine, *Orosangae*, muneribus splendidis vicissim ornabantur. Auctor est ipse Herodotus VIII, 85. Alia dabit Briss. de reg. Pers. princ. I, 138; Graecarum civitatum instituta similia attigit Hemsterhusius ad Lucianum, Dial. Mort. X, 6 T. II p. 448 ed. Bipont. Quae si reputemus, iam nil mirum, cur Syloson muneris regi olim oblati bene memor ad regis aulam accesserit.

λέγει πρὸς αὐτὸν] Ita e melioribus nunc editum pro vulg. πρὸς ἑωυτὸν, quod ex Ald. in Wess. irrepsit, quodque e Scholio natum videtur Schweigh., conferenti II, 162. III, 52. Ad vocem προαιδεῦμαι conf. nott. ad I, 61, ubi pro III, 40 legendum III, 140.

νεωστὶ μὲν τὴν ἀρχὴν ἔχων] Inde Wess. colligit, colloquium hoc congruere cum principio Olymp. LXV. A Panofka (Res Samiorum p. 44) video referri ad Ol. LXIV, 3 s. 521 a. Chr., quo ipso anno Darium ad regnum evectum esse supra ad III, 88 vidimus.

ἤ τις ἢ οὐδείς κω] i. e. *nullus* s. *nemo ferme*. Qua quidem formula dubitanter negari statuit Matth. Gr. Gr. §. 487, 8 p. 914. Valcken. praeter Xenoph. (Cyrop. VII, 5. 45) et Aristidis locum T. I p. 285 (T. I p. 269

6 ἔχω δὲ χρέος εἰπεῖν οὐδὲν ἀνδρὸς Ἕλληνος. ὅμως δὲ
αὐτὸν παράγετε ἔσω, ἵνα εἰδέω τί θέλων λέγει ταῦ-
7 τα." Παρῆγε ὁ πυλουρὸς τὸν Συλοσῶντα· στάντα
δὲ ἐς μέσον εἰρώτευν οἱ ἑρμηνέες τίς τε εἴη, καὶ τί
8 ποιήσας, εὐεργέτης φησὶ εἶναι βασιλέος. εἶπε ὦν ὁ
Συλοσῶν πάντα τὰ περὶ τὴν χλανίδα γενόμενα, καὶ
9 ὡς αὐτὸς εἴη κεῖνος ὁ δούς. ἀμείβεται πρὸς ταῦτα
Δαρεῖος· „Ὦ γενναιότατε ἀνδρῶν, σὺ κεῖνος εἶ,
ὃς ἐμοὶ οὐδεμίαν ἔχοντί κω δύναμιν ἔδωκας, εἰ καὶ
σμικρά; ἀλλ' ὦν ἴση γε ἡ χάρις ὁμοίως ὡς εἰ νῦν
10 κοθέν τι μέγα λάβοιμι. ἀντ' ὧν τοι χρυσὸν καὶ
ἄργυρον ἄπλετον δίδωμι, ὡς μή κοτέ τοι μεταμελή-
σει Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπεος εὖ ποιήσαντι." Λέγει
11 πρὸς ταῦτα ὁ Συλοσῶν· „Ἐμοὶ μήτε χρυσὸν, ὦ
βασιλεῦ, μήτε ἄργυρον δίδου, ἀλλ' ἀνασωσάμενός
μοι δὸς τὴν πατρίδα Σάμον· τὴν νῦν, ἀδελφεοῦ
τοῦ ἐμοῦ Πολυκράτεος ἀποθανόντος ὑπὸ Ὀροίτεω,
ἔχει δοῦλος ἡμέτερος· ταύτην μοι δὸς ἄνευ τε φό-
141 νου καὶ ἐξανδραποδίσιος." Ταῦτα ἀκούσας Δαρεῖος, Negotium hoc Otani datum.
ἀπέστελλε στρατιήν τε καὶ στρατηγὸν Ὀτάνεα, ἀν-
δρῶν τῶν ἑπτὰ γενόμενον· ἐντειλάμενος, ὅσων ἐδε-
2 ήθη ὁ Συλοσῶν, ταῦτά οἱ ποιέειν ἐπιτελέα. κατα-

Dind.), Aelianum hac locutione usum esse monet, De N. A. V, 50. VI, 58. VII, 8. XIV, 26. — Ad vocem *χρέος* conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 361 sq.

μεταμελήσει] Ita e Florent. pro vulg. *μεταμελήσῃ*. Cf. III, 36 et de structura Matth. Gr. Gr. p. 1088, qui h. l. retinuit coniunctivum. — Paulo ante rescripsi *οὐδεμίαν* pro *οὐδεμίην*, et *ἀντ' ὧν* pro *ἀνθ' ὧν*, monente Struv. Spec. I Quaest. Herod. p. 37. — In seqq. *δὸς* a pluribus abest codd., ac sane ex Wessel. et Schweigh. iudicio bene abesse potest vocula.

Cap. CXLI.

ἀπέστελλε] Ita e pluribus libris cum Gaisf. pro vulg. *ἀπέστειλε*, quod retinuit Matth. De *Otane* conf. III, 68. 80. Ad locutionem *ποιέειν ἐπιτελέα* conf. III, 16. — In seq. *στέλλειν* omnino valet *instruere*, conf., ne plura, Blomf. Gloss. ad Aesch. Pers. 615. Sic *στέλλειν στρατὸν* apud Euripid. Iphigen. in Aul. 661.

βὰς δὲ ἐπὶ τὴν θάλασσαν ὁ Ὀτάνης, ἔστελλε τὴν στρατιήν.

Procurator Polycratis Maeandrius post eius interitum liberaturus patriam, deterretur civium iniquitate.

142 Τῆς δὲ Σάμου Μαιάνδριος ὁ Μαιανδρίου εἶχε τὸ κράτος, ἐπιτροπαίην παρὰ Πολυκράτεος λαβὼν τὴν ἀρχήν· τῷ δικαιοτάτῳ ἀνδρῶν βουλομένῳ γε-
2 νέσθαι, οὐκ ἐξεγένετο. Ἐπειδὴ γάρ οἱ ἐξαγγέλθη ὁ Πολυκράτεος θάνατος, ἐποίεε τοιάδε. πρῶτα μὲν, Διὸς Ἐλευθερίου βωμὸν ἱδρύσατο, καὶ τέμενος περὶ αὐτὸν οὔρισε τοῦτο, τὸ νῦν ἐν τῷ προαστηΐῳ ἐστί.
3 μετὰ δὲ, ὥς οἱ ἐπεποίητο, ἐκκλησίην συναγείρας πάντων τῶν ἀστῶν, ἔλεξε τάδε· „Ἐμοὶ, ὡς ἴστε καὶ ὑμεῖς, σκῆπτρον καὶ δύναμις πᾶσα ἡ Πολυκράτεος ἐπιτέτραπται, καί μοι παρέχει νῦν ὑμέων ἄρχειν· ἐγὼ δὲ, τὰ τῷ πέλας ἐπιπλήσσω, αὐτὸς κατὰ
4 δύναμιν οὐ ποιήσω. οὔτε γάρ μοι Πολυκράτης ἤρεσκε δεσπόζων ἀνδρῶν ὁμοίων ἑωυτῷ, οὔτε ἄλλος ὅστις τοιαῦτα ποιέει. Πολυκράτης μέν νυν ἐξέπλησε

Cap. CXLII.

Μαιάνδριος] Conf. supra III, 123. *ἀρχὴν ἐπιτροπαίην imperium* dicit *sibi*, s. *ipsius fidei commissum*, conf. IV, 147.

οὐκ ἐξεγένετο] i. e. *cui quod voluit, quodque propositum habuit, non successit, qui propositum exsequi,* s. *perficere non potuit.* Conf. I, 78. VII, 4. 8. V, 51. 105. IX, 23.

τέμενος] Conf. III, 112 ibique nott. *βωμὸν* et *τέμενος* Homeri exemplo Il. VIII, 48 Nostrum iunxisse monet Wessel., citans Pausaniam VI, 6, alia. Hinc paulo infra ita loquitur Maeandrius: *τῷ αὐτός τε ἱρὸν ἱδρυσάμην.* — Ad vocem *παρέχει* conf. III, 73 ibique nott.

τὰ τῷ πέλας ἐπιπλήσσω] i. e. *quae alii exprobo,* s. *quae in alio reprehendo;* plane ut VII, 136. *ὁ πέλας* h. l. est *quivis alius.* Nec est, quod in singulari numero offendamur, nostrumque locum, quae Elmsleii est sententia ad Eurip. Med. 85, corruptum censeamus. Merito oblocutus est Goeller. ad Thucyd. I, 32.

οὔτε ἄλλος ὅστις τοιαῦτα ποιέει] Sponte in mentem venit Homericum illud: *ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅ τις τοιαῦτά γε ῥέζοι,* Od. I, 47 coll. Plut. Tib. Gracch. cap. 21. — In seq. cum Gaisf. et Matth. pro *μοίρην* e S. exhibui *μοῖραν.* Cum verbis continuo subsequentibus conf. supra III, 80. *γέρεα* sunt *munera*, s. *honores ipsi tributi, concessi.* Cf. VI, 57. VII, 104. IV, 162 et conf. nott. ad I, 59. Nec admodum dispar II, 168. — Pro *ἱερωσύνην* dedimus *ἱρωσύνην*,

μοῖραν τὴν ἑωυτοῦ· ἐγὼ δὲ ἐς μέσον τὴν ἀρχὴν τι-
5 θεὶς, ἰσονομίην ὑμῖν προαγορεύω. Τοσάδε μέντοι
δικαιῶ γέρεα ἐμεωυτῷ γενέσθαι· ἐκ μέν γε τῶν
Πολυκράτεος χρημάτων ἐξαίρετα ἓξ τάλαντά μοι γε-
νέσθαι· ἱρωσύνην δὲ πρὸς τούτοισι αἱρεῦμαι αὐτῷ
τ' ἐμοὶ, καὶ τοῖσι ἀπ' ἐμεῦ αἰεὶ γινομένοισι, τοῦ
Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου· τῷ αὐτός τε ἱρὸν ἱδρυσάμην,
6 καὶ τὴν ἐλευθερίην ὑμῖν περιτίθημι.“ Ὁ μὲν δὴ
ταῦτα τοῖσι Σαμίοισι ἐπαγγέλλετο· τῶν δέ τις ἐξα-
ναστὰς εἶπε· „Ἀλλ' οὐδ' ἄξιος εἶ σύ γε ἡμέων
ἄρχειν, γεγονώς τε κακὸς καὶ ἐὼν ὄλεθρος· ἀλλὰ
μᾶλλον ὅκως λόγον δώσεις τῶν μετεχείρισας χρημά-
143 των.“ Ταῦτα εἶπε, ἐὼν ἐν τοῖσι ἀστοῖσι δόκιμος,
τῷ οὔνομα ἦν Τελέσαρχος. Μαιάνδριος δὲ νόῳ
λαβὼν ὡς εἰ μετήσει τὴν ἀρχὴν, ἄλλος τις ἀντ' αὐ-
τοῦ τύραννος καταστήσεται, οὐ δή τι ἐν νόῳ εἶχε
2 μετιέναι αὐτήν· ἀλλ' ὡς ἀνεχώρησε ἐς τὴν ἀκρό-
πολιν, μεταπεμπόμενος ἕνα ἕκαστον, ὡς δὴ λόγον
τῶν χρημάτων δώσων, συνέλαβέ σφεας καὶ κατέ-
δησε. οἱ μὲν δὴ ἐδεδέατο· Μαιάνδριον δὲ μετὰ
3 ταῦτα κατέλαβε νοῦσος. ἐλπίζων δέ μιν ἀποθανέε-
σθαι ὁ ἀδελφεὸς, τῷ οὔνομα ἔην Λυκάρητος, ἵνα
εὐπετεστέρως κατάσχῃ τὰ ἐν τῇ Σάμῳ πρήγματα,

Coniicit adversarios in vincula: ipso in morbum implicito, Lycaretus frater eius vinctos interimit.

---

magis ad Ionum dicendi morem. Conf. IV, 161. Ad περιτίθημι conf. I, 129.

ἐὼν ὄλεθρος] Ita apud Graecos haud raro vocatur *homo nequam*, *nullius frugis*, plane ut apud Latinos *pestis*, *pernicies*, alia id genus satis nota. Conf. Valcken. observv. ad Ammon. I, 10 p. 43. Reisk. Ind. Graec. Demosth. pag. 533 et quae alia citavi ad Plut. Artax. 14 in Creuzer. Meletemm. III pag. 64. — Ad ὅκως — δώσεις cf. III, 36. Caeterum haec verba citat Eustath. ad Od. I p. 1429, 26 s. p. 72, 31.

Cap. CXLIII.

νόῳ λαβὼν] Cf. III, 41 ibiq. nott. — Pro οὐ δή τι ἐν νόῳ εἶχε Schweigh. et Gaisf. e Sancrofti libro οὔτ' ἔτι. Equidem cum Matth. retinui vulgatam. — ἐδέκετο plane ut I, 66. — Ad κατέλαβε cf. III, 42. 149. Insulae posthac Lycaretum Persae praefecerunt, teste Herodoto V, 27.

κατακτείνει τοὺς δεσμώτας πάντας· οὐ γὰρ δή, ὡς οἴκασι, ἐβουλέατο εἶναι ἐλεύθεροι.

144 Adsunt Persae: Maeandrius abitum spondet.

Ἐπειδὴ ὦν ἀπίκοντο ἐς τὴν Σάμον οἱ Πέρσαι κατάγοντες Συλοσῶντα, οὔ τε τίς σφι χεῖρας ἀνταείρεται, ὑπόσπονδοί τε ἔφασαν εἶναι ἑτοῖμοι οἱ τοῦ Μαιανδρίου στασιῶται, καὶ αὐτὸς Μαιάνδριος, 2 ἐκχωρῆσαι ἐκ τῆς νήσου. καταινέσαντος δ' ἐπὶ τούτοισι Ὀτάνεω καὶ σπεισαμένου, τῶν Περσέων οἱ πλείστου ἄξιοι θρόνους θέμενοι, κατεναντίον τῆς ἀκροπόλιος ἐκατέατο.

145 Charilaus quid Maeandrio fratri exprobravit, et quid ab eo petierit.

Μαιανδρίῳ δὲ τῷ τυράννῳ ἦν ἀδελφεὸς ὑπομαργότερος, τῷ οὔνομα ἦν Χαρίλεως· οὗτος ὅ τι δὴ ἐξαμαρτὼν, ἐν γοργύρῃ ἐδέδετο· καὶ δὴ τότε ἐπακούσας τε τὰ πρησσόμενα, καὶ διακύψας διὰ τῆς γοργύρης, ὡς εἶδε τοὺς Πέρσας εἰρηναίως κατημένους, ἐβόα τε καὶ ἔφη λέγων,
2 Μαιανδρίῳ θέλειν ἐλθεῖν ἐς λόγους. ἐπακούσας δὲ ὁ Μαιάνδριος, λύσαντας αὐτὸν ἐκέλευε ἄγειν παρ' ἑωυτόν. ὡς δὲ ἄχθη τάχιστα, λοιδορέων τε καὶ κακίζων μιν, ἀνέπειθε ἐπιθέσθαι τοῖσι Πέρσῃσι λέγων
3 τοιάδε· „Ἐμὲ μὲν, ὦ κάκιστε ἀνδρῶν, ἐόντα σεωυτοῦ ἀδελφεὸν, καὶ ἀδικήσαντα οὐδὲν ἄξιον δεσμοῦ,

---

ἐβουλέατο] „Non detrectabant Samii libertatem, sed talem, quae pactio esset servitutis, (qualem scilicet iis offerret, s. proponeret, Lycaretus)“ *Wess.* — ἐβουλέατο, plane ut I, 4., Larcherus, ex Pauwii coniectura sic vertit: „il parait bien que les Samiens regardoient comme une chose indigne d'un homme libre, d'obéir à un tyran.“

Cap. CXLIV.

οἱ τοῦ *M.* στασιῶται] Plures libri στρατιῶται, quod tamen parum differre recte statuit Wess., cum omnes eiusdem fuerint factionis, Maeandrii ἐπίκουροι III, 145. 146 et nott. ad III, 4. — Ad formam ἐκατέατο cf. II, 86.

Cap. CXLV.

ὑπομαργότερος] i. e. „*petulantior et propemodum vecors.*“ Ita Wess., laudans VI, 75. III, 29 (ubi v. nott.) Appian. B. Civ. V, 48. Suidam s. v. — De comparativi usu conf. Matth. Gr. Gr. §. 475 in. γοργύρη *subterraneum* indicat *carcerem*, δεσμωτήριον ὑπόγαιον, ut Glossae Herodd. ad h. l. et Suidas s. v. Ad formam ἄχθη conf. Matth. l. l. pag. 430. Ad οὕτω δή τι, cf. III, 12.

δήσας γοργύρης ἠξίωσας· ὁρέων δὲ τοὺς Πέρσας 272
ἐκβάλλοντάς τε σε καὶ ἄνοικον ποιεῦντας, οὐ τολ-
μᾷς τίσασθαι, οὕτω δή τι ἐόντας εὐπετέας χειρω-
4 θῆναι; Ἀλλ', εἴ τι σύ σφεας καταῤῥώδηκας, ἐμοὶ
δὸς τοὺς ἐπικούρους, καί σφεας ἐγὼ τιμωρήσομαι
τῆς ἐνθάδε ἀπίξιος· αὐτὸν δέ σε ἐκπέμψαι ἐκ τῆς
146 νήσου ἑτοῖμός εἰμι." Ταῦτα ἔλεξε ὁ Χαρίλεως.
Μαιάνδριος δὲ ὑπέλαβε τὸν λόγον, ὡς μὲν ἐγὼ
δοκέω, οὐκ ἐς τοῦτο ἀφροσύνης ἀπικόμενος, ὡς δό-
ξαι τὴν ἑωυτοῦ δύναμιν περιέσεσθαι τῆς βασιλέος,
ἀλλὰ φθονήσας μᾶλλον Συλοσῶντι, εἰ ἀπονητὶ
2 ἔμελλε ἀπολάμψεσθαι ἀκέραιον τὴν πόλιν. ἐρεθί-
σας ὦν τοὺς Πέρσας, ἔθελε ὡς ἀσθενέστατα ποιῆ-
σαι τὰ Σάμια πρήγματα, καὶ οὕτω παραδιδόναι·
εὖ ἐξεπιστάμενος, ὡς παθόντες οἱ Πέρσαι κακῶς,
προσεμπικρανέεσθαι ἔμελλον τοῖσι Σαμίοισι· εἰδώς
τε ἑωυτῷ ἀσφαλέα ἔκδυσιν ἐοῦσαν ἐκ τῆς νήσου
τότε, ἐπεὰν αὐτὸς βούληται· ἐπεποίητο γάρ οἱ κρυ-
πτὴ διώρυξ, ἐκ τῆς ἀκροπόλιος φέρουσα ἐπὶ θά-
3 λασσαν. Αὐτὸς μὲν δὴ ὁ Μαιάνδριος ἐκπλέει ἐκ
τῆς Σάμου· τοὺς δὲ ἐπικούρους πάντας ὁπλίσας
ὁ Χαρίλεως, καὶ ἀναπετάσας τὰς πύλας, ἐξῆκε ἐπὶ
τοὺς Πέρσας, οὔτε προσδεκομένους τοιοῦτο οὐδὲν,
4 δοκέοντάς τε δὴ πάντα συμβεβάναι. ἐμπεσόντες δὲ

Maeandrius invidia Sylosontis probat Charilai consilium: ipse clam e Samo enavigat: Charilai subitus impetus ex arce in Persas.

Cap. CXLVI.

Ταῦτα ἔλεξε] Quam vulgo inserunt particulam δὲ, eam cum Schweigh. et Gaisf. abieci. Sequentia verba citat Thomas Mag. p. 875 ὑπολαμβάνω idem esse probans, atque ὑποδέχομαι. — Ad formam ἀπολάμψεσθαι cf. I, 199 et Matth. Gr. Gr. pag. 472. — ἀκέραιον de urbibus et regionibus adhiberi integris, s. nondum hostili ferro violatis, Valcken. monuit ad IV, 152.

οἱ Πέρσαι κακῶς] Cum Schweigh. addidi voculam κακῶς, quâ hic locus aegre carere posse videbatur. — Matthiae eam, quod miror, non recepit. — Verba ἐξῆκε ἐπὶ τ. Π., Valckenario ad VII, 210 interprete, sic reddi debent: *emisit in Persas*, portis patefactis. Haud aliter III, 148: ἐσῆκε τοὺς Πέρσας ἐς τὸ τεῖχος, *immisit Persas intra moenia.* — Ad συμβεβάναι conf. Matth. Gr. Gr. p. 438.

οἱ ἐπίκουροι, τῶν Περσέων τοὺς διφροφορευμένους τε καὶ λόγου πλείστου ἐόντας ἔκτεινον. καὶ οὗτοι μὲν ταῦτα ἐποίευν, ἡ δὲ ἄλλη στρατιὴ ἡ Περσικὴ ἐπεβοήθεε· πιεζεύμενοι δὲ οἱ ἐπίκουροι, ὀπίσω κατειλήθησαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν.

147 Ὀτάνης δὲ ὁ στρατηγὸς, ἰδὼν πάθος μέγα Πέρσας πεπονθότας, ἐντολάς τε, τὰς Δαρεῖός οἱ ἀποστέλλων ἐνετέλλετο, μήτε κτείνειν μηδένα Σαμίων, μήτε ἀνδραποδίζεσθαι, ἀπαθέα τε κακῶν ἀποδοῦναι τὴν νῆσον Συλοσῶντι· τουτέων μὲν τῶν ἐντολέων μεμνημένος ἐπελανθάνετο· ὁ δὲ παρήγγειλε τῇ στρατιῇ, πάντα τὸν ἂν 2 λάβωσι, καὶ ἄνδρα καὶ παῖδα, ὁμοίως κτείνειν. ἐνθαῦτα τῆς στρατιῆς οἱ μὲν τὴν ἀκρόπολιν ἐπολιόρκεον, οἱ δὲ ἔκτεινον πάντα τὸν ἐμποδὼν γινόμενον, ὁμοίως ἔν τε ἱρῷ καὶ ἔξω ἱροῦ.

Otanes caedem Samiorum imperat, et arcem obsidet.

148 Μαιάνδριος

τοὺς διφροφορευμένους] i. e. τοὺς φορείοις φορουμένους, ut Glossae exponunt Herodd., accedente Hesychio, Suida et Etymolog. p. 279. Namque Persarum locupletiores sellis sive lecticis gestabantur, ut ex Athenaeo patet, XI p. 514. Cum vero Persae consedissent, quod satis monstrant verba cap. 144 fin. (θρόνους θέμενοι) et 145 (εἰρηναίως κατημένους), verbo διφροφορευμένους nihil aliud nisi Persas *sellis insidentes* declarari crediderim. Nec aliter Kuhn. ad Aelian. V. H. IV, 12, ubi narratur, veteres Athenienses, quocunque irent, secum habuisse pueros pedissequos sellas complicatiles gestantes, ne temere quovis in loco sedere cogerentur. Add. Larcherum, cui displicet haec Corais interpretatio: „ceux d'entre les Perses, qui étoient les plus considérés, et qui se faisoient suivre par des esclaves porteurs de chaises." Nam διφροφορέομαι ille interpretatur: *je me fais porter une chaise*, vel potius: *je me fais suivre par un esclave qui port une chaise, pour m'en servir dans le besoin.*" Italus interpres h. l. sic vertit: „*che erano d'alto conto e portati nei seggi.*" Passivam enim verbi notionem ille retineri vult idemque de Persis nobilioribus atque insignioribus hic unice agi addit. Ad verba λόγου πλείστου ἐόντας conf. I, 120; ad κατείληθησαν cf. III, 13. Retinui πιεζεύμενοι, cuius loco Florent. aliique πιεζόμενοι magis ex Atticorum ratione. Tu conf. supra ad I, 142 nott.

Cap. CXLVII.

ἐντολάς τε, τὰς] Ad haec respiciunt, quae infra leguntur: τουτέων μὲν τῶν ἐντολέων μεμνημένος. Conf. Matth. Gr. Gr.

δ' ἀποδρὰς ἐκ τῆς Σάμου, ἐκπλέει ἐς Λακεδαίμο-
να· ἀπικόμενος δ' ἐς αὐτὴν, καὶ ἀνενεικάμενος τὰ
2 ἔχων ἐξεχώρησε, ἐποίεε τοιάδε. ὅκως ποτήρια ἀρ-
γύρεά τε καὶ χρύσεα προθεῖτο, οἱ μὲν θεράπον-
τες αὐτοῦ ἐξέσμων αὐτά· ὁ δὲ ἂν τὸν χρόνον τοῦ-
τον τῷ Κλεομένεϊ τῷ Ἀναξανδρίδεω ἐν λόγοισι ἐὼν,
3 βασιλεύοντι Σπάρτης, προῆγέ μιν ἐς τὰ οἰκία. ὅκως
δὲ ἴδοιτο Κλεομένης τὰ ποτήρια, ἀπεθωύμαζέ τε
καὶ ἐξεπλήσσετο· ὁ δὲ ἂν ἐκέλευε αὐτὸν ἀποφέρε- 273
4 σθαι αὐτῶν ὅσα βούλοιτο. τοῦτο καὶ δὶς καὶ τρὶς
εἴπαντος Μαιανδρίου, ὁ Κλεομένης δικαιότατος ἀν-
δρῶν γίνεται· ὃς λαβεῖν μὲν διδόμενα οὐκ ἐδι-

Maeandrium Spartam profugum, Cleomenis regis consilio, metuentis ab eo civium corruptelam, Ephori exigunt.

---

§. 472. — κτείνειν cum Gaisf. et Matth. edidi pro κτενέειν.

Cap. CXLVIII.

ἐκπλέει ἐς Λακεδαίμονα] Ex iis, quae supra III, 54. 56. 47 sunt enarrata, satis colligi posse videtur, inter Samios et Lacedaemonios olim necessitudinem quandam et amicitiam, bello dein ruptam intercessisse; ex quo ipso haud scio an causa sit repetenda, cur eo potissimum nec aliam in terram se receperit Maeandrius; ut enim olim Spartam venerant Samii exsules auxilia petitum (III, 46), sic et Maeandrius illic nova se moliri Spartanorumque ope Samum se recuperaturum speraverat. Aelian. V. Hist. XII, 53 ex huius Maeandrii Samii cum Atheniensibus dissidio ortum Persicum esse bellum quosdam tradere scribit, Aristagoram, opinor, confundens cum Maeandrio, quamquam aliter visum Perizonio, qui Maeandrium, cum Lacedaemonii non auscultarent, putat, ad Athenienses se convertisse, a quibus ipsis cum nihil impetrasset, ad Darium accessisse, eumque ad bellum Graecis inferendum instigasse!

ὅκως — προθεῖτο] De structura conf. nott. ad I, 11. Sic mox ὅκως — ἴδοιτο, ex Lexico Seguier. p. 100, 8. — ἐξέσμων valet: *smegmate abstergebant, purgabant, abluebant*, sive ἔσμηχον, ut interpretatur Hesych., praeter quem Valcken. excitat Herod. II, 37 et Clement. Alex. Paedag. III, 4 pag. 268 T. I ed. Pott. (ubi est σμήχειν) Athen. IX pag. 409 C. Plurima de hoc vocabulorum genere nunc Lobeck. ad Phryn. p. 253 sq. In seqq. Gaisford. scripsit ἀπεθώμαζε pro vulg. ἀπεθωΰμαζε, quod punctis diaeresios sublatis retinuit Matth. Et recte. Probavit enim hanc scripturam ut unice veram Struve in Spec. III Quaest. de dial. Herod. p. 2 sq. 6 sq. 10 sq. In iis, quae sequuntur, constituendis Gaisfordium secutus sum. Vulgo: ὁ δὲ αὖ ἐκέλευε αὐτέων ἀποφέρεσθαι αὐτόν κ. τ. λ.

καίεν· μαθὼν δὲ ὡς ἄλλοισι διδοὺς τῶν ἀστῶν εὑρήσεται τιμωρίην, βὰς ἐπὶ τοὺς ἐφόρους, ἄμεινον εἶναι ἔφη τῇ Σπάρτῃ, τὸν ξεῖνον τὸν Σάμιον ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς Πελοποννήσου, ἵνα μὴ ἀναπείσῃ ἢ αὐτὸν, ἢ ἄλλον τινὰ Σπαρτιητέων, κακὸν γενέσθαι. οἱ δ' ὑπακούσαντες, ἐξεκήρυξαν Μαιάνδριον.

149 *Τὴν δὲ Σάμον σαγηνεύσαντες οἱ Πέρσαι, παρέδοσαν Συλοσῶντι, ἔρημον ἐοῦσαν ἀνδρῶν. ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ καὶ συγκατοίκισε αὐτὴν ὁ* 274 *στρατηγὸς Ὀτάνης, ἔκ τε ὄψιος ὀνείρου, καὶ νούσου ἥ μιν κατέλαβε νοσῆσαι τὰ αἰδοῖα.*

Samus traditur Sylosonti, cultoribus exinanita, sed post ab Otane frequentata.

εὑρήσεται τιμωρίην] i. e. *postquam animadvertit,* Maeandrium *aliis civium illa largiendo auxilium sibi comparaturum.* Nam *τιμωρίη* idem hic valet, quod *βοήθεια*, monente Valcken., qui conf. Thucyd. I, 58, ubi eodem fere sensu *ἑτοιμάζεσθαι τιμωρίαν*, i. e. *τιμωρούς, βοηθούς*, et Plutarchi locum in Apopthegmm. Laconn. pag. 224 A., ubi eadem de re haec leguntur: *εὐλαβούμενος δὲ, μὴ ἑτέροις τισὶ τῶν ἀστῶν διαδῷ.*

ἐξεκήρυξαν] i. e. *edicto publico eiecerunt*, plane ut apud Plut. l. l. Lys. c. Eratosth. 23. Diog. Laert. II, 43 alibi.

Cap. CXLIX.

Σάμον σαγηνεύσαντες] *σαγηνεύειν*, *everriculo capere,* de piscibus proprie dicitur, qui retibus irretiti et in unum sensim sensimque coacti capiantur. Inde transfertur dein ad urbes gentesque, quae piscium ad instar capiuntur, nullo sc. sexus aut aetatis facto discrimine. Est primarius Nostri locus VI, 31. Alia hic attulit Valck., Strab. X pag. 687 B. s. 448 A. Plat. Legg. III pag. 698 D. Dionys. Laert. III, 33. Philostr. V. Apollon. I, 23. Aristid. I pag. 213. 385. (T. I pag. 200. 357 Dind.) Maxim. Tyr. XXXIX, 16. Böttiger, Amalth. II pag. 307. Italus interpres admonet similis metaphorae, quâ utitur Iesus Christus in Evang. Matth. XIII, 47: *πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ.*

ἔρημον ἐοῦσαν ἀνδρῶν] Strabonem si audis XIV p. 945 s. 638 C. Syloson acerbum in subditos exercuit imperium, ut inde viris vacua redderetur urbs (*ὥστε καὶ ἐλειπάνδρησεν ἡ πόλις*); unde proverbium ortum: *ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη.* De quo Zenob. III, 90. Ad Olymp. LXV refert hoc imperium, quod Persarum ope de Samo obtinuit Syloson, Panofka Samiorr. Res pag. 45. Ad *κατέλαβε* cf. III, 42. Ad *συγκα-*

150 Ἐπὶ δὲ Σάμον στρατεύματος ναυτικοῦ οἰχομένου, Βαβυλώνιοι ἀπέστησαν, κάρτα εὖ παρεσκευασμένοι. ἐν ὅσῳ γὰρ ὅ τε Μάγος ἦρχε, καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπανέστησαν, ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῇ ταραχῇ ἐς τὴν πολιορκίην παρεσκευάδατο· καί

Babylonii rebus ad obsidionem tolerandam paratis deficiunt, et mulierum turbam strangulant.

τοικίζειν cf. I, 154 *κατοικίζειν* (*sedes assignare.*)

Cap. CL.

Βαβυλώνιοι ἀπέστησαν] Meminit huius defectionis et Iustinus I, 10 et Plut. II p. 175 A. p. 687 Wyttenb.; coll. Polyaen. VII, 12; meminit item Ctesias Persicc. Exc. §. 22 in eo dissentiens ab Herodoto, quod ad Xerxis regnum hanc seditionem refert, in quo eodem sequacem habuit Plutarchum II pag. 173 C. p. 688 Wyttenb. Minus recte, ut mihi quidem videtur, cum in temporum rationibus constituendis nemo certe quisquam Ctesiae maiorem quam Herodoto fidem tribuendam esse censeat, nec ullum aliud, quantum scio, testimonium de Babyloniorum defectione, quae regnante Xerxe acciderit, supersit. Nec magis probo, quod duas defectiones, alteram Dario regnante, alteram Xerxe imperante quae acciderit et Ieremiae 4, 21 praedicta fuerit, sumsit Venema, Ieremiae interpres, probante, ut videtur, Valckenario. Quae quomodo probari possint, equidem haud intelligo. Caeterum pertinent huc, quae in Diod. excerptt. §. 42 in A. Maii nov. scriptis coll. II p. 34 leguntur. „Pro Dario Cyrum in hac historia falso memorat Gregor. Naz. in Stelit. et Basilius in scholiis in eum. Vid. Boissonade in Notices et Extraits. Tom. XI pag. 107.“ *Cr.* Tempus defectionis, si quaeris, discernendum erit, auctore ipso Herodoto inter id tempus, quo tacite defectionem animo agitarint bellumque praepararint, per statum turbulentum, quo extremis annis regni Cambysis, qui 521 a. Chr. probabiliter obiit (vid. nott. ad III, 66) omnis Asia Persis subdita agitabatur, et inter illud, quo rebus satis praeparatis, palam defecerint, i. e. eo fere tempore, quo Samum versus vela dedit classis Sylosontis in gratiam, qui regem recens ad imperium evectum (— *νεωστὶ τὴν ἀρχὴν ἔχων* III, 140) adierat; unde non multo post ann. 521 s. 520 Babylonios palam defecisse fit probabile.

καὶ τῇ ταραχῇ] Conf. III, 126 ibique nott. Mox cum recentt. edd. pro *παρεσκευάσαντο* e Florent. unoque Paris. exhibui *παρεσκευάδατο*, probante Schweigh. et conferente V, 34. VIII, 218. Tu conf. Matth. Gr. Gr. p. 372, ne plura. Ad locutionem: *ἐκ τοῦ ἐμφάνεος* (*palam*) conf. Matth. l. l. pag. 1134 et Pausaniam hoc loquendi genus imitantem IX, 1 §. 3, ubi vid. Siebelis. Atque inde etiam Procopio hanc locutionem valde placuisse (v. c. B. Goth. I, 11.

3 κως ταῦτα ποιεῦντες ἐλάνθανον. Ἐπεί τε δὲ ἐκ
τοῦ ἐμφανέος ἀπέστησαν, ἐποίησαν τοιόνδε· τὰς
μητέρας ἐξελόντες, γυναῖκα ἕκαστος μίαν προσεξ-
αιρέετο, τὴν ἐβούλετο, ἐκ τῶν ἑωυτοῦ οἰκίων· τὰς
δὲ λοιπὰς ἁπάσας συναγαγόντες, ἀπέπνιξαν· τὴν
4 δὲ μίαν ἕκαστος σιτοποιὸν ἐξαιρέετο. ἀπέπνιξαν δὲ
αὐτὰς, ἵνα μή σφεων τὸν σῖτον ἀναισιμώσωσι.

151 *Obsessi a Dario, cum irrident.*

Πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Δαρεῖος, καὶ συλλέξας ἅπα-
σαν τὴν ἑωυτοῦ δύναμιν, ἐστρατεύετο ἐπ᾽ αὐτούς.
ἐπελάσας δὲ ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα, ἐπολιόρκεε φρον-
2 τίζοντας οὐδὲν τῆς πολιορκίης. ἀναβαίνοντες γὰρ
ἐπὶ τοὺς προμαχεῶνας τοῦ τείχεος οἱ Βαβυλώνιοι,
κατωρχέοντο, καὶ κατέσκωπτον Δαρεῖον καὶ τὴν
στρατιὴν αὐτοῦ. καί τις αὐτῶν εἶπε τοῦτο τὸ
3 ἔπος· „Τί κάτησθε ἐνθαῦτα, ὦ Πέρσαι, ἀλλ᾽ οὐκ
ἀπαλλάσσεσθε; τότε γὰρ αἱρήσετε ἡμέας, ἐπεὰν ἡμίο-
4 νοι τέκωσι.“ Τοῦτο εἶπε τῶν τις Βαβυλωνίων, οὐ-
δαμὰ ἐλπίζων ἂν ἡμίονον τεκεῖν.

152 *Nihil Darius efficit per undeviginti menses.*

Ἑπτὰ δὲ μη-
νῶν καὶ ἐνιαυτοῦ διεληλυθότος ἤδη, ὁ Δαρεῖός τε
ἤσχαλλε, καὶ ἡ στρατιὴ πᾶσα, οὐ δυνατὴ ἐοῦσα ἑλεῖν
τοὺς Βαβυλωνίους· καί τοι πάντα σοφίσματα καὶ

12.) monet Wess. — Ad ἕκαστος, cf. III, 148.

σιτοποιὸν] Hoc omnino mulierum olim fuisse officium, ut panem pararent, monet Wess. ex VII, 187 et Eurip. Hecub. 363. — Ad verba ἵνα — ἀναισιμώσωσι conf. Matth. Gr. Gr. p. 996 ἀναισιμῶσι exhibet Suidas et Eustath. ad Od. θ' pag. 1595, 10 s. 306 extr.

Cap. CLI.

ἐπὶ τοὺς προμαχεῶνας] Cf. I, 164 ibique nott.

κατωρχέοντο] i. e. *insultabant, irridebant,* quod idem exprimit sequens κατέσκωπτον. Nec aliter fere ἐξορχεῖσθαι invenitur significatione *illudendi, insultandi;* vid. quae dixi in Creuz. Meletem. III p. 72. 73, quibus nunc addo Iacobs. Animadvss. in Achill. Tat. IV, 8 pag. 710 coll. Creuzer. Symbol. IV p. 504 not. 343. Et facit quoque huc Nostri locus VI, 130, ubi ἀπορχεῖσθαι τὸν γάμον, *saltando perdere, amittere nuptias.* Ubi consulatur Valcken.

Τί κάτησθε] Cf. III, 134. — Ad ἐλπίζων conf. I, 27 coll. I, 75. 77.

2 πάσας μηχανὰς ἐπεποιήκεε ἐς αὐτοὺς Δαρεῖος. ἀλλ' οὐδ' ὣς ἐδύνατο ἑλεῖν σφέας, ἄλλοισί τε σοφίσμασι πειρησάμενος, καὶ δὴ καὶ τῷ Κῦρος εἷλέ σφεας,
3 καὶ τούτῳ ἐπειρήθη. ἀλλὰ γὰρ δεινῶς ἦσαν ἐν φυλακῇσι οἱ Βαβυλώνιοι, οὐδέ σφεας οἷός τε ἦν ἑλεῖν.

153 Ἐνθαῦτα, εἰκοστῷ μηνὶ, Ζωπύρῳ τῷ Μεγαβύζου τούτου, ὃς τῶν ἑπτὰ ἀνδρῶν ἐγένετο τῶν τὸν Μάγον κατελόντων, τούτῳ Μεγαβύζου παιδὶ Ζωπύρῳ ἐγένετο τέρας τόδε· τῶν οἱ σιτοφόρων
2 ἡμιόνων μία ἔτεκε. ὡς δέ οἱ ἐξαγγέλθη, καὶ ὑπὸ

Mense vicesimo prodigium Zopyro factum partu mulae.

Cap. CLII.

ἐπεποιήκεε ἐς αὐτοὺς] De structura verbi *ποιεῖν* cum praepositione *ἐς* conf. I, 41. III, 49. — Ad *οὐδ' ὣς* in seqq. conf. III, 13. 109. Ad seqq. *πειρησάμενος κ. τ. λ.* vid. Matth. Gr. Gr. p. 930. 1316.

δεινῶς ἦσαν ἐν φυλακῇσι] *ἦσαν* e pluribus libris revocavi cum Gaisf. et Matth. pro vulg. *ἔσαν*. Sensus est: *studiose custodias agebant.* Haud infrequens apud Nostrum *ἐν φυλακῇ ἔχειν*, s. *φυλακὴν ἔχειν*; vid., quos attulit locos Schwgh. in Lex. Herod.

Cap. CLIII.

Ζωπύρῳ] Nomen Zopyri in Persarum rebus decantatum dicit Dorvill. ad Charit. p. 472, ubi de nominis Graeci ratione quaerit. Nec meliora attulit Bochart., quem laudat in Hierozoic. III, 11 p. 414. — *Megabyzi* nomen legitur quoque III, 160 et apud Ctesiam Perss. Excerptt. §. 22. 33. Alibi scribitur *Μεγάβαζος*, de qua scripturae diversitate confer sis Duker. ad Thucyd. I, 109 et potissimum Hemsterhus. ad Lucian. Tim. I p. 383 Bip. Dorvill. ad Charit. l. l. Perizonium ad Aelian. V. H. II, 2. Frequens enim hoc nomen in Persarum reperitur historia, pluresque duces ita vocantur, ex stirpe nobilissimi illius Megabyzi, qui septem inter coniuratos fuit, opinor, oriundi.

ὃς τῶν ἑπτὰ ἀνδρῶν κ. τ. λ.] Conf. III, 70.

ἡμιόνων μία ἔτεκε] Eadem Ctesias l. l. §. 22. Ac negat Aristoteles H. A. VI, 24. pag. 882 Bip. mulam unquam peperisse, unde non mirum, apud veteres hoc si acciderit, prodigii loco fuisse habitum. Conf. Plin. H. N. VIII, 44. Praeter Bochart. Hieroz. II, 20 omnia et veterum et recentiorum testimonia hac de re collegit Beckmann. ad Aristot. Auscultt. Mirabb. p. 70 p. 142 et 427 comprobans recentioris aevi documentis ea, quae de mulis rarissime parientibus tradidit antiquitas.

ἀπιστίης αὐτὸς ὁ Ζώπυρος εἶδε τὸ βρέφος, ἀπείπας τοῖσι δούλοισι μηδενὶ φράζειν τὸ γεγονὸς, 275
3 ἐβουλεύετο. καί οἱ πρὸς τὰ τοῦ Βαβυλωνίου ῥήματα, ὃς κατ' ἀρχὰς ἔφησε, ἐπεάν περ ἡμίονοι τέκωσι, τότε τὸ τεῖχος ἁλώσεσθαι, πρὸς ταύτην τὴν φήμην Ζωπύρῳ ἐδόκεε ἁλώσιμος εἶναι ἤδη ἡ Βαβυλών· σὺν γὰρ θεῷ ἐκεῖνόν τε εἰπεῖν, καὶ ἑωυτῷ τεκεῖν τὴν ἡμίονον.

154 Ὡς δέ οἱ ἐδόκεε μόρσιμον εἶναι ἤδη τῇ Βαβυλῶνι ἁλίσκεσθαι, προσελθὼν Δαρείῳ ἀπεπυνθάνετο, εἰ περὶ πολλοῦ κάρτα ποιέεται
2 τὴν Βαβυλῶνα ἑλεῖν. πυθόμενος δὲ ὡς πολλοῦ τιμῷτο, ἄλλο ἐβουλεύετο, ὅκως αὐτός τε ἔσται ὁ ἑλὼν αὐτὴν, καὶ ἑωυτοῦ τὸ ἔργον ἔσται· κάρτα γὰρ ἐν τοῖσι Πέρσῃσι αἱ ἀγαθοεργίαι ἐς τὸ πρόσω
3 μεγάθεος τιμῶνται. Ἄλλῳ μέν νυν οὐκ ἐφράζετο

Zopyrus doli causa transiturus ad Babylonios, corpus mutilat et deformat.

τὸ βρέφος] βρέφος de beluis (ἐπὶ ἀλόγου ζώου) dici, monet Grammaticus in Lex. Seguier. p. 84, 22 ad Herodoti et Homeri testimonium provocans. Tu conf. Il. 23, 266. Oppian. Halieut. V, 464. Aelian. H. N. XI, 25, quae attulit Wess. — Ad ἀπείπας et eius structuram cf. I, 155 ibique nott. IV, 125. — Verba πρὸς τὰ — ῥήματα, (ubi πρὸς valet *secundum*, *ad*, monente Matth. Gr. Gr. p. 1182.) repetuntur, ob plura interiecta, verbis: πρὸς ταύτην τὴν φήμην; ubi Sancrofti liber exhibet φῆμιν; Tu conf. I, 43 ibique nott.

σὺν γὰρ θεῷ — εἰπεῖν] Videbatur Zopyro hoc dictum *non sine numine prolatum*, *divinitus Babylonio quasi immissum et iniectum.* Vid. I, 86. Valcken. cf. IX, 90: κατὰ συντυχίην, θεοῦ ποιεῦντος, *forte fortuna*, *Deo rem dirigente*, et I, 111: κατὰ δαίμονα, alia, quae attigi ad I, 126.

Cap. CLIV.

αἱ ἀγαθοεργίαι] Eadem vox III, 160; cf. etiam I, 67 ibique nott. Ad seqq. conf. Matth. Gr. Gr. §. 340 p. 648.

ἐφράζετο] φράζεσθαι, monente Valcken., valet *considerare*, *animadvertere*, σκοπεῖν, βουλευτικῶς σκέπτεσθαι, ut veteres notant Grammatici. Quod poëtis usitatum, ad Ionicos dein transiit scriptores, non item ad reliquos solutae orationis scriptores. In proxime seqq. locutio ἐν ἐλαφρῷ ποιεῖσθαι, (quod iam invenimus I, 118), eodem monente Valcken., notat *moleste ferre*, χαλεπῶς φέρειν, (quod sc. Babylonem adhuc capere non potuissent). Similia quaedam ad h. l. Idem excitavit.

ἔργῳ δυνατὸς εἶναί μιν ὑποχειρίην ποιῆσαι, εἰ δ'
4 ἑωυτὸν λωβησάμενος αὐτομολήσειε ἐς αὐτούς. Ἐνθαῦτα ἐν ἐλαφρῷ ποιησάμενος, ἑωυτὸν λωβᾶται λώβην ἀνήκεστον· ἀποταμὼν γὰρ ἑωυτοῦ τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὴν κόμην κακῶς περικείρας, καὶ
155 μαστιγώσας, ἦλθε παρὰ Δαρεῖον. Δαρεῖος δὲ κάρτα βαρέως ἤνεικε, ἰδὼν ἄνδρα δοκιμώτατον λελωβημένον· ἔκ τε τοῦ θρόνου ἀναπηδήσας, ἀνέβωσέ τε καὶ εἴρετό μιν, ὅστις εἴη ὁ λωβησάμενος, καὶ ὅ
2 τι ποιήσαντα. ὁ δὲ εἶπε· „Οὐκ ἔστι οὗτος ὡνὴρ ὅτι μὴ σύ, τῷ ἔστι δύναμις τοσαύτη ἐμὲ δὴ ὧδε διαθεῖναι· οὔτε τις ἀλλοτρίων, ὦ βασιλεῦ, τάδε ἔργασται, ἀλλ' αὐτὸς ἐγὼ ἐμεωυτόν· δεινόν τι ποι- 276
3 εύμενος Ἀσσυρίους Πέρσῃσι καταγελᾶν.“ Ὁ δ' ἀμείβετο· „Ὦ σχετλιώτατε ἀνδρῶν, ἔργῳ τῷ αἰσχίστῳ οὔνομα τὸ κάλλιστον ἔθευ, φὰς διὰ τοὺς πολιορκευμένους σεωυτὸν ἀνηκέστως διαθεῖναι· τί δ', ὦ μάταιε, λελωβημένου σεῦ, θᾶσσον οἱ πολέ-

Exponit Dario modum rei gerendae.

ἑωυτὸν λωβᾶται] Herodoti verba excitat Nonnus in Gregor. Stelit. II p. 161. Conf. Matth. Gr. Gr. p. 775. Ad vocem ἀνήκεστον (*insanabilis*) poetis perquam usitatam plurima collegit nec hoc loco omisso Blomf. ad Aesch. Choëph. Gloss. vs. 509. Ac plura comprobant testimonia, a Brisson. de reg. Pers. princ. II, 223 collecta, aurium, narium, manuum, pedum amputationes apud Persas haud insusitatas fuisse.

Cap. CLV.

ἀνέβωσε] Ob formam conf. I, 8 ibiq. nott. Mox pro ἀναπηδήσας duo libri cum Eustath. ad Homer. p. 288, 15, s. 218, 11 πηδήσας. — Ad structuram verbb. ὅ,τι ποιήσαντα vid. Matth. Gr. Gr. §. 567. Ad ὅτι μὴ cf. III, 160. I, 18. Retinui ὡνὴρ cum Gaisf., ut I, 162. Duo libri cum Eustathio ad Od. ζ' p. 1559, 35 s. 258, 28 ἀνήρ.

δεινόν τι ποιεύμενος] Immerito, ut videtur, particulam τι, quam omnes tenent, libri suspectam habuit Valck. recte caeteroqui monens, Graecos dixisse δεινὸν, s. δεινὰ ποιήσασθαι (*graviter, moleste ferre aliquid*), sequente vel infinitivo vel particula εἰ cum verbo finito. *Assyrii* dicuntur hic Babylonii, permutatione haud infrequenti, de qua conf. nott. ad I, 192. Ad structuram verbi καταγελᾶν conf. Matth. Gr. Gr. p. 696. 735 et supra III, 37. 38.

τί δ', ὦ μάταιε] δ' cum re-

μιοι παραστήσονται; κῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρε-
4 νῶν, σεωυτὸν διαφθείρας;" Ὁ δὲ εἶπε· „Εἰ μέν τοι ὑπερετίθεα τὰ ἔμελλον ποιήσειν, οὐκ ἄν με περιεῖδες· νῦν δ' ἐπ' ἐμεωυτοῦ βαλόμενος, ἔπρηξα. ἤδη ὦν, ἢν μὴ τῶν σῶν δεήσῃ, αἱρέομεν Βαβυ-
5 λῶνα. Ἐγὼ μὲν γάρ, ὡς ἔχω, αὐτομολήσω ἐς τὸ τεῖχος, καὶ φήσω πρὸς αὐτούς, ὡς ὑπὸ σεῦ τάδε πέπονθα· καὶ δοκέω, πείσας σφέας ταῦτα ἔχειν οὕ-
6 τω, τεύξεσθαι στρατιῆς. σὺ δέ, ἀπ' ἧς ἂν ἡμέρης ἐγὼ ἐσέλθω ἐς τὸ τεῖχος, ἀπὸ ταύτης ἐς δεκάτην ἡμέρην, τῆς σεωυτοῦ στρατιῆς, τῆς οὐδεμία ἔσται

---

centt. edd. inserui. Ad παραστήσονται cf. III, 13. 45.

κῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν] „*Sanumne te credis esse, qui facie foede deformata sic te ipse laceraveris.*" Sunt verba Valck., iure improbantis, quod e binis libris affertur: ἐξάμβλωσας pro ἐξέπλωσας, quod ipsum satis firmatum est Nostri loco VI, 12, ubi Iones παραφρονήσαντες καὶ ἐκπλώσαντες ἐκ τοῦ νόου. Ac Suidas s. v. ἐκπλεύσαντες· ἔξω γενόμενοι. Ipsam locutionem, qua dicitur: *enavigare e mente*, pro: *discedere de mente*, s. *de se*, (vid. Cic. De Divin. II, 55 coll. Tuscull. III, 5. IV, 36.) *insanum*, *dementem fieri*, e re nautica petitam in maritimis civitatibus, qualis fuit Ionia, minus absonum videri, iudicavit Wessel. Prope accedit, quod Valck. attulit, Theocriteum: *avolare ex mente*, II, 19. XI, 72. Eurip. Electr. 175. Ac denique huc referri poterit Pausaniae istud III, 4 §. 1. ἐξώρμει ἐκ τοῦ νοῦ, ubi cf. Siebelis.

ὑπερετίθεα] De forma conf. Matth. Gr. Gr. p. 401. Ad significationem cf. I, 107. III, 71. Idem Matth. monet scribendum esse μέν τοι (non μὲν τοὶ, ut apud Gaisf., cum σοὶ ὀρθοτονούμενον nunquam sit τοί). Nonnunquam pronomina enclitica pro orthotonumenis dici idem monuit §. 145 not. 1 §. 466 not. — Mox Florentinum cod. secutus cum recentt. edd. exhibui βαλόμενος pro vulg. βαλλόμενος. Ad significationem cf. III, 71. — Ad verba ὡς ἔχω cf. I, 24. Pro ἔπαθον, quod Matth. retinuit, e pluribus libris recepi cum Schweigh. et Gaisf. πέπονθα.

τῆς οὐδεμία ἔσται ὤρη ἀπολλυμένης] Tu vid. I, 4 ibique nott. Nec differt significatione locutio οὐδεμίαν ὤρην ἔχειν, s. ποιεῖσθαι, *rem parvi* s. *nihili pendere*. Apud Lucianum invenitur ὤρην ἔχειν, monente Valcken., qui Soph. Oed. Col. 377. 299 alia citat, additque locutionem ὀλιγώρως ἔχειν, quae contrariam in partem accipi debet.

ὥρη ἀπολλυμένης, ταύτης χιλίους τάξον κατὰ τὰς Σεμιράμιος καλεομένας πύλας· μετὰ δὲ αὖτις, ἀπὸ τῆς δεκάτης ἐς ἑβδόμην, ἄλλους μοι τάξον δισχιλίους κατὰ τὰς Νινίων καλεομένας πύλας· ἀπὸ δὲ τῆς ἑβδόμης διαλείπειν εἴκοσι ἡμέρας, καὶ ἔπειτα ἄλλους κάτισον, ἀγαγὼν κατὰ τὰς Χαλδαίων
7 καλεομένας πύλας, τετρακισχιλίους. ἐχόντων δὲ 277
μήτε οἱ πρότεροι μηδὲν τῶν ἀμυνούντων, μήτε
8 οὗτοι, πλὴν ἐγχειριδίων· τοῦτο δὲ ἐᾶν ἔχειν. μετὰ δὲ τὴν εἰκοστὴν ἡμέρην, ἰθέως τὴν μὲν ἄλλην στρατιὴν κελεύειν πέριξ προσβάλλειν πρὸς τὸ τεῖχος, Πέρσας δέ μοι τάξον κατά τε τὰς Βηλίδας κα-
9 λεομένας πύλας καὶ Κισσίας. ὡς γὰρ ἐγὼ δοκέω, ἐμέο μεγάλα ἔργα ἀποδεξαμένου, τά τε ἄλλα ἐπιτράψονται ἐμοὶ Βαβυλώνιοι, καὶ δὴ καὶ τῶν πυλέων τὰς βαλανάγρας. τὸ δ' ἐνθεῦτεν, ἐμοί τε καὶ Πέρσῃσι μελήσει τὰ δεῖ ποιέειν."

156 Ταῦτα ἐντειλάμενος, ἤϊε ἐπὶ τὰς πύλας· ἐπιστρεφόμενος, ὡς δὴ ἀληθέως αὐτόμολος. ὁρέοντες

Transfugium Zopyri ad Babylonios.

In proxime seqq. κατὰ valet *prope*, *ad*, ut II, 121, 4, ubi vid., vel *ex adverso*, *e regione*, ut I, 76, ubi vid. — De ipso situ portarum cf. nott. ad III, 158.

διαλείπειν] Ita pro vulg. διαλιπὼν e tribus libris adscivimus cum Schweigh. et Gaisf.; ubi infinitivum pro imperativo accipio, ut III, 134, quamquam fateor, duri quid mihi videri in eo inesse. Ac διαλιπὼν reperitur mox III, 157. — Ad formam ἐχόντων cf. I, 89 λεγόντων.

τῶν πυλέων τὰς βαλανάγρας] Ad vocem βαλανάγρα, quae etiam omnino indicat *clavem*, *claustra*, tenendum est, βάλανον dici cavam intus cochleatim striatam, quae in foramen serae (τὴν βαλανοδόκην) descendebat, et tota intra id immersa latebat. Hoc modo clausae fores si aperiendae erant, adhibebatur βαλανάγρα, quae in idem foramen demittebatur et conveniebat in cavum βαλάνου, eamque attrahebat. Ita Salmasius Exercitt. Plin. p. 650. Tu vid. Aeneam Tactic. 18 ibiq. Interpretes. p. 178 Orell. et imaginem βαλανάγρας illic exhibitam. — In fine recepi τὰ δεῖ pro τὰ δὲ cum rec. ed.

Cap. CLVI.

ἐπιστρεφόμενος] Reddunt vulgo: *subinde se convertens et retro spectans, ac si revera esset transfuga, s. transfugam simulans.* Et in eum sensum Gal-

δὲ ἀπὸ τῶν πύργων οἱ κατὰ τοῦτο τεταγμένοι, κα-
τέτρεχον κάτω· καὶ ὀλίγον τι παρακλίναντες τὴν
ἑτέρην πύλην, εἰρώτεον τίς τε εἴη, καὶ ὅτευ δεό-
2 *μενος ἥκοι. ὁ δέ σφι ἠγόρευε, ὡς εἴη τε Ζώπυ-*
ρος, καὶ αὐτομολέοι ἐς ἐκείνους. ἦγον δή μιν οἱ
πυλουροὶ, ταῦτα ὡς ἤκουσαν, ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν
3 *Βαβυλωνίων. καταστὰς δὲ ἐπ' αὐτὰ, κατοικτίζετο,*
φὰς ὑπὸ Δαρείου πεπονθέναι τὰ ἐπεπόνθεε ὑπ'
ἑωυτοῦ· παθέειν δὲ ταῦτα διότι συμβουλεῦσαι οἱ
ἀπανιστάναι τὴν στρατιὴν, ἐπεί τε οὐδεὶς πόρος
4 *ἐφαίνετο τῆς ἁλώσιος. „Νῦν τε, ἔφη λέγων, ἐγὼ*

---

lice quoque reddidit Larcherus: — „il s'enfuit vers les portes de la ville se retournant de temps en temps, comme s'il eût été un veritable transfuge.“ Conferunt Homer. Hymn. in Mercur. 210: ἐπιστροφάδην δ' ἐβάδιζεν, quod Matth. explicuit: *et huc illuc in gradiendo circumferebat oculos*, comparans Il. IV, 497. At Fr. Franke ob vers. 75. 76 reddit: „*huc illuc* — *ultro citroque ibat*, *vagabatur.*“ — Particulam δή notare *scilicet*, recte monuit Valck. comparans Polyaen. VII, 12. Alia dabit Matth. Gr. Gr. p. 1210 supra.

ὀλίγον τι παρακλίναντες] i. e. *Portae valvarum alteram aliquantum aperientes*, ut ait Wess., comparans Aristoph. Pac. 981. — Verbum ἀνακλίνειν in *foribus patefaciendis* itidem usitatum Homer. Il. V, 752 et auctori Vit. Hom. 33. — Ad verba εἰρώτεον τίς τε εἴη καὶ ὅτευ δεόμενος ἥκοι, conf. I, 35 ibiq. nott. Mox cum Schwgh. et Gaisf. scripsi πυλουροὶ pro vulg. πυλωροὶ, quod retinuit Matth. Conf. III, 77. 118.

καταστὰς δὲ ἐπ' αὐτὰ] Valck. scribi maluit καταστὰς δὲ ἐς αὐτὰ, i. e. ἐς μέσον αὐτῶν, *stans in concilio* vel *curia Babyloniorum*, ut qui deduxisse dicantur Zopyrum ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν Β.; quod ipsum indicat *commune*, s. *concilium Babyl.* Tu conf. nott. ad Plut. Philopoem. p. 32. 59. Neque vero opus esse hac emendatione, monstrat alter locus VIII, 79: στὰς ἐπὶ τὸ συνέδριον, ubi recte monuit Schweigh. participium στὰς, s. καταστὰς, valere *constitutus*, *productus.* Atque supra III, 46: καταστάντες ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, ἔλεγον. — ἐπεπόνθεε plerique libri. Olim πεπόνθεε, augmento neglecto, de quo cf. I, 122. 84, ne plura. Quare haec lectio non tam spernenda videtur Werfero in Actt. phill. Monacc. I, 2 p. 240.

ἐπεί τε οὐδείς] Particulam δέ post τε male intrusam cum recentt. edd. abieci. Schweighaeusero placet δή pro δέ.

ἔφη λέγων] Cf. Matth. Gr. Gr. §. 636 in. Ad seqq. ἥκω μέγιστον ἀγαθὸν cf. ibidem p.

ὑμῖν, ὦ Βαβυλώνιοι, ἥκω μέγιστον ἀγαθὸν, Δα-
ρείῳ δὲ καὶ τῇ στρατιῇ καὶ Πέρσῃσι μέγιστον κα-
5 κόν. οὐ γὰρ δὴ, ἐμέ γε ὧδε λωβησάμενος, κατα-
προΐξεται· ἐπίσταμαι δ' αὐτοῦ πάσας τὰς διεξόδους
157 τῶν βουλευμάτων." Τοιαῦτα ἔλεγε. οἱ δὲ Βαβυ-
λώνιοι ὁρέοντες ἄνδρα τῶν ἐν Πέρσῃσι δοκιμώτα-
τον ῥινός τε καὶ ὤτων ἐστερημένον, μάστιξί τε
καὶ αἵματι ἀναπεφυρμένον, πάγχυ ἐλπίσαντες λέ-
γειν μιν ἀληθέα, καί σφι ἥκειν σύμμαχον, ἐπιτρά-
πεσθαι ἑτοῖμοι ἦσαν τῶν ἐδέετο σφέων. ἐδέετο δὲ
2 στρατιῆς. Ὁ δὲ, ἐπεί τε αὐτῶν τοῦτο παρέλαβε,
ἐποίεε τά περ τῷ Δαρείῳ συνεθήκατο. ἐξαγαγὼν
γὰρ τῇ δεκάτῃ ἡμέρῃ τὴν στρατιὴν τῶν Βαβυλω-
νίων, καὶ κυκλωσάμενος τοὺς χιλίους, τοὺς πρώ-
τους ἐνετείλατο Δαρείῳ τάξαι, τούτους κατεφόνευ-
3 σε. μαθόντες δέ μιν οἱ Βαβυλώνιοι τοῖσι ἔπεσι τὰ
ἔργα παρεχόμενον ὁμοῖα, πάγχυ περιχαρέες ἐόντες,
4 πᾶν δὴ ἑτοῖμοι ἦσαν ὑπηρετέειν. ὁ δὲ, διαλιπὼν
ἡμέρας τὰς συγκειμένας, αὖτις ἐπιλεξάμενος τῶν 1
Βαβυλωνίων ἐξήγαγε καὶ κατεφόνευσε τῶν Δαρείου
5 στρατιωτέων τοὺς δισχιλίους. ἰδόντες δὲ καὶ τοῦ-
το τὸ ἔργον οἱ Βαβυλώνιοι, πάντες Ζώπυρον εἶχον
ἐν στόμασι αἰνέοντες. ὁ δὲ, αὖτις διαλιπὼν τὰς 278

Babylonii Zopyro dant milites, et rebus ter ab eo bene gestis, exercitus imperium et murorum custodiam.

---

611 et Krüger. ad Dionys. Halic. pag. 97. Ante στρατιῇ cum Schweigh. et Gaisf. e pluribus libris recepi τῇ. — Ad vocem καταπροΐξεται vide sis nott. ad III, 36. Exstat ad h. v. glossa Herodotea, quâ tamen parum proficimus. διέξοδος, quod propria notione invenitur II, 24. 26. III, 117 hìc tralato sensu de diversis consiliorum viis et rationibus accipiendum. „Et tralate vario modo usurpant philosophi; de quibus dictum ad Plotin. II, 8. 1. III, 8. 8. V, 8. 6. Cf. Procl. in Alcib. pr. p. 12 et p. 249." *Cr.*

Cap. CLVII.

ἦσαν τῶν ἐδέετο σφέων] ἦσαν rescripsi e binis libris cum Gaisf. et Matth. pro ἔσαν. Verbo δεῖσθαι duplex hic adstruitur genitivus et rei et personae. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 355, 2 pag. 669 sq. — Mox cum Gaisf. et Matth. scripsi αὐτῶν.

εἶχον ἐν στόμασι αἰνέοντες] *Ore ferebant eum laudantes.* Confert Wess. VI, 36, ne quis αἰνέοντες redundare arbitretur.

συγκειμένας ἡμέρας, ἐξήγαγε ἐς τὸ προειρημένον·
καὶ κυκλωσάμενος κατεφόνευσε τοὺς τετρακισχι-
6 λίους. ὡς δὲ καὶ τοῦτο κατέργαστο, πάντα δὴ ἦν
158 ἐν τοῖσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος, καὶ στρατάρχης
τε οὗτός σφι καὶ τειχοφύλαξ ἀπεδέδεκτο. Προσβο-
λὴν δὲ Δαρείου κατὰ τὰ συγκείμενα ποιευμένου
πέριξ τὸ τεῖχος, ἐνθαῦτα δὴ πάντα τὸν δόλον ὁ
2 Ζώπυρος ἐξέφαινε. οἱ μὲν γὰρ Βαβυλώνιοι ἀνα-
βάντες ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἠμύνοντο τὴν Δαρείου στρα-
τιὴν προσβάλλουσαν· ὁ δὲ Ζώπυρος τάς τε Κισσίας

Zopyrus Darium per duas portas recipit a. 516.

πάντα δὴ ἦν κ. τ. λ.] i. e. *omnium primo loco apud Babylonios censebatur et dicebatur Zopyrus.* In qua locutione, quod ἐν ante τοῖσι melius omitti censet Valck. (ad VII, 156), satis iustam equidem non perspicio causam. At vero omisit praepositionem Matthiae. Tu cf. praeter VII, 156 etiam supra I, 122 ibiq. laudd. Alia attulit ad nostrum locum Wesseling.

στρατάρχης] Ita cum Schweigh. et Gaisf. exhibui, cum plures libri στρατιάρχης. Laudant interpretes Herod. VIII, 44. Athen. I p. 11. Philo Iud. c. Flacc. p. 981. Pindar. Isthm. V, 30.

Cap. CLVIII.

κατὰ τὰ συγκείμενα] i. e. *secundum ea, quae cum Zopyro convenerant.* Expressit locutionem Pausan. VIII, 10 §. 4, ubi vid. Siebel. De voce πέριξ vid. nott. ad IV, 15. — In seqq. scripsi cum Schwgh. et Gaisf. οἱ μὲν γὰρ Βαβ., delens, quam vulgo inserunt, particulam δὴ post γάρ. — De Iovis Beli templo vid. nott. ad I, 181. — Ad vocem ἕκαστος cf. Matth. Gr. p. 602 et supra III, 150. Ctesiae si confidimus, res confecta est non Zopyri, sed Megabyzi operâ. Conf. Perss. Exceptt. §. 22.

τάς τε Κισσίας καὶ Βηλίδας καλεομένας πύλας] Utramque portam in orientali urbis parte fuisse inde colligit Rennel. p. 543, quod *Cissia porta* procul dubio Susa orientem versus duxerit; *Beli portam*, e qua Babylonii in Beli templum, quod scilicet proximum fuisse probabile est, confugerint, in eadem parte fuisse idem censet, indeque etiam argumentum petit, quo ipsum Beli templum in orientali urbis parte situm fuisse commonstret. Nobis ad I, 181 probabilior visa est ea sententia, quâ in occidentali Babylonis parte hoc templum collocari debeat. — *Nini portam*, Herodoto commemoratam, cum Niniven duxerit, ad septentrionem spectasse Rennel. statuit, *Chaldaicam portam*, meridiem versus, *Semiramidis portam*, septentrionem et orientem versus. Atque omnino a parte occidentali nulla Babylonis videri fuis-

καὶ Βηλίδας καλεομένας πύλας ἀναπετάσας, ἐσῆκε
3 τοὺς Πέρσας ἐς τὸ τεῖχος. τῶν δὲ Βαβυλωνίων οἳ
μὲν εἶδον τὸ ποιηθὲν, οὗτοι ἔφευγον ἐς τοῦ Διὸς
τοῦ Βήλου τὸ ἱρόν· οἳ δὲ οὐκ εἶδον, ἔμενον ἐν
τῇ ἑωυτοῦ τάξι ἕκαστος, ἐς ὃ δὴ καὶ οὗτοι ἔμαθον
προδεδομένοι.

159 Βαβυλὼν μέν νυν οὕτω τὸ δεύτερον αἱρέθη.
Δαρεῖος δὲ ἐπεί τε ἐκράτησε τῶν Βαβυλωνίων, τοῦτο
μέν σφεων τὸ τεῖχος περιεῖλε, καὶ τὰς πύλας
πάσας ἀπέσπασε· τὸ γὰρ πρότερον ἑλὼν Κῦρος τὴν
Βαβυλῶνα, ἐποίησε τούτων οὐδέτερον· τοῦτο δὲ, ὁ
Δαρεῖος τῶν ἀνδρῶν τοὺς κορυφαίους μάλιστα ἐς
τρισχιλίους ἀνεσκολόπισε, τοῖσι δὲ λοιποῖσι Βαβυ-
2 λωνίοισι ἀπέδωκε τὴν πόλιν οἰκέειν. ὡς δ' ἕξουσι
γυναῖκας οἱ Βαβυλώνιοι, ἵνα σφι γένεα ὑπογίνηται,
τάδε Δαρεῖος προϊδὼν ἐποίησε· τὰς γὰρ ἑωυτῶν,
ὡς καὶ κατ' ἀρχὰς δεδήλωται, ἀπέπνιξαν οἱ
Βαβυλώνιοι, τοῦ σίτου προορέωντες· ἐπέταξε τοῖσι
περιοίκοισι ἔθνεσι γυναῖκας ἐς Βαβυλῶνα κατιστάναι,
ὅσας δὴ ἑκάστοισι ἐπιτάσσων, ὥστε πέντε μυ-

Darius urbem captam nudat muris et portis: procerum III millia cruci affigit: imperat vicinis gentibus L. millia mulierum, nupturas Babyloniis.

---

se moenia idem contendit. Nos *Chaldaeorum portam* collocamus in orientali urbis parte, quippe in quâ potissimum huius gentis erat sedes, regum Chaldaicorum palatio ornata. Cf. Heeren. Ideen I, 2 p. 181.

Cap. CLIX.

τὸ τεῖχος περιεῖλε, καὶ τὰς πύλας πάσας ἀπέσπασε] i. e. *moenia sustulit, diruit portasque avulsit.* Ad ἀπέσπασε cf. I, 17. Quod vero Cyrus hic moenia intacta reliquisse dicitur, obstat disertum Berosi testimonium ap. Ioseph. c. Apion. I, 20, si quidem τείχη illic *moenia urbem cingentia* neque arces extra urbem munitiores significant. At mihi quae Herodotus scribit, verisimiliora videntur, praesertim si Cyri illam ubivis in victos monstratam clementiam respicimus, cf. Gesen. ad Iesai. XIII p. 468.

ἵνα σφι γένεα ὑπογίνηται] i. e. *ut soboles ipsis fiat, subveniat.* Ad vocem ἀνεσκολόπισε conf. III, 132 et ad verba τὰς γὰρ ἑωυτῶν κ. τ. λ. ob usum particulae γὰρ supra nott. ad I, 8. 24.

ὡς καὶ κατ' ἀρχὰς δεδήλωται] Cf. III, 150. — Ad verba ὅσας δὴ ἑκάστ. ἐπιτ. conf. Matth. Gr. Gr. p. 909.

ὥστε πέντε μυριάδων τὸ κεφαλαίωμα] τὸ κεφαλαίωμα in-

ριάδων τὸ κεφαλαίωμα τῶν γυναικῶν συνῆλθε· ἐκ
τουτέων δὲ τῶν γυναικῶν οἱ νῦν Βαβυλώνιοι γε-
160 γόνασι. Ζωπύρου δὲ οὐδεὶς ἀγαθοεργίην Περσέων
ὑπερεβάλετο παρὰ Δαρείῳ κριτῇ, οὔτε τῶν ὕστερον
γενομένων, οὔτε τῶν πρότερον, ὅτι μὴ Κῦρος
μοῦνος· τούτῳ γὰρ οὐδεὶς Περσέων ἠξίωσέ κω ἑωυ-
2 τὸν συμβαλέειν. Πολλάκις δὲ Δαρεῖον λέγεται
γνώμην τήνδε ἀποδέξασθαι, ὡς βούλοιτο ἂν Ζώ- 279
πυρον εἶναι ἀπαθέα τῆς ἀεικείης μᾶλλον, ἢ Βαβυ-
λῶνάς οἱ εἴκοσι πρὸς τῇ ἐούσῃ προσγενέσθαι. ἐτί-
μησε δέ μιν μεγάλως· καὶ γὰρ δῶρά οἱ ἀνὰ πᾶν
ἔτος ἐδίδου ταῦτα, τὰ Πέρσῃσί ἐστι τιμιώτατα, καὶ
τὴν Βαβυλῶνά οἱ ἔδωκε ἀτελέα νέμεσθαι μέχρι τῆς
ἐκείνου ζόης, καὶ ἄλλα πολλὰ ἐπέδωκε. Ζωπύρου δὲ
τούτου γίνεται Μεγάβυζος, ὃς ἐν Αἰγύπτῳ ἀντία

Zopyrus quanti a Dario factus: Babylonem, quoad vivit, propriam et immunem tenet: eius filius Megabyzus a. 460 missus belli dux in Aegyptum; nepos Zopyrus transit ad Athenienses a. 440.

---

dicat *summam*, quam vulgo dicimus. Quod in Sancrofti libro legitur *μυριάδες*, non prorsus displicet Wesselingio comparanti Lysiam in Or. Parent. 7. Ioseph. B. Iud. IV, 11. 3 alia.

Cap. CLX.

παρὰ Δαρείῳ κριτῇ] Vid. Matth. Gr. Gr. p. 711. Zopyri factum, Dariique de eo iudicium celebrant multi, quos ad III, 150 init. citavimus, atque videtur illud adeo in proverbium cessisse, de quo Zenobius IV, 9. Ipsum Cyrum quanti fecerint Persae, satis ex iis patet, quae supra III, 34. 89 allata sunt.

γνώμην τήνδε ἀποδέξασθαι] Simile de Megabyzo dictum exstat IV, 143. In seqq. cum Schwgh. et Matth. retinui *ἀεικείης*, cuius loco Gaisf. reposuerat *ἀεικίης*. Tu vid. nott. ad I, 115.

ταῦτα, τὰ Πέρσῃσί ἐστι τιμιώτατα] Ctesiae si fides est Excerptt. Perss. §. 22, Megabyzum, cuius opera potissimum res confecta et urbs tandem expugnata est, Xerxes honoravit tum aliis multis donis, tum molâ aureâ, sex talentorum ponderis, quod munus inter regia dona apud Persas sit honorificentissimum. Tu conf. nott. ad h. l. p. 157. 158. Maluit Herodotus in universum loqui, cum singula forsitan minus bene cognita haberet.

ἀτελέα νέμεσθαι] Quae ita intelligo, ut rex illi urbem ita commiserit, ut reditus ipse perciperet neque quidquam in regium aerarium immitteret, ut alii satrapae ex ea distributione, quam Darius (supra III, 89 sq.) constituerat, facere solebant. cf. Herod. VIII, 136.

ὃς ἐν Αἰγύπτῳ ἀντία Ἀθηναίων κ. τ. λ.] De hac re conf.

Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων ἐστρατήγησε· Μεγαβύζου δὲ τούτου γίνεται Ζώπυρος, ὃς ἐς Ἀθήνας αὐτομόλησε ἐκ Περσέων.

Ctes. Excerptt. Perss. §. 32. 33. Diodor. Sicul. XI, 74. 76. Thuc. I, 109. Incidit hoc in ann. ante Chr. n. 458. — Cf. Larcher. T. VII p. 653.

Ζώπυρος] Ad rem cf. IV, 43 et Ctes. Excerptt. Perss. §. 43, unde colligi poterit, cur ille Athenas potissimum fugerit, et quae illi ratio cum Atheniensibus intercesserit. — In seqq. *αὐτομόλησε* dedi cum Schwgh. et Gaisf. pro vulg. *ηὐτομόλησε*, quod retinuit Matth.

ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἩΡΟΔΟΤΟΥ Γ.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΕΤΑΡΤΗ.

ΜΕΛΠΟΜΕΝΗ.

Asia florens opibus: Darius a. 514 Scythas ultum it: Scythae Asiam tenuerunt ab a. 624 ad 596: redeuntibus in patriam obsistunt armati, quos absentium uxores e servis pepererant.

1 ΜΕΤΑ δὲ τὴν Βαβυλῶνος αἵρεσιν ἐγένετο ἐπὶ Σκύ- 280
2 θας αὐτοῦ Δαρείου ἔλασις. Ἀνθεύσης γὰρ τῆς Ἀσίης
ἀνδράσι, καὶ χρημάτων μεγάλων συνιόντων, ἐπε-
θύμησε ὁ Δαρεῖος τίσασθαι Σκύθας, ὅτι ἐκεῖνοι
πρότεροι, ἐσβαλόντες ἐς τὴν Μηδικὴν καὶ νικήσαν-
3 τες μάχῃ τοὺς ἀντιουμένους, ὑπῆρξαν ἀδικίης. Τῆς
γὰρ ἄνω Ἀσίης ἦρξαν, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρη-
4 ται, Σκύθαι ἔτεα δυῶν δέοντα τριήκοντα. Κιμμε-

Cap. I.

Αὐτοῦ Δαρείου ἔλασις] Schweighaeuser., quem sequuntur Gaisf. et Matthiae, pro *αὐτοῦ* de suo scripsit *αὖ τοῦ*, codicibus refragantibus. Equidem ad vulgatam lectionem redire malui, cum *ipse* Darius expeditionem suscepisse cur dici nequeat, haud intelligam. Et patrocinatur lectioni *αὐτοῦ* Letronne in Journ. d. Savans 1817 pag. 92, ubi haec addidit vir doctissimus: „On auroit à s' exercer sur plusieurs centaines de passages, s' il fallait corriger le texte de cet historien toutes les fois, qu' il emplaie *αὐτὸς* de la même manière, par une sorte de surabondance, soit pour rappeler l'attention sur une personnage, dont il vient de parler, soit pour ajouter une nuance de plus, comme dans la phrase qui nous occupe." — Verbum *ἀντιοῦσθαι obviam ire, occurrere,* hostili plerumque sensu, Nostro frequens. De quo vid. Schweigh. Lexic. Herod. s. v.

ὑπῆρξαν ἀδικίης] i. e. *initium fecere iniuriarum*, *primi iniurias intulerunt.* Citat locum Suidas s. v. III p. 550. De locutione conf. Valcken. ad Euripid. Phoeniss. p. 533 et infra Herod. IV, 119, ibique nott. Ipsum verbum *ὑπῆρξαν* Suidas exponit *προκατήρξαντο.*

ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται] Vide supra I, 103. 105, ibique nott. Mox scripsi *δυῶν* pro *δυῷν*; de quo vid. nott. ad I,

ρίους γὰρ ἐπιδιώκοντες ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀσίην, κα-
ταπαύσαντες τῆς ἀρχῆς Μήδους· οὗτοι γάρ, πρὶν
5 ἢ Σκύθας ἀπικέσθαι, ἦρχον τῆς Ἀσίης. Τοὺς δὲ
Σκύθας ἀποδημήσαντας ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτεα, καὶ
διὰ χρόνου τοσούτου κατιόντας ἐς τὴν σφετέρην,
ἐξεδέξατο οὐκ ἐλάσσων πόνος τοῦ Μηδικοῦ· εὗρον
6 γὰρ ἀντιουμένην σφι στρατιὴν οὐκ ὀλίγην. αἱ γὰρ
τῶν Σκυθέων γυναῖκες, ὥς σφι οἱ ἄνδρες ἀπῆσαν
2 χρόνον πολλόν, ἐφοίτεον παρὰ τοὺς δούλους. Τοὺς
δὲ δούλους οἱ Σκύθαι πάντας τυφλοῦσι, τοῦ γάλα-
κτος εἵνεκεν τοῦ πίνουσι, ποιεῦντες ὧδε· ἐπεὰν
φυσητῆρας λάβωσι ὀστεΐνους αὐλοῖσι προσεμφερε-
στάτους, τούτους ἐσθέντες ἐς τῶν θηλέων ἵππων τὰ
ἄρθρα, φυσῶσι τοῖσι στόμασι· ἄλλοι δέ, ἄλλων
2 φυσεόντων, ἀμέλγουσι. φασὶ δὲ τοῦδε εἵνεκα τοῦ-

Scythae servos cur excaecent: 281 quomodo equas mulgeant: e lacte, in vasis ligneis conquassato, butyrum et hippace.

---

14. Cf. IV, 89. 90. De locutione δυῶν δέοντα τριήκοντα monuit Matthiae Gramm. Gr. §. 141 not. 1. Ad verba seqq. *Κιμμερίους γὰρ ἐπιδιώκοντες κ. τ. λ.* conferunt Schol. Homer. ad Odyss. XI, 14. Tu vide sis notata ad Herodot. I, 6. 15. IV, 11. Ad κατιόντας conf. III, 45. IV, 3, ne plura.

ἐφοίτεον παρὰ τοὺς δούλους] „*Quippe coniuges eorum longa exspectatione virorum fessae — servis ad custodiam pecorum relictis nubunt.*“ Ita Iustinus II, 5, quem citat Valckenaer., de usu verbi φοιτᾶν monens, de quo diximus ad II, 111 coll. II, 115.

Cap. II.

Τοὺς δὲ δούλους οἱ Σκύθαι πάντας τυφλοῦσι] De his conferunt Nonnum in Gregor. Nazianz. pag. 152. Attigit Herodotea Plutarchus T. II p. 440 A. Opp. itemque Schol. Aristophan. Eqq. 959, ubi μολγοὺς interpretantur τυφλούς, Scythicam ex Herodoti verbis prave fingentes nationem. Utitur autem nostro loco Heeren. Id. I, 2 pag. 296, quo, ut reliquis nomadum gentibus, ita Scythis quoque servos fuisse probaret idemque monet Scytharum e terris magnam servorum copiam in Asiam reliquasque inde orbis terrarum partes traductam fuisse; unde factum, ut posthac Scytharum nomine promiscue significarentur quilibet servi.

ἐπεὰν φυσητῆρας λάβωσι] Cum recentt. editt. scripsi φυσητῆρας, φυσῶσι, φυσεόντων, φυσεωμένας; quae voces duplicata litera σ vulgo exhibebantur. — Ad formam θηλέων in proxime seqq. conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 241.

το ποιέειν· τὰς φλέβας τε πίμπλασθαι φυσεωμένας
3 τῆς ἵππου, καὶ τὸ οὖθαρ κατίεσθαι. ἐπεὰν δὲ ἀμέλξωσι τὸ γάλα, ἐσχέαντες ἐς ξύλινα ἀγγήϊα κοῖλα, καὶ περιστίξαντες κατὰ τὰ ἀγγήϊα τοὺς τυφλοὺς,
4 δονέουσι τὸ γάλα. καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ ἐπιστάμενον

τὰς φλέβας τε πίμπλασθαι φυσεωμένας τῆς ἵππου, καὶ τὸ οὖθαρ κατίεσθαι] Valckenaer. scribi mavult *φυσεωμένης τῆς ἵππου* ex Athenaeo, qui ob vocem *οὖθαρ* haec citat IX, 60 pag. 399 C. Libri Herodotei non addicunt. Est vero *οὖθαρ*, quod de bobus aliisque animalibus rarius adhibetur, *uber, mamma, sumen*, quod si demittatur (*κατίεσθαι*) lac facilius emulgeri posse apparet. Simile quid in Arabia se vidisse narrat Niebuhr (Descript. de l' Arab. pag. 146, teste Larchero); ubi mulgente altero alter manum brachiumque in vaccae vulvam inserit, quod illam hac titillatione excitatam plus lactis edituram putant. Quibus subiicit Schweighaeuserus, quae similia in australi Africae promontorio vaccis fiant, quae, postquam ademtus sit vitulus, lac dare recusent; auctore Kolbio in Capite Bonae Spei hodierno (Norimberg. 1719) pag. 460. — Ac pertinent huc Scythae, qui dicuntur *Ἱππημολγοὶ, Γαλακτοφάγοι*; de quibus conf. Strabo VII p. 300 s. p. 460 B. Scymni Chii fragmm. vs. 116. Nicol. Damasc. fragmm. p. 140 Orell., ne plura. Cf. IV, 46. Quin hodieque apud Tartaros equarum lac praeferri vaccarum lacti testantur. Conf. Coraes loco mox laudando pag. 280. 281 seq.

καὶ περιστίξαντες] Ita Mediceus aliusque codex. In Aldina, Florentino, aliis: *περιστήξαντες*, in aliis *περιστήσαντες*, quod ab Henr. Stephano invectum sic interpretantur: *ad mulctralia caecos collocantes.* At nobis hoc vocabulum ab eo intrusum videtur, qui vocem *περιστίξαντες* explicare, aut huius ipsius loco aliud idque sibi notius vocabulum substituere voluerit, ignorans scilicet illius vim ac notionem. Itaque retinui *περιστίξαντες*, idque eodem sensu, quo *περικυκλώσαντες* (*circumdantes* et *collocantes*), a verbo *περιστίξειν*, quod ipsum Schweigh. in Lexic. Herod. exponit *continua serie circum collocare*, accedente Schneidero in Lexic. Gr. Idem verbum infra IV, 202.

καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ ἐπιστάμενον] *ἐπιστάμενον* hic vocatur illud, quod in lacte superne stat sive supernatat, quod Galli vocant *la crême*, unde Latinam vocem *cremae* formasse fertur Fortunatus, sexti saeculi post Chr. n. poeta. Italus interpres, Hippocratis affert locum De aer. aq. et locc. §. 94 [ubi plura nunc attulit Coraes T. II pag. 281 seq.], eadem enarrantis, itemque observat, equarum lac

ἀπαρύσαντες, ἡγεῦνται εἶναι τιμιώτερον· τὸ δ᾽ ὑπιστάμενον, ἧσσον τοῦ ἑτέρου. τούτων μὲν εἵνεκα ἅπαντα τὸν ἂν λάβωσι οἱ Σκύθαι, ἐκτυφλοῦσι· οὐ

3 γὰρ ἀρόται εἰσὶ, ἀλλὰ νομάδες. Ἐκ τούτων δὴ ὦν σφι τῶν δούλων καὶ τῶν γυναικῶν ἐπετράφη νεότης· οἳ ἐπεί τε ἔμαθον τὴν σφετέρην γένεσιν, ἠντιοῦντο

2 αὐτοῖσι κατιοῦσι ἐκ τῶν Μήδων. καὶ πρῶτα μὲν τὴν χώρην ἀπετάμοντο, τάφρον ὀρυξάμενοι εὐρέαν,

Iuventus e servis genita Scythas arcet:

non praebere butyrum. At Ritter. Vorhalle p. 357, hoc ipsum ad butyri refert parationem, quae Graecis antea incognita Scythis Ponti accolis prius innotuisse videatur, quaeque apud Graecos Aristeae adscribatur. De Aristeâ conf. IV, 13 seq.

οὐ γὰρ ἀρόται εἰσὶ, ἀλλὰ νομάδες] „Nempe non nisi nomades (i. e. pastores) Scythae excaecant servos; agro colendo *caeci* parum habiles erant futuri.“ *Schweighaeuser.*

Cap. III.

Ἐκ τούτων — ἐπετράφη νεότης] τούτων pro τουτέων scripsi cum Gaisf. et Matthiae, itemque ἐπετράφη cum Schwgh. et Gaisf. pro vulgat. ἐτράφη, quod servavit Matth. non respiciens opinor eam vim, quae h. l. in praepositione ἐπὶ inesse videtur. Quod sequitur οἳ, ad νεότης referendum, structurâ ad sensum quae dicitur, haud infrequenti. — Servos autem hosce, non alios esse atque *Sindos ignobiles*, quos commemorat Ammianus Marcellinus XXII, 8, statuit P. de Köppen. in libro, qui inscribitur: Alterthümer am Nordgestade des Pontus (Wien. 1823) pag. 63; Plinii quoque huc trahens regionem *Scythiae Sendicam*, Hist. Nat. IV, 12.

τὴν χώρην ἀπετάμοντο] i. e. *terram, quam tenebant, absciserunt* (a reliqua scil. terrâ), *fossâ ductâ.* De voce ἀποτέμνεσθαι quaedam notavimus ad Plutarchi Philopoem. p. 60. — Ipsam autem fossam infra quoque IV, 20 coll. 28 Noster commemorat, itemque Tauricos montes ex hoc ipso loco citat Eustathius ad Dionys. Perieg. 163, in Chersoneso Taurica sive Crimmaea et quidem ea parte, quâ continenti iungitur, probabiliter quaerendos. Ab his igitur montibus quae fossa ad lacum Maeoticum usque deducta dicitur, minime talis esse potuit, meâ quidem ex sententiâ, quae Isthmum, angustissimum illum quidem, quo Chersonesus cum continenti coniungitur, interciperet aditumque in ipsam Tauricam intercluderet. Quamquam olim illic exstitisse dicuntur munimenta, ad Romanorum aetatem pertinentia; unde ipsi loco nomen *Taphrae* (*Taphros*) teste Plinio H. N. IV, 26 (12) coll. Strab. VII p. 308 s. p. 473 B., quo loco

κατατείνουσαν ἐκ τῶν Ταυρικῶν οὐρέων ἐς τὴν Μαιῶτιν λίμνην, ἥπερ ἐστὶ μεγίστη· μετὰ δὲ, πει-

---

quod dederat Casaubonus *Τάφριοι* (pro *Τάφιοι*), id Groskurd. vernaculus interpres, nunc mutatum vult in *Ταῦροι*. Add. Mel. II, 1, 39: „Quod inter paludem et sinum est, *Taphiae* nominatur.“ Ac sua adhuc aetate hanc fossam terrâ oppletam fuisse scribit Constantin. Porphyr. de administr. imper. cap. 42; quin medio aevo munimenta valde ampla illic exstructa fuisse asserunt, ubi nunc *Perecop*, s. *Or Kapi*, quod idem valere dicunt. Vid. Rennel. in Geogr. Herod. pag. 418. 419. Tzschucke ad Mel. l. l. nott. exegg. p. 22. Ac de hac ipsa fossa apud Herodotum cogitandum esse statuit Danville in Mém. de l' Acad. d. Inscriptt. T. XXXV pag. 581; improbante Mannerto, qui in Geogr. Graecc. et Romann. IV p. 294 ab hac fossa a Scythis ducta bene distinguendam esse monet eam, quae per Isthmum multo postea fuerit deducta, itemque Niebuhrio (Vermischte Schriften I pag. 157), quo auctore fossa haec in Crimmaea utique quaerenda, neque tamen apud locum Perekop, sed ab occidente Bospori, quem prius Cimmerii, a Scythis eiecti, traiecerint. In cuius viri sententia sane acquiescendum, nisi, quae Reichardi est sententia (in Hertha 1828 I pag. 11) Herodotum de fossae, cuius nulla plane adhuc supersunt vestigia, directione prave edoctum fuisse statuas. Mannerto haec fossa orientalem paeninsulam minorem Kertsch a maiori secrevisse videtur. Ex ea paludis Maeoticae, quam Noster sibi finxerit (vid. nott. ad IV, 100), formâ directionem fossae facilius constitui posse existimat Völcker (Mythische Geogr. pag. 177): quae a Tauricis montibus usque ad Emporium Cremnos perducta paeninsulam Tauricam in orientem prominentem a continenti seiunxerit; ut servos praestaret tutos a dominis suis a septentrione circa Tanain Maeotidemque accedentibus. Addam his sententiam Klausen. (ad Hecataei fragmm. pag. 86.) Quum nullam Herodotus Chersonesi formam noverit, qui inde explicanda censet, tum quae alibi de his regionibus Noster enarrarit, tum quae de Cimmeriorum itinere IV, 11 tradantur et de fossâ, quâ Scytharum servi se tutati fuerint, quamque non in Isthmo, id quod ratio ferebat, sed a Tauricae montibus usque ad Maeotidem ductam esse putarit.

ἐς τὴν Μαιῶτιν λίμνην] Appellatio *Μαιῶτις* postera aetate potissimum invaluisse videtur. Cf. IV, 45, Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 163, et qui omnia fere de huius maris appellationibus attulit testimonia Tzschucke ad Pompon. Mel. I, 19 p. 634 seqq. Vol. III P. I nott. exegg.

ρεωμένοισι ἐσβάλλειν τοῖσι Σκύθῃσι ἀντικατιζόμενοι
3 ἐμάχοντο. γινομένης δὲ μάχης πολλάκις, καὶ οὐ
δυναμένων οὐδὲν πλέον ἔχειν τῶν Σκυθέων τῇ μάχῃ,
4 εἷς αὐτῶν ἔλεξε τάδε· „Οἷα ποιεῦμεν, ἄνδρες Σκύθαι;
δούλοισι τοῖσι ἡμετέροισι μαχόμενοι, αὐτοί τε ἐλάσ-
σονες κτεινόμενοι γινόμεθα, καὶ ἐκείνους κτείνοντες
5 ἐλασσόνων τὸ λοιπὸν ἄρξομεν. νῦν ὦν μοι δοκέει
αἰχμὰς μὲν καὶ τόξα μετεῖναι· λαβόντα δὲ ἕκαστον τοῦ
6 ἵππου τὴν μάστιγα, ἰέναι ἆσσον αὐτῶν. μέχρι μὲν γὰρ
ὥρεον ἡμέας ὅπλα ἔχοντας, οἵ δὲ ἐνόμιζον ὁμοῖοί
τε καὶ ἐξ ὁμοίων ἡμῖν εἶναι· ἐπεὰν δὲ ἴδωνται
μάστιγας ἀντὶ ὅπλων ἔχοντας, μαθόντες ὥς εἰσι
ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συγγνόντες τοῦτο, οὐκ ὑπομε- 282
4 νέουσι.“ Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Σκύθαι, ἐποίευν *fugatur denique flagellis.*
ἐπιτελέα. οἱ δ' ἐκπλαγέντες τῷ γινομένῳ, τῆς μά-

Apud Herodotum frequens obvium: *Μαιῆτις*, I, 104. IV, 86 (ubi Ponti mater vocatur), 20 (ubi libri variant), 21. 57. 100. 101. 110. 116. 120, coll. IV, 45. 123; quod nomen auctore Rittero (Vorhalle pag. 151 seq. 161 seqq.) referendum ad nomen *Matris Magnae Deûm* (*Μήτηρ, Μῆτις*), quae omnium in naturâ rerum parens ac nutrix celebretur. Et confer sis quoque Eustathii disputata loco laudato. *Cr.* conferri vult Schönemann. Geogr. Argonaut. p. 36.

ἀντικατιζόμενοι] Valde hic fluctuant libri scripti, inter quos Mediceus, Florentinus; alii: *ἀντικατιεύμενοι*. Alii aliter. Ad locutionem Wesseling. citat VI, 77. IX, 26: *ἀντίοι ἵζοντο τοῖς κατιοῦσι.*

αὐτοί τε ἐλάσσονες κτεινόμενοι γινόμεθα] Verba *αὐτοί τε*, quae vulgo deerant, cum recentt. editt. inserui; libris scriptis fluctuantibus.

λαβόντα δὲ ἕκαστον τοῦ ἵππου τὴν μάστιγα κ. τ. λ.] Respicit haec Eustath. ad Dionys. Perieg. 364. Ac praeterea hic conferri volunt Iustin. II, 5. Claudian. in Eutrop. I, 508, coll. Menandr. Eclog. Legat. p. 137 ed. Hoesch., ubi similes Turxanthi in rebelles minae. In seqq. reliqui *ὥρεον*, cum melius quid libri non afferrent. Conf. nott. ad III, 118. Mox restitui *οἵ δὲ*, a Gaisfordio mutatum in *οἵδε* et antecedentibus verbis adiunctum: a quibus equidem separavi, cum ad *ἐνόμιζον* pertineat, plane ut in simili loco II, 39, ubi vid. notata.

Cap. IV.

ἐποίευν ἐπιτελέα] De locutione conf. nott. ad III, 16. In proxime sqq. cum edd. recentt. scripsi *ἐξελασθέντες* pro *ἐξε-*

2 χης τε ἐπελάθοντο, καὶ ἔφευγον. Οὕτω οἱ Σκύθαι τῆς τε Ἀσίης ἦρξαν, καὶ ἐξελασθέντες αὖτις ὑπὸ Μήδων, κατῆλθον τρόπῳ τοιούτῳ ἐς τὴν σφετέρην. τῶν δὲ εἵνεκα ὁ Δαρεῖος τίσασθαι βουλόμενος, συνήγειρε ἐπ' αὐτοὺς στράτευμα.

5 Scytharum de origine sua narratio: Targitaus, eiusque III filii, Lipoxais, a quo Auchatae; Arpo-

Ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι, νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον· τοῦτο δὲ γενέσθαι ὧδε. 2 ἄνδρα γενέσθαι πρῶτον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἐούσῃ ἐρήμῳ, τῷ οὔνομα εἶναι Ταργίταον· τοῦ δὲ Ταρ-

---

λαθέντες, itemque *τῶν δὲ* seiunctim pro *τῶνδε*. Quod ad ipsum capitis argumentum attinet, similia quaedam in annalibus Novgorodensibus tradi monet Italus interpres ex Ramus. Dell. navig. e de' viaggi I pag. 166. Cives Novgorodenses cum Graecam quandam obsidentes urbem per septem annos continuos abessent, uxores maritorum absentiam aegre ferentes deque reditu desperantes, servis nupserunt suis. Quum vero expugnata urbe mariti domum redirent, servi initio quidem fortiter resistentes, mox tamen, ubi illi, depositis armis, cum baculis sive flagellis fecerunt impetum, perterriti in fugam se dederunt eumque in locum, cui etiamnum nomen *Chloppigrod* i. e. *servorum castellum* se recipiunt. Quo tamen ipso in loco hi servi postea capti variisque suppliciis affecti sunt.

Cap. V.

ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι] Ad loci structuram conf. Matth. Gr. Gr. pag. 539 not. 2 et 631, 2. Attigit quoque Siebelis ad Pausan. VIII, 12 §. 2. Ex hoc autem loco, quo Scythas ipsos Noster adhibet auctores narrationis, aliisque simillimis, ut IV, 7. 8. I, 105. II, 103; Herodotum ipsum visisse Scythiam, colligi vult Heyse Quaestt. Herodd. pag. 131 eamque *αὐτοψίαν* confirmari accurata Scythicae gentis ac regionis descriptione, quae inde a cap. 46 instituitur: ad quem ipsum locum consul. annotat.

νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον κ. τ. λ.] Facit huc Iustini narratio II, 1: Scytharum gentem semper habitam esse antiquissimam, etsi inter Scythas Aegyptiosque diu de generis vetustate ac principatu disceptatum. At Herodoti narrationem praeferendam esse merito statuit Italus ad h. l. interpres.

τῷ οὔνομα εἶναι Ταργίταον] *Targitai* nomen multo post quoque inveniri apud Polyaenum auctor est Italus interpres, intelligens, opinor, locum in Strategg. VIII, 55, ubi *Τιργαταὼ* Maeotis commemoratur, quae Hecataeo Sintorum regi nupserit. Magis huc facit Rennelii (Geogr. Herod. pag. 410) annotatio, Tartarorum in his famam agno-

γιτάου τούτου τοὺς τοκέας λέγουσι εἶναι, ἐμοὶ μὲν
οὐ πιστὰ λέγοντες, λέγουσι δ' ὦν, Δία τε καὶ Βο-
3 ρυσθένεος τοῦ ποταμοῦ θυγατέρα. γένεος μὲν τοι-
ούτου δή τινος γενέσθαι τὸν Ταργίταον· τούτου δὲ
γενέσθαι παῖδας τρεῖς, Λειπόξαϊν, καὶ Ἀρπόξαϊν,
4 καὶ νεώτατον Κολάξαϊν. Ἐπὶ τούτων ἀρχόντων, 70

xais, a quo Catiari et Traspies; Colaxais, regni successor, a quo Paralatae:

---

sci posse statuentis, si quidem *Turk*, Iapheti filius Turcarumque abavus non diversus sit a *Targitao* Herodoti. Nec aliter statuisse video Ios. de Hammer. (Gesch. d. Osmann. I p. 1), quo auctore *Turk*, unde originem ducunt *Turcae*, idem prorsus atque *Targitaus*, qui in Genes. X, 3 vocetur *Togharma*. Addit Reichard. l. l. pag. 12 adhuc *Targitai* nominis superesse videri quaedam vestigia in locorum quorundam appellationibus, v. c. *Targowitza* et *Taraschtscha* in gubernio Kiew, *Tarchan* in Chersoneso Taurica, *Tarczyn* in Volhynia ac Polonia. De quo nolim ego ferre iudicium. Barth (Die Kabiren in Deutschland p. 168. 399) *Targitaum* ad Graecorum refert *Herculem*, utrumque ad deum *Thor*, quem Germaniae nationes coluerunt.

λέγουσι δ' ὦν] Ad locutionem conf. III, 80, ibique nott. Ex hoc autem loco Ritter. (Vorhalle etc. p. 173) colligi posse censet, populi hanc certe fuisse famam, inter Borysthenis accolas divulgatam. Qui idem l. l. pag. 172, coll. 174. 177 *Iovem*, qui hic memoratur, s. *Δία* pro Indorum *Deva* habet, Borysthenisque (qui sacer sit fluvius) filiam, e qua Iupiter Scytharum parentem genuerit, eandem esse vult atque *Apiam*, s. *Gaeam* (IV, 59), *Maeetin* (IV, 3), magnam Deûm matrem, e fluvio sacro, ut ferebant, ortam, cum aqua scil. omnium rerum haberetur principium. Köppen (Nordgestade d. Pont. pag. 13. 14) Borysthenem explicat fluvium septentrionalem, qui septentrionalis sit Avater, Diodorumque citat, qui Scytham, gentis satorem a Iove atque Echidna virgine tradit progenitum. Legitur locus Diodori II, 43; quem proferemus ad Herod. IV, 8. Scytharum famam cum iis congruere, quae Sinensium scriptores referant, monet Görres Mythengesch. I p. 199.

τούτου δὲ γενέσθαι παῖδας τρεῖς, Λειπόξαϊν, καὶ Ἀρπόξαϊν καὶ νεώτατον Κολάξαϊν] Pelloutier, quem affert Larcher. in Hist. d. Celt. I p. 136, terminatione *xain*, quae tribus hisce nominibus communis sit, *filium* indicari statuit, plane ut in Nostris: *Andersohn*, *Iohnsohn*, aliis. Ad Germanorum deos antiquissimos, quos *Asen* vulgo vocant, referre placet Rittero Vorhalle p. 173. 346; quo auctore dicas *Lip-Asais*, *Kol-Asais*, i. e. sacrum solis heroem. Ex indigena Turcarum

ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φερόμενα χρύσεα ποιήματα, ἄροτρόν τε καὶ ζυγὸν καὶ σάγαριν καὶ φιάλην, πεσέειν

---

famâ, quâ gentis initia repetantur ab *Oghus-Chan*, qui Abrahami aequalis regnum condiderit, vocem *oxain*, tribus hisce filiorum Targitai nominibus communem neque diversam ab hac ipsa voce *Oghus*, s. *Ghus-Chan*, explicare studet Ios. de Hammer. l. l. pag. 4. Ac denique Reichard. l. l. horum quoque nominum vestigia in locorum quorundam urbiumve appellationibus indaganda censet: quo appareat, has ipsas urbes ad Targitai filiorumque eius pertinere aetatem, ita ut omnis Russia Europaea, additâ Poloniâ, prisco admodum aevo uni domino paruerit Targitao. Hinc ad *Λειπόξαϊν* refert oppida *Lipowetz* in gubernio Kiew, *Lipowo* et *Lipochonsk* in gubernio Orel, *Lipowskoe* in gubernio Smolensk, *Lipniaka* in gubernio Cherson, alia. Ad *Ἀρπόξαϊν* spectare opinatur *Aparka* in gubernio Tula, ad *Κολάξαϊν* oppida *Kolomna* in gubernio Moscua, *Kolno* in gubernio Minsk, *Kologriw* in gubernio Kostroma, alia in septentrionalibus Russiae regionibus sita. Quae aliis diiudicanda relinquo. Unum adiiciam Valerii Flacci locum VI, 48, ubi eiusdem *Colaxis* mentionem iniici iam Wesselingius monuerat. Apud Pomponium Melam I, 19 inter Ponti accolas commemorantur *Coraxici* et introrsum magis habitantes *Coraxi*; de quibus vid. Tzschuck. in nott. exegg. (Vol. III P. I) pag. 621. 625.

ἄροτρόν τε καὶ ζυγὸν καὶ σάγαριν καὶ φιάλην] Exstat auctore Ios. de Hammer. l. l. pag. 5 Turcarum fama, *Oghus*, gentis originem atque conditorem, sex filios suos emisisse ad periclitandam fortunam; qui cum arcum tresque sagittas ex peregrinatione ipsi retulissent, patrem arcum tribus maioribus natu filiis dedisse, sagittas tribus minoribus. Iam arcus sagittarumque loco apud Herodotum commemorari ait Hammer. l. l. pag. 564, munera coelitus delapsa aratri, iugi, securis ac phialae; idque ipsum idem comparat cum alia Turcarum fama, quae tamen ab Herodoteis longius distare videatur. Reichard. l. l. pag. 12 not. quaerit, num de aerolithis hic cogitandum sit an potius de auriferis Russiae orientalis regionibus, opes necessarias, quibus ille fratres superare potuerit, suppeditantibus. Namque in regni divisione inter fratres instituta Colaxi, minimo natu, eam sane obtigisse partem, in quâ reperiantur auri fodinae.

ἄροτρον] In symbolis veterum Germanorum aratrum quoque memoratur, quo terram recens acquisitam adeant. Conf. Grimm. Deutsche Rechtsalterth. I pag. 186, ubi aureum Henrici ducis aratrum componit cum hoc

5 ἐς τὴν Σκυθικήν. καὶ [illegible] πρῶτον τὸν
πρεσβύτατον, ἆσσον ἰέναι, β[illegible] αὐτὰ λα-
βεῖν· τὸν δὲ χρυσόν, ἐπιόντος, κ[illegible]ι· ἀπαλ-
λαχθέντος δὲ τούτου, προσιέναι τὸν [illegible]ον, καὶ
6 τὸν αὖτις ταὐτὰ ποιέειν. τοὺς μὲν δὴ [illegible]μενον
τὸν χρυσὸν ἀπώσασθαι· τρίτῳ δὲ τῷ νεωτάτῳ [illegible]τελ-
θόντι κατασβῆναι, καί μιν ἐκεῖνον κομίσαι ἐς ἑω[illegible]-
τοῦ· καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἀδελφεοὺς πρὸς ταῦτα
συγγνόντας, τὴν βασιληΐην πᾶσαν παραδοῦναι τῷ
6 νεωτάτῳ. Ἀπὸ μὲν δὴ Λειποξάϊος γεγονέναι τού-
τους τῶν Σκυθέων, οἳ Αὐχάται γένος καλέονται·
ἀπὸ δὲ τοῦ μέσου Ἀρποξάϊος, οἳ Κατίαροί τε καὶ

nomen omnibus populis commune, apud ipsos quidem, Scolotorum; apud Graecos autem, Scytharum.

Scytharum aratro aureo coelitus delapso.

ἀπώσασθαι] In Sancrofti libro ac Vul. exstat ἀπαλλάσσεσθαι; unde Valcken. olim scriptum fuisse coniicit: καιομένου τοῦ χρυσοῦ ἀπαλλάσσεσθαι. Mihi hoc ipsum ἀπαλλάσσεσθαι e scholio ortum videtur. — Pro κατασβῆναι Mediceus, Florentinus, alii καταστῆναι. Quod nos dedimus, tuetur Eustath. ad Homer. pag. 513, 11, s. 388, 24. De ipsa forma Cr. conferri vult Fischer. ad Weller. III, a. p. 170 seq.: qui idem de usu articuli (τὸν) pro pronomine demonstrativo citat Reiz. de Prosod. pag. 8. Sic infra IV, 9. 15, καὶ τόν, ne plura.

Cap. VI.

οἳ Αὐχάται γένος καλέονται] Plinio auctore H. N. IV, (26) 12: a Taphris per continentem introrsus tenent *Auchetae*, apud quos Hypanis oritur;" id quod ad locum *Lipowetz* refert Reichard. l. l. pag. 13. *Auchetos*, Scytharum gentem, memorat quoque Mela II, 1 §. 125.

οἳ Κατίαροί τε καὶ Τράσπιες καλέονται] Cr. confert Schönemann De geograph. Argonaut. pag. 35. *Catiarorum* vestigia adhuc cerni statuit Reichard. l. l. in locis *Kadom* in gubernio Tambow, *Kady* in gubernio Kostroma, *Kadnikow* in gubernio Wologda. *Traspies* idem reperit in vico *Trasna* gubernii Kaluga. — In sqq. pro αὐτέων cum Gaisf. et Matthiae scripsi αὐτῶν, itemque τοὺς βασιλέας, monente Struve Spec. Quaest. de dialect. Herod. II pag. 16. Vulgo τοὺς βασιλῆας, cuius loco alii receperunt Fabri emendationem τοῦ βασιλῆος. Wesselingius ac Schwgh. maluerunt τοὺς βασιληΐους. Quorum neutrum videtur necessarium, ut recte observat Italus interpres. Namque οἱ βασιλέες sequenti quoque cap. iidem dicuntur Scythae, qui infra (IV, 20. 56. 59. 121) βασιλήϊοι, s. *regii Scythae*.

Τράσπιες καλέονται· ἀπὸ δὲ τοῦ νεωτάτου αὐτῶν τοὺς βασιλέας, οἳ καλέονται Παραλάται· σύμπασι δὲ εἶναι οὔνομα Σκολότους, τοῦ βασιλέος ἐπωνυμίην. 283

7 *Σκύθας δὲ Ἕλληνες οὐνόμασαν. Γεγονέναι μέν νυν σφέας ὧδε λέγουσι οἱ Σκύθαι· ἔτεα δέ σφι, ἐπεί τε γεγόνασι, τὰ σύμπαντα λέγουσι εἶναι ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέος Ταργιτάου ἐς τὴν Δαρείου διάβασιν τὴν ἐπὶ σφέας, χιλίων οὐ πλέω, ἀλλὰ τοσαῦτα.*

2 *Τὸν δὲ χρυσὸν τοῦτον τὸν ἱρὸν φυλάσσουσι οἱ βασιλέες ἐς τὰ μάλιστα, καὶ θυσίῃσι μεγάλῃσι ἱλασκό-*

A Targitao ad bellum Darii annos M numerant: aurum sacrum [c. 5.] a regibus custoditum et cultum: regni tres partes a Colaxai factae: ultra Scythiam ad aquilonem omnia pennis oppleta. [c. 31.]

Παραλάται] Huc refert Reichard. l. l. pag. 14 oppidum *Pereaslawl* in gubernio Pultawa. Ad nomen *Σκολότους* idem referri vult urbes *Sklow* in gubernio Mohilew, *Sokolow* et *Sokolowka*. Ipsum *Scytharum* nomen ab insigni, qua gens valuit, arcus tractandi facultate repetunt, cum in Lithuania adhuc *szauti* significet *iaculari*, et in Livonia, Curonia, Finnia, Laponia *skytta*, *kytta*, s. *kyt* denotet *sagittarium*. Laudat Wesseling. (ad Diodor. Sic. II, 43) Bayer. in Diss. de orig. Scythar. in Commentt. Acad. Petropol. I p. 391. Nos de *Scytharum*, s. *Sacarum* appellatione plura attulimus ad Ctesiae fragmm. p. 96. 97. Quem ibi citavimus I. de Hammer. in Annall. Viennenss. IX pag. 43, is Herodoti *Σκολότους* refert ad Persicam vocem *Ssakalib* (in plurali numero a *Ssaklab*, sive *Ssoklob*), quâ in carmine Schachnameh Slavorum gens designatur inter gentes Turanias. Quam eandem esse atque *Sacarum* gentem, ipso nomine indicari idem contendit. — Mox rescripsi *βασιλέος* et cap. seq. *βασιλέος* ac *βασιλέες*, eodem Struve monente l. l. pag. 10. 16. Vulgatam lectionem *βασιλῆος* et *βασιλῆες* intactam hic reliquerat Gaisford.

Cap. VII.

χιλίων οὐ πλέω] Darii expeditio cum incidat in ann. Per. Iul. 4206 (ut observat Wessel.) s. 508 a. Chr. n. Scytharum primordia cum Israelitarum ex Aegypto discessu fere congruunt. Hinc Larcher. Scytharum origines ponit in ann. 1508 a. Chr. n., Israelitarum discessum in ann. 1531 a Chr. n. Cf. Tom. VII pag. 570. 571. 635. Tabl. chronol.

καὶ θυσίῃσι μεγάλῃσι ἱλασκόμενοι μετέρχονται ἀνὰ πᾶν ἔτος] Quae verba sic accipi vult Wesseling., ut reges [vel potius *regii Scythae*, *οἱ βασιλέες*; vid. not. ad IV, 6] illud aurum quotannis arcessierint in suum quisque regnum; ut sanequam, quae eadem est Wesselingii sententia, satis fuisset *θυσίῃσι μεγάλῃσι μετέρχονται*, ut VI, 69. At iure haec interpretatio, Larchero vernaculoque interpreti

3 μενοι μετέρχονται ἀνὰ πᾶν ἔτος. ὃς δ' ἂν ἔχων
τὸν χρυσὸν τὸν ἱρὸν ἐν τῇ ὁρτῇ ὑπαίθριος κατα-
κοιμηθῇ, οὗτος λέγεται ὑπὸ Σκυθέων οὐ διενιαυ-
τίζειν· δίδοσθαι δέ οἱ διὰ τοῦτο ὅσα ἂν ἵππῳ ἐν
4 ἡμέρῃ μιῇ περιελάσῃ αὐτός. Τῆς δὲ χώρης ἐούσης
μεγάλης, τριφασίας τὰς βασιληΐας τοῖσι παισὶ τοῖσι
ἑωυτοῦ καταστήσασθαι Κολάξαϊν· καὶ τουτέων μίαν
μεγίστην ποιῆσαι, ἐν τῇ τὸν χρυσὸν φυλάσσεσθαι.
5 Τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορῆν λέγουσι ἄνεμον τῶν 1
ὑπεροίκων τῆς χώρης, οὐκ οἷά τε εἶναι ἔτι προσω-
τέρω οὔτε ὁρᾶν, οὔτε διεξιέναι, ὑπὸ πτερῶν κεχυ-

---

probata, displicuit Schweighaeusero, veterem Latinam versionem retinenti: *placantque magnis sacrificiis adeunt quotannis,* sive ut Valla expresserat: *placaturque* (id aurum) *maioribus hostiis et aditur quotannis solenniter.* Quem sequitur Italus interpres. Quibus haec addit *Schweigh.*: „Quid sit vero quod his subiicit Herodotus de eo, qui aurum illud habens obdormiverit sub dio, mihi haud satis liquet. Istud δίδοσθαι δέ οἱ διὰ τοῦτο, non *eam ob caussam* intelligebat Larcher., quod *annum hunc ille non esset transacturus;* sed *propter hoc ipsum periculum* dari praemium illud ei, qui aurum hoc recte custodivisset sibique cavisset, ne sub dio obdormisceret.“ Tu potius confer, quos citat Larcherus de ea ipsa consuetudine, quae apud Herodotum memoratur, veterum locos: Ovid. Metam. XV, 616. Senec. De beneff. VII, 7. Plin. H. N. XVIII, 3. Ac de Germanis et Romanis similia quaedam observantibus monuit Grimm. Deutsch. Rechtsalterth. I pag. 89, nostro loco non praetermisso, cui subiicit Livii locum II, 5 de Horatio Cocle, cui tantum agri dari legimus, quantum uno die circumararit. Quin Muhamedum ferunt Turcae cuidam poetae tantum agri Macedonici largitum fuisse, quantum uno die posset equo circumvehi. Notavit Niebuhr. Röm. Gesch. I p. 566 ed. sec.

καὶ τουτέων μ ί α ν μεγίστην ποιῆσαι] μίαν cum Gaisf. et Matth. recepi e Florentino libro, qui etiam μεγίστην collocat post ποιῆσαι.

Τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορῆν κ. τ. λ.] „Nectenda sunt πρὸς βορῆν ἄνεμον τῶν ὑπεροίκων, quemadmodum τὰ πρὸς βορῆν τῆς ἠπείρου aliaque III, 102.“ *Wesseling.* De voce ἄνεμον abundanter fere addita cf. I, 6 ibiq. nott. Et sic frequens infra IV, 17. 18. 20. 22. 99 etc.

ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων] i. e. *prae plumis diffusis;* quibus *nivem* intelligi satis patet ex IV,

μένων· πτερῶν γὰρ καὶ τὴν γῆν καὶ τὸν ἠέρα εἶναι πλέον, καὶ ταῦτα εἶναι τὰ ἀποκληΐοντα τὴν ὄψιν.

8
Graecorum Ponticorum narratio de origine Scytharum: Herculem in ea loca, Geryone inter-

Σκύθαι μὲν ὧδε ὑπὲρ σφέων τε αὐτῶν, καὶ
τῆς χώρης τῆς κατύπερθε λέγουσι· Ἑλλήνων δὲ οἱ
2 τὸν Πόντον οἰκέοντες, ὧδε. Ἡρακλέα, ἐλαύνοντα
τὰς Γηριόνεω βοῦς, ἀπικέσθαι ἐς γῆν ταύτην ἐοῦ-

---

31. Attigit quoque Wahl. Erdbeschreib. v. Ostind. p. 495 not.

Cap. VIII.

οἱ τὸν Πόντον οἰκέοντες] *Pontum Euxinum* hic intelligi, monitu vix opus. Paulo ante αὐτῶν scripsi pro αὐτέων, Gaisfordium ac Matthiae secutus.

Ἡρακλέα ἐλαύνοντα τὰς Γηρυόνεω βοῦς] Apud Dionys. Perieget. 561 forma exstat genitivi Γηρυόνος, ubi alii Γηρύονος (quod probat Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 1082), alii Γηρυόνου: quam formationem Atticis cum labenti Graecitate communem fuisse opinatur Bernhardy ad Dionysii l. l. pag. 679. In Herodoteo loco libri scripti non fluctuant. Ac triplex nominis invenitur forma: Γηρυὼν, Γηρυόνης et Γηρυονεύς, monente Tzschucke ad Mel. III, 6 nott. exegg. pag. 182. — Observat Larcherus τὰς βοῦς non *vaccas* dici sed *boves*, sive *boum gregem*; coll. Etymol. magn. pag. 473 lin. 34. Nec aliter eâdem in re loquitur Philostrat. in Heroicc. pag. 108 Boisson. Tu vid. Fischer. ad Weller. I pag. 369. 370. Infra eundem in modum Noster τὰς ἵππους. In sqq. verbis ἥν τινα νῦν Σκύθαι νέμονται, pronomen ὅστις pro simplici ὅς poni, ut IV, 41. 45, alibi monet Struve Spec. Quaest. de dial. Herod. I p. 6. De ipsa fabula pluribus exponere alienum a nostro instituto. Fecit hoc, monente *Cr.*, Heyne ad Apollodor. II, 5, 10 pag. 159, cui adiic. Tzschucke l. l. ipsumque Creuzer. in Symbol. II p. 250 sq. 434 sq. IV, 91. 93. Add. Sturz. ad Hellanicc. fragmm. p. 20 sq. ed. sec. — Quae continuo subiiciuntur de Geryonis sedibus, iis contraria olim tradiderat Hecataeus, teste Arriano in Expedit. Alexandr. II, 16 (cf. Creuzeri Historicc. antiquiss. fragmm. p. 50 seq.), Geryonem regnasse scribens circa Ambraciam et Amphilochiam, unde armenta Mycenas duxerit Hercules. Quam opinionem de Geryonis armentis ex Acarnania abactis stabilire studet Aristotel. De mirabb. auscultatt. cap. 145 p. 295 ed. Beckmann., ubi diversae recentiorum ea de re opiniones enumerantur. Add. Scylac. §. 26 ibiq. Is. Voss. (Vol. I pag. 367 ed. Gail.). Sed Hecataei adversarium Nostrum exstitisse, qui eius decreta haud raro tacita re-

3 σαν ἐρήμην, ἥν τινα νῦν Σκύθαι νέμονται. Γηρυόνεα δὲ οἰκέειν, ἔξω τοῦ Πόντου κατοικημένον, τὴν οἱ Ἕλληνες λέγουσι Ἐρύθειαν νῆσον, τὴν πρὸς Γηδείροισι τοῖσι ἔξω Ἡρακλήϊων στηλέων ἐπὶ τῷ
4 Ὠκεανῷ. τὸν δὲ Ὠκεανὸν λόγῳ μὲν λέγουσι ἀπὸ

emto, boves abegisse: tempestate orta, dormienti subductos equos:

---

prehensione perstrinxerit, supra iam monuimus atque hic ipse locus indicat, in quo suam eamque vulgatam apud Graecos sententiam de Geryonis domicilio Noster consulto, ut videtur, exponit, alteram Hecataei opinionem silentio prorsus premens; quamquam veteres iam de Geryone insulaque Erythia dissensisse, e Plinii loco Hist. Nat. IV, 36 fin. manifestum est; quocum conf. Strabon. l. mox laudandum ac Pompon. Mel. III, 6, 15: quo auctore Erythia, a Geryone habitata in Lusitania, summaque regionis fertilitas, Straboni quoque celebrata loco classico III, 5 §. 4 pag. 169 s. 257 C. Namque Erythia insula, minime illa quidem fabulosa, ut quibusdam placuit (quamquam poetarum ingeniis talia aucta et ampliata esse non est quod negemus), media inter Gades ipsas et terram continentem sita dicitur: id quod convenit in locum, cui nunc nomen *Trocadero;* si quidem ipsae Gades olim insulam, quae nunc vocatur *St. Leon,* occupabant. Vid. Mannert Geogr. d. Gr. u. Röm. I p. 287 sq. 292 ed. tert. coll. Gosselin ad Plin. l. l. pag. 369 seq. De Erythia fabulosa, quae ex solis occidentis radiis nomen invenerit, dixit I. H. Voss Weltkunde der Alten p. XXI. Add. Bernhardy ad Dionys. Perieg. 558 pag. 678.

κατοικημένον] activa accipiendum notione, neque mutandum in *κατοικημένην*, ut ad *νῆσον* referatur. Recte enim sic statuisse videtur Letronne, Journ. d. Savans 1817 p. 46, cuius verba potiora huc transscribam: „Il me paroît certain, que *κατοικημένον* est ici une tautologie, au moyen de la quelle Hérodote reprend le sens du précédent *οἰκέειν*, et cette locution n' a rien de plus singulier que *ἐχρέοντο* — *χρεόμενοι* II, 108 et *αἱρεόμενον* — *ἑλέσθαι* VII, 10.“ Add. I, 67, ubi *ἐγεγόνεσαν* — *γενόμενοι.*

τοῖσι ἔξω Ἡρακλήϊων στηλέων] Cave scribas *ἔσω* pro *ἔξω*. Vid. nott. ad II, 33. Namque Gades extra columnas Herculeas fuisse sitas nemo nescit, extra orbem terrarum, ut Livii utar verbis XXVIII, 32, circumfusam Oceano insulam.

τὸν δὲ Ὠκεανὸν λόγῳ μὲν λέγουσι κ. τ. λ.] De his vid. nott. ad II, 21. 23. Ukert Geogr. d. Gr. I, 2 pag. 10. 26. Hecataeum Milesium hic respici iure quoque statuit Klausen. ad Hecataei fragmm. pag. 40. Tu conf. etiam nott. ad IV, 36. Ac tangit Herodotea Eustath. ad Dionys. Perieg. 41, ubi haec leguntur: — *καθὰ καὶ Ἡρόδο-*

ἡλίου ἀνατολέων ἀρξάμενον γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν,
5 ἔργῳ δὲ οὐκ ἀποδεικνῦσι. ἐνθεῦτεν τὸν Ἡρακλέα ἀπικέσθαι ἐς τὴν νῦν Σκυθίην χώρην καλεομένην.
6 καταλαβεῖν γὰρ αὐτὸν χειμῶνά τε καὶ κρυμόν· ἐπειρυσάμενον δὲ τὴν λεοντῆν, κατυπνῶσαι· τὰς δέ 284
οἱ ἵππους τὰς ἀπὸ τοῦ ἅρματος νεμομένας ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἀφανισθῆναι θείῃ τύχῃ.

9 *delatum in Hylaeam, ex Echidna procreasse Agathyrsum, Gelonum et Scytham:*

Ὡς δ' ἐγερθῆναι τὸν Ἡρακλέα, δίζησθαι. πάντα δὲ τὰ τῆς χώρης ἐπεξελθόντα, τέλος ἀπικέσθαι ἐς τὴν Ὑλαίην
2 καλεομένην γῆν. ἐνθαῦτα δὲ αὐτὸν εὑρεῖν ἐν ἄντρῳ

τος, ὅς οὐκ ἀποδέχεται τοὺς γράφοντας, τὸν ὠκεανὸν ῥέειν πέριξ τῆς γῆς. Unde Herodoto probabiliter restitui posse γῆν πέριξ (pro γῆν περὶ) autumat Bernhardy ad Eustath. l. l. pag. 855.

καταλαβεῖν γὰρ αὐτὸν] De voce καταλαβεῖν conf. notata ad III, 42 et de locutione θείῃ τύχῃ nott. ad III, 153 et I, 126 (ubi pro V, 3, 92 refingendum V, 92 §. 3). In iis, quae proxime antecedunt, τὸν Ἡρακλέα ἀφικέσθαι ἐς τὴν νῦν Σκυθίην χώρην καλεομένην, cautius Nostrum locutum esse monet Stanlei. ad Aeschyl. Prometh. 2, cum, quae nunc vocetur Scythia, Herodoti sc. aetate, nondum sic appellata esset, quo tempore Herculem adiisse fingebant. Neque talem cautionem adhibuit Aeschylus l. l. Scythiam appellans tempore Promethei, quem aetate multo Herculem antecessisse fama tulerat.

Cap. IX.

δίζησθαι] Ita iure melioribus e libris nunc repositum pro δίζεσθαι. Vid. nott. ad I, 65. 94, coll. IV, 139 fin., ubi melius dare neglexit Matthiae.

ἐς τὴν Ὑλαίην καλεομένην] Terrae *Hylaeae* Noster meminit IV, 18. 19. 55. 76 itemque Plinius H. N. IV (26), 12: „inde sylvestris regio Hylaeum mare, quo alluitur, cognominavit.“ Nec alia, opinor, regio indicatur Pomponio Melae II, 1, 45 his verbis: „— Hypacaris per Nomadas evolvitur. Sylvae deinde sunt, quas maximas hae terrae ferunt.“ Anon. Peripl. §. 3 (T. III p. 209 Gail.) orientem versus Borysthenem transgresso obvios esse Scythas, qui Hylaeam vocatam inhabitent, testatur. Intelligitur autem is terrae tractus, qui haud procul a Taurica Chersoneso cingitur Borysthene, Ponto Euxino, Carcinite sinu et Hypacyri fluvio sylvisque (quibus reliqua Scythia, arborum maxime inops, caret; cf. IV, 61) repleta dicitur: ex quo ipso nomen ductum nemo non videt. Nunc haec quoque regio arboribus nudata; quamquam vestigia dicuntur superesse, quibus olim eam fuisse tectam appareat.

μιξοπάρθενόν τινα Ἔχιδναν διφυέα· τῆς τὰ μὲν ἄνω ἀπὸ τῶν γλουτέων, εἶναι γυναικός· τὰ δὲ

Nunc regioni, quae ad deserta Nogaica, a Nogaicis Tartaris habitata, pertinet, nomen *Iambogluk*. Cf. Rennel. l. l. p. 406, Reichard. l. l., Mannert. Geogr. IV p. 80 seq., Köhler: Mémoir. sur le cours d'Achill. pag. 129. 130. Heeren. Ideen I, 2 pag. 272, quo auctore incertum, utrum huius regionis sylvosae adhuc supersint indicia: etsi apud populum fama sylvae, quam nullam recentioris aetatis ostendant mappae geographicae, quamque nunc evanuisse credibile, cum olim sylvae nigrae nomine latius illa extensa fuisse videatur. Quae nunc a Tanai prope locum Tzerkask incipiant sylvae, eas idem Heeren. scribit finiri ad Borysthenem prope Czernigow: ex quo inde deserta porrigi usque ad Pontum Euxinum multis tumulis insignita.

μιξοπάρθενόν τινα Ἔχιδναν διφυέα] Ἔχιδναν scripsi cum Schwgh. et Gaisf. pro Ἐχιδνὰν, quod in Ἐχίδνην mutare voluerat Valcken., qui idem quam olim (ad Euripid. Phoeniss. 1030) proscribi voluerat vocem διφυέα, postea retinendam duxit, bene memor Cecropem ad eandem rationem dictum fuisse διφυῆ itemque Centauros apud Sophocl. Trachin. 1110 (ubi: διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατόν). Nec aliter Libanius (in Basilic. II p. 108) de Chirone: καὶ κενταύρου σῶμα διφυὲς καὶ τροφέα μιξάνθρωπον καὶ τροφὴν ἐξηγριωμένην*). Est autem sensus loci Herodotei: *ibique in antro semivirginem quandam Echidnam* (i. e. viperam) *invenisse mixtae naturae*, s. *corporis*. Tangit Herodotea Eustath. ad Dionys. Perieget. vs. 310; quibuscum comparentur Diodori verba II, 43, Melae II, 1, 105 („Basilidis ab Hercule et Echidna generis principia sunt, mores regii, arma tantum sagittae") et inscriptio apud Don. Class. I p. 34, quam attulit ad h. l. Wesseling. Et confer quoque Hesiodea in Theogon. 292 seqq. Ipsam fabulam de tribus Herculis atque Echidnae filiis tractat Köppen (Nordgest. d. Pontus pag. 13); quâ nihil aliud significari arbitratur, nisi quod Agathyrsi (IV, 48) ab oriente in eas terras, in quibus versari post dicuntur, pervenerint regionemque vel ante Gelonos occuparint. Filiorum enim nominibus sive conditores gentis ducesque, sive ipsas gentes, quae antiquissimo aevo hoc solum occuparint, indicari. Ac *Gelonos* quidem ille habet pro antiquissimis Graecis olim oram Ponti Euxini tenentibus, sed postea, barbarorum incursu ad interiora loca reiectis; ut minime inde

*) „Similiter Callistratus de Centauro XII p. 905. p. 160 Iacobs. καὶ ἠγριωμένον τὸ σῶμα κ. τ. λ. Idem Chiron ἱπποκένταυρος dicitur. Vid. Nonn. in Gregor. Nazianz. in Melett. I p. 71." *Cr.*

3 ἔνερθεν, ὄφιος. ἰδόντα δὲ καὶ θωυμάσαντα, ἐπεί-
ρεσθαί μιν εἴ κου ἴδοι ἵππους πλανωμένας· τὴν δὲ
φάναι, ἑωυτὴν ἔχειν, καὶ οὐκ ἀποδώσειν ἐκείνῳ
πρὶν ἤ οἱ μιχθῆναι· τὸν δὲ Ἡρακλέα μιχθῆναι ἐπὶ
4 τῷ μισθῷ τούτῳ. κείνην τε δὴ ὑπερβαλέσθαι τὴν
ἀπόδοσιν τῶν ἵππων, βουλομένην ὡς πλεῖστον χρό-
νον συνεῖναι τῷ Ἡρακλέϊ· καὶ τὸν, κομισάμενον,
5 ἐθέλειν ἀπαλλάσσεσθαι. τέλος δὲ, ἀποδιδοῦσαν αὐ-

---

pro posteris colonorum Graecorum, Milesiorum inprimis, qui multo post demum in hac ora consederint, habendi sint. Ad fabulam de *Echidna*, quae non nisi similibus fabulis illustrari queat, idem affert narrationem de serpentibus, quibus Neuri (IV, 105, ubi vid. nott.) fugati fuerint, itemque admonet Indici numinis Vischnu, qui deus in prima mutatione sive incarnatione conspiciatur semideus, ea figurâ, quae ex hominis ac piscis partibus mixta sit, ad instar deae Syriacae. Quo eodem hanc famam relatam vult Ritter. Vorhalle pag. 64, cum serpens hac in re non differat a pisci, indeque nos ducat ad primam Indici numinis incarnationem rerumque ex aqua procreationem.

πρὶν ἤ οἱ μιχθῆναι] In duobus libris scriptis invenitur μιχθῇ, in aliis compluribus deest vocula ἤ. Nos pleniorem locutionem retinuimus, quâ etiam alibi Noster utitur, v. c. II, 2. IV, 147. 167. V, 65. IX, 13. 93 fin., ubi simili modo inter coniunctivum et infinitivum δῶσι et δώσειν libri fluctuant. De quo a me consultus C. Fr. Hermann. ita scribit: „πρὶν ἤ Atticis poetis abiudicat Elmsleius ad Euripid. Med. p. 112. Debebat, ut opinor, omnino alienum dicere ab veterum Atticorum consuetudine.“ Ita Dindorf. Ind. ad Aristoph. T. VI p. 602. Nimirum Reisig. Apparat. critic. ad Sophocl. Oed. Col. p. 180: „videtur media demum dialecti Atticae aetate increbruisse et a veteribus illis Atticis, Thucydide, Aristophane, prorsus esse alienum.“ Neque vero huc, quem affert Schaefer. ad Demosthen. IV p. 564 locum Platonis De rep. VI p. 501, referri posse monstravit Stallbaum, mutata loci interpunctione. Add. G. Hermann. Opuscc. III pag. 230: „Etiam in prosa oratione rarum est πρὶν ἤ, si ad exempla nudi πρὶν compares. Cur vero? Nempe quia plerumque πρὶν dici res postulat, rarius πρὶν ἤ. Differunt enim. Similiter non idem est, utrum *priusquam* dicas an *prius quam*.“ — Ad verbum ὑπερβαλέσθαι (*differre, moras nectere*) conf. III, 76 ibique nott. — Ad verba καὶ τὸν, κομισάμενον κ. τ. λ. conf. Matth. Gr. Gr. §. 286. Add. IV, 15. 5.

τὴν εἰπεῖν· „Ἵππους μὲν δὴ ταύτας ἀπικομένας
ἐνθάδε, ἔσωσά τοι ἐγώ· σῶστρά τε σὺ παρέσχες,
6 ἐγὼ γὰρ ἐκ σεῦ τρεῖς παῖδας ἔχω. τούτους, ἐπεὰν
γένωνται τρόφιες, ὅ τι χρὴ ποιέειν, ἐξηγέο σύ· εἴτε
αὐτοῦ κατοικίζω, χώρης γὰρ τῆσδε ἔχω τὸ κράτος
7 αὐτή, εἴτε ἀποπέμπω παρὰ σέ.“ Τὴν μὲν δὴ ταῦτα
ἐπειρωτᾶν· τὸν δὲ λέγουσι πρὸς ταῦτα εἰπεῖν·
„Ἐπεὰν ἀνδρωθέντας ἴδηαι τοὺς παῖδας, τάδε ποι-
8 εῦσα οὐκ ἂν ἁμαρτάνοις. τὸν μὲν ἂν ὁρᾷς αὐτῶν
τόδε τὸ τόξον ὧδε διατεινόμενον, καὶ τῷ ζωστῆρι
τῷδε κατὰ τάδε ζωννύμενον, τοῦτον μὲν τῆσδε τῆς
χώρης οἰκήτορα ποιεῦ· ὃς δ' ἂν τούτων τῶν ἔργων
τῶν ἐντέλλομαι λίπηται, ἔκπεμπε ἐκ τῆς χώρης.
9 καὶ ταῦτα ποιεῦσα, αὐτή τε εὐφρανέαι, καὶ τὰ ἐν-
10 τεταλμένα ποιήσεις.“ Τὸν μὲν δὴ εἰρύσαντα τῶν
τόξων τὸ ἕτερον, δύο γὰρ δὴ φορέειν τέως Ἡρα-

Scytham et eius posteros adeptos regnum esse: phialas in balteis cur Scythae ferant.

σῶστρά τε σὺ παρέσχες] i. e. *Tu exhibuisti, solvisti pretium servatarum equarum.* De voce σῶστρα conf. I, 118. Hesychius σωτήρια interpretatur σῶστρα, quo utroque nomine donaria et sacrificia dici monet Lobeck. in Aglaoph. p. 383 alia quaedam etiam afferens.

ἐπεὰν γένωνται τρόφιες] τρόφιες, monente Valckenaerio, idem valet atque ἀνατεθραμμένοι, ἀνδρωθέντες *educati, adulti.* Supra II, 93: „— οἱ τρεφόμενοι ἰχθύες γίνονται.“ Respicit nostrum locum Eustath. ad Homeri Odyss. p. 1468 s. 128, 17. — Ad ἐξηγέο conf. Matth. §. 205, 2 et supra III, 72.

κατὰ τάδε ζωννύμενον] κατὰ τάδε non alio fere sensu atque antea ὧδε (*sic*). Et facit huc quoque τ ό δ ε τὸ τόξον et τῷ ζωστῆρι τ ῷ δ ε; quae omnia hic δεικτικῶς ab Hercule dici monet Wesseling. De ratione particulae μὲν in priori periodi parte repetitae (τὸν μ ὲ ν ἂν ὁρᾷς — τοῦτον μ ὲ ν τῆσδε τῆς χ. ο. π.) conf. Werfer. in Actt. philoll. Monacc. I pag. 90. Sed in altera parte semel tantum invenitur δέ; de quo ipso vid. ibid. pag. 95. — In fine cap. cum recentt. edd. scripsi εὐφρανέαι pro εὐφρανέεαι. Cf. IV, 163.

Cap. X.

Τὸν μὲν δὴ εἰρύσαντα τῶν τόξων τὸ ἕτερον] εἰρύειν hic valet *adducere;* conf. ἐπειρύεσθαι IV, 8. In seqq. Matthiae retinuit π ρ ο ς δέξαντα, cuius loco nos cum Schweigh. et Gaisf. reposuimus (τὸν ζωστῆρα) π ρ ο δέξαντα (ut sit: *aptandi cinguli rationem praemonstras-*

κλέα, καὶ τὸν ζωστῆρα προδέξαντα, παραδοῦναι τὸ
τόξον τε καὶ τὸν ζωστῆρα, ἔχοντα ἐπ' ἄκρης τῆς
συμβολῆς φιάλην χρυσέην· διδόντα δὲ, ἀπαλλάσ- 285
2 σεσθαι. τὴν δ', ἐπεί οἱ γενομένους τοὺς παῖδας
ἀνδρωθῆναι, τοῦτο μέν σφι οὐνόματα θέσθαι· τῷ
μὲν, Ἀγάθυρσον, αὐτῶν· τῷ δ' ἐπομένῳ, Γελω-
νόν· Σκύθην δὲ, τῷ νεωτάτῳ· τοῦτο δὲ, τῆς ἐπι-
στολῆς μεμνημένην αὐτὴν, ποιῆσαι τὰ ἐντεταλμένα.
3 καὶ δὴ δύο μέν οἱ τῶν παίδων, τόν τε Ἀγάθυρσον
καὶ τὸν Γελωνὸν, οὐκ οἵους τε γενομένους ἐξικέ-
σθαι πρὸς τὸν προκείμενον ἄεθλον, οἴχεσθαι ἐκ
τῆς χώρης, ἐκβληθέντας ὑπὸ τῆς γειναμένης· τὸν
δὲ νεώτατον αὐτῶν Σκύθην, ἐπιτελέσαντα, κατα-
4 μεῖναι ἐν τῇ χώρῃ. καὶ ἀπὸ μὲν Σκύθεω τοῦ

---

se), quemadmodum dudum voluerat Wesseling. conferens I, 60. Pro τὸν ζωστῆρα Sancrofti liber offert τῷ ζωστῆρι, quod Porson. Adverss. pag. 164 cum Sophocl. Oed. T. 456 (ubi: σκήπτρῳ προδεικνύς) comparat. At huius loci alia, opinor, ratio.

ἔχοντα ἐπ' ἄκρης τῆς συμβολῆς φιάλην χρυσέην] Vulgo sic interpretantur: „*quod* (cingulum) *in extrema commissura auream habuit phialam;* quae sibi haud liquere ait Schweigh. in Lex. Herod. Valla ζωστῆρα intellexit *balteum;* quem secutus Larcherus Gallice haec ita expressit: „à l'endroit, où le baudrier s'attachoit, pendoit une coupe d'or.“ Equidem malim συμβολὴν accipere de *cinguli claustris* (Nos: *Schloss, Gürtelschloss*), quibus suspensa sive annexa fuerit phiala, eum fere in modum, quo reddidit Miot, alter Gallus interpres: „*la ceinture portait à l'endroit, où elle s'agrafait un flacon d'or,*“ atque Italus interpres: „*il quale* (cingolo) *all' estremità del formaglio aveva una fiala d'oro.*“ Et hanc interpretationem, vernaculo quoque interpreti probatam, confirmare videntur, quae infra leguntur de Scythis etiamnum phialas e cingulo suspensas gestantibus.

τῆς ἐπιστολῆς μεμνημένην] ἐπιστολὴ dicitur *mandatum*, s. *quidquid iniungitur.* Conf. VI, 50 et Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Prometh. 3. Moneo, ne quis lectionem nunc iure proscriptam ἐπιτολῆς tueri velit.

οὐκ οἵους τε γενομένους ἐξικέσθαι πρὸς τὸν προκείμενον ἄεθλον] i. e. *cum proposito certamini essent impares.* In sqq. cum Gaisf. et Matth. scripsi αὐτῶν pro αὐτέων et βασιλέας pro βασιλῆας.

Ἡρακλέος γενέσθαι τοὺς αἰεὶ βασιλέας γινομένους
Σκυθέων· ἀπὸ δὲ τῆς φιάλης, ἔτι καὶ ἐς τόδε φιά-
5 λας ἐκ τῶν ζωστήρων φορέειν Σκύθας· τὸ δὴ
μοῦνον μηχανήσασθαι τὴν μητέρα Σκύθῃ. ταῦτα
δὲ Ἑλλήνων οἱ τὸν Πόντον οἰκέοντες λέγουσι.

11 Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος, ἔχων ὧδε, τῷ μάλι-
2 στα λεγομένῳ αὐτὸς πρόσκειμαι. Σκύθας τοὺς νο-
μάδας, οἰκέοντας ἐν τῇ Ἀσίῃ, πολέμῳ πιεσθέντας
ὑπὸ Μασσαγετέων, οἴχεσθαι διαβάντας ποταμὸν

Narratio alia caeterorum Graecorum et barbarorum communis, eaque verisimilior: Scythas Nomadas a Massage-

---

ἔτι καὶ ἐς τόδε φιάλας ἐκ τῶν ζωστήρων φορέειν Σκύθας] Ad verba ἐκ τῶν ζωστήρων consul. Matth. Gr. Gr. §. 574 pag. 1133. — Referunt huc exiguam statuam ex electro elaboratam, quae in tumulo quodam prope Panticapaeum s. Kertsch nuper est reperta virum repraesentans altera manu tenentem pharetram sagittis plenam, arcu nonnihil prominente, altera manu cornu s. rhytonem (i. e. vas potorium sive poculum cornu formam exhibens), eumque baculo s. clava nixum et Scythica anaxyride indutum: quam sive privati hominis Scythae imaginem existimes, (qualem vestitus Scythicus indicare videtur itemque vas potorium, si quidem pro tali auream phialam Herodoto commemoratam habere velis) sive, quod mihi quidem videtur verisimilius, Herculis simulacrum: quippe cuius cultum in his regionibus frequentem testantur numi Olbiopolitarum aliquot nuper inventi (Conf. Choix de Medaill. antiq. d'Olbiopolis, faisant partie du cabinet du conseill. d'état De Blaremberg. Paris 1822 p. 53. 64 coll. Notice sur quelq. objets d'antiquité, decouverts etc. par M. de Blaramberg (sic) Paris 1822 p. 14. 18); quemque regiae stirpis ferunt auctorem. Itaque de Graecis advenis erit cogitandum, qui indigenis mixti vestitum peregrinum adsciverint diisque ipsis pro more attribuerint. Tu conf. de hac statua Notice sur quelq. objets etc. pag. 12 seqq. 28.

τὸ δὴ μοῦνον — Σκύθῃ] i. e. *hoc igitur unum matrem parasse Scythae*, s. *in Scythae commodum instituisse.* Ubi pro τὸ Aldina exhibet τόν, quod revocatum voluit Gronovius. In Mediceo, Florentino, aliis exstat quoque μηχανᾶσθαι et Σκύθην; quod utrumque alienum ab hoc loco. — In seqq. Pontum qui incolunt Graeci, sunt *Graeci Ponti Euxini accolae, in orâ Ponti Euxini habitantes.* Cf. IV, 8.

Cap. XI.

πιεσθέντας] „Vid. Valcken. Schol. in N. T. I pag. 376—378.“ *Cr.*

οἴχεσθαι διαβάντας ποταμὸν Ἀράξεα ἐπὶ γῆν τὴν Κιμμερίην] *Araxem* pro *Volga* plu-

tis bello pressos, Araxe transmisso, in eam terram venisse: illam Cimmeriorum antea fuisse: Cimmeriorum populo fugam pugna, regibus mortem fuga potiorem visam esse: tumulus regum sepultorum ad Tyram,

Ἀράξεα ἐπὶ γῆν τὴν Κιμμερίην· τὴν γὰρ νῦν νέ-
μονται Σκύθαι, αὕτη λέγεται τὸ παλαιὸν εἶναι Κιμ-
3 μερίων. τοὺς δὲ Κιμμερίους, ἐπιόντων Σκυθέων,
βουλεύεσθαι, ὡς στρατοῦ ἐπιόντος μεγάλου· καὶ δὴ
τὰς γνώμας σφέων κεχωρισμένας, ἐντόνους μὲν ἀμ-
φοτέρας, ἀμείνω δὲ τὴν τῶν βασιλέων· τὴν μὲν
γὰρ δὴ τοῦ δήμου φέρειν γνώμην, ὡς ἀπαλλάσσε-
σθαι πρῆγμα εἴη, μηδὲ πρὸς πολλοὺς δεόμενον κιν-

---

rimi hic accipiunt. Cf. nott. ad I, 202. Tzschuck. ad Mel. III, 5, 5. nott. exegg. p. 148 Vol. III P. III. Heeren. Ideen etc. I, 2 p. 269 coll. Köppen Nordgest. d. Pont. pag. 73. At Breiger (De As. Herod. pag. 60 sq. 66.) ad *Oxum*, qui nunc *Gihon* vocetur, veterum locos de Araxe relatos vult. — De *Cimmeriis* vid. nott. ad I, 6. 15 et Ukert Geogr. d. Gr. u. Röm. I, 1 p. 26. Pro *Mongolis* habet Niebuhr. Vermischte Schrift. I pag. 361. 364. Herodotumque egregie lapsum esse pronuntiat, Cimmerios scribentem a Bosporo, Caspii maris litora legentes, aufugisse atque per Colchidem terram, Halyn transgressos Asiam invasisse, cum hâc via ingredientibus opus fuisset navibus itemque Caucasi montes superandi minime accessibiles; neque omnino gentes nomadas, quotquot Scythiam occuparint et aliis deinceps a gentibus loco pulsae fuerint, orientem versus discessisse videri, sed occidentem versus ad Danubii regiones, idem Niebuhrius monet. Namque Cimmeriorum vestigiis in Bosporo conspicuis ab ipsis Cimmeriis denominato (quibus ipsis Herodotum in errorem putat esse ductum) nihil aliud effici posse, nisi ut partem quandam gentis hac in terra relictam fuisse credas liceat, quo tempore Graeci coloni advenerint. Cr. de *Cimmeriis* hic conferri vult Schönemann Geogr. Argonautt. pag. 29 seqq. Sprengel. Apolog. d. Hippocrat. II p. 619. Mannerti disputata de hac gente fabulosa leguntur in Geogr. Gr. et Romm. IV p. 10. 34 seq. 58 seq., cui add. Ukert Geogr. Gr. et Romm. I, 1 pag. 26.

ἐντόνους μὲν ἀμφοτέρας] i. e. *utramque* (sententiam) *intentam*, i. e. *acriter*, *fortiter defensam*. Sic infra IV, 14: ἐντεταμένως ἀμφισβητέειν.

ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη] De locutione conf. nott. ad I, 79. Quae sequuntur verba: μηδὲ πρὸς πολλοὺς δεόμενον κινδυνεύειν, negotium facessunt interpretibus. Ut enim de prava Gronovii taceam lectione, quam Mediceus, Florentinus, alii tuentur: μηδὲ πρὸ πολλοῦ δεόμενα (cuius loco aliis placuisse video δεομένου sive δεομένων); vocem δεόμενον sine ullo sensus detrimento abesse posse iudicat Wesseling. eamque

δυνεύειν· τὴν δὲ τῶν βασιλέων, διαμάχεσθαι περὶ
4 τῆς χώρης τοῖσι ἐπιοῦσι. οὔκων δὴ ἐθέλειν πείθε-
σθαι οὔτε τοῖσι βασιλεῦσι τὸν δῆμον, οὔτε τῷ δή-
5 μῳ τοὺς βασιλέας. τοὺς μὲν δὴ ἀπαλλάσσεσθαι
βουλεύεσθαι ἀμαχητὶ, τὴν χώρην παραδόντας τοῖσι
ἐπιοῦσι· τοῖσι δὲ βασιλεῦσι δόξαι ἐν τῇ ἑωυτῶν
κέεσθαι ἀποθανόντας, μηδὲ συμφεύγειν τῷ δήμῳ·
λογισαμένους ὅσα τε ἀγαθὰ πεπόνθασι, καὶ ὅσα
φεύγοντας ἐκ τῆς πατρίδος κακὰ ἐπίδοξα καταλαμ-
6 βάνει. ὡς δὲ δόξαι σφι ταῦτα, διαστάντας, καὶ 286
ἀριθμὸν ἴσους γενομένους, μάχεσθαι πρὸς ἀλλήλους·
καὶ τοὺς μὲν, ἀποθανόντας πάντας ὑπ' ἑωυτῶν,
θάψαι τὸν δῆμον τῶν Κιμμερίων παρὰ ποταμὸν
7 Τύρην· καί σφεων ἔτι δῆλός ἐστι ὁ τάφος. θάψαν-

prorsus supervacuam esse statuit Larcherus. Nec tamen sollicitanda vocula videtur Schweighaeusero, cum ellipticam illa compleat dictionem sic expediendam, ut subintelligatur πρῆγμά ἐστι *res indiget, res postulat, ut hoc fiat.* Valcken. coniecerat: μηδὲ πρὸς πολλοὺς οὐδὲν δέον μένοντας κινδυνεύειν hoc sensu: „*ita rem esse comparatam, ut optimum videretur excedere regione, neque manendo atque adversus exercitum numerosum pugnando frustra se obiicere periculo.*“ In seqq. βασιλῆας, quod Gaisf. reliquerat, cum Matthiae mutavi in βασιλέας itemque βασιλέων pro βασιλήων. Cf. IV, 6. Interpunctionem post ἀμαχητὶ (i. e. *sine pugna, sine proelio,* ut I, 174. II, 102. III, 13. IV, 93 etc.) vulgo positam delevi, auctore Schweighaeuser. in Lex. Herod. s. v.

καὶ ὅσα — κακὰ ἐπίδοξα καταλαμβάνει] i. e. *quot calamitates ex patria profugis probabiliter supervenirent.* De voce ἐπίδοξος plures Lysiae, Aeschinis, aliorum locos attulit Valcken., quem iam laudavimus ad I, 89. De verbo καταλαμβάνειν vid. nott. ad III, 42. — διαστῆναι valet *se dirimere, in diversas abire partes;* praepositionis διὰ vim exposuit Fischer. ad Weller. III, 6 p. 172.

καί σφεων ἔτι δῆλός ἐστι ὁ τάφος] Suspicatur Valckenaer. olim scriptum fuisse τῇ καί σφεων, s. etiam ἵνα καί σφεων κ. τ. λ.: *qua parte regionis eorum etiam adhuc exstat sepulcrum.* De sepulcris conf. nott. ad IV, 71. Neque enim alius generis hoc sepulcrum fuisse coniicit Zoega De obeliscc. pag. 338. De *Tyrâ* fluvio conf. IV, 51. Perperam Herodoti locum intellexit Reichard. l. l. pag. 55.

τας δὲ, οὕτω τὴν ἔξοδον ἐκ τῆς χώρης ποιέεσθαι· Σκύθας δὲ ἐπελθόντας, λαβεῖν ἐρήμην τὴν χώρην.

12 Καὶ νῦν ἔστι μὲν ἐν τῇ Σκυθικῇ Κιμμέρια τείχεα, ἔστι δὲ Πορθμήϊα Κιμμέρια· ἔστι δὲ καὶ χώρη οὔνομα Κιμμερίη· ἔστι δὲ Βόσπορος, Κιμμέριος καλεόμενος.

et alia Cimmeriorum nomen servantia: Cimmerii profugi, Chersonesum in Asia occuparunt:

2 φαίνονται δὲ οἱ Κιμμέριοι, φεύγοντες ἐς

Cap. XII.

Κιμμέρια τείχεα, ἔστι δὲ Πορθμήϊα Κιμμέρια] τεῖχος cum *oppidum* significet sive *castellum*, *arcem* (ut IV, 46, ubi vid.) Larcherus hic intelligi vult *Cimmerium* oppidum, quod praeter Strabonem XI pag. 494 s. 756 A commemorant Plinius Hist. Nat. VI, 6 ac Mela I, 19, 120, ubi conf. Tzschucke nott. exegg. p. 634. Nec alio pertinere videtur Ptolemaei *Cimmerion* et *Cimmeris* apud Scymn. Ch. fr. 148 et Anonym. Peripl. Pont. Euxin. §. 2 (p. 208 T. III ed. Gail., cuius vid. nott. p. 244). Atque ibid. §. 6 p. 212 invenitur *Κιμμερικὸν* oppidum, ubi vid. Gail. p. 253. Nunc loco nomen *Eski-Krim*. Cf. Reichard. l. l. pag. 12. Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. IV, 304 sq., improbante Köhler. in Mém. de l'Acad. de St. Petersb. IX p. 666.

Unde diversa, opinor, *Porthmeia Cimmeria*, infra quoque IV, 45 memorata. Namque Stephan. Byzant. p. 645 Berk. *Πορθμία καὶ Πορθμίον κώμη ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος λίμνης*; nec aliter apud Anonym. Peripl. Pont. Euxin. §. 5: *Πορθμίου χωρίον ἤτοι τοῦ στομίου τῆς Μαιώτιδος λίμνης*. Qui idem §. 9 mentionem facit *κώμης τῆς Πορθμίτιδος τῆς ἐν τῷ τέλει τῆς Εὐρώπης, τῆς ἐν τῷ στομίῳ τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἤτοι τοῦ Τανάεως*. Quare haud scio an Plinius l. l. ultimo in ostio (Bospori scil.) *Cimmerium*, quod antea *Cerberion* fuerit vocatum, ubi dixit, haec ipsa Porthmeia intellexerit, quae cum *Cimmerio* oppido ulterius sito, ut vidimus, confuderit.

ἔστι δὲ Βόσπορος, Κιμμέριος καλεόμενος] Plinius H. N. IV, 12 (24): „medio flexu iungitur (Pontus Euxinus) ostio Maeotii lacus. *Cimmerius Bosporus* id os vocatur MMD pass. latitudine." Add. VI, 6. Mel. I, 1, 42. Scymni Chii fragm. 134 seq. Strab. VII, 4 pag. 310 s. 477 C., ne plura. Nunc huic freto, quo Maeotis s. mare Asowicum iungitur Ponto, nomen fretum *Caphae*, sive Italorum idiomate, *Bocca di S. Giovanni*, sive *Stretto di Caffa*. Plurima de Bosporo Cimmerio Tzschucke ad Mel. I, 19 pag. 631 nott. exegg. Vol. III P. I. — In sqq. pro *τὴν χερσόννησον κτίσαντες* si quis refingere vellet: *τὴν χερσόννησον οἰκίσαντες* vel *οἰκήσαντες*, obstat sane, ut alia taceam, I, 149: *χώρην μὲν ἔτυχον κτίσαντες*.

τὴν Ἀσίην τοὺς Σκύθας, καὶ τὴν χερσόννησον κτί- 1
σαντες, ἐν τῇ νῦν Σινώπῃ πόλις Ἑλλὰς οἴκισται.
3 φανεροὶ δέ εἰσι καὶ οἱ Σκύθαι διώξαντες αὐτούς,
καὶ ἐσβαλόντες ἐς γῆν τὴν Μηδικὴν, ἁμαρτόντες
4 τῆς ὁδοῦ. οἱ μὲν γὰρ Κιμμέριοι αἰεὶ τὴν παρὰ
θάλασσαν ἔφευγον· οἱ δὲ Σκύθαι, ἐν δεξιῇ τὸν 5
Καύκασον ἔχοντες, ἐδίωκον. ἐς ὃ ἐσέβαλον ἐς τὴν
Μηδικὴν γῆν, ἐς μεσόγαιαν τῆς ὁδοῦ τραφθέντες.
οὗτος δὲ ἄλλος ξυνὸς Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων
λεγόμενος λόγος εἴρηται.

Scythae per errorem in Mediam illati. [I, 15 et 103.]

ἐν τῇ νῦν Σινώπῃ πόλις Ἑλλὰς οἴκισται] Duo libri *οἴκηται*. Tu conf. haec respicientem Eustath. ad Dionys. Perieg. 772, ac de ipsa urbe Herodot. I, 193. Quae urbs ad Ponti Euxini oram in Paphlagonia a Milesiis condita circa Olymp. XXXII, 2 postea maxime eminuit, cum Ponti regia sedes esset facta. De qua post Strabon. XII p. 545 s. 821 sq. et Polyb. IV, 56 consul. Mannert Geogr. d. Gr. u. R. VI, 3 pag. 11 sqq. Raoul-Rochette Hist. de l'Etabliss. d. col. Gr. III p. 171 sqq., et quae citat Gail. ad Scymni Chii fragmm. vs. 204 p. 407. Tzschucke ad Mel. I, 19 p. 597 seq. (Vol. III P. I) nott. exegg. Nunc appellatur *Sinob.* Atque Rittero (Erdkunde II p. 792) auctore iam antea Cimmeriorum urbs fuit Sinope; quo in nomine syllabâ *Sin*, plurium gentium in nominibus obviâ, indicari vult homines prisco aevo metallorum tractandorum peritos, quales Sinopes urbis regionisque adiacentis incolas fuisse accepimus.

ἐς ὃ ἐσέβαλον] *ἐς ὃ* (*donec*) exhibui cum Schweigh. et Gaisf. Duo libri exhibent *ἔς τ'*, quod idem occurrit IV, 201, VII, 141 aliisque locis a Struve Spec. Quaest. de Herod. dial. I pag. 42 allatis; unde Koenio (ad Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 63 p. 472 Schaef.) et Wesselingio in mentem venit *ἐς τὸ*, quod magis sit Ionicum, nescientibus sane, Herodotum hac in formula nunquam eâ uti pronominis forma, quae a consonante incipiat. Monuit Struve l. l. Quare nec hoc loco, nec II, 157, IV, 122 quidquam mutandum.

ἐς μεσόγαιαν τῆς ὁδοῦ τραφθέντες] i. e. *itinere in mediterranea loca converso.* Libri aliquot *στραφέντες*; Valckenario magis arrideret *ἐκτραφθέντες*, cum *ἐκτρέπεσθαι* sit *deflectere de recta via*, ut II, 80. VI, 34. Pausan. I, 44. 2. 6. IX, 2, 1. De ipsa forma *τραφθέντες* conf. nott. ad I, 130.

λεγόμενος λόγος] Pari modo loquitur I, 214. II, 47. 48. VII, 214. Add. Pausan. I, 19, 2. I, 43, 1 coll. II, 13, 8. Verba *οὗτος δὲ ἄλλος — εἴρη-*

13 *Aristeae fabulatoris narratio;* Ἔφη δὲ Ἀριστέης ὁ Καϋστροβίου, ἀνὴρ Προκοννήσιος, ποιέων ἔπεα, ἀπικέσθαι ἐς Ἰσσηδόνας,

---

ται ne quis ad sequens trahat caput, monet Reiz. Praefat. pag. XXII.

Cap. XIII.

Ἀριστέης] Veterum testimonia de Aristea, quem circa Olymp. L floruisse volunt, collegit omnia Schultz. in Specim. Appar. ad Annall. pag. 4 not. 9 coll. Fabric. Bibl. Graec. I pag. 10. Herodotea expresserunt Pausan. I, 24, 6. V, 7, 4. Tzetz. Chil. II, 724 — 734, qui nonnulla minus bene intellexit, alii. Alio tamen ex fonte sua hausisse videtur Plutarchus Vit. Romul. 28 (al. 27); quocum conf. Athen. XIII p. 605 C. et Plin. H. N. VII, 2. VII, 52 (53). Add. Suidas s. v. T. I pag. 323. Ipsam narrationem de Aristeà, exstitit inter recentiores Ritter. (Vorhalle pag. 271), qui ex antiquissima Buddhae doctrina de animarum immortalitate ac migratione deductam et ad Graecorum indolem effictam diceret, cum de Aristea similia praedicarentur atque de Buddha apud Indos (p. 357), ipsumque nomen Aristeae (quod haud scio an duxeris a voce ἄριστος; conf. ibid. pag. 281) aliquid reconditius atque secretius prodere videretur (pag. 275). Nec aliam esse rationem fabularum de Zalmoxi (de quo vid. nott. ad IV, 95 sq.), de Epimenide, de Pythagora atque Abaride Hyperboreo. De quibus ipse videat vir doctus.

ἀνὴρ Προκοννήσιος] Idem affirmat Strabo XIII p. 589 A. s. 581 A., ubi insulae *Proconnesi* mentionem facit, quae in Propontide sita et a Milesiis condita insignis ferebatur egregii marmoris proventu lapidisque alabastritae vinique optimi feracissima. Nunc vocatur, ut plerique putant, *Marmora*. Collegit quae huc faciunt omnia Tzschuck. ad Mel. II, 7 nott. exegg. pag. 577 — 580 Vol. III P. II coll. Raoul-Rochette l. l. III p. 253 seqq. Quod ab aliis scribitur Προκόνησος, magis, ut videtur, ex veterum Atticorum dicendi ratione, de eo post Tzschuck. l. l. pag. 577 et nott. criticc. pag. 480 Vol. II P. II, monuit Boeckh. in Corpor. Inscriptt. Graecc. I pag. 18 a. In Herodoteo loco libri, quantum scio, non variant.

ποιέων ἔπεα] i. e. ἐποποιός, quâ voce utitur Suidas l. l., *carminis epici auctor*. Nam *Arimaspea* intelliguntur, de quibus mox cap. 14. Sic infra IV, 14 coll. 16 ποιεῖν ἔπεα. De *Issedonibus* vid. nott. ad I, 201. IV, 27; de *Arimaspis* conf. nott. ad IV, 27. 32; de *Gryphis* disputavimus in Excursu ad III, 116; de *Hyperboreis* vid. Excurs. et nott. ad IV, 32. Hoc loco unum Ritterum (Vorhalle pag. 277) excitasse sufficiat, quaerentem, num, quae urbium ad Ponti oram Apollini consecratarum ferantur nomina, v. c. *Assos*, *Assopolis* quodammodo conveniant cum *Issedonum* nomine.

Hyperborei, Gryphi, Arimaspi, Issedones, Scythae, Cimmerii, alteri alteris confines.

φοιβόλαμπτος γενόμενος· Ἰσσηδόνων δὲ ὑπεροικέειν
Ἀριμασποὺς, ἄνδρας μουνοφθάλμους· ὑπὲρ δὲ τού-
των, τοὺς χρυσοφύλακας Γρῦπας· τούτων δὲ, τοὺς
2 Ὑπερβορέους, κατήκοντας ἐπὶ θάλασσαν. τούτους
ὦν πάντας πλὴν Ὑπερβορέων, ἀρξάντων Ἀριμα-
σπῶν, αἰεὶ τοῖσι πλησιοχώροισι ἐπιτίθεσθαι· καὶ ὑπὸ
μὲν Ἀριμασπῶν ἐξωθέεσθαι ἐκ τῆς χώρης Ἰσσηδόνας·
ὑπὸ δὲ Ἰσσηδόνων, Σκύθας· Κιμμερίους δὲ, οἰκέον- 287
τας ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ, ὑπὸ Σκυθέων πιεζομέ-

Qui idem pag. 281 *Issedones* laudans *iustos piosque*, bellum istud inter Gryphos et Arimaspos gestum, de quo cecinerit Aristeas, non aliud fuisse bellum, nisi religiosum antiquissimo tempore inter Turan et Iran commissum; quo ipso factum, ut piorum iustorumque cultus e terra Iran pulsus devenerit in deserta Scythica. — Ac de fonte si quaeramus, unde Aristeas carminis argumentum petierit, a Milesiorum colonis ad Ponti oram haec accepisse poetam statuit Völcker Myth. Geogr. pag. 183, itemque prius C. O. Müller Dor. I p. 275 non alia via atque ea, quâ sua acceperit Herodotus, Aristeam sua accepisse ratus, a Graecis Ponti atque Borysthenis accolis, Milesiis potissimum; unde devenire potuisse ad Proconnesios, et ad ipsos Milesios.

φοιβόλαμπτος γενόμενος] i. e. *Phoebi numine afflatus, divino instinctu motus.* Vox φοιβόλαμπτος invenitur apud Lycophron. vs. 1460. Ad sententiam facit, quod infra IV, 79 de Bacchicis orgiis legitur: ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει· νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε.

οἰκέοντας ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ] *Australe* mare, quod *septentrionali* (sive mediterraneo) opponitur, *rubrum* dici *mare*, sive *Oceanum australem* monuimus ad II, 158. Ad quod mare nemo quisquam sane quaeret Cimmerios. *Caspium mare* aut *Pontus Euxinus* quo minus intelligatur, habita sc. ratione Oceani septentrionalis, id usu linguae impediri existimat Wesselingius. At, nisi inepte fabulatum esse dicas Aristeam, vix aliud mare poeta, e cuius carmine Herodotea fluxerunt, intelligere potuit atque *Pontum Euxinum,* quem νοτίην θάλασσαν dixit respectu habito maris borealis sive Oceani glacialis, eoque maiori iure dicere potuit, si, quod Breiger. Difficill. As. pag. 10 contendit, haec maris australis appellatio non uni illi mari, quod Indicum sive Oceanum australem vulgo vocant, fuerit propria, sed apta cuique mari, cuius situm meridionalem alii eique septentrionali contrarium indicare voluerit auctor. Itaque recte de *Ponto Euxino* hic cogitandum esse statuunt

3 νους, ἐκλείπειν τὴν χώρην. Οὕτω δὴ οὐδὲ οὗτος
14 συμφέρεται περὶ τῆς χώρης ταύτης Σκύθῃσι. Καὶ
ὅθεν μὲν ἔην Ἀριστέης, ὁ ταῦτα ποιήσας, εἴρηται·
τὸν δὲ περὶ αὐτοῦ ἤκουον λόγον ἐν Προκοννήσῳ
2 καὶ Κυζίκῳ, λέξω. Ἀριστέην γὰρ λέγουσι, ἐόντα
τῶν ἀστῶν οὐδενὸς γένος ὑποδεέστερον, ἐσελθόντα
ἐς κναφήϊον ἐν Προκοννήσῳ, ἀποθανεῖν· καὶ τὸν
κναφέα κατακληΐσαντα τὸ ἐργαστήριον, οἴχεσθαι
3 ἀγγελέοντα τοῖσι προσήκουσι τῷ νεκρῷ. ἐσκεδασμέ-

De Aristea quid Proconnesii et Cyziceni memorent: carmina eius Arimaspea:

Schweigh., Larcher. et Reichard. l. l. pag. 15. — Quod ad ipsam narrationem attinet, observat Rennel. l. l. pag. 411 conspici hic easdem rerum commutationes, quae omnino frequentes in Asiaticarum gentium historia reperiantur ab antiquissimo inde aevo usque ad tempora recentissima; eoque refert Gallos migrantes Brenno duce, Hunnos post Christum natum palantes, Mongolos sub Zingischane ac Tamerlane, quin anno 1770 et seqq. Calmuccos, quorum sexaginta mille familiae a Volga ad lacum Balchatz commigrarint. Itaque verisimile ei videtur Scytharum maiores primitus circa Caspium mare habitasse in Kirgisorum desertis, eodem fortasse loco, quo Scythae regii ab Herodoto collocentur, ut qui in hasce sedes primitivas regressi esse viderentur.

Οὕτω δὴ οὐδὲ οὗτος συμφέρεται] i. e. „*hoc igitur modo ne huic quidem de hac regione convenit cum Scythis.*“ Voculam δή, quam eiecerunt Schwgh. et Gaisf. equidem cum Matth. retinui. In Florentino libro exstat: οὕτω δὲ οὗτος συμφέρεται. Ad significationem verbi συμφέρεσθαι conferantur hi loci: I, 173. 196. II, 44. 79. 80. IV, 154. 114.

Cap. XIV.

ὁ ταῦτα ποιήσας, εἴρηται] ποιήσας auctoritate codicis Florentini, aliorum, restitui cum recentt. edd. pro vulg. εἴπας. Namque ποιεῖν in his valet *versibus exponere, describere;* quam significationem attigimus ad II, 53, ubi plures similes locos attulit Wesselingius, et III, 38. Pro εἴρηται quod plures libri afferunt εἴρηκα, id merito respuit Schweigh. cum hâc formâ in talibus Noster uti non soleat. Ad argumentum loci citant Tzetz. l. l. Origen. contr. Celsum III p. 463, alios, quos ad IV, 13 indicavimus.

οὐδενὸς γένος ὑποδεέστερον] i. e. „*nulli civium nobilitate generis secundum.*“ Similis locutio exstat I, 23, ubi vid. nott. κναφήϊον *fullonis* denotat *officinam;* cf. I, 92. Tzetzes l. l. substituit χαλκεῖον; qua voce Noster utitur I, 68.

τοῖσι προσήκουσι τῷ νεκρῷ] *Cognatos, affines mortui* intelligit, τοὺς μάλιστα ἱκνέεται, ut

νου δὲ ἤδη τοῦ λόγου ἀνὰ τὴν πόλιν ὡς τεθνεὼς εἴη ὁ Ἀριστέης, ἐς ἀμφισβασίας τοῖσι λέγουσι ἀπικνέεσθαι ἄνδρα Κυζικηνὸν, ἥκοντα ἐξ Ἀρτάκης πόλιος, φάντα συντυχεῖν τέ οἱ ἰόντι ἐπὶ Κυζίκου, καὶ ἐς

loquitur II, 36. Et conf. praeterea II, 85. 86. VI, 128. — Paulo post cum Gaisf. et Matth. reposui τεθνεὼς (ut mox τεθνεῶτα), quod codd. aliquot afferebant. Wesselingius tenuit τεθνηὼς, quod in Mediceo, aliis invenitur. Nec magis convenit, quod e Florentino, aliis Schweigh. edidit τεθνηκώς.

ἐς ἀμφισβασίας τοῖσι λέγουσι ἀπικνέεσθαι] i. e. *controversiam movisse* (oblocutum esse) *iis, qui haec dicerent, civem Cyzicenum.* Ad vocem ἀμφισβασία conf. VIII, 81, ubi pro ἀμφισβησίῃ Gaisf. nunc reposuit ἀμφισβασίῃ. Sic in seqq. pro ἀμφισβητέειν, quod codd. omnes tenent, unus Origenes l. l. exhibet ἀμφισβατέειν; quod verius iudico quodque etiam meliores libri praebent IX, 74.

ἥκοντα ἐξ Ἀρτάκης πόλιος] E Florentino cum Schweigh. et Gaisf. reposui Ἀρτάκης pro vulg. Ἀρτακίης, quod fontis est nomen prope *Artacen* urbem, teste Schol. Apollon. Rhod. I, 957. Ἀρτακίης exhibet Eustath. ad Homer. Odyss. X p. 1650, 54 s. 386, 26. At Stephan. Byz. pag. 174 Berk. Ἀρτάκη πόλις Φρυγίας, ἀποικία Μιλησίων κ. τ. λ. Apud Matth. operarum, ut videtur, socordia exstat Ἀρτιακίης. Infra VI, 33 recte invenitur Ἀρτάκη; quae urbs portusque haud longe abfuit a Cyzico, quocum in unam adeo urbem posthac videtur coaluisse. Tu conf. Strabon. XIII p. 582 s. 873 B. XIV p. 635 s. 941 D. Plin. H. N. V, 40 (32). Quin ipsis in Argonautarum rebus memoratur urbs; vid. Orphic. Argon. 496. Nunc vocatur *Artaki* sedesque est archiepiscopi Cyziceni, ipso scil. Cyzico everso. Cf. Mannert. VI, 3 p. 531.

ἰόντι ἐπὶ Κυζίκου] i. e. *Cyzicum versus,* satis noto loquendi usu. Ac Plutarchus in Romul. l. l. *Crotonem* ponit pro *Cyzico,* de qua urbe nunc deleta paucisque ruderibus veterem splendorem testante praecipuus auctor Strabo XII pag. 575 s. 861 C. coll. XIV pag. 635 s. 941 D., quocum conf. Diodor. Sic. XVIII, 51. Plin. l. l., alii. Sita enim erat in Propontidis insula, continenti mox iuncta, a Milesiis, ut quidam volunt, condita; quae postera aetate potissimum eminuit atque innotuit, Mithridatis praesertim temporibus. Exigua urbis rudera, quae hodieque superesse dicuntur, in quibus amphitheatrum, prope locum *Antaki* a recentioris aetatis peregrinatoribus indicantur. Plura dabit Tzschuck. ad Mel. I, 19 nott. exegg. Vol. III P. I pag. 555 seq.

4 λόγους ἀπικέσθαι. καὶ τοῦτον μὲν ἐντεταμένως ἀμφισβητέειν· τοὺς δὲ προσήκοντας τῷ νεκρῷ ἐπὶ τὸ κναφήϊον παρεῖναι, ἔχοντας τὰ πρόσφορα, ὡς
5 ἀναιρησομένους. ἀνοιχθέντος δὲ τοῦ οἰκήματος, οὔτε τεθνεῶτα οὔτε ζῶντα φαίνεσθαι Ἀριστέην.
6 μετὰ δὲ, ἑβδόμῳ ἔτεϊ φανέντα αὐτὸν ἐς Προκόννησον, ποιῆσαι τὰ ἔπεα ταῦτα τὰ νῦν ὑπ' Ἑλλήνων Ἀριμάσπεα καλέεται· ποιήσαντα δὲ, ἀφανισθῆναι τὸ δεύτερον. ταῦτα μὲν αἱ πόλιες αὗται λέγουσι.

15 Τάδε δὲ οἶδα Μεταποντίνοισι τοῖσι ἐν Ἰταλίῃ συγ-

ἐντεταμένως ἀμφισβητέειν] Cf. nott. ad IV, 11 et in proxime sqq. ad structuram verbi *παρεῖναι* conf. nott. ad I, 21, *τὰ πρόσφορα* dicit, quaecunque necessaria (instrumenta sc.) sive apta sunt ad cadaver tollendum. Cf. VII, 20.

φανέντα αὐτὸν ἐς Προκόννησον] De usu praepositionis *ἐς* conf. Matth. Gr. Gr. §. 578, 3 pag. 1142. Tu add. V, 30 in fin.; et ad verba seqq. *ποιῆσαι τὰ ἔπεα* nott. ad IV, 13.

Ἀριμάσπεα καλέεται] Tzetzes loco supra laudato habet *Ἀριμάσπια*, Origenes *Ἀριμάσπεια*. Meminit horum carminum Strabo I pag. 21 s. 40 A. XIII p. 589 s. 881 A., itemque Pausan. I, 24, 6, ubi quaedam de argumento carminum, quibus omnino veterum famas antiquissimas de regionibus orientalibus ac septentrionalibus contentas fuisse coniicias, itemque bella antiquitus gesta his ipsis in regionibus, ut e Ritteri sententia monuimus ad IV, 13. Exstant quidem apud Longin. De sublim. sect. X, 4 nonnulli versus ex Arimaspeis ducti: quos tamen a posterioris aetatis homine fictos esse contendunt. Vid. G. I. Voss. De historr. Graec. IV, 2, quo eodem usus est Schultze in Appar. etc. p. 5. Atque ipse Ritter. Vorhalle p. 278 haec Arimaspea carmina Herodoto quidem antiquiora esse quamvis concedens, a poeta quodam conscripta putat iuniore, Apollinisque sacerdote, minime vero ab antiquissimo illo Aristeâ (s. Buddhâ), cuius ipsius doctrina ne illibata quidem in haec Arimaspea transierit. Quae ipsa quamvis vix intelligibilia, maximi aestimata fuisse a posterioris aetatis scriptoribus, nec sane Graecorum, Milesiorum inprimis colonorum sive mercatorum ex ore fluxisse videri. Utut statuis, hinc quoque satis intelligitur, quantopere antiquitus floruerit commercium inter Graecos Ponti accolas Asiamque orientalem et interiorem. Monuit Heeren. Ideen etc. I, 2 pag. 286.

Cap. XV.

Μεταποντίνοισι τοῖσι ἐν Ἰταλίῃ] Cum Metapontum (quam Graeciae magnae urbem amplis-

κυρήσαντα μετὰ τὴν ἀφάνισιν τὴν δευτέρην Ἀρι-
στέω ἔτεσι τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίοισι, ὡς ἐγὼ
συμβαλλόμενος ἐν Προκοννήσῳ τε καὶ Μεταποντίῳ
2 εὕρισκον. Μεταποντῖνοί φασι, αὐτὸν Ἀριστέην,
φανέντα σφι ἐς τὴν χώρην, κελεῦσαι βωμὸν Ἀπόλ-
λωνι ἱδρύσασθαι, καὶ Ἀριστέω τοῦ Προκοννησίου
ἐπωνυμίην ἔχοντα ἀνδριάντα παρ' αὐτὸν ἱστάναι.
3 φάναι γάρ, σφὶ τὸν Ἀπόλλωνα Ἰταλιωτέων μούνοισι
δὴ ἀπικέσθαι ἐς τὴν χώρην, καὶ αὐτός οἱ ἕπεσθαι
ὁ νῦν ἐὼν Ἀριστέης· τότε δὲ, ὅτε εἵπετο τῷ θεῷ,
εἶναι κόραξ. καὶ τὸν, εἴπαντα ταῦτα, ἀφανισθῆναι.

quid Metapontini referant, apud quos illius statua in foro.

---

simam nemo ignorat) vix unius diei itinere distet a Thuriis, ubi Herodotum senem vixisse operique suo ultimam manum imposuisse scimus, scriptorem ipsum illuc profectum suis oculis inspexisse auribusque percepisse, iure statuas licet. Cf. Dahlmann. Herodot p. 50. Heyse Quaest. Herodd. p. 138 seqq. Hinc infra scripsit: *καὶ νῦν ἕστηκε ἀνδριὰς κ. τ. λ.* Ac talia haud scio an serius addita habeam a sene Thuriis opus suum retractante. Quo autem iure hinc colligi velit Rennel. p. 400 not., Herodoto Italiam latiori sensu, quo nos vulgo accipimus, fuisse cognitam, equidem non exputem, cum hic quoque ut alibi constanter apud Nostrum *Italiae* nomen de *Italia inferiori*, sive *Magna Graecia* quae vocatur, accipi debeat, ut bene vidit Bredow. in Specim. Geogr. et Uranolog. Her. pag. XXIII seq. Haec autem ipsa Italiae inferioris regio, in qua iacet Metapontum, cum olim *Bottiaea* fuerit dicta, id ipsum ad Buddhae cultum Indicamque fabulae de Aristeâ originem referri vult Ritter. Vorhalle pag. 280.

ἔτεσι τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίοισι] Aristeam ad Olymp. L posuimus in annotat. ad IV, 13; qui multo ante primam Olympiadem referendus erit, si, quae h. l. memoriae produntur, pro veris habenda forent. De quibus alii iudicent. Locutio *ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος — εὕρισκον* denuo invenitur VII, 24. 184. VIII, 30, ubi plures libri iique meliores *συμβαλλεόμενος*, quod nostro loco nullus offert liber. Tu vid. I, 68 ibiq. nott. et III, 68.

Ἰταλιωτέων] Graecis magistris monentibus *Itali* sunt *indigenae*, prisci Italiae incolae; *Italiotae* peregrini, Graeci inprimis, qui hac in terra considerunt. Vid. Thom. Magistr. p. 793 ibiq. nott.

εἶναι κόραξ] Paulo aliter Plinius H. N. VII, (53) 52 (quo loco plures omnino refert mortuos, qui revixisse antiquitus dicebantur): „*Aristeae* etiam

4 σφέας δὲ, Μεταποντῖνοι λέγουσι, ἐς Δελφοὺς πέμ- 288
ψαντας, τὸν θεὸν ἐπειρωτᾶν ὅ τι τὸ φάσμα τοῦ ἀν-
5 θρώπου εἴη· τὴν δὲ Πυθίην σφέας κελεύειν πείθε-
σθαι τῷ φάσματι· πειθομένοισι δὲ, ἄμεινον συνοίσε-
σθαι. καί σφεας δεξαμένους ταῦτα, ποιῆσαι ἐπιτε-
6 λέα. Καὶ νῦν ἕστηκε ἀνδριὰς ἐπωνυμίην ἔχων
Ἀριστέω, παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι τοῦ Ἀπόλλωνος,
πέριξ δὲ αὐτὸν δάφναι ἑστᾶσι· τὸ δὲ ἄγαλμα ἐν
τῇ ἀγορῇ ἵδρυται. Ἀριστέω μέν νυν πέρι τοσαῦτα
εἰρήσθω.

16

Ultra eam terram, de qua hic agitur, exploratum nihil.

Τῆς δὲ γῆς, τῆς πέρι ὅδε ὁ λόγος ὥρμηται λέ-
γεσθαι, οὐδεὶς οἶδε ἀτρεκὲς ὅ τι τὸ κατύπερθέ
2 ἐστι. οὐδενὸς γὰρ δὴ αὐτόπτεω εἰδέναι φαμένου

---

visam (animam scil.) evolantem ex ore in Proconneso, corvi effigie, magna, quae sequitur, fabulositate." De *Zalmoxi* similia referuntur IV, 95, ubi vid. nott. *Corvum* Magorum in doctrina significare *sacerdotem Solis*, teste Porphyrio de abstin. IV p. 399 (ed. Lugd. Bat. 1620) monuit Ritter. Vorhalle p. 278: quo ipso cum ad Asiam Medicam relegemur, Aristeam ille vult haberi pro vate ac ministro *Solis*, antiquissimi numinis, quod Indorum sit *Koros*, s. *Buddha*. Quae aliis diiudicanda relinquo, id unum adiiciens, corvum omnino sacram ferri avem, Apollinisque comitem ac ministrum, in auspiciis frequentem. Plura, nec hoc loco praetermisso, I. Fr. Gronovius in Observatt. III, 19 fin. — Ad verba proxime sequentia καὶ τὸν conf. IV, 9. Paulo post cum recentt. edd. scripsimus τὴν δὲ Πυθίην, ubi vulgo τήν τε Πυθίην. Ad verba ποιεῖν ἐπιτελέα conf. III, 16. IV, 3.

πέριξ δὲ αὐτὸν] Ita cum recentt. edd. reposui, cum apud Herodotum vocula πέριξ (de cuius accentu diximus ad III, 117) crebrius inveniatur quarto casui iuncta, ut docent interpretes; cf. I, 196. II, 29. III, 158. IV, 36. 52. 79. 180 coll. IV, 152, ubi libri fluctuant inter accusativum et genitivum, qui et ipse invenitur I, 179. II, 91. Nostro loco pro πέριξ sunt qui praebeant περὶ et pro αὐτὸν e Sancrofti libro notatur αὐτῶν, quod Wesseling. tenuit. — Ad argumentum loci facit Athen. XIII pag. 605 C.

Cap. XVI.

οὐδενὸς γὰρ δὴ αὐτόπτεω εἰδέναι κ. τ. λ.] Eadem locutio III, 115 coll. II, 29. VII, 139. In his autem enarrandis de Aristeâ deque gentibus in illius carmine commemoratis quam prudenter egerit Herodotus, bene

δύναμαι πυθέσθαι· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης, τοῦ-
περ ὀλίγῳ πρότερον τούτων μνήμην ἐποιεύμην,
οὐδὲ οὗτος προσωτέρω Ἰσσηδόνων, ἐν αὐτοῖσι τοῖσι
ἔπεσι ποιέων, ἔφησε ἀπικέσθαι· ἀλλὰ τὰ κατύπερθε
ἔλεγε ἀκοῇ, φὰς Ἰσσηδόνας εἶναι τοὺς ταῦτα λέγον-
3 τας. Ἀλλ' ὅσον μὲν ἡμεῖς ἀτρεκέως ἐπὶ μακρότα-
τον οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἀκοῇ ἐξικέσθαι, πᾶν εἰρήσε-
17 ται. Ἀπὸ τοῦ Βορυσθενεϊτέων ἐμπορίου, τοῦτο
γὰρ τῶν παραθαλασσίων μεσαίτατόν ἐστι πάσης τῆς
Σκυθίης, ἀπὸ τούτου πρῶτοι Καλλιπίδαι νέμονται,

Supra emporium Borysthenitarum colunt ad Hypanin Callipidae, Alazones, [c. 49.] Scythae

---

observat Dahlmann. l. l. p. 104. Hinc satis patet, quid de laudibus cogitandum sit, quas Aristeae, enarratori summa fide digno prudentique rerum indagatori, tribuerit Reichard. l. l. pag. 15.

οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης] Quae mox excipiuntur et repetuntur verbis οὐδὲ οὗτος, in quibus nulla sane offensio. De particulis οὐδὲ γὰρ οὐδὲ sic iunctis conf. Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. 6 T. 1 p. 235. 236 Bip. ed. et quae alia his addidit C. Fr. Hermann. ad Lucian. De conscrib. histor. pag. 309.

τοῦπερ ὀλίγῳ πρότερον τούτων μνήμην ἐποιεύμην] Vid. supra IV, 13. — Pro τοῦπερ duo libri τοῦ πέρι et pro ὀλίγῳ unus Sancrofti liber ὀλίγον, quod idem III, 106 meliores libri afferunt. — Ad ποιέων conf. nott. ad IV, 13 et ad ἀκοῇ (*von Hörensagen*) Matth. Gr. Gr. pag. 731. Herod. I, 171. II, 29.

ἐπὶ μακρότατον — ἐξικέσθαι] Conf. II, 29 ibique nott. — εἰρήσεται plane sic invenitur IV, 82.

Cap. XVII.

Ἀπὸ τοῦ Βορυσθενεϊτέων ἐμπορίου — ἀπὸ τούτου πρῶτοι Καλλιπίδαι νέμονται] Loci sententia haec: *a Borysthenitarum emporio* (quod in medio fere universae orae maritimae Scythiae situm est), *ab hoc igitur emporio* (si ad interiora tendas), *primi habitant Callipidae*, s. *primos offendes Callipidas*. Moneo ob Reichardum, qui l. l. pag. 24 praepositionis ἀπὸ vim plane ignorans, locum sic reddidit: *Vor der Handelsstadt der Borystheniten — wohnen die Callipiden*. — Ad μεσαίτατον conf. Matth. §. 127. 133 not. 2. 134 not. — Borysthenitarum emporium haud procul ab ipsa Olbia, quae Borysthenitarum fuit urbs, situm eo loco crediderim, quo Hypanis atque Borysthenes coniuncti Ponto miscentur, illiusque urbis mercatura florentis portum fuisse. Tu conf. IV, 24 et Excurs. ad IV, 18.

Καλλιπίδαι — ἐόντες Ἕλληνες Σκύθαι] Cr. conferri vult Sprengel. Apolog. d. Hippocr.

Aroteres, Neuri, alteri super alteros.

ἐόντες Ἕλληνες Σκύθαι· ὑπὲρ δὲ τούτων, ἄλλο 2 ἔθνος, οἳ Ἀλάζωνες καλέονται. οὗτοι δὲ καὶ οἱ Καλλιπίδαι τὰ μὲν ἄλλα κατὰ ταὐτὰ Σκύθῃσι ἐπασκέουσι, σῖτον δὲ καὶ σπείρουσι καὶ σιτέονται, καὶ κρόμμυα καὶ σκόροδα καὶ φακοὺς καὶ κέγχρους. 3 Ὑπὲρ δὲ Ἀλαζώνων οἰκέουσι Σκύθαι ἀροτῆρες,

---

II pag. 602 — 609. — Reichard. ex prava, quam instituit, huius loci interpretatione *Callipidas* habitasse vult ea in regione, quae nunc vocetur Bessarabia intra fluvios Kagalnik et Pruth. Atque etiam Niebuhr. Verm. Hist. Schrift. I pag. 359, Callipidas, qui ab Alazonibus sint plane diversi genere, iidemque, quos Ephorus vocet *Καρπίδας*, intra Isthmum et Olbiam habitasse censet. Sed *Carpidas* referunt ad Carpidem amnem, qui in Istrum se exonerat (IV, 49). Tu vid. Gail. ad Geogr. Min. II pag. 398. III pag. 208. 244. A Borysthene occidentem versus *Callipidarum* sedes ponit Rennel. l. l. p. 410. Nec plura lucramur e Melae verbis II, 1, 65: „*Callipidas* Hypanis includit." coll. Strab. XII p. 550 s. 827 A. In antiquo Olbiae psephismate perquam memorabili, quod primus protulit P. de Koeppen, praeter alias gentes commemorantur *μιξέλληνες*, ad montes Olbiae vicinos considentes et ad tuendam urbem cum Olbiopolitis iuncti, qui cum Herodoti *Callipidis* ab eodem viro docto haud male, ut videtur, comparantur. Vid. Nordgest. des Pont. pag. 92 — 95. Choix d. medaill. d. cabinet de Blaremberg. pag. 26. 27.

ὑπὲρ δὲ τούτων, ἄλλο ἔθνος, οἳ Ἀλάζωνες καλέονται] i. e. *super hos*, id est *loca interiora*, *Alazones qui vocantur*, *habitant*. *Ἀλάζωνες* scripsi cum Schwgh. et Gaisf. Alii *Ἀλαζόνες*, Reiz. *Ἀλαζῶνες*. Scythas *Ἁλιζώνας* commemorat Strabo l. l. Tu vid. infra IV, 52 et Stephan. Byz. s. v. *Ἀλαζών* p. 87 Berkel. Componi vult hos *Alazones* cum *Alysoniis* apud Herod. III, 90 Köppen. Nordgest. d. Pont. p. 55, prava ille quidem lectione deceptus, itemque cum *Amazonibus*, probaturus sacra Chaldaica ad septentrionales Ponti oras esse traducta. In *Podolia* ac regione *Braklaw* hanc gentem habitasse Rennelii est sententia p. 410, a quo nec Reichard. l. l. pag. 25, nec Mannert. IV p. 94 valde discedunt. Add. Heeren. Ideen I, 2 p. 272, quo auctore gentis sedes ibi quaerendae, ubi Borysthenes (Dniepr) et Hypanis (Bug) sibi appropinquant.

κρόμμυα καὶ σκόροδα] Cf. II, 125. Utrumque sic iunctum reperitur Numer. XI, 5 monente Wesseling., qui Geoponn. XII, 30, alia, citavit.

Ὑπὲρ δὲ Ἀλαζώνων οἰκέουσι Σκύθαι ἀροτῆρες] *Scythas aroteres*, qui supra Alazones locantur et una cum iis nominantur IV, 52, bene ab iis dis-

οἳ οὐκ ἐπὶ σιτήσει σπείρουσι τὸν σῖτον, ἀλλ' ἐπὶ 4 πρήσει. τούτων δὲ κατύπερθε οἰκέουσι Νευροί.

---

tingui vult Völcker. (Myth. Geogr. p. 179), qui *Σκύθαι γεωργοὶ* vocantur (IV, 18. 53. 54) Scythaeque sint Hellenici, orientem versus a Borysthene habitantes, cum Scythae *Aroteres* occidentem versus a Borysthene sedes tenuisse putandi sint, praesertim cum inde a Danubio atque Polonia, quae nunc vocatur, usque ad mare Asovicum solum sit fertile plantisque gignendis valde aptum. Cf. Heeren. l. l. p. 272. Itaque in ea regione, cui nunc nomen *Ukraine*, quaeque frumento hodieque abundet, *Scythas Aroteres* habitasse ponit pag. 295; quorum sedes ad superiorem Tyram (Dniester) collocat Blaremberg Choix des medailles etc. pag. 13; ad Borysthenem (Dnieper) atque in Podolia Niebuhr. (Hist. Schrift. I p. 360), in australi parte Galitiae ac Bukowina, tractuque septentrionali Moldaviae, Podoliae ac Volhyniae Mannert. l. l. IV pag. 95. Ac denique commemoranda Ritteri opinio, qua *Scythae Aroteres* posteri sint antiquorum Cimmeriorum, qui servi Scytharum atque Alazonum olim fuerint facti. Vid. Vorhalle etc. p. 344. 458.

οἳ οὐκ ἐπὶ σιτήσει — ἀλλ' ἐπὶ πρήσει] Bene observat Heeren. Ideen I, 2 pag. 297, uti nunc ex hisce Russiae meridionalis regionibus, iis praecipue, quae ad utramque Borysthenis ripam sitae ad Kiew usque pertinent (*Ukraine* vulgo nuncupant), magna frumenti copia exportatur per Ponti Euxini emporia, ita antiquitus iam ex iisdem terris frumento abundantibus mercaturae causa magnam frumenti vim fuisse Olbiam advectam, unde Iones, Athenienses, alii Graeci in alias orbis terrarum partes navibus illud ultra transvexerint.

τούτων δὲ κατύπερθε οἰκέουσι Νευροί] *τούτων* cum Gaisf. et Matth. dedi pro *τουτέων*. *Neuros*, de quibus infra IV, 51. 105, ad fontes Hypanis (Bug) et Tyrae (Dniester) in Galitiae regioneque vicina Lutzk habitasse statuit Rennel. l. l. pag. 415, quos eosdem in regionibus prope Lemberg Vistulam versus sedes suas habuisse docet Mannert. IV p. 103. Et sane eo ducere videtur Herodotus ipse IV, 100. Heeren. Ideen I, 2 pag. 276 in Polonia interiori ac Lithuania a Carpatibus montibus lacuque, unde Tyras proveniat, septentrionem versus usque ad Borysthenem commoratos esse Neuros scribit; quos in Poloniae ac Lithuaniae confiniis sedisse vult Reichard. l. l. p. 57: ubi et fluvius *Narew* urbsque eiusdem nominis ad eius fontes condita lacusque *Narosz* in gubernio Minsk *Neurorum* vestigia prodere videantur. Inter veteres praeter Herodotum *Neurorum* gentis meminerunt Plinius H. N. IV, (26) 12. Mel. II, 1, 75. 130, Ammian.

Νευρῶν δὲ τὸ πρὸς βορῆν ἄνεμον, ἐρῆμος ἀνθρώπων, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν. ταῦτα μὲν παρὰ τὸν Ὕπα- 289
νιν ποταμόν ἐστι ἔθνεα, πρὸς ἑσπέρης τοῦ Βορυ-
18 *σθένεος.* ***Ἀτὰρ*** *διαβάντι τὸν Βορυσθένεα, ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαίη. ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοὶ, τοὺς Ἕλληνες*

Ad Borysthenis alterum latus a mari prima Hylaea: super eam Scythae Georgi,

---

Marcell. XXII, 8. Anon. Peripl. §. 3 (T. III p. 209 Gail.), qui primos ad Istrum habitare Carpidas ex Ephoro tradit, dein Aroteres ulterius Neurosque usque ad regionem iterum desertam ob glaciem. Iidem, opinor, sunt *Navari* apud Ptolemaeum, in gubernio Minsk collocandi, nisi fallor. *Cr.* de *Neuris* conferri vult Gotting. gelehrt. Anz. 1815 nr. 126 pag. 1244 seqq., ibique Orchowsky Discours sur l'origine de la Pologne sur la langue et la literature de cette nation. Qui non aliter fere atque Heeren. l. l. Neurorum sedes ponit in interiori Polonia septentrionem versus multum extensas et maximam Lithuaniae partem complectentes; idemque Neurorum vestigia sibi reperisse videtur in fluvio *Vilia* (ad quem urbs Vilna), cui apud indigenas nomen *Neris* et in montibus Ponari, quibus apud Lithuaniae incolas nomen *Pa-Neris* (i. e. usque ad Nerin) quibusque separentur, qui Poloniae et qui Lithuaniae lingua utantur. Et hanc terram ob multos fluvios, lacus, camposque planos genti pastoritiae multum convenire addit.

Νευρῶν δὲ τὸ πρὸς βορῆν ἄνεμον] Ad structuram verborum conf. Matth. Gr. Gr. §. 437 not. 4. Wesseling. confert similes locos IV, 20. 19. 185. 191. Mox cum Schweigh. ac Gaisf. et hoc loco et seqq. e Florentino aliisque dedi *ἐρῆμος* pro vulg. *ἔρημος*, quod retinuisse video Matthiae. At alterum Ionibus magis convenire testatur Buttmann. Gramm. mai. I p. 55. De *Hypani* vid. nott. ad IV, 52; de *Borysthene* nott. ad IV, 53.

Cap. XVIII.

Ἀτὰρ διαβάντι τὸν Βορυσθένεα κ. τ. λ.] Hinc sua hausisse videtur Anon. Peripl. §. 3 (T. III p. 209 ed. Gail.). De *Hylaea* diximus ad IV, 9.

ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί] Palmariam Valckenaerii emendationem *ἄνω* pro *ἄνθρωποι* (quod omnes libri scripti h. l. praebent quodque per compendium vulgo scribi [*ἄνοι*] nemo nescit) iure receperunt in textum posteri editores probavitque Bast. in Gail. Geogr. minn. T. III pag. 245 ipseque Gail. T. II p. 399. Quin ipsius Scymni Chii, Herodotum probabiliter exscribentis auctoritate hoc probari videtur; vid. Fragmm. vs. 107. Hinc loci sententia exsistit haec: „*hinc longius a mari remoti Scythae habitant Georgi;*" cum *ἄνω οἰκεῖν* atque *οἱ ἄνω* dicantur,

οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυ-
2 σθενεῖτας, σφέας δὲ αὐτοὺς, Ὀλβιοπολίτας. οὗτοι
ὦν οἱ γεωργοὶ Σκύθαι νέμονται, τὸ μὲν πρὸς τὴν
ἕω, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδοῦ, κατήκοντες ἐπὶ ποτα-
μὸν τῷ οὔνομα κεῖται Παντικάπης· τὸ δὲ πρὸς βο-
ρῆν ἄνεμον, πλόον ἀνὰ τὸν Βορυσθένεα ἡμερέων

quorum terra patet in latum ad Panticapen tridui iter; in longum, dierum XI navigatione per Borysthenem: ultra, solitudo: ultra solitudinem, Androphagi, natio haud Scythica: ultra eos, omnia deserta.

---

qui a mari sint remotiores; *οἱ κάτω*, qui ad ipsum mare habitent. Cf. Herod. II, 7. 155. Thucyd. II, 83. 98 coll. I, 7. Pausan. V fin., alia, quae larga manu dedit Valckenaerius. Ipsos *Scythas Georgos*, quos a *Scythis Aroteribus* bene distinguendos esse ad IV, 17 diximus, ad laevam (i. e. orientalem) ripam Borysthenis in regione late patenti atque extensa habitasse ait vir doctus in Choix des medaill. d. cabinet d. Blaremberg etc. p. 12. Ac sane agitur hic de gente, quae regiones inter Borysthenem et Tanain sitas tenuerit, ut bene vidit Heeren. Ideen I, 1 p. 275. Ad meridiem Borysthenis ab oppido Kinburn usque ad fluvium Konskoje, qui Herodoti sit Panticapes, *Georgorum Scytharum* sedes fuisse ponit Reichard. l. l. p. 26. 48. Attigit gentem Strabo VII pag. 311 s. 478 C., itemque Mela II, 1, ubi aliorum commenta de hac gente retulit Tzschucke (nott. exegg. p. 55 Vol. III P. II).

οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ] Duo Codd. *ὑπὸ τῷ Ὑπάνι*. Male, ut e Dion. Chrysost. Borysth. p. 437 B., itemque e Scymn. Chii fragmm. vs. 57 et, qui hunc secutus est, Anon. Peripl. §. 12 (T. III p. 218 ed. Gail.), satis intelligitur. Inde quoque IV, 53, nunc iure repositum *ἐπὶ τῷ Ὑπάνι*, cum, qui flumen accolant, dicantur habitare *ἐπὶ τῷ ποταμῷ* minime *ὑπὸ τῷ ποταμῷ*, ut II, 108, alibi. Et, monente *Cr.*, probat Bast. Lettre critiq. pag. 15. 19 seqq. Schaefer. Melett. criticc. p. 104. — De iis verbis, quae continuo sequuntur, in Excursu ad h. l. diximus. De *Panticape* vid. nott. ad IV, 54.

τὸ δὲ πρὸς βορῆν ἄνεμον] Cf. nott. ad IV, 7. Mox quod *undecim* ponit dierum navigationem, infra IV, 53 *decem* statuit. Sed Tu vid. ibi notatt. In proxime seqq. pro *ἤδη*, quod retinuit Matthiae, equidem, Schweigh. et Gaisf. secutus, dedi *ἢ δέ*. — Refertur ad hunc locum annotatio P. de Köppenii (Nordgest. d. Pont. p. 13 not.), Herodoteam Scythiam ulterius septentrionem versus porrectam fuisse negantis, quam quo usque tumuli pertineant meridionales in gubernio Kursk, ubi novum quoque hominum genus incipere videatur, a meridionalis Russiae incolis prorsus diversum. Neque hoc obiici posse, quod deserta dicantur interposita inter Scythas et caeteras gentes magis septentrionem versus habitantes; cum ipsa Scytha-

3 ἕνδεκα. ἡ δὲ κατύπερθε τούτων ἐρῆμός ἐστι ἐπὶ πολλόν. μετὰ δὲ τὴν ἔρημον Ἀνδροφάγοι οἰκέουσι, 95
4 ἔθνος ἐὸν ἴδιον καὶ οὐδαμῶς Σκυθικόν. τὸ δὲ τούτων κατύπερθε, ἐρῆμος ἤδη ἀληθέως, καὶ ἔθνος
19 ἀνθρώπων οὐδὲν, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν. Τὸ δὲ πρὸς τὴν ἔω γεωργῶν τούτων Σκυθέων, διαβάντι τὸν Παντικάπην ποταμὸν, Νομάδες ἤδη Σκύθαι νέ- 1
μονται, οὔτε τι σπείροντες οὐδὲν, οὔτε ἀροῦντες· ψιλὴ δὲ δενδρέων πᾶσα αὕτη γῆ, πλὴν τῆς Ὑλαίης.
2 οἱ δὲ Νομάδες οὗτοι τὸ πρὸς τὴν ἔω, ἡμερέων τεσσέρων καὶ δέκα ὁδὸν, νέμονται χώρην κατατεί-

Iuxta Scythas Georgos ad orientem, Scythae Nomades, inter Panticapen et Gerrhum, regione lata XIV dierum iter.

---

rum terra minime fuerit culta ipsaque illa deserta illic incoeperint, quo undecim dierum navigatione, adverso Borysthene, perveniri potuerit.

μετὰ δὲ τὴν ἔρημον Ἀνδροφάγοι οἰκέουσι] De *Androphagis* conf. IV, 100. 106 ibiq. nott. In gubernio Smolensk gentem habitasse ponit Heeren. I, 2 pag. 277, nec valde discedunt, quae de sedibus huius gentis statuit Reichard. l. l. pag. 58. Rennel. l. l. pag. 414 ad ripam fluvii Prypetz in Russorum Polonia Androphagos collocat, adeoque in gubernio Minsk. Et sane ad hanc sententiam ducere videtur alter locus IV, 100.

Cap. XIX.

Νομάδες ἤδη Σκύθαι νέμονται κ. τ. λ.] Reichardo auctore pag. 28 regionem desertam, quae nunc *Nogaica* dicitur, hi Nomades tenuerunt. Idem statuit Völcker. Myth. Geogr. p. 180. — De *Hylaea* vid. nott. ad IV, 9; de *Panticape* nott. ad IV, 54.

ἡμερέων τεσσέρων καὶ δέκα ὁδὸν] Rennel. l. l. pag. 407, quocum facit Miot, alter Gallus Herodoti interpres, hunc diurnorum itinerum numerum esse probum negat, cum Scythae regii, accolae nomadum, a quibus non nisi Gerrho separati sint, meridiem versus usque ad Tauricam Chersonesum (IV, 20) pertinere dicantur, ita ut a Borysthene, a cuius ostio fere incipit Chersonesus, septendecim dierum itinere remoti esse nequeant. Quare *quatuordecim* dierum iter in *quatuor* dierum iter forsan commutandum esse suspicatur p. 409. In quam eandem sententiam observat quoque Reichard. l. l. pag. 27, mensuram dierum quatuordecim ab occidente ad orientem esse maiorem, quam quae e mappis geographicis sumi queat; itemque Völcker. l. l. pag. 180 spatium quatuordecim dierum convenire negat; ita ut vel errorem in his subesse statuamus necesse sit, vel alia certe minusque solita mensura Nostrum usum esse ponamus.

20 νουσαν ἐπὶ ποταμὸν Γέῤῥον. Πέρην δὲ τοῦ Γέῤῥου ταῦτα δὴ τὰ καλεύμενα Βασιλήϊά ἐστι, καὶ Σκύθαι οἵ ἄριστοί τε καὶ πλεῖστοι, καὶ τοὺς ἄλλους νομίζοντες Σκύθας δούλους σφετέρους εἶναι.
2 κατήκουσι δὲ οὗτοι, τὸ μὲν πρὸς μεσαμβρίην, ἐς

Trans Gerrhum, Scythae regii, [c. 56.] qui a meridie attingunt regionem Tauricam; ab aurora, fossam [c. 3.] et Cremnos, partim etiam Tanain:

ἐπὶ ποταμὸν Γέῤῥον] De *Gerrho* conf. IV, 20. 56. Plin. H. N. IV, 12 (26): „Gerrhus Basilidas et Nomadas separat.“ Quem Larcherus (in Tab. Geogr.) pro brachio Borysthenis habet, Danvillius (Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXXV p. 581) pro eo fluvio, cui nunc nomen *Molosznija - wodi.* In quem ipsum qui influit *Tokmak*, eum pro Gerrho haberi vult Gatterer (Abhandl. von Thracien etc., übersetzt v. Schlichthorst. Götting. 1800. 8. p. 19). Pluribus de hoc fluvio, quocum qui conveniat, nullus fere hodieque reperiatur, disputat Rennel. l. l. pag. 407, cuius argumenta repetiit Miot ad h. l. Gerrhum enim et ipse olim Borysthenis brachium fuisse suspicatur in Maeotin se exonerans: quod tamen, Borysthene ad occidentem magis magisque converso, paulatim aquâ detractâ ita exsiccatum fuerit, ut ad mare usque pervenire amplius non posset, sed in paludes, quales etiamnum ibi reperiantur, demergeretur. Quin hodieque eo ferme loco, quo Gerrhum mari se miscuisse credibile sit, plures inveniri rivulos, in lacum angustum Molocznoe confluentes, quem olim cum maris non valde remoti sinu quodam coniunctum fuisse probabile sit. Mannert. IV p. 96 fluvium *Calmium* esse *Gerrhum* statuit; pro fluvio *Molotschnyia* habet Reichard. l. l. pag. 51, pro fluvio, qui nunc vocetur *Moloczna* (qui idem atque Molotschnyia), quique tam prope accedens ad Borysthenem, ut pro uno eius brachio haberi possit, in Maeotin influat, habet Völcker. l. l. pag. 176 seq. At *Gerrhi regionem*, infra IV, 53 commemoratam non nisi ad Borysthenem superiorem quaerendam esse censet Heeren. Ideen etc. I, 2 pag. 275; quam Mannert. IV p. 80 collocat prope urbem Kiew eique oppositam et paulo magis septentrionem versus porrectam. Sed Tu conf. nott. ad IV, 53.

Cap. XX.

ταῦτα δὴ τὰ καλεύμενα Βασιλήϊά ἐστι] Intelligitur ea regio, quam *regii*, qui vocantur, *Scythae* obtinent, de quibus conf. IV, 6. Add. Tzschuck. ad Mel. II, 1 nott. exegg. pag. 53 seq. Vol. III P. II. Ac Niebuhr. Vermischte Hist. Schrift. I pag. 360, hic cogitandum putat de regione orientali desertorum, quae sunt circa fluvium Donetz ad Maeotidem usque porrecta itemque in ipsa Taurica. Illum enim fluvium, ab oriente Borysthenis delabentem, cum Olbiopolitae pro Borysthenis habuerint brachio, facile oriri po-

supra eos, Melanchlaeni, a Scythis diversi; ulterius, paludes et vasta omnia.

τὴν Ταυρικήν· τὸ δὲ πρὸς ἠῶ, ἐπί τε τάφρον, τὴν
δὴ οἱ ἐκ τῶν τυφλῶν γενόμενοι ὤρυξαν, καὶ ἐπὶ
τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος τὸ ἐμπόριον, τὸ καλέεται
Κρημνοί· τὰ δὲ αὐτῶν κατήκουσι ἐπὶ ποταμὸν Τά-
3 ναϊν. Τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορῆν ἄνεμον τῶν
βασιληΐων Σκυθέων οἰκέουσι Μελάγχλαινοι, ἄλλο
4 ἔθνος, καὶ οὐ Σκυθικόν. Μελαγχλαίνων δὲ

---

tuisse errorem, ita ut fluvium, qui revera in Tanain se infundat, in Maeotin exire putarint.

τὸ δὲ πρὸς ἠῶ] Conf. Matth. Gr. Gr. §. 437 not. 4. De *fossa*, quam commemorat Noster, diximus ad IV, 3. — In proxime seqq. pro *Μαιήτιδος* Mediceus, alii, exhibent *Μαιώτιδος*. Tu vid. nott. ad IV, 3.

Κρημνοί] Cf. IV, 110, ubi ad ditionem *Scytharum liberorum* hoc emporium pertinuisse dicitur. De ipsa voce conf. Hesych. s. v. II p. 345 ed. Albert. Unde differt, opinor, *Cremniscos*, cuius Plinius meminit H. N. IV, 12 (26). Ac videtur Mannerto IV p. 84 seq., ita omnino locus fuisse appellatus saxosus, qui ubi revera fuerit, vix accuratius definiendum, nisi quod prope Calmium fluvium fuisse videri statuas. Ritter. (Vorhalle pag. 156) in universum reddit: *Die Klippen.* Reichard. l. l. pag. 27 locum quaeri posse censet in vico *Stari-Krim* ad fluvium Calmium, non procul ab urbe *Mariupol.* — In proxime sequentibus quod Reiskio in mentem venerat scribere *τοὶ δὲ αὐτῶν* pro *τὰ δὲ αὐτῶν*, quod omnes tenent scripti libri, merito obloquitur Struve Spec. Quaest. I p. 12. Ipsa sententia minime dubia. Nam Scythas hosce vult partim etiam ulterius usque ad Tanain pertinere.

Μελάγχλαινοι] De hac gente conf. IV, 100. 102. 107, ubi ipsius nominis redditur ratio. Ac praeterea eam commemorant Stephanus Byz. s. v. (ex Hecataeo Milesio, cuius vid. fragmm. pag. 87 ed. Klausen.), Scylax in Peripl. §. 78. 79 (p. 286 sq. Tom. I ed. Gail.) ac Plinius H. N. VI, 5. Sedes in Russiae guberniis Nowgorod, Orel, Mohilew, Kursk, aliis proximis fuisse vult Rennel. pag. 413, quem sequitur Larcher. in Tab. Geogr. At Heeren. Ideen I, 2 pag. 277, quocum facit Mannert. IV p. 104 prope Moscuam habitasse statuit Melanchlaenos; qui cum Scythicae stirpis non fuerint, Scythicis quamvis utentes institutis (Herod. IV, 107), idem Heeren. cum Gatterer. eos ad Germanorum genus relatos vult non aliter atque Androphagos. Reichardum si audias l. l. pag. 58 *Melanchlaeni* a fluvio Wolchow usque ad Volgae primordia extendebantur, Herodotumque probabile est *Mologenos*, quos memorat Ptolem. VI, 14, atque hodiernum

τὸ κατύπερθε, λίμναι, καὶ ἐρῆμός ἐστι ἀνθρώπων, κατόσον ἡμεῖς ἴδμεν.

21 Τάναϊν δὲ ποταμὸν διαβάντι, οὐκέτι Σκυθική, ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη τῶν λαξίων Σαυροματέων ἐστί·

Trans Tanain; qui Scythiae terminus, primi Sauromatae, a

Mologa, quod et fluvii in Volgam se exonerantis et urbis ibi sitae nomen est, in unam Melanchlaenorum appellationem confudisse. De quibus ipse viderit vir doctus.

τὸ κατύπερθε, λίμναι] Lacûm *Ladoga* et *Onega* hic intelligi volunt Mannert. IV p. 104 atque Reichard. l. l. pag. 28: quod ipsum temerarium videtur Köppenio (Nordgest. d. Pont. pag. 17); sed magis adeo temerarium hoc, quod ad hos ipsos lacus Melanchlaenorum sedes a Rudbeckio constituantur.

Cap. XXI.

ἡ μὲν πρώτη τῶν λαξίων] Glossa Herodotea λάξιν exponit μερισμὸν, κλῆρον, i. e. *sortem, portionem terrae;* nec aliter fere Hesych. (T. II p. 424 coll. 467 Alb.) ac Suidas s. v. T. II pag. 415. Neque vero scribendum λᾶξις, sed λάξις, monente Schweighaeus. Et conf. Gregor. Corinth. de dial. Ion. § 139 ibique Koen. p. 534. Quare non intelligo, cur Gatterer. (Societ. Gotting. Commentt. XIV p. 31) λάξιν hic *portionem* significare neget, ipse interpretans *primam regionum.* — *Cr.* ad h. l. conferri vult Schönemann. Geogr. Argon. p. 36.

Σαυροματέων ἐστὶ] *Sauromatae* commemorantur IV, 57. 110. 116 coll. Pompon. Mel. II, 1, 15. I, 19, 140. (ubi vid. Tzschucke nott. exegg. Vol. III P. I pag. 642 seq. coll. ad III, 4. Vol. III P. III p. 106 seqq.) Unde colligit Rennel. pag. 415, quocum conf. Mannert. IV pag. 107, habitasse gentem intra Tanain s. Don atque Volgam, quâ parte uterque fluvius maxime sibi appropinquet, unde formetur Isthmus Zaritzyn, et probabiliter ad utramque ripam fluvii Hygrin, qui nunc vocetur Donetz. A meridie porriguntur deserta Astracana itemque regio Tanaiticorum Cosaccorum, qui nunc appellantur; a septentrione atque oriente Budini loca proxima Sauromatis tenent. Quae probans Larcher. in Tab. Geogr. s. v. sedes gentis incoepisse statuit, quâ Palus Maeotica fiat latior, indeque orientem et septentrionem versus quindecim dierum itinere patuisse. Ad Rennelii sententiam accedit quoque Heeren. Ideen I, 2 pag. 278, recte monens *Sauromatas* hic eosdem esse atque *Sarmatas**); quae gens tenuerit deserta a Cosaccis Tanaiticis nunc occupata adeoque fortasse partem desertorum Astracanorum septentrionem versus, ad eum usque locum,

*) Sic, uti hoc utar, Mela I, 19 *Sarmatis* ea tribuit, quae *Sauromatis* Herodotus. Tu conf. Tzschucke ad Mel. III nott. exegg. pag. 106 Gail. ad Geogr. minn. II pag. 402.

sinu Maeotidis boream versus, regione longa dierum XV iter: [c. 116.] supra Budini:

οἳ ἐκ τοῦ μυχοῦ ἀρξάμενοι τῆς Μαιήτιδος λίμνης, νέμονται τὸ πρὸς βορῆν ἄνεμον, ἡμερέων πεντεκαίδεκα ὁδὸν, πᾶσαν ἐοῦσαν ψιλὴν καὶ ἀγρίων καὶ
2 ἡμέρων δενδρέων. ὑπεροικέουσι δὲ τούτων, δευτέρην λάξιν ἔχοντες, Βουδῖνοι, γῆν νεμόμενοι

---

quo sibi maxime appropinquent Tanais ac Volga. Easdem Cosaccorum regiones meridionalesque gubernii Saratow tractus Sauromatas sive Sarmatas occupasse statuit Reichard. p. 29, ac multo antea Gatter. ap. Billerbeck. Difficill. As. etc. p. 23. *Cr.* his haec addidit: „De Sarmatarum originibus conf. Stanislai Siestrêncewicz de Bohuscz. Recherches historiques sur l'origine des Sarmates, des Esclavons et des Slaves. Petropoli 1812. 1813. Is circa annum 1455 a. Chr. n. per Scythas ex Assyria Mediaque delatos putat Sarmatas indeque ad Tanain fluvium; profectos autem in Europam Sarmatas esse iam ante Herodoti aetatem, transiisse Tanain plurimos anno 380 a. Chrn. n. adortosque esse incolas Scythiae Europaeae."

οἳ ἐκ τοῦ μυχοῦ ἀρξάμενοι τῆς Μαιήτιδος λίμνης, νέμονται τὸ πρὸς βορῆν ἄνεμον] *βορῆν* cum Gaisf. dedi pro *βορέην*. — Gatterer haec ita intelligit (Soc. Gotting. Comm. XIV p. 31), ut ab ostio fluminis Tanais (coll. Herod. IV, 100) Sauromatae incolant tractum, boream versus procurrentem, iuxta orientalem Tanais ripam.

ἡμερέων πεντεκαίδεκα ὁδόν] Sauromatarum terram boream versus per quindecim dierum itinera sive, quod idem est, per LXXV milliaria Germann., extendi negat Gatter. l. l. p. 32, cum Herodotus, ita forsan edoctus a Scythicis sive Graecis mercatoribus has regiones visentibus, Volgam, quam nimirum prorsus ignorarit, pro superiori Tanai habuerit ea potissimum parte, quâ Tanais, cursu maxime flexo et curvato, Volgae proxime accedere videatur.

δευτέρην λάξιν ἔχοντες] Pro *λάξιν* duo codd. *τάξιν*; quod ex interpretamento in textum fluxisse nemo non videt. Paulo ante cum Gaisf. rescripsi *τούτων* pro *τουτέων*, ut IV, 13. 37, alibi.

Βουδῖνοι] De *Budinis* conf. Herodot. IV, 22. 105. 108. 123, Mela I, 19 fin.: „Foecundos pabulo, et alia steriles nudosque campos tenent *Budini.*" [ubi conf. Tzschucke nott. critt. Vol. II P. I pag. 647 et nott. exegg. Vol. III P. I pag. 645 seq.] Ob quae loca Mannert. (Geogr. d. Gr. u. Röm. III pag. 9 seqq. 15 seqq. coll. 493. IV pag. 103. 108) sedes gentis collocat in regionibus a septentrione et oriente Galitiae ac Ludomiriae ad Vistulam usque versus mare Balticum; eodemque refert Butones apud Strab. VII

22 πᾶσαν δασέην ὕλῃ παντοίῃ. Βουδίνων δὲ κατύπερ-

---

p. 290 s. 445 A., qui Plinio H. N. IV, 14 sunt *Guttones* et Ptolemaeo *Batini*. Quin ulterius progressus *Budinos*, sive *Gelonos* pro *Germanis antiquissimis* haberi vult sive *Gothis*, quorum dux Odin sive Wodan. Quae nunc non magis disquirere vacat, quam Ritteri opinionem (Vorhalle p. 25 seq. 30. 153 seqq.), quà *Budini* Buddhae, Indici dei, habeantur cultores, ex Asia mediâ adeoque India huc delati. Bayer. in Opuscc. p. 88 ed. Klotz. Budinos et Gelonos ibi fere habitasse putat, ubi Palatinatus est Chelmensis et Brzestiensis in Polonia. A septentrione Sauromatarum, ultra Tanain habitantium, Budinorum sedes quaerendas esse monet Köppen. Nordgest. d. Pont. pag. 17. 68, ea fere in regione gubernii Woronjesh, ubi nunc oppidum *Bobrow* sive *urbs castorea*. Nec alia est sententia Rennelii pag. 416 et Ritteri (Erdkunde II p. 765. 766). In gubernii Astracani parte, quae ad fluvium Iaik vergit, Budinos collocat Billerbeck. Diffic. As. pag. 23; Heeren. (Ideen I, 2 pag. 278) in gubernio Saratow, et, gentem magnam et frequentem ulterius septentrionem orientemve versus productam existimare si liceat, in guberniis Pensa, Simbirsk, Kasan usque ad Perm et usque ad vicinitatem Norossi montis (s. Ural meridionalis). Adhuc enim iis in terris sylvas plurimas esse narrant, navibus fabricandis materiam suppeditantes. Non aliter Reichard. pag. 33. 59 Budinorum sedes, quo tempore Scythiam invaserit Darius, intra Tanain et Volgam fuisse statuit, in occidentali parte gubernii Simbirsk, in septentrionali parte gubernii Saratow regionibusque Pensa et Tambow. Quin nomina quaedam subiicit, in quibus antiquam gentis nomen adhuc cognosci queat. Coraës (ad Hippocrat. De aer. aq. et locc. T. II p. 313) secutus Büschingium, *Tartaros Budziacos* qui nunc vocantur, Budinorum vult posteros esse. Quibuscum conferenda, quae prius de his statuerat Gatterer. in Comm. Societ. Gott. XIV pag. 33, et Danvillius (Mém. de l'Acad. des Inscriptt. XXXV pag. 550 coll. 586), qui quae de Budinis ab Herodoto et hoc loco et potissimum infra IV, 108 referuntur, egregie convenire existimat cum iis, quae recentiores peregrinatores de Circassiorum regionibus et terra Kuban memoriae prodiderint. Ad Caucasi regiones tum erunt relegandi Budini: quemadmodum olim quoque Bayerus voluerat. At mihi Köppenii et eorum, qui ipsum secuti sunt, sententia, a qua nec Heerenii, nec reliquorum sententia valde recedit, praeferenda videtur. Cr. conferri vult Götting. Anz. 1823 nr. 75 pag. 747. Ubi ex historia Poloniae, quae auctore Bandtke prodiit Cracoviae 1822, inter alia hoc quoque refertur, Budinos pri-

supra hos ad boream, solitudo itineris octidui: post solitudinem ad subsolanum versus, Thyssa-

θε πρὸς βορῆν, ἔστι πρώτη μὲν ἐρῆμος, ἐπ' ἡμερέων ἑπτὰ ὁδὸν· μετὰ δὲ τὴν ἐρῆμον, ἀποκλίνοντι μᾶλλον πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον, νέμονται Θυσσαγέται,

---

mitus habitasse in Russiae meridionalis tractibus finitimos Sarmatiae Asiaticae, quae intra Volgam ac Tanain sita fertur, temporum decursu, aliis gentibus ex Asia interiori advenientibus, occidentem versus magis magisque processisse; esse vero Budinos eosdem atque *Wudinos* ac *Wenedos* (nos *Wenden* vocamus), nomine deducto a *Wenda*, s. *Wanda*, quod *aquam* (*unda, woda*) denotet, cum gentis sedes primitivae aquis, stagnis ac paludibus plenae fuerint. Quin *Gelonos* illic legimus eosdem esse atque Hyperboreos, quorum dona quotannis Delum missa fuerint. Idem *Cr*. conferri vult Interprett. ad Ammian. Marcell. XXXI, 2. 13 T. III p. 358 Wagn. — πᾶσαν δασέην ὕλῃ παντοίῃ. Pro ὕλῃ Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 474 suspicatur ἴδῃ. Tu vide IV, 109 ibique nott.

Cap. XXII.

ἔστι πρώτη μὲν ἐρῆμος, ἐπ' ἡμερέων ἑπτὰ ὁδόν] Eadem infra IV, 123. Observat autem De Guignes (Mém. de l'Acad. d. Inscriptt. XXXV pag. 546), intra Tanain et Volgam et quidem orientali in parte, ab urbe Astracan si rectà occidentem versus tendas, adhuc plura esse deserta; quarum unum hoc loco ab Herodoto probabiliter intelligatur. Quod desertum, auctore Gatterer. l. l. pag. 33 hodie vocatur *Iaikanum*, s. *Uralium* desertum, a Calmuccis *Naryn*, a Russis *Ryn-peski*. Mannert. IV pag. 109 de regione sabulosa trans Volgam circa lacum salsum, Elton, hic cogitandum esse suspicatur. Utut est, ad orientalem Volgae ripam haec deserta quaerenda esse, hic illic nunc ad agriculturam adhiberi coepta, pronuntiat Reichard. l. l. pag. 33. — Mox cum recentt. edd. exhibui ἀποκλίνοντι pro ἀποκλίναντι. Cf. III, 114. Verba πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον (in quibus ἄνεμον simili abundantia adiectum putamus, quâ in locutione illa, πρὸς βορῆν ἄνεμον IV, 7, similibus) valent: *Eurum*, *Subsolanum versus*, ut IV, 99. 152. VII, 188. Nam ὁ ἀπηλιώτης *subsolanus* est ventus, qui ab ortu aequinoctiali procedit. Nos: *Ostwind*. Cf. Salmas. Exercitt. Plinn. pag. 879 F., quo recte utitur Leopold. ad Plut. Sertor. 8. Coraes ad Hippocrat. De aer. aq. et locc. T. I p. LXIX. LXXXIII.

Θυσσαγέται] Vid. infra IV, 123 et Steph. Byz. s. v. p. 405 Berk. Apud Plinium H. N. IV, 12 (26). VI, 7 vocantur *Thussagetae*. Add. Pompon. Mel. I, 19, 141: „Iuxta Thyssagetae Turcaeque vastas sylvas occupant aluntur que venando;" ubi conf. de vocis scriptura Tzschucke in nott. critt. Vol. II P. I p. 648. Post De Guignes, qui l. l. pag. 546. 550 *Thyssagetas* ad utramque Volgae ripam in re-

ἔθνος πολλὸν καὶ ἴδιον· ζώουσι δὲ ἀπὸ θήρης. 3 Συνεχέες δὲ τούτοισι ἐν τοῖσι αὐτοῖσι τόποισι κατοικημένοι εἰσὶ τοῖσι οὔνομα κεῖται Ἰΰρκαι, καὶ

getae, viciniquc Iyrcae: horum venandi ratio: supra eos auroram versus, alii

---

gionibus planis terrae Captchac usque ad fluvium Ibi habitasse posuerat, exstitit Gatterer., qui loco supra laudato p. 34. Thyssagetas et Zyrcas terram Kirgisorum minoris Hordae, Herodoti certe aetate, tenuisse contendit. Qui idem apud Billerbeck. Difficill. As. pag. 25 de hoc Herodoti loco hunc in modum disputavit: „Supra Budinos inde a Samara fluvio usque ad fluvium Iaik et inde ad desertum VII dierum iter fuisse; ad cuius fines ab oriente ultra fluvium Iaik Thyssagetas incoluisse usque ad Iyrkas, qui vix usque ad Irgis fl. habitare potuere, verum ad Ilek fl. vel ad Uil campestribus insedisse videantur. Etsi in populis Nomadibus non adeo mirum foret, si usque ad fl. Irgis cognominem fere habitasse putentur.“ Atque altero loco, in Commentt. Societ. Gotting. XIV p. 36 pluribus utriusque gentis persequitur secessiones atque migrationes, quae posthac acciderint. Rennelio p. 416 seq. et Mannert. IV p. 109 Thyssagetae intra Tanain superiorem ac Volgam in gubernio Saratow sedes suas habuisse videntur; quae, auctore Heeren. Ideen I, 2 pag. 281, in gubernio Perm prope montem Ural ad fines Siberiae quaerendae sunt adeoque ulterius forsitan septentrionem versus, si quidem magna et frequens fuisse putanda est gens. Quo in eodem gubernio magna urbium rudera adhuc inveniri scribit Reichard. l. l. pag. 34, locum *Tyssowsk* fluviumque *Tschussowaja* ad *Thyssagetarum* nomen referens, quorum sedes ad fluvium Kama usque (cuius brachium fertur esse *Tschussowaja*) porrectae fuerint adeoque convenire videantur cum antiquo regno Biarmiae, de quo multa ferantur in Russorum historia. Atque ad gentis nomen Köppen. Nordgest. des Pont. pag. 18 revocat nomina *Thisse*, *Theisse*, sive, ut hodie Ungari atqui Slavi pronuntiant, *Tissa*, indeque etiam gentes non procul habitantes Gothorum. Quo eodem idem (pag. 95 l. l.) refert *Thisamatas*, quorum mentio fit in antiquo Olbiae psephismate nuper reperto, quorumque nomen, extremam vocis partem si spectes, comparari possit cum *Sauromatarum* atque *Iazamatarum* appellationibus.

ζώουσι δὲ ἀπὸ θήρης] De usu praepositionis ἀπὸ conf. II, 92 ibiq. nott. IV, 23. 46. 103, et quae plura dabit Fischer. ad Weller. III, 6 pag. 106.

Ἰΰρκαι] *Turcae* sunt Plinio ac Melae l. l.; quos iisdem ferme locis atque Thyssagetas habitasse vult Mannert. IV pag. 109 ad occidentem montis Ural. Quo prior De Guignes l. l. gentem Thyssagetis vicinam prope lacum Saissan collocat, in orientali parte regionis Captchac; *Iyrcas* vocari putabat Gatter.

Scythae, qui a regiis defecerunt.

4 οὗτοι ἀπὸ θήρης ζώοντες τρόπῳ τοιῷδε. λοχᾷ, ἐπὶ δένδρεον ἀναβάς· (τὰ δέ ἐστι πυκνὰ ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώρην·) ἵππος δὲ ἑκάστῳ, δεδιδαγμένος ἐπὶ γαστέρα κεῖσθαι ταπεινότητος εἵνεκα, ἑτοῖμός ἐστι, καὶ κύων· ἐπεὰν δὲ ἀπίδῃ τὸ θηρίον ἀπὸ τοῦ δενδρέου, τοξεύσας καὶ ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον

---

cuius sententiam paulo ante commemoravimus, a fluvio *Irgis*, qui gentis regionem tangat. Rennel. p. 437 si audias, intra fl. Iaik et Volgam circa Saratow consederunt Iyrcae sive Turcae sive Torgautae: quo nomine etiamnum Calmuccorum tribum in his regionibus palantem designari addit: etsi plures illic nationes nomadas fuisse, quarum nulla ad Herodotum pervenerit notitia, perquam sit probabile. Heeren. (Ideen I, 2 pag. 281. 307) potissimum ob verba cap. 24. Iyrcarum sedes ad occidentalem montis Ural partem quaerendas ratus, in huius ipsius radices ad fines Siberiae in gubernio Permensi Iyrcas consedisse arbitratur iisdem forsitan in regionibus, quas postea occuparint *Iugrii* (hodie vocantur *Woguleu*, *Ostiaken*), nisi potius pro una eademque habendi sint gente, quae mercatura insigni vel decimo quinto post Chr. n. saeculo floruit et multo antea iam floruisse putanda est. Reichard. l. l. pag. 35 Iyrcas in iisdem ferme sedibus collocat, quas nunc tenent Iurgusen-Iwanowsk, ad fluvium Iurgusen in gubernio Permensi ad orientem regionis Tyssowosk, ubi idem sedes Thyssagetarum posuerat. Quibus *Cr.* haec adscripsit. „Pro Ἴυρκαι coniicit *Τῦρκαι* Ioannes Potóki Comes in libro, qui inscribitur: Essai d'histoire universelle et recherches sur la Sarmatie, aliisque libris, quos super historia Poloniae Russiaeque edidit. Vid. Götting. gelehrt. Anz. 1817 nr. 93 pag. 921 — 923 seqq." Nec pauci fuere, qui inde *Turcarum* posteriorum originem repeti vellent; parum recte, ut satis ostendit copiosa de his Tzschuckii disputatio ad Melae l. l. in nott. critt. pag. 650. Vol. II P. I.

λοχᾷ] scil. ὁ θηρῶν, ut recte monuit Schweigh. Tu vid. I, 132 ibiq. nott. Ac pellium causa, quas ad Olbiam aliasque Graecorum colonias ad Ponti oram adveherent, unde in alias illae terras transportarentur, hanc venationem institutam fuisse, recte annotare videtur Heeren. Ideen I, 2 pag. 304.

ἑτοῖμός ἐστι, καὶ κύων] Canem Iyrcas statuit Köppen. Nordgestade etc. pag. 85 eodem habuisse loco, quo nunc vulgo per Europam vitae socium quasi assumant canem, animal domesticum. In seqq. verba καὶ ὁ κύων ἔχεται valent: *canis inhaeret vestigiis.* Vid. I, 134 ibique nott. Pro τετραμμένοι cum recentt. edd. dedi ἀποκλίνοντι.

5 διώκει, καὶ ὁ κύων ἔχεται. Ὑπὲρ δὲ τούτων, τὸ πρὸς τὴν ἠῶ ἀποκλίνοντι οἰκέουσι Σκύθαι ἄλλοι, ἀπὸ τῶν βασιληΐων Σκυθέων ἀποστάντες, καὶ οὕτω
23 ἀπικόμενοι ἐς τοῦτον τὸν χῶρον. Μέχρι μὲν δὴ τῆς τούτων τῶν Σκυθέων χώρης, ἔστι ἡ καταλεχθεῖσα πᾶσα πεδιάς τε γῆ καὶ βαθύγεος· τὸ δ' ἀπὸ
2 τούτου, λιθώδης τ' ἐστὶ καὶ τρηχέη. διεξελθόντι

Ultra hos, in radicibus montium Argippaei: describuntur a figura, lingua, cultu, victu, moribus, existimatione apud fini-

οἰκέουσι Σκύθαι ἄλλοι] Rennel. p. 437 hos Scythas in desertis, quae nunc pertinent ad hordam mediam et minorem Kirgisorum, collocat; gubernii Oremburgici partem eos habitasse vult Billerbeck l. l. p. 25. Et voluntariam hanc eorum migrationem fuisse e voce *ἀποστάντες* quodammodo colligi posse putat Heeren. Ideen I, 2 pag. 302; qua certe vix aliud illi spectarint, nisi ut coloniam s. sedem novam ea mercaturae in viâ conderent, quae ab ora Ponti coloniisque ibi conditis ad interiores Asiae plagas montesque Ural et regiones ulterius sitas duceret.

Cap. XXIII.

πεδιάς τε γῆ καὶ βαθύγεος] Vocem *πεδιάς* et hoc loco et infra IV, 47 obviam, adiectivum esse monet Gail. (Geogr. minn. III p. 243) alia quoque haud pauca afferens adiectiva in eandem syllabam terminantia. *βαθύγεος* exhibui cum Gaisf., probante Schweigh., qui tamen in textu retinuit *βαθύγεως*, quod minus Ionicum esse volunt. Cf. IV, 126. Recte tradi haec notat Gatterer. Comm. Societ. Gotting. XIV pag. 5, cum via a Volga inde ducat per valles nunc quoque aeque amoenas atque frugiferas.

λιθώδης τ' ἐστὶ καὶ τρηχέη] Hoc ad montanas regiones, quae ab oriente gubernii Saratow incipiant, referri vult Maltebrun. Annall. d. Voyag. II pag. 372. At De Guignes (Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. XXXV p. 551) hic cogitarat de desertis *Chamo*, longe lateque extensis, quae Sinam euntibus perlustranda sint. De quo mox videbimus. Nunc afferamus duos locos huc cum maxime facientes, alterum Melae I, 19 fin., [ubi nunc conf. Tzschucke nott. exegg. Vol. III P. I p. 646 coll. nott. critt. p. 651 Vol. II P. I.] qui postquam Thyssagetas Turcasque memoraverat, eum in modum pergit: „Tum continuis rupibus late aspera et deserta regio, ad *Arymphaeos* usque permittitur. His iustissimi mores; pro domibus nemora, alimenta baccae, et maribus et foeminis nuda sunt capita. Sacri itaque habentur: adeoque ipsos nemo de tam feris gentibus violat, ut aliis quoque ad eos confugisse pro asylo sit.“ Alter Plinii est locus H. N. VI, 14 (13): „— Ibique *Arimphaeos* quosdam accepimus, haud dis-

timos: arbor Ponticum: succus ex eius fructu, Aschy.

δὲ καὶ τῆς τρηχέης χῶρον πολλὸν, οἰκέουσι ὑπώρεαν οὐρέων ὑψηλῶν ἄνθρωποι λεγόμενοι εἶναι πάντες φαλακροὶ, ἐκ γενεῆς γινόμενοι, καὶ ἔρσενες

---

similem Hyperboreis gentem. Sedes illis nemora, alimenta baccae, capillus iuxta foeminis virisque in probro existimatur: ritus clementes. Itaque sacros haberi narrant inviolatosque esse etiam feris accolarum populis: nec ipsos modo, sed illos quoque, qui ad eos profugerint.“ Quae ipsa magnam partem ex Herodoto videntur esse hausta. Quinam vero hi ipsi sint montes, ad quorum radices habitare dicatur gens, *Argippaeorum*, sive *Arymphaeorum* nomine insignita, si quaeramus, De Guignes l. l. hìc agi putat de montibus altioribus, qui Sinam a septentrione atque oriente cingant, quorumque ad radices Argippaeorum fuerint sedes, ultra deserta Chamo. Et convenire cum populo Sinae ea subiicit, quae Herodotus de huius gentis moribus victuque memoriae prodiderit. Neque vero de Sinae populo hic cogitari posse, recte statuere videtur Danvill. l. l. p. 588 sq., qui Argippaeos societatem quandam Brachmanum s. Lamas, ut vocantur, fuisse suspicatur. Quo eodem fere modo nostra aetate Ritter. Erdkunde II p. 691 coll. 765. 892 Argippaeos pro Serica quadam natione habet, quae mercaturae fuerit dedita, vel pro tribu quadam sacerdotali omnium iustissima maximeque pia. Quo rectius, opinor, alii de *Calmuccis*, s. *Mongolis* hic cogitandum esse statuunt. Inter quos Gatterer. (ap. Billerbeck. Diffic. As. pag. 26. Commentt. Societ. Gotting. XIV pag. 6. 42) Argippaeos, quos pro Calmuccis habet maioribusque Hunnorum, ad montis *Imai* radices septentrionem versus in terra *Soongaria* (quam hodie occupent Soongari, Calmuccorum gens,) insedisse statuit. Rennel. pag. 437 seq., sedes genti assignat in terra magna hordae Kirgisorum, ubi montium tractus, nomine *Arga*, in gubernio Oremburg. Nec aliter fere Heeren. Ideen I, 2 pag. 282 coll. 299. 300, montes ab Herodoto commemoratos ad montem Ural spectare ratus, *Argippaeos* pro *Calmuccis* habet, qui ad Mongolos pertineant, et probabiliter in occidentali Mongoliae parte, in ea, quae nunc Kirgisorum est, regione, habitarint. Nam in eos unos convenire addit, quae hoc loco de Argippaeorum moribus ac vivendi genere tradantur. Quae cum ita sint, Bohlen. (Indien. I pag. 100) h. l. in universum Mongolos indicari haud iniuria statuere videtur. Ac denique Reichard. l. l. pag. 35 Argippaeorum vestigia arbitratur cognosci in fluvio *Archipowka*, quod brachium esse fertur fluvii Tschussowajae in gubernio Perm.

φαλακροὶ, ἐκ γενεῆς γινόμενοι] Eadem de Arimphaeis

καὶ θήλεαι ὁμοίως, καὶ σιμοὶ, καὶ γένεια ἔχοντες μεγάλα· φωνὴν δὲ ἰδίην ἱέντες· ἐσθῆτι δὲ χρεώμε-
3 νοι Σκυθικῇ· ζῶντες δὲ ἀπὸ δενδρέων. ποντικὸν 291

Mela ac Plinius l. l. ἐκ γενεῆς eodem modo infra III, 33; ut minime opus, e Florentino codice reponere ἐκ γενετῆς. Calvitii causam, quam Zenobius V, 25 ad aquam, qua fruantur, reiicit, Ritter. Erdkunde II p. 892 seq. Vorhalle pag. 292 ex eo more repetit, quo per omnem orientem sacerdotes antiquissimi Buddhae caput tondere soliti fuerint. Nam Argippaeos pro sacerdotali tribu ab eo haberi modo vidimus. Sed quomodo haec cum Herodoti verbis ἐκ γενεῆς γενόμενοι conciliari queant, equidem non exputem. Ad *Sinae* incolas retulerat De Guignes l. l. pag. 553. Nos cum aliis de *Calmuccis* cogitare malumus: quae eadem est sententia Maltebrunii (Annall. d. Voyag. I pag. 372) observantis, monachos Calmuccorum (ghélongs vocantur) integrum sibi caput radere ipsosque infantes sacerdotio destinatos radi simulatque provenerint capilli.

καὶ σιμοὶ, καὶ γένεια ἔχοντες μεγάλα] i. e. *simo sunt naso mentoque oblongo*, sive *praelongo*. Nos: „*Sie haben Stumpfnasen und ein langes Kinn*," sive, ut Heerenii utar verbis l. l., „*Sie haben eingedrückte Nasen und grosse Kinnbacken*." Quae de Calmuccis aptissime dici nemo non videt. Quare haud accedere possum ad Schweighaeuseri opinionem, qui, postquam prius τὰ γένεια de *mento* interpretatus erat, postea in Lex. Herod. s. v. videndum esse scribit, ne *barbas prolixas* hic dixerit auctor, quo magis mira foret res, quod *capita* quidem *calva*, sed *prolixas* illi habuerint *barbas*. Atque sic μέγαν πώγωνα de *prolixa barba* inveniri I, 175. VIII, 104 idem monet. Sed hoc loco γένεια de *barba* num intelligi possit, quamquam sic positum videtur VI, 117, equidem vehementer dubito, nec ullam video causam, cur a vulgata, quam secutus sum, interpretatione discedam. Mannertum IV p. 110 *ingentia membra virilia* hic intelligi existimantem minime morabimur.

φωνὴν δὲ ἰδίην ἱέντες] i. e. *propria*, *peculiari utuntur lingua* eaque igitur diversa a reliquorum Scytharum lingua, quibus, ut in aliis, ita in vestitu sunt similes. Ad Sinenses, quorum lingua quantum a reliquis et Asiae et Europae linguis abhorreat nemo nescit, haec refert De Guignes l. l. Nos ad Calmuccos, ut reliqua, quae hic enarrantur, referimus.

ζῶντες δὲ ἀπὸ δενδρέων] Refero huc *alimenta baccae* apud Melam ac Plinium l. l. Ac vegetalibus, quae dicuntur, unis Calmuccorum monachos vesci testatur Maltebrun. l. supra laud.

ποντικὸν μὲν οὔνομα τῷ δενδρέῳ] „Si *corylum* [*Hasel-*

μὲν οὔνομα τῷ δενδρέῳ ἀπ' οὗ ζῶσι, μέγαθος δὲ κατὰ συκέην μάλιστά κῃ· καρπὸν δὲ φορέει κυάμῳ
4 *ἴσον, πυρῆνα δὲ ἔχει. τοῦτο ἐπεὰν γένηται πέπον,*

---

staude] intelligit, cuius fructus *avellana sylvestris* [*Haselnuss*] veteribus vulgo *nux Pontica* dicebatur, mireris quid sit quod succum e fructu expressum *nigrum* dicat. Quid sit vero, quod Mannert. IV pag. 110 quaerat: *arborne Pontica* intelligi *cedrus Siberica* debeat, ipse viderit." *Schweigh.* Nucum cultura cum per mediam Asiam valde esset propagata pluresque earum ferrentur species Ritter. Erdkunde II pag. 831 de *nucis* quadam specie hic cogitandum esse statuit. At, optime monente Heeren. Ideen I, 2 p. 283, hic intelligitur *Prunus Padus* Linn. (*Vogelkirsche*), cuius baccas atras in lacte coquunt Calmucci coctaque cribro cernunt; unde quae profluxere, ea denuo coquunt, ut solida inde existat massa, quam vocant *Moisun Chat;* cuius vel exiguam partem aquâ si solveris, ius inde fit maxime nutriens. Quae cum ita sint, neque de *iuglande* (*Wallnussbaum*) cogitandum, quae, ipso teste Reichardo l. l. pag. 28, in his ipsis Calmuccorum regionibus haudquaquam invenitur, neque de Sinensi quadam arbore ficis simili, cui nomen *li-tchi*, in provinciis Fo-kien, Kuang-tung et Kuang-si, prouti statuit De Guignes l. l. pag. 554.

ἀπ' οὗ ζῶσι] E Florentino libro unoque Parisino dedi *ἀπ' οὗ* pro *ἀπὸ τοῦ*, probante Struve l. l. I pag. 2. 32 seq. 35, cum apud Herodotum praepositio, quae apostrophum pati potest, ultimam vocalem amittat et relativi formam a consonante incipientem aspernetur. Qui idem Struve l. l. pag. 22 de asyndeto in his verbis consulendus. De usu praepositionis *ἀπὸ* cf. nott. ad IV, 22. Respexit Herodotea verba Athen. II pag. 57 C.

μέγαθος δὲ κατὰ συκέην μάλιστά κῃ] i. e. *magnitudo huius arboris eadem ferme est quae fici.* De usu praepositionis *κατὰ* conf. I, 121. II, 10. In sqq. *πυρῆνα* intellexit *nucleum, granum.*

τοῦτο ἐπεὰν γένηται πέπον, σακκέουσι ἱματίοισι] i. e. *qui fructus quando maturuit, pannis eum percolant.* *τοῦτο* ad *καρπὸν* referendum, haud insolita sensus, quae vocatur, structura. Pro *ἱματίοισι* scribere *ἠθανίοισι* (i. e. *cribris*), ut quidam voluit, minime opus. — *σακκέουσι* omnes praebent codd.; *σακεύουσι* Photius et Suidas; itemque ex Herodoto *σακεύειν τὸ ὑλίζειν* (i. e. *percolare, saccare*) citat Eustathius ad Homer. Il. XIII p. 940, 17 s. 914, 10. Bekker. Anecdd. I p. 113, 32. Valckenaerio auctore veteres dixerunt *σακέειν* et *σακίζειν*, recentiores *σακκεῖν* et *σακκίζειν;* qui idem conferri

σακκέουσι ἱματίοισι· ἀποῤῥέει δ' ἀπ' αὐτοῦ παχὺ καὶ μέλαν· οὔνομα δὲ τῷ ἀποῤῥέοντί ἐστι ἄσχυ.
5 τοῦτο καὶ λείχουσι, καὶ γάλακτι συμμίσγοντες πίνουσι· καὶ ἀπὸ τῆς παχύτητος αὐτοῦ τῆς τρυγὸς παλάθας συντιθέασι, καὶ ταύτας σιτέονται. πρόβατα γάρ σφι οὐ πολλά ἐστι· οὐ γάρ τι σπουδαῖαι
6 νομαὶ αὐτόθι εἰσί. Ὑπὸ δενδρέῳ δὲ ἕκαστος κατοίκηται· τὸν μὲν χειμῶνα, ἐπεὰν τὸ δένδρεον περικαλύψῃ πίλῳ στεγνῷ λευκῷ· τὸ δὲ θέρος, ἄνευ

---

iubet Salmas. ad Solin. p. 148 A. et Casaubon. ad Athen. II, 16. [49 T. I p. 386 Schweigh.] Schaeferus in Herodoti textu exhibuit σακέουσι. Nos librorum scriptorum auctoritatem secuti retinuimus σακκέουσι; cuius verbi sensum vix recte assecutum esse putem Heeren. l. l. sic interpretantem: „*sie schütten sie in Säcke.*“ Lange reddidit: „*sie pressen sie aus in einem Sack von Zeug.*“

ἄσχυ] Vocem *aski* apud Tartaros ac Mongolos acerbum quid (*aigre*) significare auctor est Maltebrun. Annall. d. Voyag. II p. 373; quod ipsum eos, a quibus haec Aristeas atque Herodotus acceperint, pro fructus cuiusdam liquore cepisse vult.

παλάθας συντιθέασι] Glossa Herodotea: παλάθας· λέγεται καὶ ἐκ τρυγὸς πλάσματα· κυρίως δὲ ἡ τῶν σύκων ἐπάλληλος θέσις, ubi vid. Wesseling. Intellexit Noster, si quid video, *massam solidam*. Namque, monente Wesseling. ad Diodor. XVII, 67, veteres ficos, pruna, alia id genus, quae siccaverant, in massam solidam densare variasque hinc formas effingere solebant, quas παλάθας vocabant. — De forma συντιθέασι conf. Matth. §. 210, 2. πρόβατα quae dicantur, annotavimus ad I, 133. Ad locutionem σπουδαῖαι νομαὶ conf. IV, 198.

πίλῳ στεγνῷ λευκῷ] Quae vulgo vertunt: *mit einem dichten weissen Filz*. Nam πῖλος hoc loco non *pileum* designat, sed *tegmen coactile e lana*, ut notat Wesseling. Hippocratem citans De aer. et aq. §. 93 p. 291 (ubi nunc vid. Coraës, de ipsa re pluribus disputans pag. 273 seqq.). Et conf. ipsum Herodotum IV, 73. 75. στεγνὸς, quod ipsum in Hippocratis l. l. ex egregia Hemsterhusii emendatione nunc legitur, est *firmus*, *densus*, *solidus*. Invenitur apud Diodor. XVIII, 25, ubi Wesseling. laudat Diodor. XX fin. et Euripid. Cyclop. 323. — Ad loci argumentum observat Heeren. Ideen I, 2 pag. 283 videri Herodotum palos, super quos sternuntur tentoria, pro arboribus, quibus sane illi similes sunt, habuisse, cum regio ista arboribus revera prorsus careat. Neque omnino eam gentis partem, quam Herodotus norit,

7 πίλου. Τούτους οὐδεὶς ἀδικέει ἀνθρώπων· ἱροὶ
γὰρ λέγονται εἶναι· οὐδέ τι ἀρήϊον ὅπλον ἐκτέαται.
8 καὶ τοῦτο μὲν, τοῖσι περιοικέουσι οὗτοί εἰσι οἵ τὰς
διαφορὰς διαιρέοντες· τοῦτο δὲ, ὃς ἂν φεύγων
καταφύγῃ ἐς τούτους, ὑπ᾽ οὐδενὸς ἀδικέεται. οὔ-
νομα δέ σφί ἐστι Ἀργιππαῖοι.

24 Μέχρι μέν νυν τῶν φαλακρῶν τούτων,

---

ditiorem atque ampliorem videri fuisse, ut quae sane tum iisdem locis, in quibus nunc versetur, cum armentis suis palata fuerit.

ἱροὶ γὰρ λέγονται εἶναι] Propter haec verba potissimum Argippaeos pro tribu sacerdotali Indica haberi vult Ritter. l. l. Et sane hoc ex loco quodammodo colligi posse videtur Heerenio l. l. p. 312, valuisse olim gentis quandam per classes sive tribus (Casten vulgo appellant) descriptionem, Argippaeosque inter Calmuccos sive Mongolos pro istiusmodi tribu sacerdotali, prae caeteris insigni indeque etiam ad lites dirimendas adhibita habendos esse. Ad Sinenses hoc quoque, ut reliqua fere omnia, refert De Guignes l. l. pag. 554 seq.

οἵ τὰς διαφορὰς διαιρέοντες] i. e. *ii sunt, qui finitimorum lites dirimunt tanquam arbitri.* Sic διαιρεῖν, notante Valcken., in Polluc. VIII, 8, Aristoph. Ran. 1132, alibi. Tales autem hic lites intelligendas esse docet Heeren. l. l. p. 312, quales in mercibus permutandis inter gentes mercaturae causa confluentes (conf. nott. ad IV, 24) oriri soleant. Vocem διαφορὰν hinc laudat, monente *Cr.*, Coraes ad Aelian. V.H. II, 21 pag. 293.

ὃς ἂν φεύγων καταφύγῃ] Pro καταφεύγων cum recentt. dedi φεύγων, quod Sancrofti liber unus suggerebat, dudum iubentibus Valcken. et Porsono ad Euripid. Phoeniss. 1231, ubi vir doctus alios attulit locos similes, in quibus verbo simplici, quo conatus indicatur, adiectum reperitur compositum, effectum commonstrans. Infra V, 95: αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει.

οὔνομα δέ σφί ἐστι Ἀργιππαῖοι] Duo codd. Ὀργιεμπαῖοι, Zenobius Prov. V, 25 Ὀργιέμπεοι; quod genuinum nomen esse negans Gatterer. (Comm. societ. Gott. XIV p. 13), cum populi tamen more sub arboribus vivendi convenire ait, cum arbor apud Calmuccos vocetur *Urga;* ut sane *Orgiempaei*, s. *Urgiempaei*, i. e. sub arboribus degentes haud male dici queant Calmucci, quorum tuguria, artificiosius quamvis exstructa, minime tamen ab Orgiempaeorum ratione habitandi differant. Apud Melam l. l. dicuntur *Arymphaei*, apud Plinium l. l. *Arimphaei.* Equidem nil discerno.

πολλὴ περιφάνεια τῆς χώρης ἐστὶ, καὶ τῶν ἔμπροσθεν ἐθνέων. 2 καὶ γὰρ Σκυθέων τινὲς ἀπικνέονται ἐς αὐτοὺς, τῶν οὐ χαλεπόν ἐστι πυθέσθαι, καὶ

Commeatus e Scythia et ex Ponto ad illos: a Scythis negotia ibi geruntur VII interpretibus.

Cap. XXIV.

πολλὴ περιφάνεια τῆς χώρης ἐστὶ] i. e. *multa terrae cognitio est*, s. *satis cognita haec est regio.* Citat Wessel. Isaeum De Apollod. hered. p. 66, 17; [p. 178 Reisk.] quo ex eodem scriptore Larcher. affert De Ciron. hered. p. 71, 8, [p. 209, 6 Reisk.] itemque e Demosthen. I contr. Stephan. p. 622, 2. [p. 1102, 2 Reisk.]

καὶ γὰρ Σκυθέων τινὲς ἀπικνέονται ἐς αὐτούς] Quibus verbis et sequentibus contineri observat Heeren. Ideen I, 2 p. 299. 303 (quocum conf. Maltebrun. Annall. d. Voyag. II pag. 374) descriptionem mercaturae, quae inde a Graecis Ponti accolis trans montem Ural regionesque a Caspii maris septentrione sitas in interiorem usque Mongoliam instituta fuerit (nos vocamus *Caravanenhandel*) simulque viae indicationem, quam mercatores a Graecis inde Ponti coloniis ad has interioris Asiae plagas facere consueverint; cui mercaturae faciundae Scythas, quippe nomadas necessarioque instructos pecore ad merces per deserta transportandas, aptissimos fuisse idem subiicit. A Borysthenis ostio urbeque Olbia profecti, trans montem Ural ad Calmuccos usque penetrarunt, itinere ita instituto, ut primum Hylaeam regionem transgressi Asovici maris s. Maeotidis oram legerent usque ad Tanain, dein Astracana deserta intrarent, unde septentrionem versus per Sarmatarum terram ad Budinos Gelonosque pervenirent, mox vero, ad orientem magis conversi per septem dierum deserta ad Thyssagetarum et Iyrcarum regiones, ubi Siberiae sunt fines, accederent; e quibus, Nerossum montem eo fere loco, quo nunc iacet Oremburg, transgressi, in Kirgisorum et Calmuccorum deserta, qui itinerum finis fuisse videtur, pervenere. Nam ultra Argippaeos (quos *Calmuccos* esse supra diximus) iter minime continuasse videntur illi mercatores, unde sua accepit Herodotus: quamquam ipsius mercaturae fines minime illic ponendos esse bene concedimus Heerenio l. l. p. 309, quippe cum illic tantum convenisse videantur undique profecti mercatores, merces suas quique permutaturi. Neque vero pelles tantum advectas esse, quamquam in iis praecipua mercaturae pars, quo magis Ponti accolae ob acrius frigus coelique intemperiem (cf. IV, 28 ibiq. nott.) pellibus indiguerint; quin ipsum aurum e mediae Asiae desertis Indiaeque montibus auriferis allatum videri monet idem Heeren. l. l. Ac memoratu dignum, hodieque eadem fere via pellium mercaturam institui, quâ antiquitus

Ἑλλήνων τῶν ἐκ Βορυσθένεός τε ἐμπορίου καὶ τῶν
3 ἄλλων Ποντικῶν ἐμπορίων. Σκυθέων δὲ οἳ ἂν
ἔλθωσι ἐς αὐτούς, δι' ἑπτὰ ἑρμηνέων καὶ δι' ἑπτὰ
25 γλωσσέων διαπρήσσονται. Μέχρι μὲν δὴ τούτων
γινώσκεται. τὸ δὲ τῶν φαλακρῶν κατύπερθε οὐ-
δεὶς ἀτρεκέως οἶδε φράσαι· οὔρεά τε γὰρ ὑψηλὰ
2 ἀποτάμνει ἄβατα, καὶ οὐδείς σφεα ὑπερβαίνει. οἳ 292
δὲ φαλακροὶ οὗτοι λέγουσι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέ-
γοντες, οἰκέειν τὰ οὔρεα αἰγίποδας ἄνδρας·

Quod ultra est ad septentrionem, id montes praecludunt: incolae montium, capripedes: transmontanorum somnus semestris. Post Argippaeos ad orientem, Issedones.

---

hoc factum fuisse e Herodoto colligimus; quin Christi doctrinam ad gentes illas olim eâdem viâ allatam fuisse observat Ritter. Erdkunde II p. 623.

ἐκ Βορυσθένεός τε ἐμπορίου] Conf. nott. ad IV, 17.

δι' ἑπτὰ ἑρμηνέων καὶ δι' ἑπτὰ γλωσσέων διαπρήσσονται] Quod Heeren. Ideen I, 2 p. 302, coll. I, 1 p. 123, ita intelligit, ut per septem gentes alia lingua utentes mercatores Scythici Graecive iter fecerint totidemque inde etiam interpretibus indiguerint. Quas septem gentes non alias videri vult atque Taurios, Sarmatas, Budinos, Gelonos, Thyssagetas, Iyrcas et Argippaeos.

Cap. XXV.

οὐδεὶς ἀτρεκέως οἶδε φράσαι] Plane eodem modo loquitur IV, 16 coll. I, 57. Pro *τουτέων* et hoc capite et cap. 24 init. 25 fin. 27 init. 31 cum Gaisf. et Matth. dedi *τούτων*. Ad *γινώσκεται* ex antecedentibus suppl. *ἡ χώρη*.

οὔρεά τε γὰρ ὑψηλὰ ἀποτάμνει] Particulam *τε*, quae vulgo abest, e duobus libris cum Gaisf. inserui. Ad *ἀποτάμνει* suppleri potest *αὐτούς*, s. *τὴν χώραν*, ita ut montes illi *dissecare*, s. *disterminare* terram viamque praecludere dicantur. Cf. I, 72. Indicari autem h. l. montes *Altai*, ut nunc vocantur, Siberiam a meridie terminantes optime monuit Heeren. Ideen I, 2 pag. 284, itemque Gatterer. in Commentt. societ. Gotting. XIV p. 7. Nec aliter Völcker. Myth. Geogr. p. 191.

οἰκέειν τὰ οὔρεα αἰγίποδας ἄνδρας] Similia portenta, notante Wesseling., refert Strabo I p. 43 s. 73. Quae Herodotus pro fictitiis, nec ulla fide dignis habere videtur, in iis veri quid latere cum putarent viri docti nostrae aetatis, hoc ipsum quale sit, studiosius investigarunt. Atque iam De Guignes (Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXXV p. 557 seq.) hic agi statuit de gente, quae a pernicitate, quâ insignis fuerit, hoc nomen *Aegipodum* tulerit, inque montibus a Sinae ac Tartariae septentrione sedes suas habuerit. Quocum convenit quodammodo Larcheri opinio, *capripedes homines* figurate hic eos dici statuentis, qui caprarum ad instar montes

ὑπερβάντι δὲ τούτους, ἄλλους ἀνθρώπους, οἳ τὴν ἑξάμηνον καθεύδουσι. τοῦτο δὲ οὐκ ἐνδέκομαι τὴν 80 ἀρχήν. Ἀλλὰ τὸ μὲν πρὸς ἠῶ τῶν φαλακρῶν γι-

---

praeruptos saxaque conscendant. Gatterer. l. l. p. 8 *capripedes* fuisse contendit grallatorum sive colobathrariorum genus, qui quo securius per ardua et abrupta montium ambulare possent, ferramentis vel lignis etiam hirsutas pedibus adaptaverint; ut adeo parum absimiles fuerint Caucasi accolis, de quibus Strabo XI p. 506 s. p. 772 B. Quin *ovium genus*, quod *Argali* vocant (Steinschafe) num hic intelligi possit, quaerit Mannert. IV p. 113. Mihi satius videtur cum Heerenio Ideen etc. I, 2 pag. 284 talia referre ad fabulas, quae de ultimis Asiae mediae et septentrionalis ac sigillatim Siberiae regionibus incolisve ferebantur ac per Graeciam spargebantur. Ad Siberiam haec quoque referenda censet Maltebrun. Annall. d. Voyag. II pag. 373.

ὑπερβάντι δὲ τούτους] De participii structura conf. II, 11. 29.

ἄλλους ἀνθρώπους, οἳ τὴν ἑξάμηνον καθεύδουσι] i. e. *qui sex per menses dormiunt.* Ubi vulgo supplent περίοδον. Conf. Lamb. Bos. De ellipss. Gr. p. 382 coll. pag. 545. Spectat huc Eustath. ad Dionys. Perieget. 581. Ad argumentum loci recte ita scribit Gatterer. l. l.: „hoc nemini hodie incredibile poterit esse, qui, qualis sit Lapponum nostrorum vitae ratio, haud ignoraverit.“ Ac veri quid hac in fabula vere Siberica subesse bene vidit Heeren. l. l. pag. 284. 307 coll. Mannert. IV p. 113. Bredow. Specim. Uranolog. pag. XVI et Rennel. p. 443. Ubi enim tempore hiberno omnis quasi natura dormire videtur, quid mirum, ipsos homines sex mensium spatio parietibus inclusos et continua fere noctis caligine, non nisi lunae sive aurorae borealis luce subinde collustratae, pressos, dormientes dici sex per menses? Quae cum ita sint, de Siberiae incolis haec intelligenda esse, recte statuit Völcker. Myth. Geogr. I pag. 191. — In sqq. τὴν ἀρχὴν valet *omnino, prorsus*, ut III, 16. IV, 28. 29, alibi.

Ἀλλὰ τὸ μὲν πρὸς ἠῶ — Ἰσσηδόνων οἰκεόμενον] i. e. „*sed eam regionem, quae ab oriente calvorum hominum sita est, satis certo accepimus ab Issedonibus incoli.*“ Ἀτρεκέως cum Schweigh. et Gaisf. inserui, cum a pluribus libris abesset. Neque recepit Matthiae, cum sane facile oriatur suspicio, ex iis verbis, quae capitis initio leguntur (οὐδεὶς ἀτρεκέως οἶδε φράσαι), vocem huc intrusam esse. In seqq. αὐτῶν τούτων cum Gaisf. et Matth. scripsi pro αὐτέων τουτέων. *Issedones* commemorantur I, 201 (ubi vid. nott.). IV, 13. 26 itemque apud Ptolem. VI, 15, 16, qui tres huius nominis gentes distin-

νώσκεται ἀτρεκέως, ὑπὸ Ἰσσηδόνων οἰκεόμενον· τὸ μέν τοι κατύπερθε πρὸς βορῆν ἄνεμον, οὐ γινώσκεται, οὔτε τῶν φαλακρῶν, οὔτε τῶν Ἰσσηδόνων, εἰ
26 μὴ ὅσα αὐτῶν τούτων λεγόντων. Νόμοισι δὲ Ἰσσηδόνες τοιοισίδε λέγονται χρᾶσθαι. Ἐπεὰν ἀνδρὶ ἀποθάνῃ πατὴρ, οἱ προσήκοντες πάντες προσάγουσι πρόβατα· καὶ ἔπειτα ταῦτα θύσαντες, καὶ καταταμόντες τὰ κρέα, κατατάμνουσι καὶ τὸν τοῦ δεκομένου τεθνεῶτα γονέα· ἀναμίξαντες δὲ πάντα τὰ

Issedonum pietatis ultima officia; mores iusti; feminae viriles.

---

guit, et apud Pompon. Mel. II, 1, 15. 85, ubi *Essedones* vocantur. Ex Hecataeo Milesio *Issedones*, Scythiae gentem, affert Stephan. Byzant. s. v. (p. 92 fragmm. Hecat. ed. Klausen.). *Calmuccis* hanc gentem accenseri a Rennelio, supra ad I, 201 diximus. Quae eadem etiam Gattereri videtur sententia, pluribus exposita in Comment. Soc. Gott. XIV p. 11 sq., coll. apud Billerbeck. Difficill. Asiae pag. 28, ubi Issedonum sedes in terra a *Karakalpakis* habitata collocat. In interioribus Mongoliae magnae tractibus, ubi nunc terra *Soongarey*, Issedones ponit Heeren. Ideen I, 2 pag. 286, ad Sericam veterem usque porrectos, cuius incolae et ipsi ad Issedonum stirpem pertinuerint. Ac dudum antea De Guignes l. l. pag. 559 — 561 loca ab occidente Sinae, quae nunc ad Buchariam parvam referantur, intra Massagetas et Sericam terram sive Sinam Issedones tenuisse statuerat. Mannert. IV pag. 112 prope amnem magnum Syr, qui in lacum Aral se effundit, Issedones habitasse vult, quos ab oriente maris Caspii lacusque Aral quaerendos esse auctor quoque est Völcker. Myth. Geograph. I pag. 192. Neque enim audiendus est Reichard. pag. 16 l. l., qui Issedonum sedes fuisse arbitratur ad fluvium Isel, qui gubernii Permensis partem perfluens, fluvio Tobol iungitur, cuius ad ripas oppidum *Isetskoi Ostrog*, pagusque *Iseticus*, quae nomina ad Issedonum appellationem spectare opinatur. Ipsam appellationem *Issedonum*, sive *Essedonum* ab *esseda*, s. *essedo*, quod plaustrorum est genus, derivat Wahl Erdbeschr. von Ostind. pag. 490, cum tentoria sua haec gens secum in plaustris vexerit, ea loca occupans, quae a Serica antiqua infra meridionales montis Altai tractus, ad lacum Maeóticum usque porrigantur.

Cap. XXVI.

τοιοισίδε λέγονται] Ita dedi cum Gaisf. Cf. II, 37. III, 99, ubi pro *τοῖςδε* alii *τοιοισίδε*. Mox cum recentt. edd. recepimus *ἀποθάνῃ* pro *ἀποθάνοι*, quod hic ferri posse negamus.

2κρέα, δαῖτα προτιθέαται. τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ ψιλώσαντες καὶ ἐκκαθήραντες, καταχρυσοῦσι· καὶ ἔπειτα ἅτε ἀγάλματι χρέωνται, θυσίας μεγάλας ἐπε-

---

δαῖτα προτιθέαται] Vulgo προτίθενται; Florentinus suggessit προτιθέαται, quod recentt. edd. iure receperunt. Ad ipsam rem quod attinet, similia quaedam de Paddais, gente Indica, referuntur III, 99 et de Massagetis I, 216, ubi vid. nott. Ac saeculo decimo atque tertio barbara consuetudo propinquorum corpora devorandi apud Tibetanos viguisse fertur; vid. Meiners. in Comm. Societ. Gott. XIII p. 72 not. c. Quin etiamnum ab insulae Sumatrae incolis, quos vocant *Battas*, idem fieri testatur Heeren. Ideen I, 2 p. 285. Ad fabulas haec relegare qui contendit Rennel. p. 440, ipse admonuit, eum morem, quo affines senescentes interficiant, in Bengalia aliisque Asiae partibus adhuc obtinere.

τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ — καταχρυσοῦσι] i. e. *caput vero depilatum expurgatumque inaurant, eoque utuntur tanquam sacro* (s. donario diis consecrato) *quando annua sacrificia peragunt.* Pro καταχρυσοῦσι alii ἀποχρυσοῦσι, quod idem apud Artemidor. On. I, 52 invenitur, teste Wesseling., qui praeterea hic laudat Herod. II, 130 coll. IV, 65, ubi pro περιχρυσώσας alii libri καταχρυσώσας. Ad ipsum loci argumentum facit Pompon. Mela II, 1, 87: „Essedones funera parentum laeti et victimis ac festo coitu familiarium celebrant. Corpora ipsa laniata et caesis pecorum visceribus immista epulando consumunt. Capita ubi fabri expolivere, auro vincta pro poculis gerunt. Haec sunt apud ipsos pietatis ultima officia.“ Et cf. ibid. II, 1, 128. Atque ipse Herodotus IV, 65 enarrat Scythas hostium interfectorum aut inimicorum craniis uti tanquam poculis. Quem Scytharum morem attigerunt Plato in Euthyd. pag. 299 E. pag. 395. Alios aliarum gentium ritus consimiles indicavit Tzschucke ad Mel. nott. exegg. pag. 57 Vol. III P. II. Heind. Strabo VII p. 238 s. 458 A. pag. 306 B. s. 460 B. Addit Valcken. Livii locum XXIII, 24 de Gallis Boiis ea narrantis, quae cum Issedonum more, quem Herodotus memoriae prodidit, conveniunt. Tu conf. Sil. Ital. XIII, 482 seqq. Quin, teste Paulo Diacono II, 14 Alboinus Longobardorum rex e capite Kunimundi, regis Gepidarum ab ipso caesi, poculum parari iussit, e quo Rosamunda, uxor sua eademque Kunimundi filia, biberet. Crudelissimi moris alia aliunde exempla proferre dicitur Mascow II p. 176.

ἅτε ἀγάλματι χρέωνται] ἅτε a duobus libris abest, sine ullo sensus detrimento. Eadem varietas IV, 28. — ἄγαλμα

3 τείους ἐπιτελέοντες. παῖς δὲ πατρὶ τοῦτο ποιέει, κατάπερ οἱ Ἕλληνες τὰ γενέσια. ἄλλως δὲ δίκαιοι καὶ οὗτοι λέγονται εἶναι· ἰσοκρατέες δὲ ὁμοίως αἱ γυναῖκες τοῖσι ἀνδράσι. γινώσκονται μὲν δὴ καὶ οὗτοι.

27 Τὸ δὲ ἀπὸ τούτων τὸ κατύπερθε, Ἰσσηδόνες

Schweigh. in Latina interpretatione reddiderat: *vas sacrum*; in Lex. Herod. s. v. reponi vult: *ornamentum, quo gloriantur.* Nec aliter Tzschuck. ad Mel. II, 1 nott. exegg. pag. 48 seq. 57 ἄγαλμα omnino id esse putat, quo quis delectatur, indeque hoc loco de *poculo* accipiendum. At optime monuit Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. pag. 6 seq., frequens dici hoc vocabulum de *donariis numini alicui consecratis* indeque de *simulacris deorum.* Unde quid hoc loco sibi velit vocula, vix cuiquam obscurum esse poterit recteque observat Is. Voss. (cui adstipulatur Italus Herodoti interpres) ad Melae l. l., Herodoti verba ita accipienda esse, ut Essedones capita parentum suorum deaurata in sacello aut larario collocarint iisque tanquam simulacris honores annuos exhibuerint: quod idem in Panebis, Libyae populo, enarrat Damascenus, teste eodem Vossio. Atque Rennel. l. l. pag. 440 se vidisse scribit crania ad poculorum formam efficta, e templis sacrisque locis in Butan subducta. — In sqq. ἐπετείους e Sancrofti libro atque Aldina equidem reposui. Vulgo ἐπετέους. Cf. III, 89.

τὰ γενέσια] In Bekker. Anecdd. I pag. 86, 18 invenio: γενέθλιον ἡμέραν ἀξιοῦσιν ἀεὶ λέγειν, οὐ γενέθλια, οὐδὲ γενέσια. Εὐριπίδης Ἴωνι, Ἡρόδοτος τετάρτῳ. Celebrantur, teste Ammon. pag. 35, ἐπὶ τῶν τεθνηκότων, ἐν ᾗ ἕκαστος ἡμέρᾳ τετελεύτηκε, ubi conf. Valcken. nott. Neque aliter praecipiunt Hesychius s. v. I p. 815. Pollux On. III, 102. Sunt igitur festa natalitia, quae mortuorum memoriae dicata, in ipsis eorum diebus aguntur natalibus: cum quibus natales martyrum apud veteres Christianos comparat Kuhn. ad Polluc. l. l. De quibus nuper admodum in oratione publice habita Eichstadium disseruisse (Ien. 1831 Sept.) ex ephemeridd. lit. Lipsienss. 1831 nr. 304 intellexi. Nam ipsa disputatio, haec dum scribo, nondum ad me pervenit. *Cr.* conferri vult Annot. in Porphyr. de Vita Plotini II et in Plotin. ipsum III, 5. 2 et VI, 9. 9.

ἄλλως δὲ δίκαιοι] Heeren. Ideen I, 2 pag. 313 hoc ita intelligit, ut gens fuerit culta minimeque rudis ac peregrinis mercaturae causa illuc delatis infesta. Ad mercaturam, cui faveant, refert Völcker. Myth. Geogr. I pag. 191.

Issedonibus ad septentrionem Arimaspi et Gryphi. [3, 116.]

εἰσὶ οἱ λέγοντες τοὺς μουνοφθάλμους ἀνθρώπους καὶ τοὺς χρυσοφύλακας Γρῦπας εἶναι· παρὰ δὲ τούτων Σκύθαι παραλαβόντες λέγουσι· παρὰ δὲ Σκυθέων ἡμεῖς οἱ ἄλλοι νενομίκαμεν, καὶ οὐνομάζομεν αὐτοὺς Σκυθιστὶ Ἀριμασπούς· ἄριμα γὰρ 1

Cap. XXVII.

τοὺς μουνοφθάλμους ἀνθρώπους καὶ τοὺς χρυσοφύλακας Γρῦπας εἶναι] Articulum τοὺς cum Schweigh. et Gaisf. inserui, in vulgg. edd. omissum. De voce μουνοφθάλμους plura attulit Spanhem. ad Callimach. H. in Dian. 53. De *Gryphis* diximus in Excursu ad III, 116.

Ἀριμασπούς] Gryphos una cum Arimaspis memorat Aeschylus Prometh. 809 seqq.

> ὀξυστόμους γὰρ Ζηνὸς ἀκραγεῖς κύνας
> Γρῦπας φύλαξαι, τόν τε μουνῶπα στρατὸν
> Ἀριμασπὸν ἱπποβάμον', οἳ χρυσόῤῥυτον
> οἰκοῦσιν ἀμφὶ νεῦμα, Πλούτωνος πόρον.

Quae ipsa ex Aristeae carmine (de quo vid. nott. ad IV, 13) fluxisse contendit Völcker. Myth. Geogr. I pag. 184. Confert autem Stanleius ad Aeschyli locum et Tzetz. Chil. VII hist. 144 et Gellium N. A. IX, 4, quibus addit Valcken. Philostrat. De vitt. Sophist. II pag. 584 ed. Orell. Attigit quoque Mela II, 1, 15; qui postquam de Gryphis aurum custodientibus locutus est, hunc in modum pergit: „Hominum primi sunt Scythae, Scytharumque, queis singuli oculi esse dicuntur, *Arimaspi.*“ Add. Plin. IV (12), 26. Utrumque et Aeschylum et Herodotum respexit Eustath. ad Dionys. Perieget. 31, plura disputans, in quibus etiam haec: — Ἀριμασποί καθὰ καὶ Ἡροδότῳ δοκεῖ, ἐκ τοῦ τοιούτου πάθους καλοῦνται, ὡς οἷον εἰπεῖν μονόφθαλμοι· ἀρὶ μὲν γὰρ τὸ ἓν Σκυθιστί, μασπός δὲ ὁ ὀφθαλμός· ἱστορεῖ δὲ Ἡρόδοτος καὶ τοὺς χρυσοφύλακας γρῦπας ἀνωτέρω τῶν Ἀριμασπῶν οἰκεῖν κ. τ. λ.; e quibus ipsa Herodoti verba mutanda esse voluerat Hartung. Thes. Crit. II pag. 636. Cui nemo editorum obsecutus est. Nam in Scytharum dialectis *Spu* significare *oculum*, et *arim unus* monemur. Vid. Wachter. in Praefat. Glossar. Germ. §. XIII. Nec magis mihi innotescunt interpolationis vestigia, quae in his ipsis verbis ab Hartungio tentatis: ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι, σποῦ δὲ τὸν ὀφθαλμόν aperta esse ait Gatterer. in Comment. societ. Gott. XIV pag. 9.

Iam si de ipsa gente eiusque sedibus quaeras, ea, quae de Arimaspis unoculis referuntur, eodem releganda esse existimem, quo fabulam de Gryphis, alia id genus, de quibus in Excursu l. l. monuimus. Nec tamen prorsus praeterire licet virorum do-

28 *ἐν καλέουσι Σκύθαι, σποῦ δὲ τὸν ὀφθαλμόν. Δυσχεί-*
Harum omnium terrarum qualis *μερος δὲ αὕτη ἡ καταλεχθεῖσα πᾶσα χώρη οὕτω*

ctorum, qui in in sedibus gentis investigandis desudarunt, commenta. Inter quos De Guignes (Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXXV p. 562), ut inde ordiar, *Arimaspos* Sinensibus vult cognitos fuisse sub nomine *Hiong-nou,* qui a septentrione Sinae orientalis habitarint inde a fluvio Irtisch Calmuccorum in terra usque ad fines Tartariae orientales, unde secundo ante Chr. n. saeculo in terras proximas incursiones fecerint, ipsamque Sinam terrore impleverint. Quo vel magis a vero aberrasse putandus est Reichard. l. l. p. 17, qui *Arimasporum* nomen adhuc servari contendit in oppido *Aramaschews kaia* gubernii Permensis. Rennel. pag. 437 circa Indi fontes ad montem Altai, qui ipse ab auri copia traxerit nomen, cum *Alta* apud Calmuccos Mongolosque denotet *aurum,* gentes habitasse suspicatur, quarum nomen cum indicarit *unoculos*, Arimaspos inde Gryphosque confictos esse arbitratur. Ad quam sententiam accedunt, quae de Arimaspis nuper disseruit Völcker. Myth. Geogr. I pag. 193 seq. Aliam appellationis causam comminiscitur Wahl. (Ostind. pag. 490), qui Arimaspos supra Essedones collocat iisque proximos tenuisse statuit meridionales montis Altai tractus. Nam gentem nomadicam inde *unoculam* dici arbitratur, quod contra frigus capitis tegmine usa sit tali, quod uno tantum foramine videndi causa fuerit instructum, sive quod arcuum tractandorum peritissima gens in iaculando, ut fit, unum oculum occludere solita sit. Ac denique Ritterus (Vorhalle pag. 282 seq. 305) Arimaspos, Issedones, Massagetas ad meridionalem Oxi ripam in antiqua Bactria habitasse ponens, ipsos *Arimaspos* pro una tribu Medorum Cadusiorumve nobili habet, eaque bellicâ, cum Issedones atque Hyperborei plane diversi pacisque et artium pacis amantissimi fuerint; indeque etiam eos componit cum *Maspiis*, de quibus Noster I, 125.

Cap. XXVIII.

Δυσχείμερος δὲ αὕτη κ.τ.λ.] Quae Herodotus de nimio frigore hisce in regionibus perscribit, ea modum nimis excedere vult Rennel. pag. 443, parum ille memor eorum, quae Herodoteis consimilia tradunt Strabo VII, 3 p. 307 s. 472 A., atque Ovidius in Ponti Euxini orâ diutius commoratus. Ex Pont. I, 3, 37. III, 1, 15. IV, 9, 84 seq. etc. Hippocrat. De aer. aq. et locc. §. 96, ubi adeo haec leguntur de Scythia: „— *ὥστε τὸν μὲν χειμῶνα αἰεὶ εἶναι, τὸ δὲ θέρος ὀλίγας ἡμέρας καὶ ταύτας μὴ λίην.*" Ac recte monere videtur Heeren. I, 2 p. 297 antiquitus maius videri fuisse in his regionibus per hyemem frigus, quam adhuc esse dicitur; ut pellibus sane maxi-

δή τί ἐστι, ἔνθα τοὺς μὲν ὀκτὼ τῶν μηνῶν ἀφό-
ρητος οἷος γίνεται κρυμὸς, ἐν τοῖσι ὕδωρ ἐκχέας,
πηλὸν οὐ ποιήσεις· πῦρ δὲ ἀνακαίων, ποιήσεις
2 πηλόν. ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται, καὶ ὁ Βόσπορος
πᾶς ὁ Κιμμέριος· καὶ ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου οἱ ἐντὸς 293
τάφρου Σκύθαι κατοικημένοι στρατεύονται, καὶ τὰς
3 ἁμάξας ἐπελαύνουσι πέρην ἐς τοὺς Σινδούς. οὕτω

hiems et aestas: equi prae asinis et mulis frigus ferunt, contra quam alibi.

---

me indiguerint incolae, eâ, quam supra diximus, viâ (ad IV, 24) acquirendis. Mannert. IV p. 71 quae hic de nimio frigore produntur, inde repetit, quod Herodotus regios Scythas multo magis septentrionem versus sibi cogitaverit. — Ad οὕτω δή τι conf. nott. ad III, 120.

ἔνθα τοὺς μὲν ὀκτὼ κ. τ. λ.] Respicit haec Eustath. ad Dionys. Perieg. 669. Ad verba ἀφόρητος οἷος conf. Matth. Gr. Gr. §. 445, 6. b.

ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται] Consimilia, quae interpretes attulerunt, leguntur apud Virgil. Georg. III, 360. Ovid. Ex Pont. IV, 9, 84. [III, 1, 15.] Pompon. Mel. I, 19, 140. Senec. Herc. Fur. 530 coll. Gell. N. A. XVII, 8. Macrob. Sat. VII, 12 et Diodor. Sic. III, 34. V, 25.

οἱ ἐντὸς τάφρου Σκύθαι] Cf. nott. ad IV, 3. Duo libri τάφρης. De quo vid. nott. ad IV, 201. — Pro στρατεύονται Valckenario in mentem venit ἁμαξεύονται vel ἱππεύονται, Toupio Emendd. in Suid. III pag. 443 Lips. στραγγεύονται (i. e. *super glaciem otiantur*); quod ipsum arrisit Larchero. Nec tamen ulla opus emendatione, cum de hostili hic agi excursione verba seqq. τὰς ἁμάξας ἐπελαύνουσι satis doceant.

ἐς τοὺς Σινδούς] Pro Ἰνδούς, quod omnes libri scripti praebent, reposui cum edd. Σινδούς ex Holstenii emendatione ad Steph. Byzant. (qui pag. 670 Berk. Σινδοὶ, ἀπὸ μεσημβρίας τῆς Μαιώτιδος λίμνης· ἔνιοι δὲ καὶ τὸ Σινδικὸν γένος φασὶν εἶναι Μαιωτῶν ἀπόσπασμα) coll. Is. Voss. ad Scylac. Peripl. §. 72 p. 450. T. I ed. Gail. Nec aliter infra IV, 86, ubi regio *Indica*, sive *Sindica*. Recte enim Plinius H. N. IV, (12) 26: „regio Scythica *Sendica* nominatur.“ Mela I, 19, 112: „*Sindos* in *Sindonum* ab ipsis terrarum cultoribus condita est.“ Unde „*Sindi* ignobiles“ apud Ammian. Marcell. XXII, 8. Quos eosdem *Sindos Sindicamque* regionem norunt Strabo XI, 2 p. 492 s. 753 C. p. 495 s. 757 C. 758 A. p. 496 s. 759 C., ubi *Sindiacus* portus, s. *Sindicus*, quem etiam commemorat auctor Peripli alterius Ponti Euxini §. 2 pag. 2 Huds. pag. 207 T. III Gail.; Scylax Peripl. §. 72 p. 32 Huds. pag. 285 Gail. T. I. Stephan. Byzant. s. v. p. 670.

μὲν δὴ τοὺς ὀκτὼ μῆνας διατελέει χειμὼν ἐών· τοὺς δ' ἐπιλοίπους τέσσερας ψύχεα αὐτόθι ἐστί.
4 *Κεχώρισται δὲ οὗτος ὁ χειμὼν τοὺς τρόπους πᾶσι τοῖσι ἐν ἄλλοισι χωρίοισι γινομένοισι χειμῶσι· ἐν τῷ τὴν μὲν ὡραίην οὐκ ὕει λόγου ἄξιον οὐδέν· τὸ δὲ*

Dionys. Perieg. 684 ibique Eustathius. Geograph. Ravenn. V, 10 p. 266. Nicol. Damasc. p. 160 ed. Orelli, cuius conf. nott. in Supplemm. p. 84, alii. Quae cum ita sint, lectionis iure dudum proscriptae patrocinium post Kannegiesser. in Alterthumswissensch. p. 147. 202, minime debebat suscipere Ritter. Vorhalle p. 157 seqq. Erdkunde II p. 618 seqq., qui Ἰνδούς in Herodoto omnino mutandum negat, cum de *Indica* gente hic agatur; quae ad colonias ex interiori India ad Caucasum Pontique Euxini oras usque prisco admodum aevo deductas pertinuisse putanda sit. Quae mihi longius repetita videntur, cum dubium vix esse possit, *Sindorum* gentem ex iis, quae modo attulimus, testimoniis, habitasse ea fere in regione, quae nunc a fluvio cognomine vocatur *Kuban*, ubi urbs *Anapa* ac regio *Sudschuk* (quo ipso in nomine *Sindicae* vestigia superesse vult Reichard. p. 36 l. l.). Cf., ne plura, Mannert. IV pag. 106 seq. 329. Tzschucke ad Mel. l. l. Vol. III P. I pag. 627 seqq. 630 nott. exegg. Atque eam gentem postea ulterius ad Europam progressam esse statuit Köppen. (Nordgest. d. Pont. p. 62. 63), ut eo sane referantur, quos in Thracia novit Homerus Il. I, 549, *Sintii* [de quibus tamen confer sis Welckeri Disput. in Aeschyl. Trilog. pag. 215 sqq.] itemque regio *Sintice* in Macedonia urbsque *Σινδός* ab Herodoto VII, 123 commemorata; ac denique Asiae minoris urbs *Sinda*. Ac denique adiiciam ex A. G. Schlegel. Bibl. Indic. II, 3 pag. 304 ipsum fluvium *Indum* ab indigenis dici *Sindhum*, recteque Plinium H. N. VI, (23) 20 scribere: „Indus incolis *Sindus* appellatus."

Κεχώρισται δὲ οὗτος ὁ χειμὼν κ. τ. λ.] Hyems, haec enim auctoris est mens, omnimode diversa est ab ea hyeme, qualis in aliis orbis terrarum partibus fieri soleat. Ad vocem *τοὺς τρόπους* conf. I, 189. II, 108.

ἐν τῷ τὴν μὲν ὡραίην οὐκ ὕει λόγου ἄξιον οὐδέν] Schwgh. *τὴν ὡραίην* de *solito* ac *statuto* pluviarum *tempore* intelligit, s. de ea anni tempestate, qua alibi vulgo imbres cadere solent. Mihi ob sequentia verba satius videtur, haec de *verno tempore* accipere, quo alibi solent cadere imbres, quibus nives liquefiunt, Zephyris accedentibus. Ad ipsam locutionem *τὴν ὡραίην* quod vulgo supplent *ὥρην*, iure hoc displicet Schaefero ad Lambert. Bos. de Ellipss. L.

5 θέρος, ὕων οὐκ ἀνίει. βρονταί τε ἦμος τῇ ἄλλῃ
γίνονται, τηνικαῦτα μὲν οὐ γίνονται, θέρεος δὲ
ἀμφιλαφέες· ἢν δὲ χειμῶνος βροντὴ γένηται, ὡς
6 τέρας νενόμισται θωυμάζεσθαι. ὡς δὲ καὶ ἢν
σεισμὸς γένηται, ἤν τε θέρεος ἤν τε χειμῶνος, ἐν
7 τῇ Σκυθικῇ τέρας νενόμισται. ἵπποι δὲ ἀνεχόμε-
νοι φέρουσι τὸν χειμῶνα τοῦτον, ἡμίονοι δὲ καὶ
ὄνοι οὐκ ἀνέχονται ἀρχήν· τῇ δὲ ἄλλῃ ἵπποι μὲν
ἐν κρυμῷ ἑστεῶτες ἀποσφακελίζουσι, ὄνοι δὲ καὶ
29 ἡμίονοι ἀνέχονται. Δοκέει δέ μοι καὶ τὸ γένος τῶν Defecta cornibus animalia, ob frigus.

Gr. pag. 577 cum certe nemo quisquam dixerit τὴν ὡραίην ὥρην; ideoque ὡραία in talibus παραγώγως dici existimat pro ὥρα. Quod si minus arrideat, non intercedam, si quis sibi fingat omissum esse τὴν μερίδα vel simile quid.

ὕων οὐκ ἀνίει] De structura conf. II, 13. III, 117 ibique nott. De forma ἀνίει consul. Matth. Gr. Gr. §. 210, 1 §. 212, 7. — De voce ἀμφιλαφής diximus ad III, 114.

ὡς τέρας νενόμισται θωυμάζεσθαι] In hisce equidem veterem lectionem, quam scripti libri afferebant, cum Schweigh. et Gaisf. restitui, pro θωμάζεσθαι, quod Gaisf. induxerat, reponens θωυμάζεσθαι, monente Struve in Spec. III p. 7 seq., quo iam usi sumus in not. ad III, 148. Nec sane constans in his reperitur Gaisford., ut qui diphthongum reliquerit IV, 30. 53. 82. 85, sed immutarit IV, 42. IV, 111. 129. 199 et constanter in reliquis. Vulgata lectio: ὡς τέρας θωυμάζεται, a Matthiae servata, e Wesselingii fluxit editione. Quam nos restituimus librorum veterum lectionem, ea vix mendi suspicione caret; cum vox θωυμάζεσθαι male textui intrusa videatur. Post verba ὡς δὲ inserui cum recentt. edd., quos et ipsos in loci interpunctione secutus sum, voculam καί vulgo omissam.

ἀνέχονται ἀρχήν] Articulum τὴν, quem vulgo ponunt ante ἀρχὴν, cum Gaisf. meliorum librorum iussu, delevi. Cf. IV, 29. III, 16. Cr. hic citat Fischer. Ind. in Aeschin. Dialogg. s. v. ἀνέχεσθαι et Eustath. ad Odyss. XIX, 27 pag. 680, 12 Bas. Ad argumentum loci facit Plinius Hist. Nat. VIII, (68) 43 de asinis: „Ipsum animal frigoris maxime impatiens; ideo non generatur in Ponto, nec aequinoctio verno, ut cetera pecua, admittitur, sed solstitio.“ — Ad verbum ἀποσφακελίζουσι conf. nott. ad III, 66. Add. Coraes ad Hippocrat. De aer. aq. et locc. T. II p. 185 sq.

βοῶν τὸ κόλον διὰ ταῦτα οὐ φύειν κέρεα αὐτόθι.
2 μαρτυρέει δέ μοι τῇ γνώμῃ Ὁμήρου ἔπος ἐν Ὀδυσσείῃ, ἔχον ὧδε·

Καὶ Λιβύην, ὅθι τ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι.

ὀρθῶς εἰρημένον, ἐν τοῖσι θερμοῖσι ταχὺ παραγίνε- 30
3 σθαι τὰ κέρεα. ἐν δὲ τοῖσι ἰσχυροῖσι ψύχεσι ἢ οὐ
φύει κέρεα τὰ κτήνεα ἀρχήν, ἢ φύοντα φύει μόγις. ἐνθαῦτα μέν νυν διὰ τὰ ψύχεα γίνεται ταῦτα.
30 Θωυμάζω δὲ, (προσθήκας γὰρ δή μοι ὁ λόγος ἐξ
Elis non gignit mulos. ἀρχῆς ἐδίζητο,) ὅτι ἐν τῇ Ἠλείῃ πάσῃ χώρῃ οὐ 294
δυνέαται γίνεσθαι ἡμίονοι, οὔτε ψυχροῦ τοῦ χώρου 36
2 ἐόντος, οὔτε ἄλλου φανεροῦ αἰτίου οὐδενός. φασὶ

Cap. XXIX.

τὸ κόλον] „Eustathius ait κόλον Ionum esse et κυριολεκτεῖσθαι de arietibus et bobus, cornibus defectis, ad Iliad. π' p. 1049, 17 s. 1062, 30. Opportune Hippocrates de Scytharum curribus: τὰς δὲ ἁμάξας ἕλκουσι ζεύγεα — βοῶν κέρως ἄτερ· οὐ γὰρ ἔχουσι κέρατα ὑπὸ ψύχεος, De aer. aq. et locc. pag. 291 [§. 93 Cor.]." *Wesseling.* Respicit Herodotea idem Eustath. ad Odyss. pag. 1485, 10 s. 152, 35. Quae Strabo profert VII p. 307 s. 471 C., ex Herodoteis fluxisse recte monet Valcken. Italus Herodoti interpres itemque Coraes ad Hippocr. l. recentioris peregrinatoris, Pallas, affert testimonium, hodieque per Tartariae regiones inveniri alias quoque bestias, cornubus carentes, v. c. capros, arietes.

μαρτυρέει δέ μοι τῇ γνώμῃ Ὁμήρου ἔπος] Retinui vulgatam, Medicei, Florentini, aliorum auctoritate firmatam. Nam pro δέ μοι reposuerant δέ μου et ante Ὁμήρου inseruerant καί, utrumque ex Aldina et Sancrofti libro. — Homeri versus, qui citatur, exstat in Odyss. IV, 85. Tu conf. nott. ad Herodot. II, 116.

ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι] Scholiastae Homerici interpretationem: ταχέως κερατοφυοῦσι διὰ τὴν θερμότητα cum Herodoto convenire monet Nitzsch. in nott. ad Homeri l. l. p. 241. Ac sane saepius apud Homerum invenitur ἄφαρ *cito*, *celeriter*.

Cap. XXX.

προσθήκας — ἐδίζητο] ἐδίζητο pro ἐδίζετο exhibui cum recentt. edd. Cf. I, 65. In quibusdam libris exstat ἐξήτησε, quae vulgatae lectionis est glossa. προσθήκας *additiones* accipio *digressiones*, quibus Nostrum valde delectari nemo nescit. Conf. nott. ad I, 23 coll. III, 60. IV, 167.

δὲ αὐτοὶ Ἠλεῖοι ἐκ κατάρης τευ οὐ γίνεσθαί σφι
ἡμιόνους. ἀλλ' ἐπεὰν προσίῃ ἡ ὥρη κυΐσκεσθαι
τὰς ἵππους, ἐξελαύνουσι ἐς τοὺς πλησιοχώρους αὐ-
τάς· καὶ ἔπειτά σφι ἐν τῇ τῶν πέλας ἐπιεῖσι τοὺς
ὄνους, ἐς οὗ ἂν σχῶσι αἱ ἵπποι ἐν γαστρί· ἔπειτα
31 δὲ ὀπίσω ἀπελαύνουσι. Περὶ δὲ τῶν πτερῶν, τῶν
Σκύθαι λέγουσι ἀνάπλεων εἶναι τὸν ἠέρα, καὶ τού-
των εἵνεκα οὐκ οἷά τε εἶναι οὔτε ἰδεῖν τὸ πρόσω
τῆς ἠπείρου, οὔτε διεξιέναι, τήνδε ἔχω περὶ αὐτῶν
2 τὴν γνώμην. τὰ κατύπερθε ταύτης τῆς χώρης αἰεὶ
νίφεται, ἐλάσσονι δὲ τοῦ θέρεος ἢ τοῦ χειμῶνος,
3 ὥσπερ καὶ οἰκός. ἤδη ὦν ὅστις ἀγχόθεν χιόνα
ἁδρὴν πίπτουσαν εἶδε, οἶδε τὸ λέγω. ἔοικε γὰρ ἡ

Pennae, quibus oppletus aer, [c. 7.] sunt nix.

ἐκ κατάρης τευ] τευ, in quibusdam libris male omissum, cum aliis retinet Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 409. De ipsa re laudant Pausan. V, 5. V, 9. Plutarch. II pag. 303 B. (ubi Wyttenbach. in Animadverss. pag. 74 Herodotei loci haud immemor fuit) Antigon. Caryst. Histor. mir. 13. Atque ob hasce aras cursus mulorum certaminaque, in ludis Olympiacis Ol. LXXII introducta, mox abrogata esse videntur Larchero. — In proxime seqq. intactum reliqui: *ἐπεὰν προσίῃ ἡ ὥρη*; quocum conf. II, 41. Male alii *προσῇ*. Ad formam *κυΐσκεσθαι* conf. Fischer. ad Weller. III, a. p. 121 et ad locutionem *σχῶσι — ἐν γαστρί* III, 32. Ad verba *ὀπίσω ἀπελαύνουσι* vid. nott. ad III, 16.

Cap. XXXI.

Περὶ δὲ τῶν πτερῶν] Quo sensu *plumas* dixerint Scythae, iam supra ad IV, 7 indicavimus; hoc loco e Wesselingii observatione notamus simili imagine utentem Psalmistam CXLVII, 16 et Arnobium II p. 105 [cp. 58 p. 91 Orell.]. Unde Plinius H. N. IV (12), 26: „Mox Riphaei montes et assiduo nivis casu pinnarum similitudine, *Pterophoros* appellata regio.“ Apud Leon. African. in Afric. Descriptt. II fol. 56, monente Larchero, commemoratur locus nomine *Burris* (i. e. plumis tecti), „eo quod frequentes illic admodum cadant nives, quas plumas quis potius quam nivem indicaret.“

τῶν Σκύθαι λέγουσι] Articulum *οἱ* ante *Σκύθαι* requirit Schweigh. Libri non addicunt scripti. Cf. IV, 32. — In seqq. pro *οὐκ οἷά τε εἶναι* in Florentino cod. invenitur *οὐκ οἷοί τε εἶναι*. Tu conf. IV, 7. 53. Mox edidi cum recentt. edd. *οἰκός* pro *εἰκός* itemque in fine capitis *ἀοίκητα* pro *ἀνοίκητα*. Cf. II, 34. V, 10.

χιὼν πτεροῖσι· καὶ διὰ τὸν χειμῶνα τοῦτον, ἐόντα
τοιοῦτον, ἀοίκητα τὰ πρὸς βορῆν ἐστι τῆς ἠπείρου
4 ταύτης. τὰ ὦν πτερὰ εἰκάζοντας τὴν χιόνα τοὺς
Σκύθας τε καὶ τοὺς περιοίκους δοκέω λέγειν. Ταῦ-
τα μέν νυν, τὰ λέγεται μακρότατα, εἴρηται.

32 Hyperborei a quibus memorentur.

Ὑπερβορέων δὲ πέρι ἀνθρώπων οὔτε τι Σκύ-
θαι λέγουσι, οὔτε τινὲς ἄλλοι τῶν ταύτῃ οἰκημένων,
2 εἰ μὴ ἄρα Ἰσσηδόνες. ὡς δ' ἐγὼ δοκέω, οὐδ' οὗ-
τοι λέγουσι οὐδέν· ἔλεγον γὰρ ἂν καὶ Σκύθαι, ὡς
3 περὶ τῶν μουνοφθάλμων λέγουσι. Ἀλλ' Ἡσιόδῳ
μέν ἐστι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα, ἔστι δὲ καὶ
Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ἐόντι γε Ὅμηρος

Cap. XXXII.

Ὑπερβορέων δὲ πέρι ἀνθρώπων κ. τ. λ.] De *Hyperboreis* in universum quae tenenda sunt, ea in Excursu ad h. l. attulimus. — Ad οἰκημένων conf. nott. ad I, 27. De *Issedonibus* vid. nott. ad IV, 25; de *unoculis* nott. ad IV, 27.

Ἀλλ' Ἡσιόδῳ μέν ἐστι — τὰ ἔπεα ἐποίησε] Haec verba, quae nobis sanissima videntur, pro grammatici cuiusdam veteris, annotatione habuit F. A. Wolf. Prolegg. ad Homer. pag. CLVII. Neque vero persuasit Schweighaeusero neque Schubarto in Dissert. de Hyperbor. pag. 30.

ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ἐόντι γε Ὅμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε] Inter cyclica, quae vocantur, carmina primum a Gigantomachia carmen fertur *Thebais*, cuius auctor quamvis ignoretur (nam Antimachus, quem affert Schol. ad Aristoph. Pac. 1270, quo minus auctor existimetur, refragatur temporum ratio, cum carminum cyclicorum auctores ab Olymp. I usque ad Olymp. L vixerint, Antimachus autem Olymp. LXXXII — XCIII floruerit), antiquissimus tamen poeta quidam fuerit necesse est; nisi, de quo Herodotus dubitare videtur, ad ipsum Homerum auctorem, cui fuerunt, qui adscriberent (cf. Hesiod. Opp. p. 492 ed. Loesner.), carmen referre velis. Continebatur autem hoc carmine non primum modo bellum Thebanum, sed alterum quoque, Epigonorum bellum quod vocatur; ut sane Ἐπίγονος vix peculiare fuisse existimemus carmen a *Thebaide* illa plane seiunctum, sed partem potius fuisse sive rhapsodiam aliquam, cui hoc fuerit inditum nomen non alio fere modo, quam quo singulis carminum Homericorum partibus s. rhapsodiis singula fuerint imposita nomina sive tituli. Quae cum ita sint, recte nuper statuit E. L. de Leutsch (Thebaid. cyclic. reliqq. Gotting. 1830 cap. 2) τοὺς Ἐπιγόνους fuisse *Thebaidis* partem. De

33 ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε. Πολλῷ δέ τι πλεῖστα περὶ αὐτῶν Δήλιοι λέγουσι, φάμενοι ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν, ἐξ Ὑπερβορέων φερόμενα, ἀπικνέεσθαι ἐς Σκύθας· ἀπὸ δὲ Σκυθέων ἤδη δεκομένους αἰεὶ τοὺς πλησιοχώρους ἑκάστους, κομίζειν αὐτὰ

Sacra ex Hyperboreis in Delum quomodo et quo itinere delata: cur missa tali modo: Hyperoche et Laodice: Perpherees: cultus Dianae Reginae apud mulieres Thracias et Paeonias.

---

reliquis optime exposuit C. G. Müller. De cyclo Graecc. epic. (Lips. 1829) pag. 67. 68. — Ad verba εἰ δὴ τῷ ἐόντι κ. τ. λ. conf. nott. ad II, 117.

Cap. XXXIII.

Πολλῷ δέ τι πλεῖστα] Ita cum Schweigh. et Gaisf. dedimus. Vulgo *πολλῷ δὴ πλεῖστα*, cuius loco Matthiae alios secutus libros exhibuit *πολλῷ δ' ἔτι πλεῖστα*.

ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν] Male olim *ἐνδεδυμένα*. Nam sensus est: *sacra stramini triticeo illigata*, ut Schweigh. reddit, sive, ut Spanhemius l. mox l. expressit: *sacra adligata in triticea stipula*. Larcherus interpretatus est: „*que les offrandes des Hyperboréens leur venoient enveloppées dans de la paille de froment*,“ et Lange, vernaculus interpres: „*Ihre Opfergaben würden in Weizenstroh gethan.*“ — Ad ipsam rem conf. Salmas. ad Solin. p. 147, et Spanhem. ad Callimach. in Del. 283, ubi Herodoteis similia invenis haec: *καλάμην τε καὶ ἱερὰ δρήγματα*. *Frugum primitias* intellexit Plinius H. N. IV, (12) 26; *sacrorum primitias* Mela III, 5 init., nec aliter Pausanias I, 31 §. 2 ab Hyperboreis scribit in Delum mitti primitias, quae in triticea stipula (*ἐν καλάμῃ πυρῶν*) fuerint absconditae nec a quopiam agnoscerentur. Add. Serv. ad Virgil. Aen. XI, 322, alia, quae attulit Spanhem. l. l. longiore disputatione hoc docens, hic intelligi posse sacra *incruenta*, quae e tritico, hordeo, placentis, aliis eiusmodi rebus, sine ullo ignis usu nec combustis victimis fiant; in quibus illas oblationes s. primitias frugum in triticea stipula illigatas primum quodammodo locum occupasse credibile fit. Nec aliter haec accepisse video Creuzer. Symbol. II pag. 137, frugum nimirum primitias hic intelligi ratus ac fortasse quoque placentas, alia eiusmodi munera incruenta. Post quem C. O. Müller. Dor. I p. 272 et ipse *frugum primitias* intelligendas esse censuit.

κομίζειν αὐτὰ — ἐπὶ τὸν Ἀδρίην] Quae de Hyperboreorum legationibus traduntur, disquisivit Schubart altera disquisitionis parte pag. 40 seqq , qui quod populus populo eique proximo donaria Delum portanda transmisisse fertur, id difficile explicatu esse negat, modo coloniarum seriem fuisse statuas: de quo viri docti commento in Excursu ad h. l. monuimus. In ipso itinere indicando cum Herodoto haud convenit Pausan. I, 31 §. 2, quo auctore ad Apollinis templum apud Prasienses Hyperboreorum donaria deferuntur, quae ab

2 τὸ πρὸς ἑσπέρης ἑκαστάτω ἐπὶ τὸν Ἀδρίην· ἐνθεῦτεν δὲ πρὸς μεσαμβρίην προπεμπόμενα πρώτους 295
Δωδωναίους Ἑλλήνων δέκεσθαι· ἀπὸ δὲ τούτων

---

ipsis Hyperboreis tradita Arimaspis, dein ad Issedones et ab Issedonibus perveniunt ad Scythas, qui ea Sinopen adferunt; unde a Graecis Prusias (qui Atticae orientalis est pagus e regione Euboeae) delata, ab Atheniensibus Delum transportantur. Quae ipsa Athenienses commentos esse si statuas, ne honoris illius essent expertes, iusto audacius hoc pronuntiatum videtur Schubarto l. l. pag. 46. 47, qui ipse Pausaniae locum corruptum iudicat. Neque vero hoc ipso multum lucramur, neque eo, quod Schweigh. statuit, haec pertinere ad id, quod insequenti tempore fieri solitum Noster postea tradit: *ἐπεὶ δὲ τοῖσι Ὑπερβορέοισι τοὺς ἀποπεμφθέντας κ. τ. λ.* Quae cum ita sint, haud scio an Deliorum famae plus tribuendum sit, quamquam quantopere in talibus variari soleat, haud sum inscius. Neque omnino viae ab Herodoto indicatae, quà Hyperboreorum sint allata dona, multum tribuendum censuit C. O. Müller. l. l., qui nil aliud inde colligi posse putat, nisi quod arcte olim hunc Apollinis per Graeciam cultum cum huius religionis sedibus primitivis, a Graecia septentrionem versus sitis, coniunctum fuisse existimemus eumque ipsum connexum per temporum decursum studiosius servatum et vel sacris missis confirmatum fuisse. Müllero adstipulatur Völcker. Myth. Geogr. pag. 168 seq. Ritterus statuit (Vorhalle pag. 324 coll. 351) ex hisce intelligi, loca, quae in hac via indicantur, ad quae munera Hyperboreorum devenerint, maturius cum Pontico-Asiatico cultu quodammodo fuisse connexa.

ἐπὶ τὸν Ἀδρίην] Quo tempore boreales Europae partes Graecis nondum satis fuerint cognitae, regiones quoque supra Adriaticum mare sitas Hyperboreis vulgo adtribui monet Danvill. a Schweigh. excitatus in Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXXV p. 589 Hyperborei si Italiae adscribantur, explicari posse ait Niebuhr Hist. Rom. I pag. 85 ed. sec., quomodo Hyperboreorum dona Delum per mare Adriaticum pervenire potuerint. At de his vir doctus ipse viderit. Conf. in Excursu de Hyperboreis allata. Alia de his Hyperboreorum itineribus Gesner. in Praelect. II De navigatt. extra column. Herc. sect. II §. 8 p. 662 (Orphicc. Herm.)

πρώτους Δωδωναίους Ἑλλήνων δέκεσθαι] Consentit Callimach. in Del. 284, qui omnino in his presse legit Herodoti vestigia. Add. Etymol. magn. s. v. *Δωδωναῖος ὁ Ζεὺς*, ubi Hyperboreorum locus appellatur Dodona; Aelian. V. H. III, 1, primos autem Dodonaeos commemorari inter Graecos, qui dona sacra a Scythis allata ac-

καταβαίνειν ἐπὶ τὸν Μηλιέα κόλπον, καὶ διαπορεύεσθαι ἐς Εὔβοιαν· πόλιν τε ἐς πόλιν πέμπειν, μέχρι Καρύστου· τὸ δ' ἀπὸ ταύτης, ἐκλιπεῖν Ἄνδρον· Καρυστίους γὰρ εἶναι τοὺς κομίζοντας ἐς
3 Τῆνον· Τηνίους δὲ, ἐς Δῆλον. ἀπικνέεσθαι μέν νυν ταῦτα τὰ ἱρὰ οὕτω λέγουσι ἐς Δῆλον. πρῶτον δὲ τοὺς Ὑπερβορέους πέμψαι φερούσας τὰ ἱρὰ δύο κόρας, τὰς οὐνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην· ἅμα δὲ αὐτῇσι ἀσφαλίης εἵνεκεν

---

ceperint, nemo mirabitur, qui et situm Dodonae et loci sanctitatem vetustatemque respexerit; de quo vid. Herod. II, 52. 56 ibique nott. A Dodona Apollinis religiones Delum Delphosque esse propagatas, Creuzero (Symbol. IV p. 160 seq.) quodammodo hinc colligi posse videtur. Quo minus faciam cum Völcker. Myth. Geogr. I p. 169, Dodona, quod hic memoretur, commentum esse statuenti sacerdotum ad coniunctionem sacrorum, quae Dodonae, Delphis et Deli fuerint, pertinens.

καταβαίνειν ἐπὶ τὸν Μηλιέα κόλπον] Eadem Callimach. in Del. 287 seq. *Meliacum* sinum intelligit e regione Euboeae septentrionalis, quem nunc vocant *Zeitun*. De quo praeter Strabon. IX p. 426 s. 651 C. et Plin. H. N. IV, 12 (12) conf. Aeschyl. Pers. 486 (459 Bothe.). Sophocl. Trach. 646 s. 638 coll. 195 et Philoct. 741. *Lamiacum* sinum vocat Pausan. I, 4 §. 3. Apud Aelian. V. H. III, 1 *Melienses* recensentur inter eas gentes, per quas iter faciebant Delphorum pueri ad sacra Apollinis prope Thessalica Tempe obeunda. — Mox cum Schweigh. et Gaisf. scripsi πόλιν τε ἐς πόλιν πέμπειν, ubi vulgo δὲ, quod retinuit Matth.

ἐκλιπεῖν Ἄνδρον] Quae Reiskius sic intelligi vult, ut *Andrum* sacra non sint delata, sed hâc insulâ (quam, e Cycladibus unam, Euboeam inter et Naxum sitam, nunc vocant *Andro*) praeteritâ, recto itinere a *Carysto* (quod est Euboeae oppidum, eodem adhuc nomine cognitum) ad *Tenum* (quae ad Cycladas pertinens nunc appellatur *Teno*) advecta, quamvis Andrus his urbibus esset media interiecta.

οὐνομάζουσι — εἶναι] De infinitivo εἶναι vid. Hermann. ad Viger. pag. 750. Matth. Gr. §. 420 pag. 768 seq.

Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην] Virginum nomina haud novit Mela III, 5, 15, nec Plinius H. N. IV, 12 (26). Quae Clemens Alexandr. habet in Protrept. T. I p. 39 Pott., ea ex ipso Herodoto ducta esse haud iniuria statuere videtur Spanhem. ad Callimach. in Del. 292. Altero loco, ubi Noster has virgines commemorat IV, 35, pro Λαοδίκης Me-

πέμψαι τοὺς Ὑπερβορέους τῶν ἀστῶν ἄνδρας πέντε πομποὺς, τούτους οἳ νῦν Περφερέες καλέονται, τι-
4 *μὰς μεγάλας ἐν Δήλῳ ἔχοντες. ἐπεὶ δὲ τοῖσι Ὑπερβορέοισι τοὺς ἀποπεμφθέντας ὀπίσω οὐκ ἀπονοστέειν, δεινὰ ποιευμένους εἴ σφεας αἰεὶ καταλάμψεται ἀποστέλλοντας μὴ ἀποδέκεσθαι, οὕτω δὴ φέροντας ἐς τοὺς οὔρους τὰ ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν πυρῶν καλάμῃ, τοὺς πλησιοχώρους ἐπισκήπτειν κελεύοντας*
5 *προπέμπειν σφέα ἀπὸ ἑωυτῶν ἐς ἄλλο ἔθνος. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω προπεμπόμενα, ἀπικνέεσθαι λέγουσι*
6 *ἐς Δῆλον. Οἶδα δὲ αὐτὸς τούτοισι ἱροῖσι τόδε*

---

diceus liber duoque alii *Λαοδόκης*. Ad quam lectionem plura attulit Schubart. l. l. pag. 53 seq. apud Pausaniam, utroque loco I, 4, 4 (ubi *Ἀμάδοκος*) et X, 23, 2, ubi *Λαοδόκος*, *Λαοδίκος* scribendum ratus vel apud Herodotum legendum *Λαοδόκη*, quamquam illud praeferendum arbitratur. Add. C. O. Müller. Dor. I pag. 268; ob ipsius Herodoti *Λαοδίκην* corrigendum ratus in Pausania *Λαόδικος*. Neque vero obsecutus est Siebelis, afferens *Λαοδόκος* ex Orph. Arg. 149, cuius loco *Λεωδόκος* apud Apollon. Rhod. I, 119, ut apud Valerium Flaccum; *Λαόδικος* in uno Schol. ad Apollon. Rhod. I, 47. Mihi talis probatur cautio, nec in Herodoto, ut quid mutem, causa apparet. — Ad argumentum conf. etiam nott. ad IV, 35. Pro *ἀσφαλείης* retinui equidem *ἀσφαλίης*. Conf. II, 18 ibiq. nott.

οἳ νῦν Περφερέες καλέονται] *Περφερέες* meliores praebent libri, quos secutus sum. Alii *Περιφερέες* (*Circumferentes*). Quos eosdem, observante Larchero, Porphyrius De Abstin. II, 19 vocat *Amallophoros*, Servius ad Virg. Aen. XI, 858 *οὐλοφόρους*. Apud Hesych. II p. 945. *Περφερέες· θεωροί.* Niebuhr. Hist. Rom. I pag. 85 ed. sec., hoc ipsum nomen (*Περφερέες* — *perferre*) ad Italicas, quas opinatur, Hyperboreorum sedes relatum vult.

ὀπίσω οὐκ ἀπονοστέειν] Cf. nott. ad III, 16. De locutione *δεινὰ ποιεῖσθαι* diximus ad III, 14. Ad *καταλάμψεται* conf. nott. ad III, 42. — In seqq. Schweighaeuserus, quem sequitur Gaisf., e Schaeferi editione receperat *τοῖς πλησιοχώροις*; quod ab omnibus recedit libris scriptis, e quibus vulgo editum *τοὺς πλησιοχώρους*, quod cum Matthiae equidem retinui quodque ipse Schweigh. postea revocatum voluit in Lex. Herodot. s. v. *ἐπισκήπτω* T. I pag. 264, cum accusativus *τοὺς πλησιοχώρους* pendeat a verbo *κελεύοντας*, quod iunctum cum

ποιεύμενον προσφερές· τὰς Θρηϊκίας καὶ τὰς Παιονίδας γυναῖκας, ἐπεὰν θύωσι τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Βασιληΐῃ, οὐκ ἄνευ πυρῶν καλάμης θυούσας τὰ ἱρά.
34 καὶ ταῦτα μὲν δὴ οἶδα ταύτας ποιεύσας. Τῇσι δὲ παρθένοισι ταύτῃσι τῇσι ἐξ Ὑπερβορέων τελευτησά-

Hyperochae et Laodicae manibus quas inferias Delii faciant.

---

verbo ἐπισκήπτειν hic significet: *instare iubendo, s. instanter, operose iubere mandareque.* Tu conf. etiam nott. ad III, 73.

τὰς Θρηϊκίας καὶ τὰς Παιονίδας γυναῖκας] Θρηϊκίας praebebat Florentinus liber cum duobus aliis. Vulgo Θρῄσσας, sive Θρήσσας. — *Paeones* infra IV, 49 Noster vocat in regione, quae hodiernae Serviae s. Moesiae superiori videtur accensenda. Colligit vero Creuzer. Symbol. II p. 129 ex Herodoti narratione, per Thraciam quoque olim viguisse antiquum illum Solis Lunaeque cultum eumque puriorem, cui mox rudior successerit agrestiorque. Quin alia, quae idem attulit, indicare videntur, Thraciam prisco admodum aevo Apollinis sacra recepisse ulteriusque propagasse. Hinc *Dianam*, quam vocat *Regiam*, haud aliam esse credam, quam quae *Bendis* a Thracibus suâ linguâ vocata cultaque fuerit, teste Timaeo in Lex. Platon. p. 62, ubi vid. Ruhnken. *Cr.* confert Pindar. Schol. ad Olymp. III, 46.

θυούσας τὰ ἱρά] Pro θυούσας plurimi libri ἐχούσας, quod ex ἑρδούσας detortum videbatur Eldikio Susp. Spec. p. 16 et Larchero. Contra θυούσας e scholio male invectum videtur Schweighaeusero, qui ipse retinuit ἐχούσας, eodem fere sensu, quo φερούσας: *sacra manu tenentes et in pompa gestantes.* At supra I, 59 init. θύσαντος γὰρ αὐτοῦ τὰ ἱρά.

Cap. XXXIV.

Τῇσι δὲ παρθένοισι ταύτῃσι] i. e. *in honorem earum virginum, quae ex Hyperboreorum terrâ advectae, Deli obiisse dicuntur, sibi caput tondent puellae aeque ac pueri Deliorum.*" De dativi ratione exposuit Matth. Gr. Gr. §. 394, 2. In ipsa narratione Herodoto convenit cum Callimacho in Del. 292, nisi quod hicce omnia ista ad honorem Opis, Hecaergae et Loxus refert, non aliter atque Pausanias I, 43, 4. Cincinnum hunc fuse circumvolutum, quem virgines Deliacae ante nuptias in sepulcro deponant, ad *Ilithyiam* spectasse censet Creuzer. Symbol. II p. 118; quae dea cum εὔλινος dicatur ac texturae praesit, et ipsa fati domina ac princeps significatur tesseraria quadam ratione, de qua plura Creuzer. l. l. Larcher. ritum caput tondendi ad luctum refert, mortuarum virginum in honorem institutum et perpetua deinceps memoria consecrandum. Quin apud Troezenios simile quid obtinuisse addit, Euripid. Hippol. 1436 testem citans ac

σησι ἐν Δήλῳ, κείρονται καὶ αἱ κόραι καὶ οἱ παῖ-
δες οἱ Δηλίων· αἱ μὲν, πρὸ γάμου πλόκαμον ἀπο-
ταμνόμεναι, καὶ περὶ ἄτρακτον εἱλίξασαι, ἐπὶ τὸ
2 σῆμα τιθεῖσι· (τὸ δὲ σῆμά ἐστι ἔσω ἐς τὸ Ἀρτεμί- 296
σιον ἐσιόντι ἀριστερῆς χειρός· ἐπιπέφυκε δέ οἱ
ἐλαίη·) οἱ δὲ παῖδες τῶν Δηλίων, περὶ χλόην τινὰ
εἱλίξαντες τῶν τριχῶν, προτιθεῖσι καὶ οὗτοι ἐπὶ τὸ
3 σῆμα. αὗται μὲν δὴ ταύτην τὴν τιμὴν ἔχουσι πρὸς
35 τῶν Δήλου οἰκητόρων. Φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ, καὶ τὴν 1
Venisse illas, ut votum Lucinae ῎Αργην τε καὶ τὴν Ὦπιν, ἐούσας παρθένους ἐξ Ὑπερ-

---

Lucian. De dea Syr. in fin. §. 60 coll. Plin. H. N. XVI, 44.

προτιθεῖσι καὶ οὗτοι] Vulgo τιθεῖσι. Nos Schwgh. et Gaisf. sumus secuti. χλόην in antecedd. indicat herbam viridem cuiusvis generis.

Cap. XXXV.

καὶ τὴν ῎Αργην τε καὶ τὴν Ὦπιν] Pro ῎Αργην in Aldina legitur ῎Αργιν, in Stephan. margine Ἑκαέργην, quod idem nomen (loco ῎Αργης) suggerunt Callimach. in Del. 292 eiusque scholiast. Pausan. I, 43, 4. Etymolog. m. s. v. Servius ad Virgil. Aen. XI, 322. Claudian. in II Cons. Stilic. 253. Aeschin. Axioch. §. 12 pag. 371 A. s. 121 Boeckh. (ubi est Ἑκάεργος). Unde in Herodoto Ἑκαέργην restituendum, auctore P. Leopard. Emendd. X, 19 et Spanhem. ad Callimachi l. l. Equidem cum Schubart. l. l. p. 48 in talibus contra probatorum librorum auctoritatem nihil quidquam immutare audeam.

Ὦπιν sunt, qui Οὖπιν appellent, formâ scil. Ionicâ, cum Ὦπις videatur Dorica forma. Cf. Schubart. l. l. p. 48. Creuzer. Symbol. II pag. 117 not. 160. His iam tertiam addunt puellam *Loxo* Callimachus l. l. et Nonnus Dionys. V, 489 seq. Quod implendi versus causa factum esse vult Valcken., ad grammaticorum studia mythologica hoc potius refert Schubart. l. l. pag. 49, cui accedo. Haec autem virginum nomina ipsis quoque diis, quibus operantur, communia fuisse censenda sunt, cum omnino haud raro sacerdotum nomen idem sit atque numinis, quod venerantur. Itaque nomen *Opis*, s. *Upis* (de quo plurima exhibentur congesta in Thes. Stephan. ed. Angl. I, 4 p. 551) ad ipsam quoque deam, quam *Ilithyiam* dico, spectat, quae eadem cum Italorum Ope comparatur. Vid. Spanhem. ad Callimach. in Dian. 203, et Creuzer. Symbol. II p. 121 coll. 117. Quin, iisdem viris monentibus, ipsa Diana hoc nomine subinde designatur, quatenus Ilithyiae, s. Lucinae munus in ipsam translatum est. Add. Creuzer. ad Cicer. De nat. deor. III, 23 pag. 617. De vocis significatione si quaeras, Creuzer. l. l. illam re-

βορέων κατὰ τοὺς αὐτοὺς τούτους ἀνθρώπους πορευο-
μένας, ἀπικέσθαι ἐς Δῆλον ἔτι πρότερον Ὑπερόχης
2 *τε καὶ Λαοδίκης. ταύτας μέν νυν τῇ Εἰλειθυίῃ*

solverent: eadem aetate in Apollinis et Dianae comitatu priores venisse Argen et Opin:

---

fert ad notionem auxilii atque opis, quam, quae omnium in naturâ rerum parens atque origo habetur adeoque nox primitiva ac primigenia, Ilithyia praestat, ut ad lucem omnia proferantur. At C. O. Müllero (Dor. I p. 369) indicari videtur continua numinis cura rerumque humanarum custodia, quam revereri oporteat mortales; quod ipsum num conveniat cum huius fabulae ac religionis indole, equidem sane dubitem. Alteram virginem *Ἄργην* idem vocat *Celerem*. Malim equidem vocare *Candentem, Splendentem:* quod ad deam lunarem, lunaresque religiones sane magis accommodatum videtur. Quam eandem qui *Ἑκαέργην* appellant, et ipsi deam lunarem pharetra sagittisque instructam arcusque tractandi peritissimam, Dianam vulgo vocant, in mente habuisse videntur. Ac denique *Ἀχαΐαν* quoque ex Hyperboreis Delum venisse cecinerat Olen, teste Pausan. V, 7 §. 4. Ubi *Cererem Achaeam* intelligi posse negat C. O. Müller. Dor. I pag. 369, rescribi iubens *Ἀφαίαν*, quo nomine apud Aeginetas culta fuerit Diana.

κατὰ τοὺς αὐτοὺς τούτους ἀνθρώπους πορευομένας] Sensus est, has virgines per eosdem homines sive populos iter fecisse, eâdemque igitur advenisse via, quâ scil. venisse Hyperochen et Laodicen supra IV, 33 enarraverat. Quam interpretationem, unice illam quidem veram, iure probat Schubart. l. l. pag. 42, quo eodem p. 50 monente, verba *ἐξ Ὑπερβορέων* cum seqq. *ἀπικέσθαι ἐς Δῆλον* iungi nequeunt, sed annectenda erunt praecedentibus verbis *ἐούσας παρθένους*, ut virgines intelligantur Hyperboreae sive ex Hyperboreis profectae, ut supra IV, 34: *τῇσι δὲ παρθένοισι ταύτῃσι τῇσι ἐξ Ὑπερβορέων τελευτησάσῃσι ἐν Δήλῳ.* Inde distinctionem, quam ante verba *ἐξ Ὑπερβορέων* posuerat Gaisf., ego postposui.

ἔτι πρότερον] De his vocibus sic iunctis conf. Boeckh. Praef. ad Simon. Socrat. pag. XVI. Eandem locutionem adhibet Pausanias, mutato ordine scribens *πρότερον ἔτι.* Cf. Schubart. l. l. pag. 51 seq. — Pro *Λαοδίκης* tres codd. *Λαοδόκης;* de qua lectione diximus ad IV, 33.

ταύτας μέν νυν — ἀπικέσθαι] i. e. *has quidem venisse tributi ferendi causa, quod Lucinae pro maturato partu pactae fuissent.* Ita Schwgh. Est vero, opinor, hic cogitandum de ea Ilithyia, quae, ut paulo antea diximus, omnium primitiva est mater, e qua, ut e nocte principe, in lucem prodiere quaecunque in terris omnique in rerum natura conspiciuntur. Et eo spectare credam verba *ἀντὶ*

his qui honores habeantur: Olen Lycius, hymnopoeus.

ἀποφερούσας ἀντὶ τοῦ ὠκυτόκου τὸν ἐτάξαντο φόρον ἀπικέσθαι· τὴν δὲ Ἄργην τε καὶ τὴν Ὦπιν ἅμα αὐτοῖσι τοῖσι θεοῖσι ἀπικέσθαι λέγουσι, καί σφι τιμὰς ἄλλας δεδόσθαι πρὸς σφέων· καὶ γὰρ ἀγείρειν σφι τὰς γυναῖκας, ἐπονομαζούσας τὰ οὐνόματα ἐν τῷ ὕμνῳ, τόν σφι Ὠλὴν ἀνὴρ Λύκιος

τοῦ ὠκυτόκου i. e. *pro partus celeritate*, sive *partu maturato*, ad cosmogonicam doctrinam, cuius incunabula in hac ipsa Ilithyiae fabula lateant, referenda. Tu conf. de Ilithyia Creuzer. Symbol. II pag 118 seq. 123 seqq. Itaque parum accurate hunc locum a Larchero expressum esse patet hunc in modum: „Le tribut qu'elles étoient chargées d'offrir pour le prompt et heureux accouchement des femmes de leur pays." — Locutionem φόρον τάσσεσθαι attigimus ad III, 97.

ἅμα αὐτοῖσι τοῖσι θεοῖσι] Apollinem et Dianam intelligi existimat Schubart. l. l. pag. 48. De Lucina deabusque parientium praesidibus alius quis cogitaverat.

ἀγείρειν] Sic paulo post: ὀνομάζοντες καὶ ἀγείροντες, cuius loco Th. Galeus coniecerat ἐγείροντες. Sed ἀγείρειν eorum est, qui stipem efflagitant in speciem quidem diis eorumque quasi in honorem; quod mox in deterius versum ab iis sacrificulis, qui, quo plebeculae stolidae pecunias ad se derivarent, dei deaeve alicuius effigie assumtâ, per oppida vicosque vagabundi, specie quidem ac verbo illi deo, cuius prae se ferebant imaginem, revera autem sibi stipem quaerebant. Monuit Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. pag. 10. Hoc autem loco non de contemnenda ista ac detestabili sacrificulorum istorum ratione, sed de honestiore stipem colligendi genere cogitandum, non aliter atque apud Iamblich. De vit. Pyth. 19 (91) pag. 76, ubi Abaris ἀγείρειν dicitur Apollini Hyperboreorum. Quare nolim cum Lobeck. (Aglaoph. p. 314) hoc ita interpretari, ut Abaris eius artis, quam S. Franciscus alumnos suos perdocuit, specimen ediderit, stipis sacrae colligendae causa terra marique circumvectus. De ipsa voce ἀγείρειν nunc quoque conferatur H. Stephani Thes. L. Gr. (ed. Hase. Paris 1831) I pag. 261. *Cr.* conferri quoque vult Porsoni Adverss. pag. 109 ed. Lips.

τόν σφι Ὠλὴν ἀνὴρ Λύκιος ἐποίησε] Simili modo loquitur Pausan. IX, 27, 2, loco supra ad II, 53 (ubi vid. annott. pag. 610) laudato. Add. Pausan. VII, 23 §. 2 de Pampho, ὃς Ἀθηναίοις τοὺς ἀρχαιοτάτους ὕμνων ἐποίησεν.

Ad argumentum loci quod attinet, cum Herodoteis conf. Callimach. in Del. 304 atque Pausan. X, 5 §. 4. I, 18 §. 5.

ἐποίησε· παρὰ δὲ σφέων μαθόντας νησιώτας τε
καὶ Ἴωνας, ὑμνέειν Ὦπίν τε καὶ Ἄργην, ὀνομά-
3 ζοντάς τε καὶ ἀγείροντας· (οὗτος δὲ ὁ Ὠλὴν καὶ
τοὺς ἄλλους τοὺς παλαιοὺς ὕμνους ἐποίησε, ἐκ
Λυκίης ἐλθὼν, τοὺς ἀειδομένους ἐν Δήλῳ·) καὶ
τῶν μηρίων καταγιζομένων ἐπὶ τῷ βωμῷ τὴν σπο-

Quae Schubartum l. l. pag. 59 moverunt, ut etiam Homerici hymni versus 146 — 164 ad Olenis sive alius cuiusdam poetae antiquissimi carmen de Hyperboreis referre vellet. De ipso *Olene* praeter locos l. conf. Pausan. V, 7 §. 4. II, 13 §. 3 coll. VIII, 21 §. 2 et quae alia recentiorum scripta de Olene excitat Schubart. pag. 59 in not. Unde colligitur, Olenem in Ilithyiae honorem, quae Latonam, dum Apollinem Dianamque parturiret, adiuvarit, carmen pepigisse iureque ferri omnium antiquissimum Graeciae poetam, qui cum Phoebi dicatur princeps propheta, primus omnino fuisse videatur, qui prisco admodum aevo Apollinis s. Solis sacra e regionibus orientalibus sive borealibus in Graeciam intulerit, adeoque ipse sacerdos cum quadam colonia s. tribu sacerdotali Graeciam adierit. Qui idem quod *Lycius* vocatur, id documento esse videtur, e Lycia haec sacra in Graeciam introducta esse; quippe quà in terrà antiquitus floruisse accepimus puriorem quendam Apollinis et Dianae sive luminum coelestium, Solis et Lunae, cultum, quem ex iisdem superioris Asiae terris religionibusque, ad quas Hyperborei eorumque sacra vulgo relegantur, illuc pervenisse suspiceris, ita ut Olenis *Lycii* commemoratio in Hyperboreorum sacris nihil certe habeat, quod offendat. Exposuit Creuzer. Symbol. II pag. 116 seq. 130 seq. 136 seqq.

οὗτος δὲ ὁ Ὠλὴν] δὲ cum Schweigh. et Gaisf. scripsi pro δή, quod Matth. retinuit. In proxime antecedentibus νησιώτας intelligit, opinor, incolas insularum maris Aegaei, Cycladum, Sporadum.

καὶ τῶν μηρίων καταγιζομένων ἐπὶ τῷ βωμῷ] Intelligimus haec de *femoribus in ara crematis*, quorum cineres sepulcro Arges et Opis iniecerint. Ac nemo nescit, quantopere inter viros doctos disceptatum fuerit de significatione vocis μηρίων, utrum scil. ossa tantum femoralia, an carnem quoque ossibus adhaerentem Homerus indicaverit. In quâ disceptatione mihi placet Nitzschii sententia (Adnott. ad Odyss. III, 456 pag. 223. 224) indeque μηρία hoc quoque loco intelligere malim partes e femore exsectas, una cum ossibus scil., adipe quoque, si velis, circumvolutas diisque consecratas. — θήκη, quod arctiori sensu de *loculo* s. *arca* dicitur, hic latiori sensu de *ipso sepulcro* ac-

δὸν, ταύτην ἐπὶ τὴν θήκην τῆς Ὤπιός τε καὶ Ἄρ-
4 γης ἀναισιμοῦσθαι ἐπιβαλλομένην. ἡ δὲ θήκη αὐτέων ἐστὶ ὄπισθε τοῦ Ἀρτεμισίου, πρὸς ἠῶ τετραμ-
36 μένη, ἀγχοτάτω τοῦ Κηΐων ἱστιητορίου. Καὶ ταῦτα μὲν Ὑπερβορέων πέρι εἰρήσθω. τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον τοῦ λεγομένου εἶναι Ὑπερβορέω οὐ 297

Reiicit Herodotus fabulam de Abaride: negat Hyperboreos

---

cipiendum, ut II, 42. Quo vero iure ex hoc loco C. O. Müller. loco mox laudando effinxerit *altum sepulcrum e cinere sacro constructum* (ein hohes Grab aus Opferasche), ipse videat.

πρὸς ἠῶ τετραμμένη] Eo quod orientem versus spectabat sepulcrum, indicari existimat C. O. Müller. Dor. I pag. 271, pertinere hoc ad Cretensium tempora, cum Dores orientem versus, Iones occidentem versus mortuos humarint.

ἀγχοτάτω τοῦ Κηΐων ἱστιητορίου] *Coenaculum* intelligit Schweigh., Larcher. de festis solemnibus cogitandum putat, quae deorum in honorem in Deli insula celebrare consueverint incolae insularum proximarum, quarum suas quique Delphis habuerint aedes legatis excipiendis et epulis solemnibus accommodatas. Ac tales Ceorum aedes hic intelligi contendit. Tu cf. Broendsted. Reisen in Griechenl. I p. 49, qui hoc coenaculum vocat: Bewirthungshaus für ihre zu den Panegyrien angekommenen Bürger und Gäste.

Cap. XXXVI.

τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον κ. τ. λ.] Quod Schweigh. pro λέγων requirebat λέγοντα, eo meâ quidem sententia vix opus. Laudat Wesseling. similia IV, 43. V, 36. VI, 137, quibus alia, si attineret, plura adiici possent. Quae sequuntur verba inde a Valckenario et Wesselingio sic constituta: ὡς τὸν οϊστὸς περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, οὐδὲν σιτεόμενον, vulgo sic vertunt: *quo pacto eum sagitta per omnem terram circumvexerit nihil cibi capientem*, s. *quo modo per omnem terram ille sagittâ vectus fuerit nihil comedens;* ubi voculam τὸν pro τοῦτον accipiunt; de quo, monente *Cr.*, Reiz. De Prosod. Graec. Acc. Incl. pag. 8. Quod cum ferri posse neget Struve Spec. Quaest. de dial. Herod. I pag. 11 not., eodem auctore vetus librorum scriptorum restituenda lectio: ὡς τὸν ὀϊστὸν περιέφερε — σιτεόμενος, i. e. *quo modo ille* (Abaris) *sagittam circumvexerit per omnem terram, nihil cibi capiens;* ubi articulo τὸν ante ὀϊστὸν posito indicatur, notam quandam hic respici fabulam. Nec aliter olim legisse videtur Eustath. ad Dionys. Perieg. 31, cuius haec sunt verba: καὶ ὅτι ὁ Ἄβαρις ὁ ὑμνούμενος Ὑπερβόρειος ἦν, ὃς οὐδέν γε σιτεῖσθαι λέγεται καὶ τὸν ὀϊστὸν περιφέρειν κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Itaque restituimus: ὡς τὸν ὀϊστὸν κ. τ. λ.;

λέγω, λέγων ὡς τὸν ὀϊστὸν περιέφερε κατὰ πᾶσαν esse: ridet pingi terram forma globosa et ambitam Oceano.

---

e qua lectione id sane elici nequit, quod vulgo putant, Abarin sagittâ per aerem vectum, orbem terrarum perlustrasse. Nam de Abaride quamquam haud pauca exstant veterum testimonia (apud Suidam s. v., Zonaram, Strabon. VII p. 301 s. 461 C. Gell. N. Att. IX, 22. Plat. Charmid. p. 158 B. Apollon. Dyscol. Hist. Mirab. c. 4. Iamblich. De vit. Pythag. §. 90. 91. 135. 136. 140. 141. 147. 216. Himer. in Photii Bibl. 243 p. 1131 s. 374 Bekk. coll. Wernsdorf. ad Himer. Eclog. 19 p. 264. Oratt. 25, 2, 4. Cels. ap. Origen. III, 31. T. I p. 467 B. Schol. Aristoph. Eq. 725) eiusque nomine etiam librum quendam inscripsit Heraclides quidam teste Plutarcho II p. 14 E., ante Iamblichum neminem sagittae, qua per aerem vectus sit Abaris, mentionem qui fecerit reperiri contendit Struve l. l., sagittam ipsam addi ratus non nisi amuleti loco ad mala quaevis arcenda, sive, ut Lobeck. (Aglaoph. p. 314) contendit, pro signo ut esset divinae legationis. Qui idem ambigit, vulgaris haec fabula de itinere aerio utrum ab Hecataeo Abderita in libro de Hyperboreis Diod. I, 47, an ab Heraclide Pontico *ἐν τοῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἄβαριν* Anecdd. Bekk. p. 145 et 178 proposita sit, primamque volaticorum hominum memoriam fortasse ab Onomacrito repetendam esse opinatur. Ad Abaridem ut redeam, gravissimus in hoc omni argumento locus exstat apud Eudociam et in schol. ad Gregor. Naz. in catal. bibl. Bodl. pag. 51, qui copiosior nunc legitur in Nonni Narratione septima a Creuzer. vulgata in Melett. I p. 76. 77, unde insigniora tantum transscribam: *ὁ Ἄβαρις ἐξ Ὑπερβορέων ἦν ἄνθρωπός τις· — οὗτος ὁ Ἄβαρις λέγεται, ἔνθους γενόμενος περιϊέναι τὴν Ἑλλάδα κύκλῳ* μετὰ τοῦ βέλους *καὶ χρησμούς τινας καὶ μαντείας λέγειν ὡς ἔνθους· Λυκοῦργος δὲ ὁ ῥήτωρ μέμνηται τοῦ Ἀβάριδος — λέγων ὅτι λιμοῦ διενομένου* (alii *γενομένου*) *ἐν τοῖς Ὑπερβορέοις ἦλθεν ὁ Ἄβαρις ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ ἐμισθώτευσεν τῷ Ἀπόλλωνι· καὶ ἐδιδάχθη παρ' αὐτοῦ τὸ χρησμολογεῖν· καὶ οὕτω κρατῶν τὸ βέλος ὡς σύμβολον τοῦ Ἀπόλλωνος* (*τοξότης γὰρ οὗτος θεὸς*) *περιῄει χρησμολογῶν πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα.* Quos ipsos Abaridis *χρησμοὺς* ab Aristophanis Schol. l. l. commemoratos Herodotus ob oculos habuisse videtur Lobeckio; e fabula nota vulgique rumore, quae hic narrantur, fluxisse statuit Struve l. l., cui in hisce assentitur Krische in Disput. De societat. a Pythagor. in Croton. cond. scopo politic. (Gotting. 1831) p. 38. Stegeri emendationem (in Praefat. p. XIV) pro *τὸν* rescribentis *τόνδ'* (i. e.

2 τὴν γῆν, οὐδὲν σιτεόμενος. Εἰ δέ εἰσί τινες Ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι, εἰσὶ καὶ ὑπερνότιοι ἄλλοι.

τοῦτον, quod ipsum olim in mentem venerat Pawio) memorasse sufficiat.

De *Abaridis* aetate vix certi quid constituere licet. Quem Croesi aequalem facit Pindarus; Hieronymo auctore (Chron. Euseb. lib. post. p. 126), quem sequitur Schultze in Apparat. crit. pag. 38 (ubi reliqua veterum afferuntur testimonia de Abaride) ille e Scythia in Graeciam venisse putandus est Olymp. LIV$\frac{2}{3}$ s. 562 a Chr. n. Conf. Fabric. Bibl. Gr. I pag. 11 seq. Ipsum Abaridem prophetam sive vatem dicunt, qui divino spiritu correptus, incantationes, hymnos fecerit ad initia celebranda expiationesque peragendas, qui pestem, famem, alias calamitates depulerit Graecosve vaticinationibus aliisque commodis adiuvarit. De quo quae enarrantur, disquisivit Creuzer. Symbol. II p. 142 — 146. Sagittam, quae Abaridi tribuitur, mira quadam vi, eaque magica praeditam, cum Runis, quae vocantur, ille contendit: quippe quibus et ipsis omnem medendi, vaticinandi, incantandi artem contineri volunt; ut sane, his qui instructus sit, is omnium fere rerum et cognitionem et facultatem habere putandus sit. Itaque Abaridis sub persona exhiberi quodammodo omnem doctrinam sapientiamque, ad sacra maxime pertinentem, quae a regionibus septentrionalibus sive orientalibus in Graeciam illata ibique propagata fuerit, ita ut ipsa de Abaride fabula eodem spectare videatur, quo fabula de Hyperboreis Apollinisque cultu, per hosce in Graeciam delato, sive ad introductum in Graeciam Apollinis cultum e borealibus regionibus. Quibus *Cr.* haec adscripsit: „Comparat haec de Abaride tradita cum similibus fabulis Britannorum veterum aliorumque populorum septentrionalium editor Wartoniani operis The history of the English poetry. Lond. 1824. Preface pag. 62."

εἰ δέ εἰσί τινες Ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι, εἰσὶ καὶ ὑπερνότιοι ἄλλοι]. Qui hoc ex loco colligi volunt, Herodotum omnino dubitasse, num ulla unquam exstiterit Hyperboreorum natio, iis equidem accedere non possum (conf. etiam Perizon. ad Aelian. V. H. II, 26 et Schubart. l. l. pag. 28), cum Herodotus tales modo neget esse Hyperboreos, quales poetae aut fabularum enarratores memorasse videntur, ultra Boream ventum scil. sitos; id quod a rerum natura patri historiae aeque abhorrere visum est ac si quis homines ultra ventum meridionalem (Hypernotios) fingere vellet, cum *Hyperborei* potius perhibeantur *maxime boreales* homines, i. e. septentrionem versus maxime habitantes, *Hypernotii* autem ii, qui extremas terrae meridionalis oras incolant. Multa hanc in rem disputans

3 γελῶ δὲ ὁρέων γῆς περιόδους γράψαντας, πολλοὺς

Strabo I, 3 p. 61. 62 s. 106 C. seq. Eratosthenem, Herodoti dicta cavillantem, et ipsum perstringit. Attigit quoque Herodotea schol. Apoll. Rhod. II, 675; itemque nostra memoria Wyttenbach. praefat. ad Phaedon. pag. XXXVII, ut monuit Gaisf.

γελῶ δὲ ὁρέων γῆς περιόδους γράψαντας κ. τ. λ.] Herodoti vituperationem ad Hecataeum Milesium praecipue spectare ut credam commovent me ea, quae scripta exstant II, 21, ubi vid. nott. Neque aliter placuisse video Bredowio (Geogr. et Uranolog. Herod. specim. pag. XVI not.) atque nuperrimo fragmentorum Hecataei editori, Klausen, bene monenti (pag. 39 seq.) Hecataeum, quem opus in duos libros divisum, Asiam nimirum et Europam, (cf. ibid. pag. 13) condidisse Oceanumque pro flumine omnem terram cingente habuisse novimus, saepius tacita reprehensione ab Herodoto perstringi. Qui historiae pater, Mannertum si audias (I p. 12), hoc loco decreta eorum, qui e Thaletis disciplina profecti globi statuerent rotunditatem (cum scil. ipse rerum Mathematicarum omnino fuisset expers), confudit cum eorum doctrina, qui ad Homeri sententiam non nihil ampliatam terram, qualem norant, haberent rotundam Oceanoque circumfluam. Neque vero veram sententiam de terrae rotunditate Herodotum habuisse nec eos, quos derideat, idem Mannert. iudicat, quamvis Herodotus, quae ipsius fuerit terrarum multarum ac diversarum cognitio, bene intellexerit, Hecataei, aliorum, quam falsa sit opinio. Hoc enim potissimum illum sibi sumsisse vult probandum, ut terrae latitudinem longitudine superari appareret nullamque hinc effici terrae rotunditatem quandam, cum Europa sola reliquis orbis terrarum partibus vel coniunctis maior sit ambitu. Namque e mente Herodoti terra fuit plana, coelo concavato in modum hemisphaerii obtecta, non accuratam circuli formam exhibens, sed oblongam potius, hic illic inflexam; unde factum, ut Europam reliquis duabus orbis terrarum partibus ille sibi cogitaret maiorem eosque deridendos esse putaret, qui plane rotundam cum existimarent terram, parem quoque Asiam et Europam constituerent, omni terrarum orbe in duas easque pares et aequales partes diviso: quam Hecataei Milesii quoque fuisse opinionem monuimus. Tu conf. Rennel. pag. 383. Ukert Geogr. d. Gr. u. Röm. I, 2 pag. 26. Bredow. l. l. pag, VII (ibique Herodot. III, 98. 104. [ubi vid. nott. pag. 192] 105. IV, 44.) XVI, Herodotum merito laudans, quod primus in priorum scriptorum commenta inquisiverit eaque, non satis firmo quae inniti viderentur fundamento, convellere studuerit. De quo scriptoris nostri studio,

ἤδη, καὶ οὐδένα νόον ἔχοντας ἐξηγησάμενον· οἳ Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι πέριξ τὴν γῆν, ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου, καὶ τὴν Ἀσίην τῇ
4 Εὐρώπῃ ποιεύντων ἴσην. ἐν ὀλίγοισι γὰρ ἐγὼ δη-

---

ad veritatem omnibus in rebus indagandam spectante, pluribus locis iam monuimus. — Pro γράψαντας πολλοὺς in Edit. Gaisf. exstat γράψαντα, operarum, ut videtur, vitio. Verbum γράφειν non tam de *scribendo*, quam de *pingendo* accipi voluit Gronovius, quem sequor una cum Bredowio l. l. pag. XVI. Schweighaeuserus utramque simul hic valere notionem existimat, quae *describendi* verbo comprehendatur. — Verba seqq. καὶ οὐδένα νόον ἔχοντας ἐξηγησάμενον sic intelligo: „*quum multos video* — *nullam* (in hac sc. terrarum orbis descriptione) *rationem adhibentes, quae ipsos ducat* s. *quam sequantur ducem*, temere igitur nec ulla adhibita ratione agentes. Dobraeum ad Aristoph. Pac. 732 pro ἔχοντας rescribi voluisse ἐχόντως, Gaisford. notat.

οἳ Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι κ. τ. λ.] In loci interpunctione Gaisfordium secuti sumus, ita ut verba τὴν γῆν (inter quae vulgo male inseritur τε) cum vocula πέριξ sint iungenda. Cf. IV, 15 ibiq. nott.

ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου] i. e. *orbiculatam velut ex torno*, cum vox κυκλοτερέα non ad *globi* spectet rotunditatem, sed *orbis rotunditatem* indicet; quam qui terrae tribuerent indeque terram in tabulis ut *discum detornatum* exhiberent pictam, Asiamque hinc (i. e. dimidium terrae australe) Europae (i. e. dimidio boreali) parem facerent, eos tantum hic derideri a patre historiae statuimus cum Bredow. l. l. pag. XX. III. coll. Rennel. p. 383. — Respexit Herodotea Eustath. ad Dionys. Perieg. 1 itemque Strab. I pag. 48 s. 83 C. De usu praepositionis ἀπὸ vid. Matth. Gr. Gr. pag. 1130.

καὶ τὴν Ἀσίην τῇ Εὐρώπῃ ποιεύντων ἴσην] Haec antecedentibus simplici commate, non puncto, ut fecit Gaisf., annectenda. ποιεύντων Gronovius pro imperativo accipi voluit, ut idem sit atque ποιείτωσαν, quemadmodum λεγόντων pro λεγέτωσαν, alia id genus; quod probans Wesseling. locum sic interpretatur: „*Asiam quoque faciant Europae parem.*“ Equidem cum Schweigh. ποιεύντων accipio pro genitivo participii absolute positi et ad superius γελῶ spectante, cum fere in modum: „*rideo, quum isti Asiam aequalem Europae faciant.*“ Quod Steger. Praefat. pag. XIV suspicatur ποιεῦντας ὤν, merito reiecit Censor Lipsiensis 1829 nr. 136 p. 1087. — In fine cap. cum Schweigh. et Gaisf. dedi οἵη pro vulg. ὅση, quod retinuit Matth. Tu cf. IV, 40.

λώσω μέγαθός τε ἑκάστης αὐτέων, καὶ οἵη τίς ἐστι ἐς γραφὴν ἑκάστη.

37 Πέρσαι οἰκέουσι, κατήκοντες ἐπὶ τὴν νοτίην
2 θάλασσαν, τὴν Ἐρυθρὴν καλεομένην. τούτων δ' ὑπεροικέουσι πρὸς βορέω ἀνέμου, Μῆδοι· Μήδων δὲ, Σάσπειρες· Σασπείρων δὲ, Κόλχοι, κατήκοντες ἐπὶ τὴν βορηΐην θάλασσαν, ἐς τὴν Φᾶσις ποταμὸς
3 ἐκδιδοῖ. ταῦτα τέσσερα ἔθνεα οἰκέει ἐκ θαλάσσης ἐς θάλασσαν.
38 Ἐνθεῦτεν δὲ, τὸ πρὸς ἑσπέρης, ἀκταὶ

Geographia Herodoti: a mari australi seu rubro, ad mare septentrionale seu Pontum Euxinum, Persae, Medi, Saspires, Colchi.

Duplex Asiae ad occidentem ora,

Cap. XXXVII.

Πέρσαι οἰκέουσι] Schweigh., collatis his locis IV, 38. 40. 41, Herodotum scripsisse putat: *Ἀσίην Πέρσαι οἰκέουσι*. Codices non addicunt; nec sane opus videtur illa voce addita, quae commode hoc loco mente suppleri poterit. Idem statuisse video Italum Herodoti interpretem et Letronne. Journ. d. Sav. 1817 Janv. pag. 45, qui bene monet, verbum *οἰκεῖν* apud Herodotum crebrius adhiberi, non addito obiecti accusativo, sed participio verbi alicuius vel postposito vel anteposito. Itaque hoc quoque loco nihil adiiciendum esse censet, cum sensus idem fere sit ac si Herodotus dixisset: *Πέρσαι οἰκέουσι ταύτης τῆς ἠπείρου τὸ τεταμένον ἐς τὴν νοτίην θάλασσαν*.

ἐπὶ τὴν νοτίην θάλασσαν, τὴν Ἐρυθρὴν καλεομένην] De *Persico sinu* cogitat Breiger. l. l. pag. 72. Quem sinum Noster, cum vix noverit, latiori meridionalis maris appellatione complectitur, ad quod ipsum hic sinus pertinet. Vid. Breiger. l. l. pag 11, Rennel. pag. 455. 463, Tzschucke ad Mel. III, 8 init. pag. 278 seqq. nott. exegg. Vol. III P. III.

τούτων δ' ὑπεροικέουσι πρὸς βορέω ἀνέμου, Μῆδοι] *τούτων* cum Gaisf. et Matth. dedi pro *τουτέων*. — Mox aliquot libri *πρὸς βορέην ἄνεμον*, quod nec ipsum ab usu scriptoris abhorret. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 590 γ. pag. 1179. Herod. II, 121. ibique nott. IV, 38. De *Saspiribus* diximus ad I, 104. III, 94. Cuius gentis nomen idem esse contendit Ritter. (Vorhalle pag. 129 — 131. 140) atque lapidis Lazuli s. Sapphiri, quippe qui in huius gentis sedibus patriis unice reperiatur, in India superiori, Serinda, Buddhae cultu insigni, unde profecti coloni ad fluvium Koros prope Colchos consederint.

ἐπὶ τὴν βορηΐην θάλασσαν] *Mediterraneum*, quod vocant, *mare* intelligendum. Vid. II, 11. 158 ibiq. nott. De *Phasi*, Asiae termino, conf. IV, 45.

Cap. XXXVIII.

τὸ πρὸς ἑσπέρης] Ita meliores libri, quos secutus sum. Olim *τὸ πρὸς ἑσπέρην*. Cf. IV, 37. Quae sequuntur verba,

in diversum procurrens ad mare: una, quae Asia Minor dicitur, in qua nationes XXX.

διφάσιαι ἀπ' αὐτῆς κατατείνουσι ἐς θάλασσαν, τὰς
2 ἐγὼ ἀπηγήσομαι. ἔνθεν μὲν ἡ ἀκτὴ ἡ ἑτέρη, τὰ πρὸς βορῆν ἀπὸ Φάσιος ἀρξαμένη, παρατέταται ἐς θάλασσαν παρά τε τὸν Πόντον καὶ τὸν Ἑλλήσποντον, μέχρι Σιγείου τοῦ Τρωϊκοῦ· τὰ δὲ πρὸς νότου, ἡ αὐτὴ αὕτη ἀκτὴ ἀπὸ τοῦ Μυριανδρικοῦ

ἀπ' αὐτῆς, pro iis Wesseling. cum Pauwio malebat *ἀπ' αὐτέων* scil. *θαλασσέων* sive *ἐθνέων*, de quibus scil. antea Herodotus locutus erat. Reiz. (Praefat. pag. XVII) rescripsit *ἀπ' ἀντίης*, cum de Asiae inter duo maria, Ponticum et Internum, procurrentis littoribus *diversis* sermo sit. Equidem in vulgata lectione acquiesco, quam sic exposuit Schweigh.: „*Ἐνθεῦτεν δὲ, Inde vero*, ait Herodotus, id est, *ab illo inde terrarum tractu, qui per mediam Asiam a meridie ad septentrionem porrigitur*, quae est continens Asiae terra ac veluti meditullium: *inde*, inquam, *versus occidentem, excurrunt ἀπ' αὐτῆς, ab hac* continente *Asia, ἀκταὶ διφάσιαι, duae orae in mare porrectae*, duae regiones ita in mare porrectae, ut earum maior pars mari adluatur, adeoque duae veluti paeninsulae. Harum una est Asia minor, in boreali parte a Phasi [*ἡ ἀκτὴ ἡ ἑτέρη τὰ πρὸς βορῆν ἀπὸ Φάσιος ἀρξαμένη*] in australi [*τὰ δὲ πρὸς νότου, ἡ αὐτὴ αὕτη ἀκτὴ κ. τ. λ.*] a Phoenicia in mare mediterraneum excurrens. Altera ora ac veluti paeninsula incipit a Perside maiorque eius pars in australe s. Erythraeum mare excurrit, eoque circumluitur, minor quaedam pars mediterraneum mare attingit.“ Nec aliter fere Dahlmann. in Herod. pag. 84 itemque Italus Herodoti interpres, cui et ipsi in Herodoti verbis nihil mutandum videtur. Add. Niebuhr. Vermischt. Hist. Schrift. I p. 152.

παρατέταται ἐς θάλασσαν παρά τε τὸν Πόντον καὶ τὸν Ἑλλήσποντον, μέχρι Σιγείου τοῦ Τρωϊκοῦ] i. e. *excurrit in mare*, s. *porrigitur secundum*, s. *iuxta Pontum Hellespontumque usque ad Sigeum Troicum. Hellespontum* hic latiori sensu dici putem. Conf. nott. ad IV, 85. De *Sigeo* promontorio conf. Strab. XIII p. 595 s. 890 B., alios, quos cum Herodoto Sigeum promontorium in Hellesponti marisque Aegaei finibus collocante consentire monet Breiger. l. l. pag. 21. Nunc vocari tradunt *Ienicher*, s. *Ienischehr*. Vid. Tzschucke ad Mel. I, 18 nott. exegg. pag. 534 Vol. III P. I.

ἡ αὐτὴ αὕτη ἀκτὴ ἀπὸ τοῦ Μυριανδρικοῦ κόλπου] Unam eandemque intelligi *ἀκτὴν*, universam quippe Asiam minorem, bene monet Schweigh., et sane invenitur crebrius *ἀκτή paeninsula*, monstrante Gail. ad Scylac. in Geogr. min. I pag. 528 seq. Quod tamen Niebuhr. (Vermischt. Schrift. I p. 222)

κόλπου, τοῦ πρὸς Φοινίκῃ κειμένου, τείνει τὰ ἐς 3 θάλασσαν μέχρι Τριοπίου ἄκρης. οἰκέει δ' ἐν τῇ ἀκτῇ ταύτῃ ἔθνεα ἀνθρώπων τριήκοντα. αὕτη μέν

39 νυν ἡ ἑτέρη τῶν ἀκτέων. Ἡ δὲ δὴ ἑτέρη, ἀπὸ Περσέων ἀρξαμένη, παρατέταται ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν· ἥ τε Περσικὴ, καὶ ἡ ἀπὸ ταύτης ἐκδε-

Altera, quae complectitur, ad mare australe, Persiam, Assyriam, Arabiam; ad mare inter-

---

inter ἀκτὴ et χερσόνησος statuit discrimen, haud usque quaque valere illud observat Dahlmann. Herod. pag. 84. Cr. ad vocem ἀκτὴ adscripsit The classical Journal Vol. IX p. 327 seq. — *Μυριανδρικοῦ* reposui cum edd. recentt. Libri scripti admodum variant, quorum alii *Μαριανδικοῦ* exhibent (quod ipsum tenuere Reiz. et Matthiae), alii *Μαριανδύων*, s. *Μαριανδυνῶν*, alii *Μαριανδηνῶν*. At *Mariandynus* sinus huc non pertinet; qui in Bithyniae ora, ubi gens *Mariandynorum* est (de qua conf. I, 28. III, 90 ibiq. nott.), fluviusque Sangarius mari miscetur, quaerendus. *Myriandricus* sinus in Phoeniciae ac Syriae confiniis quaerendus videtur, item forsitan qui *Issicus* quoque vocatur. Nam *Myriandrus*, Syriae urbs, Phoenicum, ut videtur, emporium, in illo fere tractu memoratur. Vid. Steph. Byz., s. v., Xenoph. Anab. I, 4. 6, ubi aliorum testimonia attulit Krüger., qui tamen quod *Μυρίανδον* rectius forsan scribi censet, quam *Μυρίανδρον*, in eo vereor, ut assentiri possim. Memoratur quoque *Μυρίανδρος* urbs Phoenicum apud Scylac. Peripl. §. 102 (p. 40 Huds. p. 301 Gail.), ubi alios testes interpretes laudarunt. Nunc, Larchero observante, *Myriandricus* sin. vocatur *Aiasse.* — De *Triopio* promontorio vid. nott. ad I, 144. 174. πρὸς Φοινίκῃ cum recentt. edd. dedimus, cum etiam apud Xenophontem l. l. exstet: ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, i. e. *prope, iuxta mare.*

ἔθνεα ἀνθρώπων τριήκοντα] Supra I, 28 plures harum gentium nominari notat Schweigh.

Cap. XXXIX.

Ἡ δὲ ἑτέρη κ. τ. λ.] Vid. nott. ad IV, 38. — Ἐρυθρὴν θάλασσαν vel *Persicum* vel *Indicum* mare esse statuit Rennel. pag. 454. Tu conf. Heyse l. l. pag. 103 et nott. ad Herod. IV, 37 init.

ἥ τε Περσικὴ, καὶ ἡ ἀπὸ ταύτης κ. τ. λ.] Sententia scriptoris haec est: hac altera Asiae paeninsulâ contineri primum Persidem, deinde, quae eam continuo excipiat, Assyriam, et quae inde incipiat, Arabiam, ita ut terminetur sinu Arabico. *Assyriae* autem nomen latius patere omnemque Babyloniam, Mesopotamiam ac Syriam complecti et supra iam monuimus (I, 102. 177 seq.), et hoc loco cum Rennel. p. 458 iterum monemus. Quo eodem monente *Arabiae* nomen olim et ipsum latius patuit ad Tigrin

num, Phoenicen, Syriam, Palaestinam, Aegyptum.

κομένη Ἀσσυρίη, καὶ ἀπὸ Ἀσσυρίης ἡ Ἀραβίη.
2 λήγει δὲ αὕτη (οὐ λήγουσα εἰ μὴ νόμῳ) ἐς τὸν
κόλπον τὸν Ἀράβιον, ἐς τὸν Δαρεῖος ἐκ τοῦ Νεί-
3 λου διώρυχα ἐσήγαγε. Μέχρι μέν νυν Φοινίκης
ἀπὸ Περσέων, χῶρος πλατὺς καὶ πολλός ἐστι· τὸ

---

usque septentrionem versus extensae; quam cum angustiorem habuerit Herodotus sinumque Persicum atque Arabicum nimis sibi appropinquarit, ab erroris suspicione ille non absolvendus erit, ut statuit Rennel., subiiciens hunc errorem vel Plinii (cf. Hist. Nat. VI, 28) aetate adhuc exstitisse.

λήγει δὲ αὕτη] αὕτη cum recentt. edd. recepi pro αὐτή. Quae sequuntur verba: οὐ λήγουσα εἰ μὴ νόμῳ, a nonnullis male intellecta, cum Schweigh. sic interpretari malim: *non vere quidem* (ait) *oram desinere* eo loco, ubi sinus Arabicus interiecto isthmo a mari mediterraneo separatur, sed *ex usu recepto* tantum *loquendive more* (νόμῳ) illic desinere putari, cum revera illic non desinat, sed ulterius progressa, per omnem continuetur Africam; ita ut etiam Africa, quae Arabico sinu ab Asia terminari vulgo dicatur, verum si quaeras, pro huius alterius orae sive paeninsulae parte quadam quodammodo haberi debeat. Usu tantum hoc receptum esse ac loquendi consuetudine, ut illa ora Arabico sinu iam terminata existimetur, cum revera, longius progressa, omnem Africam, quam ab Asia vulgo separatam, tertiam orbis terrarum constituant partem, comprehendat. Quem loci sensum Dahlmanno quoque probatum (Herod. pag. 84) bene expressit Lange, itemque Miot, alter Gallus interpres („*non pas réellement*, *mais par une sorte de convention adopté*") et Italus interpres: („*ma solamente secondo la consueta opinione*"), Schweighaeuserum et ipse secutus. — Valet igitur νόμῳ idem fere quod τῷ νενομισμένῳ, ut II, 17. IV, 45. Nec aliter νόμος de communi hominum opinione in Platon. Phaedr. p. 231 D., ubi vid. Heindorf. p. 203 et Ast. p. 238.

ἐς τὸν Δαρεῖος — ἐσήγαγε] Haec verba ideo addi putat Dahlmann. Herod. pag. 85, quod hoc canali, quo rubrum mare cum mediterraneo mari coniungitur, integra efficitur paeninsula. De ipso Darii canali diximus ad II, 158. In proxime antecedd. *sinum Arabicum* expresse commemoravit, quem alias latiori *maris rubri* appellatione comprehendit. Cf. Schlichthorst. p. 18. Breiger. l. l. pag. 13 seq.

χῶρος πλατὺς καὶ πολλός] Est regio plana itemque longe lateque patens. Sic IV, 109: λίμνη μεγάλη τε καὶ πολλή. — διὰ τῆσδε τῆς θαλάσσης „i. e. *secundum*. Conf. Thucyd. I, 63 et Abresch. Dilucidd. Thucyd.

δὲ ἀπὸ Φοινίκης παρήκει διὰ τῆσδε τῆς θαλάσσης
ἡ ἀκτὴ αὕτη παρά τε Συρίην τὴν Παλαιστίνην,
καὶ Αἴγυπτον, ἐς τὴν τελευτᾷ· ἐν τῇ ἔθνεά ἐστι
4 τρία μοῦνα. Ταῦτα μὲν ἀπὸ Περσέων τὰ πρὸς
40 ἑσπέρης τῆς Ἀσίης ἔχοντά ἐστι. Τὰ δὲ κατύπερθε
Περσέων, καὶ Μήδων, καὶ Σασπείρων, καὶ Κόλ-
χων, τὰ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἥλιον ἀνατέλλοντα, ἔνθεν 298
μὲν ἡ Ἐρυθρὴ παρήκει θάλασσα· πρὸς βορέω δὲ ἡ
Κασπίη τε θάλασσα, καὶ ὁ Ἀράξης ποταμὸς, ῥέων
2 πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. μέχρι δὲ τῆς Ἰνδικῆς οἰκέε-

Asiae tractus orientalis, ad meridiem a mari australi, ad aquilonem a mari Caspio et fluvio Araxe conclusus, India est: quae ultra sunt ad orientem, deserta et incognita.

---

pag. 60. Sic Latini nonnunquam *per* usurpant. Itinerar. Alexandri ed. Mai 1817 Mediol. §. 17: „*perque* Euxinum militans.“ Cf. Letronne in Journ. d. Sav. 1818 p. 409 ibiq. Zosim. I, 34. 3. Procop. B. Goth. IV, 2 p. 567. IV, 34 p. 662 B.“ *Creuz*. Haec verba ad *mediterraneum mare* spectare, recte monuit Niebuhr l. l. pag. 152. Tu conf. nott. ad. I, 185. Nimirum e mente Herodoti haec altera paeninsula talis est, quae a Perside inde usque ad Phoeniciam magnam exhibeat planitiem, sed inde a Phoenicia aliam sequatur directionem, mediterraneum per mare secundum Syriacam oram porrecta ad Aegyptum usque, ubi desinat. — In seqq. ἔχειν non aliter positum atque I, 180. 191.

Cap. XL.

Τὰ δὲ κατύπερθε Περσέων] Regiones intelligit ultra Persidem, Mediam, Saspires Colchosque orientem versus sitas, quas mari eoque australi sive rubro e meridie illuc porrecto circumflui Herodoti est opinio, ita ut ἡ ἐρυθρὴ θάλασσα latiori sensu in universum dicatur quidquid maris a meridie indeque etiam ab oriente est Asiae, Asiam ab utràque parte et meridionali et australi circumfluens. Cf. Breiger. l. l. pag. 12 et, monente *Cr.*, Mannert. IV pag. 61 seqq. Verba τὰ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἥλιον ἀνατέλλοντα Schweigh. in Annot. ad I, 202 interpretatur *regiones ad orientem* (*in partibus orientalibus*) *sitas*. Malim equidem: *regiones orientem versus porrectas*. — ἥλιον cum Schweigh. et Gaisf. dedi et h. l. et IV, 42 fin., quo utroque loco Matth. retinuit ἥλιον.

καὶ ὁ Ἀράξης ποταμὸς, ῥέων πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα] Haec verba sana modo sint, *Araxem* orientem versus fluere necesse est statuas, ita ut in mare australe, quod Asiam ab oriente terminet, exeat. Quod cum ab omni abhorreat verisimili, Schweigh. (vid. not. ad I, 202) haec verba sic intelligi vult, ut Araxes fluere existimetur *ad orientem*, s. *ab oriente* Caspii scil. maris, cum verbum ῥέειν,

ται Ἀσίη· τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης, ἐρῆμος ἤδη τὸ πρὸς τὴν ἕω, οὐδ' ἔχει οὐδεὶς φράσαι οἷον δή τί ἐστι. Τοιαύτη μὲν καὶ τοσαύτη ἡ Ἀσίη ἐστί.

41 Ἡ δὲ Λιβύη ἐν τῇ ἀκτῇ τῇ ἑτέρῃ ἐστί· ἀπὸ γὰρ

---

adiuncta praepositione, non tam de fluvii cursu ac directione dicatur, quam potius omnino, quà parte, quâ regione ille fluat, indicet. Quodsi vero Herodotus, quae Schweigh. est sententia, indicare voluisset *Araxem, qui in orientalibus Asiae partibus, ab oriente Caspii Maris* („ostwärts vom Caspischen Meere") delabatur, minime ille, opinor, dixisset: *ῥέοντα πρὸς ἠέλιον ἀνίσχοντα;* quae verba meâ quidem sententiâ nihil aliud indicare possunt, nisi *orientem versus hunc fluvium delabi. Oxum* sane hic intelligi posse neminem fugit, nisi adiecta verba ῥέων πρὸς ἠέλιον ἀνίσχοντα obstarent, quae eam ipsam ob causam eiecit Borheck., quaeque et ipsa eiicienda censet Breiger. l. l. pag. 75 coll. 66, quippe ex interpolatoris manu invecta textui, aut ita mutanda, ut loci tollatur difficultas ῥέων ἀφ' ἠλίου ἀνίσχοντος. De *Iaxarte* cum aliis cogitat Schweigh., praesertim cum *Araxis* nomen appellativum existimemus, quod pluribus inde fluviis tribui possit. Conf. nott. ad I, 202 in fin. pag. 453. Add. Völcker. Myth. Geogr. I, p. 215. De Armeniae *Araxe* cogitari non posse contra Tzschuckii (Nott. exegg. in Mel. III, 5. 5 pag. 149) aliorumque sententiam monuit Breiger. l. l., nec magis de *Volga*, cuius nulla omnino apud Nostrum fieri videtur mentio. Conf. Völcker. l. l. p. 192. 193. Equidem in talibus decernere non audeam, quae, nisi error aut confusio subesse putetur (cf. nott. ad I, 202), ex manca potius et imperfecta istarum regionum cognitione fluxisse putem.

ἐρῆμος ἤδη τὸ πρὸς τὴν ἕω] „i. e. *quae inde orientem versus spectant, ea omnia deserta sunt.*" Desertum *Cobi* intelligi, auctor est Breiger. l. l. pag. 78; quo ipso Herodoteam Asiam terminari idem statuit. Cf. III. 92. 101 ibique nott.

Cap. XLI.

Ἡ δὲ Λιβύη ἐν τῇ ἀκτῇ τῇ ἑτέρῃ ἐστί] E mente Herodoti Libya, s. Africa, ad eam pertinet paeninsulam, quae inde a Perside ad mare mediterraneum porrigitur. Tu vid. nott. ad IV, 39. In editione Reiz. male abest articulus τῇ ante ἑτέρῃ, quod iure notat Schaefer. (Geogr. Gr. minn. T. III pag. 238 ed. Gail.) cum articulus ante vocem adiectam repetendus sit ex optimorum scriptorum constanti fere usu.

ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτου Λιβύη ἤδη ἐκδέκεται] i. e. *Aegyptum enim*, ubi desinit Asia, *continuo iam excipit Libya*, illi contigua. Ad verbum ἐκδέχεσθαι conf. IV, 39. 99 coll. I, 185. Eodem sensu simplex δέχεσθαι

2 *Αἰγύπτου Λιβύη ἤδη ἐκδέκεται.* κατὰ μέν νυν Αἴ-
γυπτον ἡ ἀκτὴ αὕτη στεινή ἐστι· ἀπὸ γὰρ τῆσδε
τῆς θαλάσσης ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν, δέκα μυ-
ριάδες εἰσὶ ὀργυιέων· αὗται δ' ἂν εἶεν χίλιοι στά-
3 διοι. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ στεινοῦ τούτου, κάρτα πλα-
τέα τυγχάνει ἐοῦσα ἡ ἀκτὴ, ἥτις Λιβύη κέκληται.

Orae huius alterius pars, Libya: eiusdem orae apud Aegyptum latitudo exigua M stadiorum. [2, 158.]

42 Θωυμάζω ὦν τῶν διουρισάντων καὶ διελόντων Λι-

Europa tam longa, quam et Li-

VII, 176. Quod vero hinc patere arbitratur Breiger. l. l. p. 80, Herodotum Libyae adiudicasse Aegyptum, cum, aliter si sensisset, vix locum haberet ἀπὸ, sed μετὰ, aut simpliciter scribendum fuisset *Αἴγυπτον ἐκδέκεται Λιβύη*, mihi secus videtur: cum neutrum valere hic posse, vix quemquam fugiat. Aegyptum ab Herodoto Libyae accenseri, supra ad II, 16 monuimus et hoc loco iterum monemus ob verba Nostri scriptoris IV, 39, ubi Asiae alteram paeninsulam ad Aegyptum usque, in quam desinat, porrigi dicit, ita ut Aegyptus Asiae adscribi nequeat. Dicitur autem Libya, latiori sensu, de omni, quam nos quoque dicimus, Africa, inclusà Aegypto, aut angustiori sensu de reliqua Africa, exceptà Aegypto. Vid. Rennel. p. 567. Schlichthorst. l. l. p. 15. Gallo interprete observante Miot, Herodotus hic in medio relinquit, cuinam terrarum parti Aegyptus adscribi debeat. Tu conf. etiam de hac distributione orbis terrarum apud veteres Interprett. ad Sil. Ital. I, 195 et Lucan. IX, 411.

κατὰ μέν νυν Αἴγυπτον — στεινή ἐστι] Monet Breiger. l. l. p. 80 angustam hanc oram esse Isthmum, qui inter mediterraneum mare ac sinum Arabicum interiacet. — In loci lectione recentt. edd. secutus sum.

ἀπὸ γὰρ τῆσδε τῆς θαλάσσης κ. τ. λ.] *Hocce* mare dici *mediterraneum* satis constat; *rubro mari* sinus indicatur Arabicus, qui ad hoc ipsum mare pertinet et latiori hac rubri maris appellatione comprehendi solet. Cf. Breiger. l. l. pag. 11. 14. De reliquis conf. II, 158 ibiq. nott., de stadiorum et orgyiarum rationibus vid. nott. ad II, 149.

τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ στεινοῦ τούτου κ. τ. λ] i. e. *quod attinet ad loca ulteriora ab his angustiis*, sive ultra hunc isthmum sita, *valde ampla ac spatiosa existit ora haecce,* quae Libya vocatur. Ante ἀκτή cum Schweigh. et Gaisf. inserui ἡ; qui vulgo abest articulus.

Cap. XLII.

Θωυμάζω ὦν κ. τ. λ.] Gaisf. dederat θωμάζω. Sed vid. nott. ad IV, 28. 111. De argumento loci conf. II, 17 ibiq. nott. Ac miratur hoc loco Herodotus eos, qui omnem terrarum orbem in tres partes sibi aequales, Libyam s. Africam, Asiam, Eu-

bya et Asia: latitudinem quantam habeat, ne coniicere quidem licet: Libyam primum circumvecti Phoenices, a Necone missi; [2, 159.]

βύην τε καὶ Ἀσίην καὶ Εὐρώπην· οὐ γὰρ σμικρὰ
2 τὰ διαφέροντα αὐτέων ἐστί. μήκεϊ μὲν γὰρ παρ' ἀμφοτέρας παρήκει ἡ Εὐρώπη· εὔρεος δὲ πέρι,
3 οὐδὲ συμβαλέειν ἀξίη φαίνεταί μοι εἶναι. Λιβύη μὲν γὰρ δηλοῖ ἑωυτὴν, ἐοῦσα περίῤῥυτος, πλὴν ὅσον αὐτῆς πρὸς τὴν Ἀσίην οὐρίζει· Νεκῶ τοῦ

---

ropam, dividant, cum minime sibi invicem pares sint hae partes, sed magnitudine ambituque admodum differant. Tripartitam orbis terrarum divisionem agnoscit quoque Pindar. Pyth. IX, 8.

μήκεϊ μὲν γὰρ παρ' ἀμφοτέρας παρήκει ἡ Εὐρώπη] Verba παρ' ἀμφοτέρας minus accurate reddidit Breiger. l. l. p. 76, *super omnem Libyam ac Asiam.* Est enim, si quid video, haec loci sententia: *nam longitudine quidem praeter*, s. *secundum utramque* (Asiam et Africam) *extenditur Europa*, ut adeo reliquis duabus partibus multo sit maior. Conf. IV, 45. Quod ita efficitur, quia, quidquid terrarum ultra Caspium mare et Araxem est fluvium, omnis igitur ille tractus, quem septentrionalis Asiae appellatione comprehendere solemus, ex Herodoti opinione ad Europam pertinet, quae a Gaditano freto columnisque Herculeis ad orientales usque Herodoto incognitas regiones, ad lacum Maeoticum porrigitur. Cf. Heyse l. l. pag. 103. Bredow. Geogr. et Uranolog. Herodot. spec. pag. XXI. Hinc factum, ut Noster eos tantopere miretur, qui triplicem terrae divisionem aequalem statuerint.

εὔρεος δὲ πέρι, οὐδὲ συμβαλέειν ἀξίη φαίνεταί μοι εἶναι] i. e. *quod ad latitudinem Europae attinet, hanc terrae partem ne dignam quidem iudico, quae cum reliquis terrae partibus* (Asia sc. et Africa) *conferatur, quippe multo minoribus.* Cf. Bredow. l. l. Rennel. p. 366 not. Pro συμβαλέειν Schweigh. suspicatur συμβαλλέειν (praesenti tempore), ut συμβαλλεόμενος I, 68, ubi vid. nott.

Λιβύη μὲν γὰρ δηλοῖ ἑωυτὴν, ἐοῦσα περίῤῥυτος] Quam Valcken. eiici vult vocem ἑωυτὴν, plures de structura verbi δηλοῦν excitans locos similes (cf. Matth. Gr. Gr. pag. 1077), eam retinendam esse merito statuit Schweigh. Namque Africa, haec est Herodoti sententia, se ipsam indicat aquâ circumfluam esse, exceptâ eâ parte, quâ Asiae illa est contermina et contigua. Unde patet, Aegyptum ab Herodoto Libyae accenseri terminumque Asiae et Africae constitui isthmum Aegyptiacum sinumque Arabicum. Cf. Schlichthorst. l. l. pag. 16. 17. — De argumento *Cr.* quoque consuli vult Gesner. De navigatt. extr. col. Herc. P. I §. 6 pag. 629 (Orphicc. Herm.) coll. p. 607.

Νεκῶ — καταδέξαντος] βασιλέος cum Gaisf. edidi pro βα-

Αἰγυπτίων βασιλέος πρώτου τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, κατα-
4 *δέξαντος. ὃς ἐπεί τε τὴν διώρυχα ἐπαύσατο ὀρύσσων τὴν ἐκ τοῦ Νείλου διέχουσαν ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον, ἀπέπεμψε Φοίνικας ἄνδρας πλοίοισι, ἐντειλάμενος ἐς τὸ ὀπίσω δι' Ἡρακλήϊων στηλέων*

σιλῆος. Ad καταδέξαντος conf. I, 163 ibique nott. De ipsa navigatione, quam regis iussu circa Africam instituisse narrantur, plura diximus in Excursu ad h. l. — De canali, cuius mox mentio fit, vid. nott. ad II, 158.

ὃς ἐπεί τε τὴν διώρυχα ἐπαύσατο ὀρύσσων] i. e. *qui postquam fodere*, s. *fossam ducere desiit*, ab opere incoepto necdum absoluto desistens. Moneo propter Dureau de la Malle (Géogr. physiq. de la mer noire 68. 69), qui duplici modo haec verba accipi posse contendit, eo nimirum modo, quo ipsi nos reddidimus, altero autem modo, ut valeant: *postquam destitit a fodiendo, perfecta scil. fossa;* in quo illum lapsum esse apparet. Qui idem vir doctus canalem huncce iam a Sesostri factum esse ponit, ita ut, quidquid de Necone, Dario, Ptolemaeo narretur, ad reparandum canalem dudum perfectum, eundemque purgandum pertinuerit, quamvis honoris quasi causa ipsum canalis opus illis tribuatur. Mihi secus videtur. Cf. nott. ad II, 158, et Tzschuck. ad Pompon. Mel. nott. exegg. (ad III, 8 §. 7) p. 358. Vol. III P. III, qui etiam de voce διῶρυξ monuit, qua de hoc amni naturâ facto utitur et Mela et Diodorus, quâque et alii scriptores utuntur de aliis canalibus et alveis derivatis. — Mox cum Schweigh. et Gaisf. edidi διέχουσαν pro ἔχουσαν, quod plures libri itemque Matth. retinent. Cf. VII, 122. Nec ipsum ἔχειν alienum esse ab Herodoto commonstrant I, 180. 191 ibiq. nott.

ἐντειλάμενος ἐς τὸ ὀπίσω — διεκπλέειν] διεκπλέειν pro ἐκπλέειν cum edd. recentt. dedi. Cf. IV, 43. VII, 122. 147, et Porsoni Verisimil. p. 235 s. p. 142 Lips. Ad argumentum observant, scite hoc fecisse videri regem, quod a sinu Arabico inde illos ad Libyam circumnavigandam proficisci iusserit, cum navigatio hac ex parte instituta totidem fere praebeat commoda, quot incommoda existunt, contraria a parte si navigationem instituere velis. Qui ab Arabico sinu proficiscuntur, iis venti secundi, itemque maris fluenta, cursum navis adiuvantia; quae omnia contraria ab alia inde parte progressis. Namque Indicum per mare etesiae e septentrione spirant per totum tempus aestatis hemisphaerii australis; tum secundum occidentale Africae litus constans est auster fluentumque maximam partem boream versus delabitur. Itaque haec res ad totius narrationis fidem quantum faciat,

διεκπλέειν ἕως ἐς τὴν βορηΐην θάλασσαν, καὶ οὕτω
5 *ἐς Αἴγυπτον ἀπικνέεσθαι. Ὁρμηθέντες ὦν οἱ Φοί-*
νικες ἐκ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης, ἔπλεον τὴν νοτίην
6 *θάλασσαν. ὅκως δὲ γίνοιτο φθινόπωρον, προσίσχον-* 85
τες ἂν σπείρεσκον τὴν γῆν, ἵνα ἑκάστοτε τῆς Λι-

---

neminem fugit. Conf. Rennel. pag. 693 seqq. Koes. in scriptione peculiari, quam in Excursu ad h. l. citavimus, pag. 16 seqq. coll. pag. 8 seq.

ἕως ἐς τὴν βορηΐην θάλασσαν] *Mediterraneum* intelligi *mare*, iam supra monuimus.

Ὁρμηθέντες ὦν οἱ Φοίνικες ἐκ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης, ἔπλεον τὴν νοτίην θάλασσαν] *τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν* de *sinu Arabico* intelligendum, vix monere opus. *Τὴν νοτίην θάλασσαν* id vocat mare Herodotus, quod a meridie Africam circumfluere incipit ab eo inde loco, ubi rubrum mare, ab India extensum, Africae oram orientalem alluit. Cf. Rennel. pag. 462. Neque propriam mari cuidam hanc videri appellationem supra iam monuimus ad IV, 13, sed cognomen potius videtur a situ australi petitum; ita ut hoc quoque loco australem maris rubri partem vocari statuamus *mare australe*, non aliter fere ac si Herodotus dixisset *ἔπλεον πρὸς νότον*. Vid. Breiger. l. l. pag. 10. Quo minus audiamus Gosselinium, Oceanum eum hic indicari arbitrantem, qui oram Africae orientalem ac meridionalem alluat; unde Herodoto innotuisse mare Atlanticum atque rubrum sibi iunctum Africamque his maribus cinctam. Cf. Dureau de la Malle l. l. pag. 69.

ὅκως δὲ γίνοιτο φθινόπωρον] Insistit in *autumni* notione Gosselinius, quippe unde omnem narrationem de Phoenicibus Africam circumvectis falsam esse commonstrari queat; cum *septembris mensis* indicetur tempus. Contra quem recte monent, autumni vocabulum non ad certum debere adstringi mensem tempusque fixum, sed ad illud omnino tempus, quo sua quisque in terra maturos percipiat fructus. Quod aliud Graecis Phoenicibusque, aliud Aegyptiis, aliud orae Africanae incolis esse, sponte intelligitur. Plura Koes. l. l. pag. 19. 20.

προσίσχοντες ἂν σπείρεσκον] Cum Schweigh. et Gaisf. dedi *προσίσχοντες* pro *προσχόντες*, itemque mox *γινοίατο* pro *γενοίατο*. In vulgata lectione acquievit Matthiae. Valet *προσίσχειν appellere*, ut IV, 76. 157. VI, 99. 119. Ad verba *ἂν σπείρεσκον* conf. III, 119 ibique nott. IV, 78. Mox scripsi *ἄμητον* (pro *ἀμητόν*); vid. nott. ad II, 14, ubi pro IV, 18 legendum IV, 42. Quod ad argumentum attinet, falso haec tradi contendit Gosselin. l. l. p. 349 seq., cum a Phoenicibus locorum illorum ipsiusque soli ignaris minime talis seges messisque

βύης πλέοντες γινοίατο, καὶ μένεσκον τὸν ἄμητον· θερίσαντες δ' ἂν τὸν σῖτον, ἔπλεον· ὥστε δύο ἐτέων διεξελθόντων, τρίτῳ ἔτεϊ κάμψαντες Ἡρακληΐας 90
7 στήλας, ἀπίκοντο ἐς Αἴγυπτον. καὶ ἔλεγον, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ, ἄλλῳ δὲ δή τεῳ, ὡς περιπλώοντες τὴν Λιβύην, τὸν ἠέλιον ἔσχον ἐς τὰ δεξιά·

---

instituti potuerit. Nec tamen ita regionum harum ignaros fuisse Phoenices, in excursu ad h. l. monuimus. Accedit, quod illis in regionibus calidissimis messis brevi spatio trium vix mensium interiecto segetem excipiat, idque ipsum tempus haud scio an necessarium fuerit Phoenicibus ad naves reficiendas, nautas recreandos, aegrotantes curandos commorantibus in terrà. Cum enim longius esset iter, minime omni apparatu necessario victuque instructi esse potuerunt: ut adeo ad segetem messemque faciendam sponte cogerentur, nisi fame interire vellent. Sic, monente Rennelio (pag. 688), Tamerlanus ille, contra Sinam anno 1405 profectus secum duxit plaustra seminibus onusta, quibus in itinere campos sererent. Quae si reputemus, profecto non erit, quod hac segetis messisque narratione offendamur, eamque pro fictitia habeamus. Plura Koes. l. l. p. 18 seqq. Rennel. l. l.

τρίτῳ ἔτεϊ κάμψαντες κ. τ. λ.] Haec ipsa ob verba Rennel. l. l. pag. 701. 702, ubi tempus in omnem expeditionem insumtum probabiliter constituere studet, Phoenices arbitratur aliquamdiu in ora Senegal commoratos ibique messem praestolatos esse; quae cum in Septembrem incidat mensem (nam Iunio s. Iulio mense serunt), post septembrem eosdem profectos inde proximo Martio mense eoque ineunte ad Nilum pervenisse vult, duobus annis duabusque tertii anni partibus in omnem navigationem consumtis. In quam eandem sententiam plura disputantem vid. Koes. l. l. p. 21 seqq. contra Gosselinium ac Mannert., quorum alteri illud tempus iusto longius, alteri iusto brevius videtur. — Ad verba *καὶ ἔλεγον, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ, ἄλλῳ δὲ δή τεῳ* cf. V, 86.

τὸν ἠέλιον ἔσχον ἐς τὰ δεξιά] *ἠέλιον* dedi cum Schweigh. et Gaisf. pro *ἥλιον*, ut IV, 40. *ἐς τὰ δεξιά* (*ad dextram partem*), ut alibi fere *ἐπὶ τὰ δεξιά* ac similia, de quibus cf. I, 51. VI, 33 ibique Wesseling. *Ad dextram* (id est *a septentrione*) solem habuisse putandi sunt Aegyptii, cum circulum aequinoctialem, qui dicitur, transgrederentur: quod ipsum quantum ad narrationis veritatem faciat, non fugit viros doctos, quamquam Herodoto ob eam, quam animo sibi informarat terrae formam, mirum hoc visum fuisse nos minime miramur. Cf. Ren-

43 οὕτω μὲν αὕτη ἐγνώσθη τὸ πρῶτον. Μετὰ δὲ, Καρχηδόνιοί εἰσι οἱ λέγοντες. ἐπεὶ Σατάσπης γε ὁ Τεάσπιος, ἀνὴρ Ἀχαιμενίδης, οὐ περιέπλωσε Λι- 95 βύην, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πεμφθείς· ἀλλὰ δείσας τό τε 299 μῆκος τοῦ πλόου καὶ τὴν ἐρημίην, ἀπῆλθε ὀπίσω, οὐδ' ἐπετέλεσε τὸν ἐπέταξέ οἱ ἡ μήτηρ ἄεθλον.

eindc Carthaginienses: Saaspis Persae naigatio, a Xere iussa, perfeta non est.

---

nel. l. l. pag. 383. Heeren. Ideen I, 2 p. 81. Dureau de la Malle l. l. pag. 70. Koes. l. l. pag. 26.

οὕτω μὲν αὕτη ἐγνώσθη τὸ πρῶτον] Ad quae mente suppleri vult Larcher.: *περιῤῥύτος ἐοῦσα, πλὴν ὅσον αὐτῆς πρὸς τὴν Ἀσίην οὐρίζει;* cum ea Herodoti sit sententia, ut tum primum cognitum fuerit, hanc orbis terrarum partem s. Libyam mari esse cinctam, nisi quâ cum Asia cohaereat.

Cap. XLIII.

Μετὰ δὲ Καρχηδόνιοι κ. τ. λ.] „*Postea* (post illam Phoenicum navigationem) *Carthaginienses dicunt;* scilicet *cognovisse se circumfluam esse Africam: nam* (hoc suo nomine, non Carthaginiensium verbis, adiicit Herodotus) *Sataspes quidem non circumnavigavit Africam, ad hoc licet missus.*“ *Schweigh.* Quem iure sequitur Miot itemque Italus interpres. Carthaginienses cum aliquoties (cf. IV, 196. VII, 167) citentur narrationis auctores, quaeri sanequam poterit, num ipsam Noster adierit Carthaginem, praesertim cum aliquam certe Libycae orae partem viserit. At vix cum ad Carthaginem usque pervenisse credibile est, ita ut, quae Carthaginiensibus narrantur auctoribus, a nautis mercatoribusque Carthaginiensibus, quos sive in Aegypto sive in Libyae ora, sive alio quo loco offenderit, Noster accepisse putandus sit. Cf. Dahlmann. Herodot. pag. 71 seq. Heyse l. l. pag. 117 coll. 115. Heeren. Ideen. I, 2 pag. 2 seq. 195, qui quaecunque de Africa Herodotus retulerit, ea in Aegypto illum sibi collegisse contendit.

ἀπῆλθε ὀπίσω] Conf. III, 16 ibiq. nott. De *Zopyro*, Megabyzi filio, conf. III, 160. Mox scripsi *ἐβιήσατο παρθένον* pro *παρθένον ἐβιήσατο*, probante quoque censore Ienensi 1817 nr. 163 pag. 364. Ad significationem verbi *ἐβιήσατο* spectat Phrynichi praeceptum pag. 70 Lobeck.: *βεβίασται ἡ κόρη λεκτέον, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ τινὲς τῶν ῥητόρων, ἔφθαρται.* Conf. Moeris p. 103. 389 et Aelian. Hist. An. VII, 19. — Ad *ἀνασκολοπιεῖσθαι* conf. nott. ad III, 132. — *βασιλέος* cum Gaisf. dedi pro *βασιλῆος*, itemque retinui *παραιτήσατο*, ubi olim *παρῃτήσατο*. Conf. Koen. ad Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 23 p. 407 et nott. ad Herod. III, 132.

2 Θυγατέρα γὰρ Ζωπύρου τοῦ Μεγαβύζου ἐβιήσατο
παρθένον· ἔπειτα μέλλοντος αὐτοῦ διὰ ταύτην τὴν
αἰτίην ἀνασκολοπιεῖσθαι ὑπὸ Ξέρξεω βασιλέος, ἡ
μήτηρ τοῦ Σατάσπεος, ἐοῦσα Δαρείου ἀδελφεὴ,
παραιτήσατο, φᾶσά οἱ αὐτὴ μέζω ζημίην ἐπιθήσειν
ἤπερ ἐκεῖνον· Λιβύην γάρ οἱ ἀνάγκην ἔσεσθαι
περιπλώειν, ἐς ὃ ἂν ἀπίκηται, περιπλέων αὐτὴν, ἐς
3 τὸν Ἀράβιον κόλπον. συγχωρήσαντος δὲ Ξέρξεω
ἐπὶ τούτοισι, ὁ Σατάσπης ἀπικόμενος ἐς Αἴγυπτον,
καὶ λαβὼν νέα τε καὶ ναύτας παρὰ τούτων, ἔπλεε
4 παρὰ Ἡρακληΐας στήλας. διεκπλώσας δὲ, καὶ κάμ-
ψας τὸ ἀκρωτήριον τῆς Λιβύης, τῷ οὔνομα Σολόεις
ἐστὶ, ἔπλεε πρὸς μεσαμβρίην· περήσας δὲ θάλασσαν
πολλὴν ἐν πολλοῖσι μήνεσι, ἐπεί τε τοῦ πλεῦνος αἰεὶ
5 ἔδεε, ἀποστρέψας ὀπίσω, ἀπέπλεε ἐς Αἴγυπτον. Ἐκ
δὲ ταύτης ἀπικόμενος παρὰ βασιλέα Ξέρξεα, ἔλεγε
φὰς τὰ προσωτάτω ἀνθρώπους σμικροὺς παραπλέειν,
ἐσθῆτι φοινικηΐῃ διαχρεωμένους· οἳ, ὅκως σφεῖς
καταγοίατο τῇ νηΐ, φεύγεσκον πρὸς τὰ οὔρεα, λεί-
ποντες τὰς πόλιας· αὐτοὶ δὲ ἀδικέειν οὐδὲν ἐσιόν-

ναύτας παρὰ τούτων] *Aegyptii*, opinor, intelliguntur nautae, a quibus et navem et nautas acceperit. τούτων exhibui cum Gaisf. pro τουτέων. — De *Soloente* promontorio, quod Rennelius pag. 567. 704, ad promontorium *Kantin* refert, diximus ad II, 32. — μήνεσι cum recentt. edd. dedi pro μησί. Cf. VIII, 51.

ἐπεί τε τοῦ πλεῦνος αἰεὶ ἔδεε] i. e. *cum semper maior pars* (itineris) *adhuc deesset*, s. cum maior semper itineris pars superesset conficienda. — Ad ἀποστρέψας ὀπίσω cf. III, 16 ibiq. nott. — βασιλέα cum Gaisf. reposui pro βασιλῆα. — In locutione ἔλεγε φάς ne haereamus, conf. III, 156. V, 36. 49. Weiske de pleonasm. ling. Gr. p. 112. Ac Schweighaeuserus inesse ait eam vim, quâ valeat *perrexit dicere.*

ἐσθῆτι φοινικηΐῃ διαχρεωμένους] Larcherus intelligi vult non *purpureas vestes*, ut reliqui, sed *vestes e palmae cortice vel foliis confectas*, quales olim Anachoretarum fuerint. — κατάγεσθαι νηΐ est *navi ad terram, ad litus appellere*, ut VIII, 4. In seqq. exhibui ἐσιόντες, cum sit: *intrantes, intro ad urbes aedesve accedentes.* — πρόβατα quid sint, attigi ad I, 133. II, 41.

6τες, πρόβατα δὲ μοῦνα ἐξ αὐτέων λαμβάνειν. τοῦ
δὲ μὴ περιπλῶσαι Λιβύην παντελῶς, αἴτιον τόδε
ἔλεγε· τὸ πλοῖον τὸ πρόσω οὐ δυνατὸν ἔτι προ-
7βαίνειν, ἀλλ' ἐνίσχεσθαι. Ξέρξης δὲ οὔ οἱ συγγι-
νώσκων λέγειν ἀληθέα, οὐκ ἐπιτελέσαντά τε τὸν
προκείμενον ἄεθλον, ἀνεσκολόπισε, τὴν ἀρχαίην
8 δίκην ἐπιτιμῶν. τούτου δὲ τοῦ Σατάσπεος εὐνοῦχος
ἀπέδρη ἐς Σάμον, ἐπεί τε ἐπύθετο τάχιστα τὸν δε-
σπότεα τετελευτηκότα, ἔχων χρήματα μεγάλα, τὰ
Σάμιος ἀνὴρ κατέσχε· τοῦ ἐπιστάμενος τὸ οὔνομα,
ἑκὼν ἐπιλήθομαι.

44 Τῆς δὲ Ἀσίης τὰ πολλὰ ὑπὸ Δαρείου ἐξευρέθη·

τὸ πλοῖον τὸ πρόσω — ἐνίσχεσθαι] Bene observat Wesseling. reditus causam Sataspi fuisse ventos, ex oriente ad constitutum flantes navisque cursum praepedientes. Vix enim dubium, quin ad eam Africae partem, quae circa lineam est aequinoctialem, Sataspes pervenerit ibique ventis, quos aestivo tempore constanter a meridionali plaga flare novimus, impeditus iter continuare haud potuerit. Cf. Schlichthorst. l. l. p. 184. Atque Guineae occidentalis oram (nunc vocant Sierram Leonam) fuisse, ad quam usque Persam venisse probabile sit, iam ventis contrariis oppositisque fluctibus ab itinere continuando impeditum, ponit Rennel. l. l. pag. 704. Atque, id quod ad totius narrationis fidem nonnihil facere possit, ipsum, quod de Sataspe, cui diffidit excusanti, supplicium sumi iussit rex, indicio esse videtur, illum cursum circa Africae oras iam ab aliis peractum fuisse; regemque inde a Sataspe hoc fieri potuisse arbitratum, eo magis illi iratum fuisse, quod non assecutus sit, quod aliis forsan antea cessisse Xerxes audierat. Cf. Rennel. l. l. Koes. l. l. pag. 28. 29.

Ξέρξης δὲ οὔ οἱ — ἀληθέα] i. e. *Xerxes intelligens, s. sibi persuasum habens, eum* (Sataspem) *nec vera dixisse, nec propositum perfecisse.* In hunc quoque sensum haec verba accipi voluit a *Cr.* citatus Gesner. in Diss. de navigatt. extr. col. Herc. P. I §. 6 pag. 632 Orphicc. ed. Herm. Ad verbi συγγινώσκειν usum Tu confer sis V, 91. VII, 12. IX, 22, alia. — In seqq. ἐπιτιμᾶν valet: *poenam irrogare, imponere.* Inde τὰ ἐπιτίμια *poenae, supplicia* in Plutarch. Coriolan. 13. Mar. 29 fin. coll. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. S. c. Th. 1023.

ἑκὼν ἐπιλήθομαι] Similes Nostri locutiones I, 51. II, 123. III, 75. 147.

ὃς βουλόμενος Ἰνδὸν ποταμὸν, ὃς κροκοδείλους
δεύτερος οὗτος ποταμῶν πάντων παρέχεται, τοῦτον
τὸν ποταμὸν εἰδέναι τῇ ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ, πέμπει
πλοίοισι ἄλλους τε τοῖσι ἐπίστευε τὴν ἀληθηΐην
2 ἐρέειν, καὶ δὴ καὶ Σκύλακα ἄνδρα Καρυανδέα. οἳ
δὲ, ὁρμηθέντες ἐκ Κασπατύρου τε πόλιος καὶ τῆς
Πακτυϊκῆς γῆς, ἔπλεον κατὰ ποταμὸν πρὸς ἠῶ τε

Asiae pars a Dario detecta per Scylacem, qui ab Indo fluvio circumvectus est in sinum Arabicum: unus post Nilum Indus, crocodilos habens: Indi a Dario subacti.

Cap. XLIV.

ὃς κροκοδείλους δεύτερος οὗτος κ. τ. λ.] Ad locutionem *δεύτερος οὗτος* conf. I, 25 ibiq. nott. De crocodilo conf. II, 67 seqq. ibique adnotata. Hoc loco illud adiicimus, teste Wahl. Erdbeschr. v. Ostind. pag. 838 in Indo, Gange aliisque amnibus regionis Hindostan ac Decan multos hodieque reperiri crocodilos Aegyptiacis vel maiores. — Ad voculae *τῇ* usum conf., quae simillima ex Herodoto congessit Struve Spec. etc. I, pag. 31 seqq.; et paulo antea ad verba *τοῦτον τὸν ποταμὸν* cf. Matth. Gr. Gr. pag. 877. 881 seqq. — Attigit Herodotea, monente *Cr.*, A. G. Schlegel. Ind. Bibl. II, 3 p. 298 et 304, ubi de nomine fluvii Indi, qui proprie sit *Sindhus.*

Σκύλακα ἄνδρα Καρυανδέα] De *Scylace* in Excursu ad h. l. egimus. *Caryanda*, quae est Cariae urbs, in ipso continentis terrae litore posita (de qua vid. Tzschuck. ad Pompon. Mel. I, 16 nott. exegg. pag. 471 Vol. III P. I) oriundus ille perhibetur.

ὁρμηθέντες ἐκ Κασπατύρου τε πόλιος καὶ τῆς Πακτυϊκῆς γῆς] i. e. *profecti e Caspatyro urbe regioneque Pactyica.* Ubi Maltebrun. Annall. d. Voyag. II p. 330 seq. verbum *ὁρμᾶσθαι* latiori sensu accipi vult, ut sit *partir d' un point de terre ferme pour aller vers un autre.* Quo sensu si hic accipiatur *ὁρμηθέντες*, nihil inesse putat in Herodoti verbis, quod Caspatyri urbem ad Indum sitam esse nos statuere cogat. Quod ipsum coniunctum est cum huius viri docti sententia de Caspatyro urbe ac regione Pactyica, quam in Excursu ad III, 102 protulimus. Scylacem enim arbitratur navigasse non per Indum, sed per alium quendam fluvium, qui, ab occidente orientem atque meridiem versus delabens, Indo se admisceat, ex quo ipso demum ad verum Indum pervenerit Scylax. De quo ipso mox videbimus.

ἔπλεον κατὰ ποταμὸν πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐς θάλασσαν] i. e. *navigarunt secundo fluvio orientem versus in mare.* Quum Indus fluvius, ut nemo nescit, minime orientem versus cursum suum dirigat, sed a montibus, unde provenit, recta fere meridiem versus delabatur, Larcherus haec Scylaci, quippe intelligenti peregrinatori,

καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐς θάλασσαν· διὰ θαλάσσης δὲ πρὸς ἑσπέρην πλέοντες, τριηκοστῷ μηνὶ ἀπικνέονται ἐς τοῦτον τὸν χῶρον, ὅθεν ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς τοὺς Φοίνικας, τοὺς πρότερον εἶπα, ἀπέστειλε περι-
3 πλώειν Λιβύην. μετὰ δὲ τούτους περιπλώσαντας,

---

tribui posse negat, sed Herodoto, qui, prava saeculi sui de mari orientali opinione deceptus, ita retulerit, cum illum secundo flumine usque ad mare navigasse audiisset. Quin A. G. de Schlegel. ob haec ipsa, quae aperte falsa sint, omnem narrationem suspectam fieri contendit. Cf. Berlin. Taschenbuch. 1829 pag. 18. Mihi secus videtur; qui ob levem hunc Herodoti errorem de scriptoris fide ipsiusque navigationis a Scylace susceptae veritate dubitare nolim. Add. Koes. l. l. pag. 20 not. Atque Herodotum ab erroris crimine liberari posse censet Wahl. Erdbeschr. v. Ostind. p. 475, cum de primitivo Indi cursu tantum loquatur ille Scylacisque navigationem a potiori directione describat. *Gangem*, non *Indum* fuisse fluvium, qui ad orientem decurrat, suspicatus erat Dodwell. Dissert. de Scylac. §. 1. Heerenio Ideen etc. I, 1 pag. 355 Herodotus videtur posuisse: fluvium *Indum* pro fluvio *Gureo* s. *Kameh*, quem scil. cum Indo confuderit. Docto Gallo Dureau de la Malle l. l. pag. 67 not. verba πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς indicare videntur *orientem et meridiem versus;* quae si: *orientem versus* accipiantur, scribendum: πρὸς Κοῆ (sic) τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς (ad *Choem* fluvium, qui in Indum influat), ut evitetur tautologia. Quem fugit sane, omnem hanc locutionem πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς, quae etiam reperitur I, 204, effictam videri secundum Homericam πρὸς ἠῶ τε ἠέλιόν τε Il. XII, 239, Od. XIII, 240 Hymn. in Apoll. 258. 436.; quâ ipsâ comprehendi et *meridiem* et *orientem versus* (ut πρὸς ζόφον, *septentrionem* et *occidentem versus*) plures olim statuerunt, inter quos nuperrime Maltebrun. l. l. II p. 332 coll. Brzoska Spec. I de geograph. Mythic. (Lips. 1831) pag. 9 et Bernhardy ad Dionys. Perieg. vs. 243 pag. 578 vs. 437 pag. 635. At accurata locorum Homericorum interpretatione satis perspicitur, hac formula nihil aliud significari nisi *orientem versus.* Quae Grotefendi, Ukerti, Zeunii, Spohnii, Nitzschii (ad Odyss. I p. 9), aliorum sententia egregie nunc probata est Völckeri disputatione in Homer. Geogr. §, 27 pag. 43 seq.

τοὺς πρότερον εἶπα] Cf. IV, 42. Verba μετὰ δὲ τούτους περιπλώσαντας valent: *confecta hac navigatione*, s. *post hanc navigationem.* Ad proxime sequentia conf. III, 94 fin. 98. 102 ibiq. nott.

Ἰνδούς τε κατεστρέψατο Δαρεῖος, καὶ τῇ θαλάσσῃ 4 ταύτῃ ἐχρᾶτο. οὕτω καὶ τῆς Ἀσίης πλὴν τὰ πρὸς ἥέλιον ἀνίσχοντα, τὰ ἄλλα ἀνεύρηται ὁμοῖα παρεχομένη τῇ Λιβύῃ. Ἡ δὲ δὴ Εὐρώπη πρὸς οὐδαμῶν 45

An Europa orientalis et septentrionalis cir-

καὶ τῇ θαλάσσῃ ταύτῃ ἐχρᾶτο] Intelligitur mare, quod Indiae alluit oras; quod ipsum Herodoto incognitum vel hac appellatione indefinita designari vel latiori illo rubri maris nomine observat Breiger. l. l. pag. 12 not.

οὕτω καὶ τῆς Ἀσίης — τῇ Λιβύῃ] Cum Schweigh. et Gaisf. edidi παρεχομένη, quod tribus libris allatum praestare videbatur lectioni olim vulgatae παρεχομένην, quam Reiz. ac Borheck. mutarant in παρεχομένῃ. Ac structuram loci si spectes, παρεχομένη non nisi per sensus quandam structuram cum antecedentibus convenit; ut verba οὕτω καὶ τῆς Ἀσίης πλὴν τὰ κ. τ. λ. posita existimentur pro: οὕτω καὶ ἡ Ἀσίη πλὴν τὰ κ. τ. λ. Omnia rite procederent, si legeretur παρεχόμενα, quod tamen libris invitis minime ausim recipere. Inde haec fere loci enascitur sententia: *ita etiam reliquas Asiae partes — similia exhibere compertum est atque Libyam.* Schweighaeusero probabile videtur, sic scriptum fuisse: οὕτω καὶ τῆς Ἀσίης — τὰ ἄλλα ἀνεύρηται ὁμοῖά περ ἐχομένῃ τῇ Λιβύῃ, i. e. *ita Asiae — reliqua explorata sunt, pariter certe atque contigua Libya.* „Nam (Schweighaeuseri sunt verba) quod iam antea monuerat (cap. 39 et 42) *contiguam esse Asiae Libyam*, id statim c. 45 iterum urget, *unam esse continuam terram;* itaque nil causae fuisse, cur tres veluti distinctae et a se invicem seiunctae terrae statuerentur.“ Nec tamen hac emendatione opus videbitur reputanti, locum ex ea, quae Herodoti fuerit, opinione de similitudine formae Asiae atque Africae explicari debere; quâ scil. utraque terra mari circumflua et paeninsulae ad instar porrecta perhiberetur, mareque Indicum ac boreale magis sibi vicinum. Recte verborum Herodoteorum sensum cepit Lange, sic vertens: „*Also hat man entdeckt, dass auch Asien ebenso beschaffen ist, wie Libyen;*“ nec aliter fere Miot, itemque Italus interpres. — Verbum παρέχεσθαι (*praebere, exhibere*) frequens Nostro scriptori, ut II, 174. IV, 46. 53. 75. 82. 86. 91. VII, 6. 161.

πλὴν τὰ πρὸς ἥέλιον ἀνίσχοντα] i. e. *praeter eas partes, quae ab India orientem versus extenduntur*, regiones scil. Herodoto prorsus incognitas, qui ultra Indos deserta esse nemini cognita supra IV, 40 posuerat. — ἥέλιον cum Schweigh. et Gaisf. scripsi pro ἥλιον.

Cap. XLV.

Ἡ δὲ δὴ Εὐρώπη πρὸς οὐδαμῶν φανερή ἐστι γινωσκομένη κ. τ. λ.] Repetuntur haec infra

cumflua sit, incompertum: non debuisse terram, quum una sit, in tres partes dividi, Nilo et Phasi terminis positis: alios pro Phasi ponere Tanain, Maeotidem et Porthmia Cimmeria: Libyam,

φανερή ἐστι γινωσκομένη, οὔτε τὰ πρὸς ἥλιον
ἀνατέλλοντα, οὔτε τὰ πρὸς βορῆν, εἰ περίῤ-
ῥυτός ἐστι· μήκεϊ δὲ γινώσκεται παρ᾽ ἀμφο-
2τέρας παρήκουσα. Οὐδ᾽ ἔχω συμβαλέσθαι, ἐπ᾽
ὅτευ μιῇ ἐούσῃ γῇ οὐνόματα τριφάσια κέεται, ἐπω-
νυμίας ἔχοντα γυναικῶν, καὶ οὐρίσματα αὐτῇ Νεῖλός
τε ὁ Αἰγύπτιος ποταμὸς ἐτέθη, καὶ Φᾶσις ὁ Κόλχος·

---

eodem capite: *ἡ δὲ δὴ Εὐρώπη οὔτε εἰ περίῤῥυτός ἐστι γινώσκεται πρὸς οὐδαμῶν ἀνθρώπων.* Verbum *γινώσκεσθαι* eodem modo IV, 42 fin.

μήκεϊ δὲ γινώσκεται παρ᾽ ἀμφοτέρας παρήκουσα] i. e. *hoc vero compertum est, longitudine illam* (Europam) secundum utramque (i. e. Asiam atque Africam) *porrigi*, sive *longitudine utrasque superare.* De qua Herodoti sententia diximus ad IV, 42 init.

Οὐδ᾽ ἔχω συμβαλέσθαι] i. e. *neque vero coniecturâ assequi possum.* De verbi *συμβαλέσθαι* significatione conf. I, 68. III, 68. De usu praepositionis *ἐπὶ* in locutione *ἐπ᾽ ὅτευ* vid. Matth. Gr. Gr. pag. 1163 et conf. not. in fine huius cap. Verba proxima *μιῇ ἐούσῃ γῇ* Dionysium imitari Periegetem vs. 7 monet eius interpres Eustathius. *ἐπωνυμία* h. l. idem fere quod *ὄνομα.* Cf. I, 14. II, 4. V, 66 etc.

καὶ οὐρίσματα αὐτῇ Νεῖλός τε ὁ Αἰγύπτιος ποταμὸς ἐτέθη] Haec verba extremis verbis capitis antecedentis: *ὁμοῖα παρεχομένη τῇ Λιβύῃ* olim annecti voluit Bouher. in Diss. Herod. 18 pag. 119. Contra quem recte Schweigh. haec observat: „*αὐτῇ* non *ad Asiam* refertur, sed *ad universam terram*, quae quum *una atque continua* sit (*γῆ μία ἐοῦσα*), mirum sibi videri ait Herodotus, *cur tribus nominibus* illa *distinguatur*, quasi *tres* essent *terrae, Nilo* et *Phasi* aut *Tanai fluviis disterminatae;* videturque hoc significare: quum tres, quae vulgo nominantur terrae partes, non sint interiecto mari usquequaque a se invicem seiunctae, debebat una continens universa terra censeri; sin maiorum quorumdam fluminum cursus satis caussae est, cur terra in partes divisa statuatur, multo plures quam tres partes fuisse numerandas."

καὶ Φᾶσις ὁ Κόλχος] Videtur omnino illa aetate haec valuisse sententia, ut Phasis septentrionem versus Asiam terminaret et quidquid ultra Phasin esset septentrionem versus, Europae adscriberetur. Cf. Breiger. l. l. pag. 72 seqq. Heyse l. l. pag. 104. Ritter. Erdkund. II pag. 914. Qui igitur in constituendo termino Asiae atque Europae aliam atque nos sequitur rationem, eum tamen Asiae atque Africae eundem, quem nos, constituisse terminum probabiliter coniicit Heyse l. l. pag. 86, quamvis hoc ipso in loco vulgarem suae aetatis sententiam,

(οἱ δὲ Τάναϊν ποταμὸν τὸν Μαιήτην καὶ Πορθμήϊα τὰ Κιμμέρια λέγουσι·) οὐδὲ τῶν διουρισάντων τὰ οὐνόματα πυθέσθαι, καὶ ὅθεν ἔθεντο τὰς ἐπωνυμίας.
3 ἡ δὴ γὰρ Λιβύη μὲν ἐπὶ Λιβύης λέγεται ὑπὸ τῶν

Asiam, Europam, nomina esse incertae originis.

---

ex qua Nilus utramque dirimere putabatur orbis terrarum partem, sequi videatur. Hinc frequenter componi monet Völcker. Myth. Geogr. I pag. 152. 153 Aegyptum atque Pontum terrasque Ponto adiacentes, tanquam terminos terrae ultimos meridiem ac septentrionem versus. Ac denique Phasin Herodotum ipsum visisse statuimus ob II, 104 (ubi vid. nott.). coll. II, 105. IV, 86. Quem tamen ulterius progressum esse negamus. De ipso fluvio omnia fere collegit Tzschucke ad Mel. I, 19. pag. 614 seqq. nott. exegg. (Vol. III P. I), de eo quoque disputans, quod terminum Asiae et Europae olim veteres statuerint Phasin eam fortasse ob causam, quod navigationis terminum olim eundem illi posuerint amnem. De quo nunc pluribus disquirere non vacat.

οἱ δὲ Τάναϊν ποταμὸν] Cum huius sententiae obiter tantum Noster faciat mentionem, nec multos sed aliquos tantum (οἱ δὲ) eam sequi scribat, haud immerito inde colligas, quod aliorum quoque scriptorum testimonia docent, alteram sententiam, quâ Phasin pro Asiae termino haberent, Herodoti aetate praevaluisse. Cf. Breiger l. l. pag. 72. Heyse l. l. p. 104 ibique Agathemer. I, 1 testantem veteres Asiae atque Europae terminum posuisse Φάσιν ποταμὸν καὶ τὸν ἕως Κασπίας ἰσθμόν; recentiores Maeotin paludem et Tanain fluvium. Ac *Tanain* Scylax quoque Asiae atque Europae terminum constituit, §. 69 p. 30. Huds. p. 284 Gail. Nec aliam Polybii, Scymni Chii, iuniorum deinceps fuisse sententiam monuit Dodwell. Dissert. de Scylac. §. 18. Et conf. denique Ritter. Vorhalle pag. 319 seqq. Tzschucke ad Pompon. Mel. I, 136 nott. exegg. p. 51.

τὸν Μαιήτην] καὶ Μαιῶτιν exhibet Procopius B. G. IV, 6 Herodotea exscribens et *Maeoticam* paludem intelligens non aliter ac Valla atque Agathemer. l. l. — „At, quum in τὸν Μαιήτην consentiant libri, nihil profecto impedit, quo minus intelligamus *Maeoticum fluvium* hic dici *Tanaim*, (i. e. qui per Maeotarum fines decurrit), quemadmodum Νεῖλος ὁ Αἰγύπτιος nominatur, et Φᾶσις ὁ Κόλχος." *Schweigh.* Cf. supra nott. ad. IV, 3.

καὶ Πορθμήϊα τὰ Κιμμέρια] Conf. nott. ad IV, 12. Mox cum Gaisf. recepi, quod Schweigh. reposuerat ἡ δὴ γὰρ Λιβύη pro ἤδη γὰρ Λιβύη μέν. In Matthiae editione exstat ἤδη γάρ. Ad verba ἐπὶ Λιβύης conf. Matth. §. 584, α. ε. p. 1162. Ad Libyae nomen conf. etiam quae Servius profert ad Virgil. Aen. I, 21.

πολλῶν Ἑλλήνων ἔχειν τὸ οὔνομα γυναικὸς αὐτόχθονος· ἡ δὲ Ἀσίη ἐπὶ τῆς Προμηθέος γυναικὸς
4 τὴν ἐπωνυμίην. καὶ τούτου μὲν μεταλαμβάνονται τοῦ οὐνόματος Λυδοὶ, φάμενοι ἐπὶ Ἀσίεω, τοῦ Κότυος, τοῦ Μάνεω, κεκλῆσθαι τὴν Ἀσίην, ἀλλ' οὐκ 301
ἐπὶ τῆς Προμηθέος Ἀσίης· ἀπ' ὅτευ καὶ τὴν ἐν 61

ἡ δὲ Ἀσίη ἐπὶ τῆς Προμηθέος γυναικός] Cum Herodoto facit Stephan. Byz. s. v. Ἀσία. Alii Asiam Promethei *matrem* appellant, ut Eustath. ad Dionys. Perieg. 270, coll. ad 620, qui Herodotea citans, exhibet μητρός (pro γυναικός), Apollodor. I, 2. 3 (ubi conf Heyn. Observv. p. 10 et add. Völcker. Mytholog. d. Iapet. p. 375 seqq.) alii. De *Asiae* voce a regione Lydiae prope Caystrum ad universam orbis terrarum partem traducta vid. Heyne Observv. ad Homer. Iliad. IV pag. 278. Alia de Asiae nomine ad Lydiae certam quandam particulam proprie pertinente et paulatim deinde ad tractum orbis terrarum universum traducto dabit Bernhardy ad Dionys. Perieg. 836 p. 754 ac prae caeteris Tzschucke ad Pompon. Mel. I, 2 init. nott. exegg. Vol. III P. I pag. 52 de hoc nomine eiusque varia significatione copiosissime disputans. Ritter. Vorhalle p. 300. 457. 467 *Asiae* nomen significare contendit *sacram terram*, Odinique a sociis, qui *Asen* vulgo vocantur, repetit. Quod monuisse satis erit.

φάμενοι ἐπὶ Ἀσίεω, τοῦ Κότυος, τοῦ Μάνεω] Cf. Eustath. ad Dionys. 620. Ac supra I, 7 Lydi a *Lydo*, *Atyis* filio, orti dicuntur, qui idem Atys I, 94 *Manis* perhibetur filius, qui h. l. vocatur Cotys. De quo dissensu iam ad I, 94 pag. 241 monuimus Herodoti verba mutanda esse negantes. Namque ut codices taceam refragantes, alii quoque exstant testes, Cotyem Manis filium qui perhibent; ut sane proclive sit quidquam mutare. Alia nunc mittamus; unum audiamus Ritter. Vorhall. p. 365 nomina *Manes*, *Cotys*, *Botys* ad Graecam indolem efficta statuentem, cum vere sint asiatica e prisco Buddhae tempore, ubi *Menes* idem quod *homo* (unde *mens*, *Minos*) et *Khodo* ac *Boda* Persarum sint.

ἀπ' ὅτευ] Male vulgo ἀπό τευ. Cf. I, 7 ibique citatum Struve, Spec. I, qui ibidem pag. 5 nostrum attigit locum, in quo cum Sancrofti liber exhibeat ἐπ' ὅτευ (quod ipsum recepit Schaefer.), utrum ἀπ' ὅτευ an ἐπ' ὅτευ Herodotus scripserit, definire non audet, cum utramque praepositionem Nostro in usu fuisse plures ostendant loci. Sic hoc ipso in capite pluries invenitur ἐπί; aliis locis ut I, 7. 145 ἀπό. Quin plerumque libri scripti fluctuant inter ἐπί et ἀπό. Sic, uti hoc utar, pro ἐπὶ Λιβύης tres

5 Σάρδισι φυλὴν κεκλῆσθαι Ἀσιάδα. Ἡ δὲ δὴ Εὐρώπη οὔτε εἰ περίῤῥυτός ἐστι γινώσκεται πρὸς οὐδαμῶν ἀνθρώπων· οὔτε ὁκόθεν τὸ οὔνομα ἔλαβε τοῦτο, οὔτε ὅστις οἱ ἦν ὁ θέμενος φαίνεται· εἰ μὴ ἀπὸ τῆς Τυρίης φήσομεν Εὐρώπης λαβεῖν τὸ οὔνομα τὴν χώρην, πρότερον δὲ ἦν ἄρα ἀνώνυμος, ὥσπερ
6 αἱ ἕτεραι. ἀλλ' αὕτη γε ἐκ τῆς Ἀσίης τε φαίνεται ἐοῦσα, καὶ οὐκ ἀπικομένη ἐς τὴν γῆν ταύτην, ἥ τις νῦν ὑπὸ Ἑλλήνων Εὐρώπη καλέεται, ἀλλ' ὅσον ἐκ Φοινίκης ἐς Κρήτην, ἐκ Κρήτης δὲ ἐς Λυκίην.
7 Ταῦτα μέν νυν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· τοῖσι γὰρ νομιζομένοισι αὐτῶν χρησόμεθα.

Ponti Euxini gentes omnium stupidissimae, praeter Scythi-

46 Ὁ δὲ Πόντος ὁ Εὔξεινος, ἐπ' ὃν ἐστρατεύετο Δαρεῖος, χωρέων πασέων παρέχεται, ἔξω τοῦ Σκυ-

codd. ἀπὸ Λιβύης; quae eadem varietas in verbis ἐπὶ Ἀσίεω et ἐπὶ τῆς Προμηθέος exstat. Add. IV, 107. 148. 149 coll. 184.

κεκλῆσθαι Ἀσιάδα] Inde, iudice Heeren. Ideen. I, 1 pag. 154, *Asia* urbs, quae apud Stephanum Byz. commemoratur, non alia atque Sardes.

οὔτε ὁκόθεν — ἔλαβε τοῦτο, οὔτε ὅστις οἱ — φαίνεται] Sola in his noster adhibuit relativa pronomina, qui alias, monente Struve I, p. 49 not., promiscue et interrogativis et relativis utitur in interrogationibus obliquis. — In seqq. pro καὶ οὐκ ἀπικομένη Steger. Praef. pag. XIV rescribere vult οὐδ' pro οὐκ.

Ταῦτα μέν νυν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω] i. e. *Haec hactenus dicta sunto*, de terrae scil. divisione in tres partes et de earum uniuscuiusque terminis. Sic plane ἐπὶ τοσοῦτον IV, 199 Aristot. De rep. II, 9. Plut. Marcell. 8 fin. Imitatur Pausanias VI, 4 §. 4, ubi vid. Siebelis. — Mox dedi αὐτῶν pro αὐτέων.

Cap. XLVI.

ὁ δὲ Πόντος ὁ Εὔξεινος] Hoc ex loco et seqq. satis manifestum fieri scribit Heyse l. l. pag. 131 ea, quae inde de Scytharum terra gentibusque singulis enarrantur, ex autopsia quadam fluxisse. Nec dubium in istas regiones pervenisse Herodotum, quem quaecunque refeferat vel ipsum vidisse vel ab indigenis Graecisve Ponti accolis accepisse recte statuere videtur Niebuhr. (Verm. Schrift. I, p. 355); quocum Herodotum ponimus vix ultra Olbiam progressum esse, nec in Tauricam paeninsulam Bosporumque venisse. Et laudibus inde dignum iudicarunt patrem historiae Mannert. IV p. 63. 67 (coll. Rennel. p. 403) atque Dahlmann. Herod. pag. 159 ob-

cam: unus cultae mentis vir, Anacharsis: inventum Scytharum sollertissimum, ut sint invicti.

2 θικοῦ, ἔθνεα ἀμαθέστατα. οὔτε γὰρ ἔθνος τῶν
ἐντὸς τοῦ Πόντου οὐδὲν ἔχομεν προβαλέσθαι σοφίης
πέρι, οὔτε ἄνδρα λόγιον οἴδαμεν γενόμενον, πάρεξ
3 τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνεος, καὶ Ἀναχάρσιος. Τῷ δὲ
Σκυθικῷ γένεϊ ἓν μὲν τὸ μέγιστον τῶν ἀνθρωπηΐων 302
πρηγμάτων σοφώτατα πάντων ἐξεύρηται, τῶν ἡμεῖς
4 ἴδμεν· τὰ μέντοι ἄλλα οὐκ ἄγαμαι. τὸ δὲ μέγιστον
οὕτω σφι ἀνεύρηται, ὥστε ἀποφυγέειν τε μηδένα
ἐπελθόντα ἐπὶ σφέας, μὴ βουλομένους τε ἐξευρε-
5 θῆναι, καταλαβεῖν μὴ οἷόν τε εἶναι. τοῖσι γὰρ
μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα, ἀλλὰ

---

accuratam rerum Scythicarum expositionem. Nec tamen cum Mannerto (IV p. 65 seq.) Herodotum mercaturae causa has Ponti oras visisse putem. Conf. etiam IV, 86 fin. ibique nott. Ad παρέχεται cf. IV, 44 fin. Quae sequuntur verba ἔθνεα ἀμαθέστατα κ. τ. λ. attigit Eustath. ad Dionys. vs. 669.

τῶν ἐντὸς τοῦ Πόντου] i. e. *earum gentium, quae cis Pontum habitant.* Cf. VIII, 47 Thucyd. II, 96: καὶ ὅσα ἄλλα μέρη ἐντὸς τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ κ. τ. λ. Haec vero ipsa ab Herodoto in Italia, Thuriis, scripta esse vult Larcher., cum in Asia minori Samive in insula si haec scripsisset, dicere non potuisset *cis Pontum.* — προβαλέσθαι hic est: *in medium proferre, commemorare.* σοφίην *prudentem sollertiam* interpretatur Wesselingius, *sapientiam* Schweigh. Paulo aliter III, 127, ubi conf. nott.

ἄνδρα λόγιον] i. e. *virum peritum, eruditum atque cultum.* Cf. I, 1 ibique nott. II, 77.

πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνεος, καὶ Ἀναχάρσιος] Ut supra duo posuerat diversa, nec gentem nec virum eruditum se proferre posse asserens, ita duo iam subiicit diversa hinc excipienda, Scytharum scil. gentem, et Anacharsidem. De quo ipso cf. IV, 76. 77.

τὰ μέντοι ἄλλα οὐκ ἄγαμαι] i. e. *reliqua certe instituta sive inventa Scytharum equidem non valde probo.* Ad verbum ἄγαμαι conf. VI, 75. VIII, 144; et de structura Ruhnken. ad Tim. p. 8. Boissonad. ad Philostrat. Heroicc. pag. 380.

ὥστε ἀποφυγέειν τε μηδένα κ. τ. λ.] Bina sunt, quae insignia commemorat, primum illud, *ut nemo, qui bello (ipsos) aggressus fuerit, (ipsos) effugere possit;* alterum hoc, *ut ipsi, si nolint, a nemine deprehendi possint.* ἐπέρχεσθαι eodem fere sensu VI, 108. De verbo καταλαβεῖν vid. III, 42. IV, 8.

τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα κ. τ. λ.] Quod Schaefer., quem conf. ad Gregor. Corinth. pag. 80,

φερέοικοι ἐόντες, πάντες ἔωσι ἱπποτοξόται, ζώοντες μὴ ἀπ' ἀρότου, ἀλλ' ἀπὸ κτηνέων, οἰκήματά τέ σφι ᾖ ἐπὶ ζευγέων, κῶς οὐκ ἂν εἴησαν οὗτοι ἄμαχοί τε
47 καὶ ἄποροι προσμίσγειν; Ἐξεύρηται δέ σφι ταῦτα, τῆς τε γῆς ἐούσης ἐπιτηδέης, καὶ τῶν ποταμῶν
2 ἐόντων σφι συμμάχων. ἥ τε γὰρ γῆ ἐοῦσα πεδιὰς αὕτη, ποιώδης τε καὶ εὔυδρός ἐστι· ποταμοί τε δι'

Quid ad eam rationem habeant adiumenti a terra et fluminibus: flumina celebria et a mari adnavigabilia, octo.

---

post γὰρ inseruit ἂν, quae vocula sane ex Werferi praecepto (vid. nott. ad II, 85) abesse non potest, nos librorum auctoritatem sequi maluimus. Cf. IV, 66. τείχεα *arces* esse, *castella*, monuit Larcher. Cf. III, 91. IV, 12. 124. Plura dabit Tzschucke ad Pomp. Mel. II, 2 §. 6 Vol. III P. II p. 107 nott. exegg.

φερέοικοι ἐόντες, πάντες] i. e. *omnes portatili domo utentes*, in plaustris scil. domus, s. sedes habentes, ut Ipse Noster mox subiicit: οἰκήματά τε σφι ᾖ ἐπὶ ζευγέων. Unde *Hamaxobii* dicti apud Mel. II, 1 §. 19 coll. Plin. H. N. VI, 12 (25). Ac pertinet huc quoque Aeschyli locus in Prometh. 708 atque Hippocrat. De aer. aq. et locc. §. 93 itemque Horatii Od. III, 24. 10 coll. I, 35. 9. IV, 14. 42 (ubi Scythae profugi) Valer. Max. V, 4 ext. 5. Iustin. II, 2. Strab. VII p. 302 s. 463 C. Hinc οἰκόφορα Scytharum ἔθνη in Scymni Chii fragm. 115 et in Anon. Pont. Euxin. Peripl. §. 4 (T. II p. 399. III p. 246 ed. Gail.) Unde recte colligit Heeren. Ideen etc. I, 2 pag. 299 ad *Tartaricam* stirpem hos Scythas pertinuisse.

ἱπποτοξόται] Idem constat ex Thucydid. II, 96 (ubi Duker. citat Ovid. Trist. III, 10. 54. V, 7. 14) aliisque testimoniis modo allatis.

ζώοντες μὴ ἀπ' ἀρότου, ἀλλ' ἀπὸ κτηνέων] Quibuscum conveniunt, quae Strabo l. l. in medium profert, Homerum citans atque Hesiodum, qui Scythas lacte nutriri scribunt. Hinc σιτούμενα γάλακτι dicuntur Scytharum ἔθνη apud Scymnum Chium et in Anonym. Peripl. l. l. Tu conf. not. ad IV, 2.

κῶς οὐκ ἂν εἴησαν — προσμίσγειν] De Scytharum fortitudine citant Thucydid. II, 97. Iustin. II, 3. Strabonem (vel potius Ephorum) l. l. Quibus add. Horat. Od. II, 11. 1 ibiq. Mitscherlich. coll. nott. ad II, 9. 23. — ἄποροι προσμίσγειν dicuntur, *quibuscum difficulter ad manus venias.* Cf. Herod. V, 64. VI, 112 et nott. ad Plutarch. Philop. pag. 24.

Cap. XLVII.

ἐοῦσα πεδιὰς — καὶ εὔυδρος] Pro εὔυδρος (*aquis bene irrigua*) duo libri ἔνυδρος. Male; cf. IX, 25 coll. II, 7. Ad argumentum loci praeter Hippocrat. l. l. conf. Mel. II, 1 fin.: „Ter-

αὐτῆς ῥέουσι οὐ πολλῷ τεῳ ἀριθμὸν ἐλάσσονες τῶν
3 *ἐν Αἰγύπτῳ διωρύχων. ὅσοι δὲ οὐνομαστοί τέ εἰσι αὐτῶν, καὶ προσπλωτοὶ ἀπὸ θαλάσσης, τούτους*
4 *οὐνομανέω. Ἴστρος μὲν, πεντάστομος· μετὰ δὲ,* 95
Τύρης τε καὶ Ὕπανις, καὶ Βορυσθένης, καὶ Παντικάπης, καὶ Ὑπάκυρις, καὶ Γέῤῥος, καὶ Τάναϊς. ῥέουσι γὰρ οἵδε κατὰ τάδε.

48 *Ἴστρος μὲν, ἐὼν μέγιστος ποταμῶν πάντων*

---

rae late patent et ob excedentia ripas suas plerumque flumina, nusquam non ad pabula fertiles." Add. Ovid. Ex Pont. III, 1, 20. Verba *οὐ πολλῷ τεῳ* inveniuntur quoque I, 181 init.

Ἴστρος μὲν, πεντάστομος] *πεντάστομον* dixerat Istrum Ephorus (ap. Strabon. VII p. 305 s. 469 B. Ephori fragmm. pag. 190), Dionys. Perieg. 301. Scymn. Chius (fragmm. vs. 29) et fortasse quoque Scylax (cf. §. 20 p. 7 Hudson. ibiq. Voss. T. I p. 352 ed. Gail.), Arrian. Exp. Alex. V, 3, itemque Mela II, 1, 80 totidem, quot Nilus (quem *πεντάστομον* Noster dixit II, 10) ostiis Istrum in mare effluere scribens. *Septem* ostia commemorat Strabo l. l. pag. 469 A, alii, quos laudant interpretes ad Ammian. Marcell. XXII, 8 T. II pag. 470 Wagner. Hinc Ovidio (Trist. II, 189) *septemplex* est Ister, quem *sex* fluminibus in Pontum evolvi scribit Plinius H. N. IV (12) 24 coll. Tacit. German. 1. Alia veterum testimonia de Istri ostiis attulerunt Tzschuck. ad Mel. Vol. III P. II p. 46 seq. Reichard. l. l. pag. 38 de Istri ostiis disserens ac Mannertus IV p. 219 seqq., alii, quibus add. Kruse in peculiari scriptione de Istri ostiis, Vratislav. 1820. Qui viri docti ex parte in eo elaborarunt, ut, quae a veteribus commemorantur ostia, cum iis, quae nunc exstant, contenderent et singulorum directionem cursumque accurate indicarent. De quo in tanta scriptorum dissensione ipsaque regionis ostiorumque per temporum decursum mutatione, certi quid statuere, anceps ac lubricum. Namque hodieque quinque Danubium ostiis, minime iisdem illis, quibus olim, mari iungi constat. — De *Tyra* fluvio ac de reliquis, qui hic nominantur, vid. infra IV, 51 — 57 ibiq. nott. — In fine cap. cum Matthiae retinui lectionem vulgatam *ῥέουσι γὰρ οἵδε*, cuius loco Schweigh. et Gaisf. substituerunt *ῥέουσι δὲ οὗτοι.*

Cap. XLVIII.

Ἴστρος] Cf. II, 33. Mela II, 1, 75: „At ille, qui Scythiae populos a sequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quam desinit nomine exoritur. Nam per immania magnarum gentium diu *Danubius* est: deinde aliter appellantibus acco-

τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἴσος αἰεὶ αὐτὸς ἑωυτῷ ῥέει καὶ
2 θέρεος καὶ χειμῶνος. πρῶτος δὲ τὸ ἀπ' ἑσπέρης 1
τῶν ἐν τῇ Σκυθικῇ ῥέων, κατὰ τοιόνδε μέγιστος
γέγονε, ποταμῶν καὶ ἄλλων ἐς αὐτὸν ἐκδιδόντων.

Primus Ister, maximus omnium fluminum cognitorum: in eum quae flumina et ad meridiem

---

lis, fit *Ister*, acceptisque aliquot amnibus, ingens iam et eorum, qui in nostrum mare decidunt, tantum Nilo minor, totidem quot ille ostiis, sed tribus tenuibus, reliquis navigabilibus, effluit.“ Ac teste Strabone VII p. 305 p. 467. 468 superiorem fluminis partem *Danubium* dixere, inferiorem ad Pontum usque, *Istrum*. Hanc vero unam appellationem novit Herodotus atque omnino Graeci antiquiores. Ipsum *Danubii* nomen repetunt a voce *Tan*, *Dan* s. *Don*, quae *aquam* s. *fluvium* indicet multisque fluviorum in nominibus (Danaster, Danaper, Danais s. Tanais, Boryst-denes) adhuc compareat. Tu conf. Bayer. Commentt. Acad. Petropol. IX p. 375. De Brosses (Acad. d. Inscript. T. XXXV p. 518. 533). Ritter. Vorhall. p. 304 coll. Wilhelm. German. p. 54. 58. Plura de utroque fluvii nomine Tzschucke ad Pompon. Mel. II, 1 §. 8 pag. 44. 45.

ποταμῶν καὶ ἄλλων κ. τ. λ.] Schweigh. ante haec verba maiorem poni vult distinctionem, minorem post ἐκδιδόντων (sive, quod duo libri suppeditant, ἐςδιδόντων), et maiorem rursus post ποιεῦντες, ut haec sit loci sententia: „*Ob hoc Danubius maximus est:* (scilicet) *et alii in eum influunt amnes et qui eum* (prae caeteris) *augent, hi sunt:* sive, *et hi*, *qui eum* (prae caeteris) *augent:* quos nempe continuo deinde recenset.“ Quod non magis placet, quam Stegeri (Praefat. p. XIV) emendatio a censore Lipsiensi merito reiecta (Ephemeridd. Litt. Lipss. 1829 nr. 136 pag. 1087): ποταμῶν δὴ ἄλλων ἐς αὐτὸν ἐκδιδόντων *fluviis scilicet aliis in eum influentibus.* Est vero hic loci sensus: Primus Ister ab occidente delabens inter Scythiae amnes, hoc fere modo maximus fit, aliis quoque in ipsum irruentibus fluviis. Sunt vero hi, qui ipsum augent, primum quinque, qui terram Scythicam perfluunt, ex ipsa hac terra scil. provenientes. Sive, ut Lipsiensis ille censor recte ad verbum interpretatus est: „*Die Donau wird auf folgende Weise gross, indem zwar auch andere Flüsse in dieselbe fallen, die aber, welche sie gross machen, sind folgende*“ i. e. „*Die Donau wird, obgleich auch andere Flüsse in dieselbe fallen, zunächst durch folgende gross.*“ — In seqq. cum Schweigh. et Gaisf. scripsi, libros secutus: πέντε μὲν οἱ ῥέοντες, ubi pro μὲν οἱ Koen. ad Gregor. Cor. §. 59 de dial. Ion. pag. 468 rescribi iussit μεγάλοι, quod Larchero, Porsono, aliis placuit (coll. IV, 49) quodque recepit Matthiae. Valckenarius coniece-

3 εἰσὶ δὲ οἵδε οἱ μέγαν αὐτὸν ποιεῦντες· διὰ μέν γε
τῆς Σκυθικῆς χώρης πέντε μὲν οἱ ῥέοντες, τόν τε
Σκύθαι Πόρατα καλέουσι, Ἕλληνες δὲ Πυρετόν·
καὶ ἄλλος, Τιαραντός· καὶ Ἀραρός τε, καὶ Νάπα- 303
4 ρις, καὶ Ὀρδησσός. ὁ μὲν πρῶτος λεχθεὶς τῶν πο-
ταμῶν, μέγας, καὶ πρὸς ἠῶ ῥέων ἀνακοινοῦται τῷ
Ἴστρῳ τὸ ὕδωρ· ὁ δὲ δεύτερος λεχθεὶς, Τιαραντὸς,
5 πρὸς ἑσπέρης τε μᾶλλον, καὶ ἐλάσσων. ὁ δὲ δὴ
Ἀραρός τε καὶ ὁ Νάπαρις καὶ ὁ Ὀρδησσὸς, διὰ
μέσου τούτων ἰόντες, ἐσβάλλουσι ἐς τὸν Ἴστρον.
6 οὗτοι μὲν αὐτιγενέες ποταμοὶ Σκυθικοὶ συμπλη-
49 θύουσι αὐτόν. Ἐκ δὲ Ἀγαθύρσων Μάρις ποταμὸς

---

rat *μόνοι*, quod receperunt. Reiz. et Borheck.

Πόρατα] Prave in Sancrofti libro exstat *Τώρατα*; quemadmodum apud Melam I, 19. 87 *Maeotici Toreatae.* Nunc satis convenit dici *Pruth*. Vid. Rennel. p. 405. Reichard. p. 41. Mannert. IV p. 73 etc. Pro *Πόρατα* mavult, notante *Cr.*, *Πούρατα* Demetrius Philippides *ἐν τῇ ἱστορίᾳ τῆς Ρουμουνίας* Lips. 1816. — *Tiarantus*, pluribus viris doctis videtur esse *Aluta*. Et vid. quoque Niebuhr. Vermischt. Schrift. I pag. 356. Reichardus de fluvio *Theisse* intelligit; Mannert. l. l. de fluvio *Syl* in Valachia occidentali. *Ararus* Rennelio aliisque est amnis *Sireth* s. *Seret*, Mannerto ac Reichardo fluvius *Aluta*; qui iidem *Naparin* pro fluvio *Ardschisch* et *Ordessum* pro fluvio *Sereth* habent. Contra Rennelius aliique plurimi *Naparin* putant esse *Proava* s. *Jalomnitza*, *Ordessum* fluvium *Argis*.

καὶ πρὸς ἠῶ ῥέων] Schweighaeusero interprete (ad I, 201) non orientem versus fluvius delabitur, sed magis quam caeteri amnes ab oriente fluit, et in ea Istri parte, quae maxime ad orientem spectat. Quo eodem modo etiam verba *πρὸς ἑσπέρης* accipi vult. Sed vid. nott. ad IV, 40. Ad *ἀνακοινοῦται — τὸ ὕδωρ* *Cr.* confert Fischer. ad Weller. III, a. p. 412, qui de structura huius verbi cum accusativo rei admonet. — Ad vocem *αὐτιγενέες* conf. II, 149 ibique nott. et II, 17, ubi eodem sensu *ἰθαγενής*.

Cap. XLIX.

ἐκ δὲ Ἀγαθύρσων Μάρις ποταμὸς] De Agathyrsis conf. IV, 104 ibiq. nott. *Maris* fluvius nunc vocatur *Marosch* s. *Maros*; in montibus Transylvaniae oritur et in Tiliscum (Theisse) influit. Cf. Rennel. p. 414. Heeren. Ideen. I, 2 p. 275. Mannert. IV. pag. 73. 102. Köppen. Nordgest. d. Pont. p. 13.

2 ῥέων συμμίσγεται τῷ Ἴστρῳ. ἐκ δὲ τοῦ Αἵμου τῶν κορυφέων τρεῖς ἄλλοι μεγάλοι, ῥέοντες πρὸς βορῆν ἄνεμον, ἐσβάλλουσι ἐς αὐτὸν, Ἄτλας, καὶ Αὔρας, καὶ Τίβισις· διὰ δὲ Θρηΐκης καὶ Θρηΐκων τῶν Κρο-

et ad aquilonem exeant: eius ex Celtis origo, et cursus per totam Europam. [2,33.]

ἐκ δὲ τοῦ Αἵμου τῶν κορυφέων] *Haemus* mons apud Thucydidem commemoratur II, 96. Qui e veterum sententiâ, qua Thracia ad Isthmum usque Scythis contigua extenditur (IV, 99), mediam permeat Thraciam, in Pontum procurrens; e postera harum terrarum descriptione, Thraciam separat a Moesia inferiori, sive terram Rumili, ut nunc vocant, a Bulgaria. Nunc monti nomen *Balkan*. — Plura veterum de hoc monte testimonia attulit Tzschucke ad Mel. II, 2 p. 71 nott. exegett. Vol. III P. II.

τρεῖς ἄλλοι μεγάλοι κ. τ. λ.] Tres hosce fluvios etiamnum in orientali Istri parte inveniri monet Mannert. VII pag. 8; nunc vocari *Dristra, Turtukai* et *Kara Low;* qui tamen cum minime fuerint *magni* fluvii, ante μεγάλοι inseri vult voculam οὐ; quam scripti libri omnes ignorant. Borheck. verba ἐκ τῶν Αἵμου — καὶ Τίβισις prorsus deleta vult praeeunte Gatterer. (Commentatt. societ. reg. Gotting. 1781 pag. 104 et: Thracien nach Herodot. u. Thucydid. v. Schlichthorst. Götting. 1800 pag. 31), qui haec a sciolo quodam male intrusa esse arbitratur. Cui iure obloquitur Larcher. (Tab. Geogr. p. 573 seq.), qui *Tibisin* pro fluvio *Caralom* habet; reliquos duos, *Atlam* et *Auram*, se ignorare profitetur. Reichardo iudice p. 42 seq. intelliguntur tres fluvii *Ariklar, Tabandere* et *Lom;* neque vero ab erroris crimine absolvendus est Herodotus.

διὰ δὲ Θρηΐκης καὶ Θρηΐκων τῶν Κροβύζων] *Thraces Crobyzi* (de quibus conf. Mannert. IV p. 223. VII, p. 29) habitasse videntur ad meridionales Istri ripas ab oriente Triballorum, quorum sedes in hodierna Servia, et ab occidente Getarum, qui ad inferiorem Istrum habitabant; in quorum loca postea successisse videntur, si quidem Strabo VII p. 318 p. 490 B. *Crobyzos* prope Colatin, Tomos Istrumque collocat; quas ipsas regiones Darii tempore tenebant Getae; ut sane Crobyzorum natio temporum decursu magis magisque orientem versus ad Pontum usque sedes suas promovisse perhibeatur. In Scythia gentem commemorat Plinius IV, (12) 26; quam Scythis finitimam perhibet Scymnus Chius in fragmm. vs. 3. 10. A meridie Istri Crobyzos collocat Stephan. Byz. Hecataeum citans, cuius cf. fragmm. pag. 85 ed. Klausen. Apud Thucydidem nulla gentis mentio, quae quas sedes occupasse videtur, in iis ipsis aut certe proxime collocat ille Treres et Tilataeos, Herodoto non

βύζων ῥέοντες, Ἄθρυς, καὶ Νόης, καὶ Ἀρτάνης, ἐκδιδοῦσι ἐς τὸν Ἴστρον· ἐκ δὲ Παιόνων καὶ οὔρεος Ῥοδόπης, Σκίος ποταμὸς, μέσον σχίζων τὸν Αἷμον,

---

cognitos. Vid. Gatterer. Thracien. etc. pag. 35 seq.

Ἄθρυς] Ita librariorum socordia scriptum esse vult Gatterer. l. l. (p. 101 Thrac. p. 30), pro *Ἴαθρυς:* quemadmodum apud Iornand. Rerr. Gett. cap. 18 *Iatrus*: qui idem apud Plin. III, 26 *Ieterus* et nunc *Iantra.* Assentiuntur Mannert. VII p. 9. Larcher. T. VIII p. 567 et Reichard. pag. 42.

Νόης] Duo libri *Νοίας,* accedente Valla, nec improbante Gatterer., qui *Noies* rectius scribi pronuntiat l. l. p. 29 seq. (sive, *Νούης*, ut vult pag. 32) eoque ex fluvio repetitum vult urbis, quae *Ad Novas* appellatur et in Ptolemaeo III, 10 itemque in Tabul. Peutinger occurrit, nomen: quippe quae eo loco probabiliter sita fuerit, ubi fluvius Istro se immisceat. Mannerto VII pag. 9 videtur esse fluvius *Ischa* s. *Ostru*, prope Nicopolin in Istrum influens; Reichardo (p. 42) is, qui a Plinio vocatur *Escamus* et in Tabula Peutinger. *Anasamus*, nunc *Osme.* Viri docti opinionem, quâ *Noes* proprium sit *Danubii* nomen, praefixa syllaba *Da*, retulit Larcherus, ipse Gattereri amplexus sententiam. Quae mihi quoque probabilior esse videtur. Inter veteres scriptores unus Valerius Flaccus Argon. VI, 100 fluvii huius, ad quem Alazones memorat, fecit mentionem.

Ἀρτάνης] In Itinerariis vocatur *Utus*, a nostrae aetatis hominibus *Vid.* Docuit Gatterer. l. l. p. 29, quem sequuntur Mannert. l. l. et Reichard. pag. 43. E veteribus unus eum commemorat Plinius l. l. III, 26.

ἐκ δὲ Παιόνων καὶ οὔρεος Ῥοδόπης] De *Paeonibus* conf. V, 13 seqq. *Rhodope* mons a Scomio orientem versus porrigitur per Thraciam; nunc illi nomen *Despoto* s. *Despoti Dag.* Plura Mannert. VII pag. 6. 7 ac de variis huius montis appellationibus apud veteres Tzschucke ad Pompon. Mel. II, 2 pag. 72 nott. exegett. Vol. III P. II.

Σκίος] Ita recentt. edd. secutus scripsi; cum in Wesselingiana editione aliisque esset *Κῖος*, cuius loco Florentinus liber offert *Κιός*. Apud Strabon. XIII p. 590 s. 883 C. Thraciae fluvius *Σκαιός* commemoratur, qui idem Thucydidi II, 96 est *Ὄσκιος* ac Plinio H. N. III, (26) 29 *Oescus.* Unde Gatterer. (Thracien nach Herod. u. Thucydid. pag. 28. 29) verum fluvii nomen fuisse coniicit *Ἥσκιος* s. *Ἔσκιος*, quod ipsum in recentiori fluminis appellatione *Ischa*, *Ischar*, *Isker* compareat. Adstipulatur Mannert. VII p. 10 coll. Reichard. p. 42. — Mox *μέσον* retinui, ob II, 17. 33 coll. IV, 55. Alii libri *μέσος*.

3 ἐσδιδοῖ ἐς αὐτόν. ἐξ Ἰλλυριῶν δὲ ῥέων πρὸς βορῆν ἄνεμον Ἄγγρος ποταμὸς, ἐσβάλλει ἐς πεδίον τὸ Τριβαλλικὸν, καὶ ἐς ποταμὸν, Βρόγγον· ὁ δὲ Βρόγ-
4 γος ἐς τὸν Ἴστρον. οὕτω ἀμφοτέρους, ἐόντας μεγάλους, ὁ Ἴστρος δέκεται. ἐκ δὲ τῆς κατύπερθε

Ἄγγρος ποταμὸς] *Angrus* est *Morava Serviae*, *Brongus* autem *Morava Bulgariae.* Vid. Gatterer. l. l. pag. 33, quem sequuntur Larcher. in Tab. Geogr. p. 567 et Mannert. VII pag. 11 coll. Reichard. pag. 43; qui quaecunque mox de *Carpi* atque *Alpi* Noster afferat, ea explicari posse negat, ut sane falsa esse perhibeantur. Nec magis falsos esse eos crediderim, qui *Alpis* nomine *Rhenum* indicari putent. Ac fluvium Alpin non longe a margine occidua terrae Herodotum sibi finxisse e verbis seqq. de Istri cursu colligit Bredow. Spec. Geogr. et Uranolog. Herod. pag. XXIV not. Nec magis assentiri possum Niebuhrio, qui Hist. Rom. I p. 149 ed. sec. sive *Carpin* sive *Alpin* pro nostro fluvio *Inn* haberi vult. Qui idem Vermischt. Schrift. I p. 374. Hist. Rom. II p. 578 ed. sec. vix audiendus, quod *Angrum* esse contendit fluvium *Drin* et *Brongum* nunc vocari *Savum* (Sau); quam eandem olim Peuceri fuisse sententiam, e Larcheri nota intelligo.

ἐς πεδίον τὸ Τριβαλλικὸν] *Triballi* ipsi apud Herodotum nullibi commemorantur, qui hoc uno loco *Triballorum planitiem* nominat. Apud Thucydidem aliosque frequens huius gentis mentio, quae olim libera nec Odrysis subiecta, Thraciae accensetur gentibus et quae temporum decursu sedibus mutatis ad Pontum Euxinum Istrique inferiorem cursum magis magisque processise videtur. Cf. Gatterer. l. l. pag. 37 seqq. *Triballorum* planities ad Moesiam inferiorem sive ad Serviam, quae nunc vocatur, pertinebit. Mannert. VII p. 11 de ea Serviae planitie cogitat, quae nunc nominatur: *Amselfeld*, prope Kossova: insignis illa quidem duabus pugnis anno 1389 et 1448 commissis. At Niebuhrio l. l. latius patuisse videtur haec planities omnemque Hungariam inferiorem comprehendisse; ita ut Triballorum planities Slavoniae atque Hungariae inferioris campos planos, quos Herodoti aetate Triballi tenuerunt, post alias in terras cedere coacti, comprehenderit. Vid. Hist. Rom. II p. 578 seq. ed. sec.

ἐκ δὲ τῆς κατύπερθε χώρης Ὀμβρίκων] Haud alios hic intelligi *Umbros* atque supra I, 94, compertum habeo, gentem scil. maxime florentem et ante Etruscorum imperium valde extensam. Neque aliam ultra Umbros Italiae gentem Noster novisse videtur, quos ipsos forsitan magis septentrionem versus habitantes sibi animo cogitave-

χώρης Ὀμβρίκων, Κάρπις ποταμὸς, καὶ ἄλλος Ἄλπις ποταμὸς, πρὸς βορῆν ῥέοντες ἄνεμον, καὶ οὗτοι ἐκδιδοῦσι ἐς αὐτόν. ῥέει γὰρ δὴ διὰ πάσης τῆς Εὐρώπης ὁ Ἴστρος, ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν, οἳ ἔσχατοι πρὸς ἡλίου δυσμέων μετὰ Κύνητας οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ· ῥέων δὲ διὰ πάσης τῆς Εὐρώπης,
50 *ἐς τὰ πλάγια τῆς Σκυθίης ἐσβάλλει. Τούτων ὦν*

---

rat. Quo tamen iure Umbros ab Herodoto ad Adriam poni asserat Bredow. Specim. Geogr. et Uranolog. Herod. pag. XXIV, equidem non intelligo. Rectius, opinor, Niebuhr. Röm. Gesch. I pag. 98 [pag. 149 ed. sec.], quem *Cr.* citavit, monet, Umbriae nomen apud Graecos latius patere inde a sinu maris Hadriatici septentrionem et occidentem versus usque ad Alpium radices, finibus minime definitis, quippe in terra Graecis prorsus incognita, Herodoti tempora si spectes. Tu vide sis quoque Mannert. Geogr. IX, 1 pag. 302 seq. 435 seq. C. O. Müller. Etruscc. I p. 102 seqq.

ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν] Conf. II, 33 ibique nott., ubi de Celtis quae dicta sunt, iis nunc adde sis Ephori fragmm. ed. Marx pag. 145 seq., notante *Cr.*, coll. Niebuhr. Röm. Gesch. II pag. 575 ed. sec. In seqq., quae ex Hecataei Milesii Periplo deperdito repetita vult Klausen. ad Hecat. fragmm. pag. 41 seq., verba *μετὰ Κύνητας* valent: *praeter Cynetes*, *exceptis Cynetibus*, quos ultimos occidentem versus in Europa habitare supra II, 33 dixerat, ubi qui h. l. *Κύνητες* (et apud Stephan. Byz. s. v.), ii sunt *Κυνήσιοι*. Sic IV, 53 (coll. 59) *μετὰ Ἴστρον*, et quae alia offert Fischer. ad Weller. III, b. pag. 200. Ipsum nomen ab agro Cuneo (quod corruptum ex Graeco nomine *Κύνης*) ac promontorio (quod nunc Sanctae Mariae perhiberi testantur) ductum censet Is. Voss. ad Pompon. Mel. III, 1, 56, ad quem locum nunc etiam confer sis Tzschucke in nott. exegett. Vol. III P. III pag. 19 seqq. Sedes gentis intra Sacrum Promontorium (Cap. Vincent) et Anam fluvium (Guadiana) adeoque etiam ultra hunc amnem in *Algarbia*, quae nunc vocatur. Vid. Schlichthorst. in Diss. peculiari: Ueber d. Wohnsitz der Cynesier oder Cyneter. Gotting. 1793. 8 pag. 7 seqq. coll. Heeren. Ideen II, 1 pag. 201. Neque enim, alios ut taceam, quorum commenta refert Schlichthorst. l. l., Niebuhrio accedere possum (Vermischte Schrift. I pag. 141 seq.), qui Cynetes minime in extremo occidente, sed potius in septentrione remotissimo quaerendos esse statuit. Cf. etiam Völcker. Myth. Geogr. I p. 154.

ἐς τὰ πλάγια τῆς Σκυθίης ἐσβάλλει] „*Scythiam a latere*

Ister non propriae aquae copia, sed quod tantum alienae accipit, Nilo maior: cur non, ut Nilus, aestate surgat.

τῶν καταλεχθέντων καὶ ἄλλων πολλῶν συμβαλλομέ-
νων τὸ σφέτερον ὕδωρ, γίνεται ὁ Ἴστρος ποταμῶν
2 μέγιστος. ἐπεὶ ὕδωρ γε ἓν πρὸς ἓν συμβάλλειν, ὁ
Νεῖλος πλήθεϊ ἀποκρατέει· ἐς γὰρ δὴ τοῦτον οὔτε
ποταμὸς, οὔτε κρήνη οὐδεμία ἐσδιδοῦσα, ἐς πλῆ- 304
3 θός οἱ συμβάλλεται. ἴσος δὲ αἰεὶ ῥέει ἔν τε θέρεϊ
καὶ χειμῶνι ὁ Ἴστρος, κατὰ τοιόνδε τι, ὡς ἐμοὶ δο-
4 κέει. τοῦ μὲν χειμῶνος, ἐστὶ ὅσος πέρ ἐστι, ὀλίγῳ
τε μέζων τῆς ἑωυτοῦ φύσιος γίνεται· ὕεται γὰρ ἡ
γῆ αὕτη τοῦ χειμῶνος πάμπαν ὀλίγῳ, νιφετῷ δὲ
5 πάντα χρέεται· τοῦ δὲ θέρεος ἡ χιὼν ἡ ἐν τῷ χει-
μῶνι πεσοῦσα, ἐοῦσα ἀμφιλαφὴς, τηκομένη πάντο-
θεν ἐσδιδοῖ ἐς τὸν Ἴστρον· αὕτη τε δὴ ἡ χιὼν
ἐσδιδοῦσα ἐς αὐτὸν, συμπληθύει, καὶ ὄμβροι πολ-

---

alluit." Ita Schweigh. Nec aliter fere Rennel. pag. 401, his verbis qui indicari putat, Istrum in confinia Scythiae intrare.

Cap. L.

ἐπεὶ ὕδωρ — ἀποκρατέει] Sensus est: *nam si solius (Istri) per se aquam cum Nili aqua conferas, copiâ illum superat Nilus.* De locutione ἓν πρὸς ἓν συμβάλλειν, de qua citat Wesseling. Athen. XIV p. 652 F. coll. Thucydid. II, 97, Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 545 p. 1069. „Alibi dicitur brevius ἓν ἀνθ' ἑνός, ut Platoni De rep. I p. 331 p. 11 Bekk., ubi vid. Ast. p. 339 et conf. Stallbaum. ad Phileb. §. 161 p. 216." *Cr.* Tu add. Bernhardy ad Eustath. ad Dionys. Perieg. pag. 853. — ἀποκρατέει (pro ἐπικρατέει) scripsi cum recentt. edd. cum ἀπὸ verbi simplicis vim augere videatur, ut in tot aliis verbis. Cf. IV, 75. — Ut antea τούτων pro τουτέων, sic mox οὐδεμία pro οὐδεμίη cum Gaisford. et Matth. rescripsi. — Verba seqq. ἐς γὰρ δὴ τοῦτον κ. τ. λ. respicit Eustath. ad Dionys. Perieg. 226.

ὕεται γὰρ ἡ γῆ] Infra: ὕει γὰρ δὴ τὸ θέρος. Tu cf. II, 10.

νιφετῷ δὲ πάντα χρέεται] Pro πάντα Sancrofti liber τὰ πάντα; haud male. χρέεται cum Schweigh. et Gaisf. reposui pro χρᾶται, quod Matth. retinuit. Cf. I, 58. III, 78 etc. Sensus loci est: *nix vero omnia obtinet;* ubi ad structuram suppl. αὕτη ἡ γῆ (i. e. *constanter nive utitur terra haec*), collatis locis similibus, quos congessit Hemsterhus. ad Callimach. in Dian. 69. Neque enim huc, opinor, pertinet Hesychii glossa: χρᾶται· μολύνεται, ut loci haec sit sententia: *nive omnia inficiuntur et sordent.* — Ad vocem ἀμφιλαφὴς in seqq. conf. nott. ad III, 114. IV, 28.

ὄμβροι πολλοί τε καὶ λά-

λοί τε καὶ λάβροι σὺν αὐτῇ· ὕει γὰρ δὴ τὸ θέρος. 6 ὅσῳ δὲ πλέον ἐπ' ἑωυτὸν ὕδωρ ὁ ἥλιος ἐπέλκεται ἐν τῷ θέρεϊ ἢ ἐν τῷ χειμῶνι, τοσούτῳ τὰ συμμισγόμενα τῷ Ἴστρῳ πολλαπλήσιά ἐστι τοῦ θέρεος ἤπερ τοῦ χειμῶνος· ἀντιτιθέμενα δὲ ταῦτα, ἀντισήκωσις γίνεται, ὥστε ἴσον μιν αἰεὶ φαίνεσθαι ἐόντα.

51 Secundus Tyras, ortus ex palude, quae Scythiam a Neuride separat: ad Tyrae ostium, Graeci Tyritae.

Εἷς μὲν δὴ τῶν ποταμῶν τοῖσι Σκύθῃσί ἐστι ὁ Ἴστρος· μετὰ δὲ τοῦτον, Τύρης· ὃς ἀπὸ βορέω μὲν ἀνέμου ὁρμᾶται, ἄρχεται δὲ ῥέων ἐκ λίμνης μεγάλης, ἣ οὐρίζει τήν τε Σκυθικὴν καὶ 2 τὴν Νευρίδα γῆν. ἐπὶ δὲ τῷ στόματι αὐτοῦ κατοίκηνται Ἕλληνες, οἳ Τυρῖται καλέονται.

βροι] λάβρος dicitur, quidquid violentum est ac vehemens, ventisque inde tribuitur, undis, imbribus, aliis. Plura Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Pers. 114. Tafel. Dilucidd. Pindarr. ad Olymp. II pag. 156. — In fine cap. Florentinum secutus codicem exhibui πολλαπλήσια, ut III, 135. Reliqui: πολλαπλάσια. — Ad ἀντισήκωσις Cr. conf. ad Plotin. p. 37 infra ad I, 4, 14, ubi vocabulum esse medicum dixit, laudatis Foesio in Oeconom. Hippocrat. p. 41. Lennep. ad Phalarid. pag. 187. Blomfield. ad Aeschyl. Pers. vs. 443, aliis.

Cap. LI.

Τύρης] Cf. IV, 11. Mela II, 1, 74. Ammian. Marcell. XXII, 8. Byzantinis scriptoribus est *Danastris*. Multa Tzschucke ad Melae l. l. pag. 39 nott. exegg. Vol. III P. II. Quem nunc vocari *Dniester*, satis constat. *Aquae* significationem utroque nomine contineri volunt. Conf. nott. ad IV, 48. De quo nunc quaerere non vacat. A septentrione quod delabentem facit Herodotus fluvium, qui revera ab occidente ad orientem magis decurrat, id explicandum ex ea, quam Noster sibi finxit, illius orae formâ ac specie.

ἄρχεται δὲ ῥέων ἐκ λίμνης μεγάλης] Hoc plane fictum esse falsumque tradi iudicat Reichard. l. l. pag. 43, cum hicce fluvius supra vicum Wolcza minime ex lacu proveniat. Nec magis eodem auctore Scythiam ille a Neuride seiungit. Heeren. Ideen I, 2 pag. 268 de orientali Tyrae brachio cogitat, quod in Galitia, in pago Sombron oriatur. — De *Neuris* diximus ad IV, 17. — Retinui ἄρχεται, cum male in quibusdam libris exstet ἔρχεται. Cf. II, 17. 33. IV, 49.

οἳ Τυρῖται καλέονται] De urbe *Tyra* intelligunt, teste Plinio IV, 26 (12): „clarus amnis *Tyra*, oppido nomen imponens, ubi antea *Ophiusa* dicebatur.“

52 *Τρίτος δὲ Ὕπανις ποταμὸς ὁρμᾶται μὲν ἐκ τῆς Σκυθικῆς, ῥέει δὲ ἐκ λίμνης μεγάλης, τὴν πέριξ νέμονται ἵπποι ἄγριοι λευκοί· καλέεται δ' ἡ λίμνη αὕτη ὀρθῶς,*
2 *μήτηρ Ὑπάνιος. ἐκ ταύτης ὦν ἀνατέλλων ὁ Ὕπανις*

Tertius Hypanis, ex palude in Scythia ortus, fluens dulcis V dierum navigatione ad confinia Scytharum Aroterum et Alazo-

---

De cuius urbis nomine plura Tzschucke l. l. p. 40 seq., idem de civium appellationibus variis monens. Qui dubitat, an *Bender* urbs in eo loco sit sita, Tyramque veterem in castro *Palanko* quaerendam censet. Cf. Reichard. l. l. p. 43 coll. Mannert. IV p. 83. 234.

Cap. LII.

Τρίτος δὲ Ὕπανις] Nunc vocatur *Bug*. Cf. Mannert. IV pag. 74. Reichard. l. l. pag. 44. Tzschucke ad Melam l. l. pag. 35. 36. Ipsum nomen e Graeco atque barbaro mixtum statuit De Bross. Mém. de l'Ac. d. Inscr. XXXV pag. 527 *amnemque inferiorem* designare. In alia omnia abit Ritter. Vorhalle pag. 181 seqq. 184 seqq. Indica advocans.

ἐκ λίμνης μεγάλης] Herodotum hic quoque nimio suo studio, quo amnes plerumque e lacubus iisque magnis derivat, abreptum fuisse contendit Reichard. l. l., nisi forsitan paludum ac stagnorum, quae in gubernio Minsk reperiuntur, notitia quaedam ad Herodotum pervenerit. Namque haec stagna, a quibus non valde remoti Hypanis fontes, olim magnum lacum effecisse videri. Oritur enim, quod satis nunc notum est, Hypanis in Podolia, Poloniae regione.

τὴν πέριξ νέμονται ἵπποι ἄγριοι] Attigit haec Eustath. ad Dionys. Perieg. 1143 pag. 312, 24 seq. ed. Bernhardy. Non aliter hodie ad ripas fluvii Wyssun in desertis gubernii Cherson equos pasci feros scribit Köppen. Nordgestade des Pont. pag. 11. Ac de equis, qui per istos campos in terra Ukrania, quae vocatur, longe lateque adhuc vagantur liberi nec domiti, recentioris quoque aetatis peregrinatores satis testantur, itemque Link. (Die Urwelt pag. 194 seq.) de primitiva equi patria quaerens, quam in regionibus planis ab oriente maris Caspii esse arbitratur. At Ritter. l. l. pag. 185 si audias, equi sanctissimi pascuntur, magnae matri consecrati, nec alio loco in his terris habiti atque elephas albus in Taprobanes insula.

μήτηρ Ὑπάνιος] Pertinet huc Mela II, 1, 65: „Callipidas Hypanis includit. Ex grandi palude oritur, quam *Matrem* eius accolae appellant;" atque Eustathius ad Dionys. Perieg. 1143 (pag. 312, 20 ed. Bernhardy): *ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ τὸν Ἡρόδοτον καὶ Σκυθικὸς ποταμός τίς ἐστι λεγόμενος Ὕπανις, ἀνατέλλων ἐκ λίμνης μεγάλης, ἥτις λέγεται μήτηρ Ὑπάνιος, καθὰ δηλαδὴ καὶ ἡ Μαιῶτις μήτηρ τοῦ Εὐξείνου.* Ubi respicit Nostri verba IV, 86: *ἡ*

num: ibi Exampaeo fonte infectus, IV dierum navigatione peramarus ad mare defluit: minimo apud Alazonas a Tyra spatio disiunctus.

ποταμὸς, ῥέει ἐπὶ μὲν πέντε ἡμερέων πλόον βραχὺς, καὶ γλυκὺς ἔτι· ἀπὸ δὲ τούτου, πρὸς θαλάσσης τεσ-
3 σέρων ἡμερέων πλόον, πικρὸς αἰνῶς. ἐκδιδοῖ γὰρ ἐς αὐτὸν κρήνη πικρὴ, οὕτω δή τι ἐοῦσα πικρὴ, ἣ

Μαιῆτίς τε καλέεται καὶ μήτηρ τοῦ Πόντου, quo eodem modo locutus est Dionys. Perieg. 165 coll. Plin. H. N. VI, 7. Avien. Descript. Orb. 245. Or. marit. 393. A quo non differt, quod teste Strabone V pag. 214 p. 109 Tzschuck. Timavi accolae suam regionem *πηγὴν καὶ μητέρα θαλάσσης* perhibuerunt. Atque saepius sic occurrunt *pater*, *mater*, *parens*, ut monuit Tzschucke ad Melae l. l. pag. 37 nott. exegg. Vol. III P. II, *Maeotis* autem *Mater Ponti* hanc ob causam dicebatur, quod huius ille quasi gignitur aquis et alitur sive incrementa capit. Ritter. Vorhalle pag. 57 seq. coll. 185 huiusmodi appellationes ad Veneris sive Magnae omnium in natura rerum Matris cultum ad Ponti oras ex Indiâ allatum refert. De quo ipse viderit vir doctissimus.

ἐπὶ μὲν πέντε ἡμερέων πλόον] Quatuor dierum itinera, quae mox proferuntur, si adiiciantur, novem dierum existit iter, quod cum fluvii longitudine, quae est octoginta milliarr., convenire monet Mannert. IV pag. 75. — In seqq. scripsi cum Schweigh. et Gaisf. *βραχὺς καὶ γλυκὺς ἔτι*, ubi pro *ἔτι* vulgo *ἐστί*, quod ipsum retinuit Matthiae. Apud Melam l. l. legimus: „(Hypanis) et diu, qualis natus est, defluit. Tandem non longe a mari ex parvo fonte, cui Exampaeo cognomen est, adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoque iam sui dissimilis et non dulcis hinc defluat.“

πικρὸς αἰνῶς] Hesychio interprete I pag. 164 *αἰνῶς* valet *δεινῶς καὶ χαλεπῶς, καὶ λίαν ἢ μάλιστα.* Cf. IV, 61 coll. 76. Apollon. Rhod. III, 15, 480.

οὕτω δή τι ἐοῦσα κ. τ. λ.] Ad loci structuram cf. Matthiae Gr. Gr. §. 479 not. 1 pag. 895 §. 487, 4 p. 912. Quibus Cr. adscripsit: „Conf. Schaeferi Melett. p. 71. Fluxit autem hic usus Herodoteus ex Homero. Vid. Odyss. XIV, 402 — 404.“ Valckenaer. afferens locos I, 163. III, 120. IV, 28. 184, *fons*, ait, *adeo erat amarus, ut, quum exiguus esset, Hypanin flumen in paucis magnum vitiaret amaritudinem suam miscendo.* Atque *κιρνᾷ* idem vult esse atque *ἄποτον ποιέει*, ut infra Noster loquitur IV, 81, eiusdem rei mentionem faciens. Quem praeter Mel. l. l. respexerunt Eustath. ad Dionys. Perieg. 1143, Athen. II p. 43 C. D. Pausan. IV, 35, alii. Ipsum fontem prope urbem Braclow, ut nunc vocatur, quaerendum esse censet Mannert. IV p. 94. Reichard. p. 25 respici putat locum quendam Podoliae, nomine *Ladyschin*, ad meridionalem Hypa-

μεγάθεϊ σμικρὴ ἐοῦσα, κιρνᾷ τὸν Ὕπανιν, ἐόντα 305
4 ποταμὸν ἐν ὀλίγοισι μέγαν. ἔστι δὲ ἡ κρήνη αὕτη 66
ἐν οὔροισι χώρης τῆς τε ἀροτήρων Σκυθέων καὶ
Ἀλαζώνων· οὔνομα δὲ τῇ κρήνῃ, καὶ, ὅθεν ῥέει,
τῷ χώρῳ, Σκυθιστὶ μὲν, Ἐξαμπαῖος· κατὰ δὲ τὴν 70
5 Ἑλλήνων γλῶσσαν, Ἱραὶ ὁδοί. συνάγουσι δὲ τὰ
τέρματα ὅ τε Τύρης καὶ ὁ Ὕπανις κατὰ Ἀλάζωνας·

---

nios s. Bugi ripam, quà in eum Selnitza influit. Illic enim mineralis fons. Mox tamen subiicit, Herodoti fontem situm videri a septentrione Bugi; etsi de huius fluvii amaritudine, cuius ipsius causa sit fons, nihil quidquam nunc traditum reperiatur. Ponticae orae fontes, non nisi laticis paene marini memorat Ovid. Ex Pont. III, 1, 17. Addam his Koehleri sententiam (Mém. sur la course cet. consacr. à Achill. p. 126), qui fabulam de Exampaeo fonte inde censet ortam esse, quod aquae stagni Borysthenici aliquando in ipsum fluvium ventorum vi fuerint reiectae, quum quae de hocce narrentur fonte amaro, Herodoti aetate si vera fuisse ponamus, nunc minime ita sese habeant. Atque a recentioris aetatis peregrinatore relatum inveni, fluvium Hypanin prope urbem, quae nunc vocatur *Nikolajef*, quamvis septuaginta quinque fere Russica milliaria (vocant Werst) a mari remotum, salsam tamen praebere aquam. Cf. Sommer. Taschenb. zur Verbreit. geogr. Kenntn. 1832 pag. 129. Idem ex alio diario allatum posthac vidi a Tzschuck. l. l. pag. 38, fluvium milliaribus quibusdam ante, quam excurrat in Pontum, amarum saporem traxisse, quem mari tribuunt. In quo eodem principis Würtembergensis diario memoratur lacus salsus, per quem in mare fluat *Teligol*, nisi sit huius mater (fons). Ac denique Ritter. (Vorhalle pag. 345) nomen fontis *Exampaei* suspicatur esse *Hexenpfad*, *Asenpfad*, idque referri ad antiquam viam sacram, quâ Buddhistica sacra occidentem versus fuerint traducta.

ἐν ὀλίγοισι μέγαν] i. e. *fluvium inter minores magnum* (Scythiae sc. inter fluvios reliquos, cum Istro comparatos), ut recte, meâ quidem sententiâ, interpretatur Schweigh. Alii: *in paucis magnum*, i. e. *longe omnium maximum*. De quo conf. allata ab Hemsterhusio ad Lucian. I p. 172 ed. Bipont. Nec aliter Letronne Journ. d. Savans 1817 pag. 98: *inter paucos magnum* i. e. *d'une grandeur peu commune*. — Mox edidi ἐν οὔροισι ubi male olim ἐν οὔροισι. Tangit haec Eustath. ad Homer. p. 149, 15 s. 112, 51. — De *Scythis agricolis* atque *Alazonibus* conf. nott. ad IV, 17.

τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, ἀποστρέψας ἑκάτερος ῥέει εὐρύνων τὸ μέσον.

53 Τέταρτος δὲ, Βορυσθένης ποταμός· ὅς ἐστι μέγιστός τε μετὰ Ἴστρον τούτων, καὶ πολυαρκέστατος κατὰ γνώμας τὰς ἡμετέρας, οὔτι μοῦνον τῶν Σκυθικῶν ποταμῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, πλὴν Νείλου τοῦ Αἰγυπτίου· τούτῳ γὰρ οὐκ οἷά τέ ἐστι συμβαλέειν ἄλλον ποταμὸν, τῶν δὲ λοιπῶν 2 Βορυσθένης ἐστὶ πολυαρκέστατος. ὃς νομάς τε καλλίστας καὶ εὐκομιδεστάτας κτήνεσι παρέχεται, ἰχθύας

Quartus Borysthenes, multarum rerum post Nilum ditissimus: navigatur per dies XIV usque ad Gerrhum locum, ad quem ab aquilone fluit per incognita: Scythae Georgi ad eum X dierum navigatione accolunt: [c. 18.] eius unius et Nili

Cap. LIII.

Βορυσθένης ποταμὸς] Nunc, quod nemo nescit, vocatur *Dnieper*, *Dnepr*, ortum, ut volunt, ex voce *Danapris*, quâ posteris temporibus fluvium significabant. Vid. Tzschucke ad Melam nott. exegg. II, 1 pag. 28 seq. Vol. III P. II. De antiqui nominis ratione, quae commenti sunt Danvill. in Mém. de l'Acad. d. Inscriptt. XXXV pag. 577 et Ritter. Vorhalle p. 175, nunc mittamus. Fontes fluminis in gubernio Smolensk; ostia intra Chersonem urbem atque Kirnburn. Plura Mannert. IV p. 75. Reichard. p. 45. — Locutionem μετὰ Ἴστρον attigimus ad IV, 49.

οὐκ οἷά τέ ἐστι συμβαλέειν] Aliquot libri συμβάλλειν. Citat haec Eustath. ad Dionys. Perieg. 311. Ad sententiam conf. etiam II, 33. 34.

ἐστὶ πολυαρκέστατος] i. e. *ad multa maxime sufficiens, plurima praebens commoda.* Non aliter Borysthenes a Scymn. Chio fragmm. 66 celebratur omnium fluviorum χρειωδέστατος. Ac pertinet huc Melae locus II, 1, 55 seq.: „Tum Borysthenes gentem sui nominis abluit, inter Scythiae amnes amoenissimus: turbidis aliis, liquidissimus defluit placidior quoque quam caeteri, potarique pulcherrimus. Alit laetissima pabula magnosque pisces, quibus et optimus sapor et nulla ossa sunt. Longe venit ignotisque ortus e fontibus, quadraginta dierum iter alveo stringit: tantoque spatio navigabilis, secundum Borysthenida et Olbiam, Graeca oppida, egreditur." — Herodotea quoque attigit Eustath. ad Dionys. Perieg. 311.

ὃς — παρέχεται] Mela, ut modo vidimus, l. l.: *alit laetissima pabula*, ubi Tzschucke admonet l. l. pag. 30 recentiores quoque riparum et regionis adiacentis fertilitatem praedicare. Pro εὐνομιδεστάτας, quod quidam libri exhibent, nunc receptum εὐκομιδεστάτας; nec magis necessarium rescribere, ut aliis placuit, εὐδοκιμεστάτας aut ἐπιτηδειεστάτας, ut Valcken. olim coniecerat ob Vallae interpretationem: *et accommodatissima pecoribus.* Quod dedi εὐκο-

τε ἀρίστους διακριδὸν καὶ πλείστους· πίνεσθαί τε ἥδιστός ἐστι· ῥέει τε καθαρὸς παρὰ θολεροῖσι. σπόρος τε παρ' αὐτὸν ἄριστος γίνεται· ποίη τε, τῇ οὐ σπείρεται ἡ χώρη, βαθυτάτη· ἅλες τε ἐπὶ τῷ στόματι αὐτοῦ αὐτόματοι πήγνυνται ἄπλετοι· κήτεά τε μεγάλα ἀνάκανθα, τὰ ἀντακαίους καλέουσι, παρέχεται

fontes Graecis ignoti: effluens facto lacu Hypanin recipit: Hippolai promontorium: Cereris delubrum: Borysthenitae ad Hypanin.

μιδεστάτας, nunc unum placet. Nam indicantur *pascua bene curata, opima.* Atque Italo interpreti hinc verti posse quoque videtur *pascoli assai nutritivi.* — De verbo παρέχεσθαι conf. nott. ad IV, 44.

διακριδὸν] i. e. *eximie, exquisite.* Hinc recte Hesychius I pag. 947. ἐν διακρίσει ἄριστον, ubi vid. Albert. ac Kuster., quibus auctoribus vel ἄριστοι vel ἄριστον reponendum. De adverbii forma conf. Fischer. ad Weller. I pag. 298. — Pro ἰχθύας duo libri ἰχθῦς, ut I, 202, haud male.

πίνεσθαί τε ἥδιστος] Conf. Matth. §. 535 b. pag. 1049. — Ad argumentum, praeter laudatos Melae atque Eustathii locos, faciunt Plin. H. N. XXX, 5 (30). Athen. II, 16 p. 42 E. s. 162 Schweigh. In seqq. ad voces καθαρὸς atque θολερὸς conf. I, 202 ibique nott. Laudat Valcken. Pausan. IV, 34. Dio Chrysost. p. 402 D. Ioann. Chrysost. T. II pag. 448 A. — Ad βαθυτάτη conf. V, 92 §. 6. Quo magis tenendum, haec loca olim fertilissima, nunc plane deserta inveniri, nullo arborum virgultarumque proventu insignia, nec ferarum copia; ut monet Köhler. Mém. sur l. course — Achill. p. 129. Ipsam aquam per aestatem minus salubrem esse nunc tradunt, mutatam scilicet ab rivis influentibus. Conf. Tzschucke ad Melae l. l. pag. 30.

ἅλες τε — ἄπλετοι] Idem testatur Dio Chrysost. l. l. Et iure suspiceris licet, ex hoc ipso copioso salis proventu, tantas sibi divitias collegisse tantasque opes Olbiae incolas. Vid. Koehler. l. l. p. 130. De voce ἄπλετος conf. nott. ad III, 106.

κήτεά τε μεγάλα ἀνάκανθα κ. τ. λ.] Haud scio an huc faciant Melae verba l. l.: „alit magnos pisces, quibus et optimus sapor et nulla ossa sunt.“ Nec aliter fere Plinius H. N. IX, 17 (15) ac Solinus 20, 15. Iornandes de reb. Get. 20, quae una cum aliis attulit Tzschucke ad Melae l. l. nott. exegg. pag. 30. 31, qui adhuc piscosum omnino esse amnem tradit. κήτεα ἀνάκανθα sunt *cete spinis carentia.* Alii intelligunt *hussones*, alii *acipenseres.* Reichard. pag. 44 seq. eos pisces, quos vocamus *Welse.* Adhuc prope antiquam Olbiam in Hypani optimos pisces capi monemur; in quibus *Acipenser Sturio, Acipenser Ruthenus, Acipenser Huso* et *Acipenser Stellatus.* Vid. Choix d. medaill. antiq. d'Olb. p. 12. Pertinent hi ad

4 ἐς ταρίχευσιν, ἄλλα τε πολλὰ θωυμάσαι ἄξια. Μέχρι 90
μέν νυν Γέῤῥου χώρου, ἐς τὸν τεσσεράκοντα ἡμε-
ρέων πλόος ἐστὶ, γινώσκεται ῥέων ἀπὸ βορέω

hoc piscium genus, quos vocamus *Stör*. Cuius piscis in fluviis Ponto Euxino se miscentibus frequentissimi ova, nunc cognita sub nomine *Caviar*, ab accolis horum fluviorum hodieque multum gustari accepimus. Monuit Miot, Gallus interpres; quo eodem monente hic piscis sane cartilagines tenerrimas praebet nullasve fere spinas, plane ut Herodotus tradit. Hunc sequitur Italus interpres, de voce ταρίχευσιν quoque monens, quâ non solum conditura piscium, quae sale fit, sed etiam exsiccatio significetur: unde in condiendis mortuis apud Aegyptios ταριχεύειν II, 86 coll. IX, 120. Τάριχος Ἀντακαῖον bis memorari apud Athen. III p. 118 D. notat Valcken. — θωυμάσαι hic intactum reliquit Gaisford. Cf. nott. ad IV, 28.

ἐς τὸν τεσσεράκοντα ἡμερέων πλόος ἐστὶ] Strabo VII p. 306 s. p. 470 A., per sexcenta stadia navigabilem esse fluvium contendit. Quadraginta dierum navigationem produnt et Mela l. l. et Scymnus Chius fr. 70. Quod cum nimium videretur, pluribus viris doctis olim rescribere placuit τεσσερεσκαίδεκα (pro τεσσεράκοντα) idque ipsum in textum recepit Reiz. (cuius vid. Praefat. pag. XXI), quem sequitur Matthiae, probante Larchero. Nec certi quid in his pronuntiare audet Danvill. (Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXXV pag. 577), ultra octoginta leuiarum Francicarum spatium a mari Borysthenem navigari posse negans, cum catarrhactae, quorum nulla apud Herodotum mentio, navigationem impediant. Mannerto (IV p. 76) numerus dierum XIV, ut iusto minor, ita XL dierum numerus videtur nimius. Et add. hisce Heeren. Ideen I, 2 p. 275. Reichard. p. 45. Herodoti causam suscipit, cum quo fere loco Gerrhus ad meridiem delabi incipiat, sint Catarrhactae veteribus omnino incogniti navigationemque praepedientes; quibus superatis cum navigabilis rursus sit fluvius usque ad urbem Smolensk, XL sane dierum itinera adeoque plura forsitan, si quis adverso flumine proficiscatur, consumi posse arbitratur. Qui tamen verba Herodoti μέχρι μέν νυν Γέῤῥου χώρου minus accurate sic reddidit: „*bis zur Gegend des Gerrhus*," et „*bis zur Gegend des Gerrhusflusses*." Nam de regione, quae sane a fluvio nomen tulerit, sermonem esse nemo non videt. De *Gerrhis*, Scytharum gente, conf. IV, 71 coll. IV, 56. Quae respiciens Völcker. Myth. Geogr. I p. 174 simulque bene memor, Borysthenem modo usque ad oppidum Alexandrowskaia navigabilem esse (a quo ipso usque ad urbem Kiew tredecim catarrhactae fluvii cursum interrumpant,

ἀνέμου· τὸ δὲ κατύπερθε δι' ὧν ῥέει ἀνθρώπων,
5 οὐδεὶς ἔχει φράσαι. φαίνεται δὲ ῥέων δι' ἐρήμου 306
ἐς τῶν γεωργῶν Σκυθέων τὴν χώρην· οὗτοι γὰρ
οἱ Σκύθαι παρ' αὐτὸν ἐπὶ δέκα ἡμερέων πλόον νέ-
6 μονται. μούνου δὲ τούτου τοῦ ποταμοῦ καὶ Νεί- 95
λου οὐκ ἔχω φράσαι τὰς πηγάς· δοκέω δὲ, οὐδὲ
7 οὐδεὶς Ἑλλήνων. Ἀγχοῦ τε δὴ θαλάσσης ὁ Βορυ-
σθένης ῥέων γίνεται, καί οἱ συμμίσγεται ὁ Ὕπανις,
8 ἐς τὠυτὸ ἕλος ἐκδιδούς. τὸ δὲ μεταξὺ τῶν ποτα-
μῶν τούτων ἐὸν ἔμβολον τῆς χώρης, Ἱππόλεω ἄκρη

---

ut nulla prorsus sit navigatio), ad eam vero ipsam regionem, quâ Borysthenes multum ad orientem flectatur, Nostri verba de Gerrho hinc discedente (quum Moloczna fluvius ita ad Borysthenem appropinquet, ut pro Borysthenis brachio haberi queat) referenda esse, *quadraginta* dierum numerum statuit nimium, quoniam accuratius mappas geographicas inspicienti vix *decem* dierum iter esse possit. Itaque vel ipsum Herodotum lapsum esse, ab aliis scil. in errorem inductum, vel quadraginta dierum itinera adverso flumine cogitanda esse, valde exigua, praesertim cum multae amnis ambages accedant.

ἐς τῶν γεωργῶν Σκυθέων] Conf. nott. ad IV, 17. 18.

ἐπὶ δέκα ἡμερέων] Quod *undecim* dies supra IV, 18 posuit, vix tanti est, ut obtrectemus scriptori alias diligentissimo. Nec sane Herodotum sibi obloqui contendit Völcker. l. l. pag. 175, cum unius diei iter, quod ad Hylaeam Noster retulerit, si adiiciatur, *undecim* dierum existat summa itineris usque ad Olbiopolitas; qui si non unâ supputetur dies, *decem* dierum. Illa autem undecim dierum itinera Mannert. IV p. 96 centum aequare milliarr. geograph. et ad regiones circa Kiew usque pertinere. — Verba *παρ' αὐτὸν* valent: *iuxta eum.*

μούνου δὲ τούτου — τὰς πηγάς] De *Nilo* conf. II, 34 ibiq. disputt. Borysthenis fontes Herodoto fuisse incognitos, nemo mirabitur, qui, quousque illâ aetate Graecorum cognitio terrarum septentrionem versus valuerit, satis respexerit. Nec magis Straboni, aliis veterum illi innotuere. Cf. Mannert. IV p. 224 seq. Tzschucke ad Melam nott. exegg. l. l. p. 31 sqq. Nunc satis constat, eos in gubernio Smolensk, in agro Sendomirensi, scaturire.

ἐς τὠυτὸ ἕλος ἐκδιδούς] i. e. *in eundem lacum se exonerans.* Ubi de *lacu*, s. *palude Moeotica*, agi sententia fuit viri docti Dureau de la Malle Geograph. physique etc. p. 170; ut sane haec palus olim multo magis extensa fuisse cogitetur. At recte observat Miot, Borysthenes si

καλέεται· ἐν δὲ αὐτῷ ἱρὸν Μητρὸς ἐνίδρυται· πέ- 1

Herodoti aetate in Maeotidem influxisset, hoc profecto a scriptore accuratissimo fuisse indicatum, qui de Maeotica palude non adhibuisset vocem ἕλος, minime illam quidem convenientem, sed λίμνην, ut IV, 57. 109. Itaque recte Miot sic interpretatur: „*il se jette avec lui dans les mêmes marais;*“ ut stagna paludesque ad Ponti Euxini oras prope ipsa Borysthenis atque Hypanios ostia intelligantur. Ad argumentum conf. Dion. Chrysost. or. 36 init. p. 437 B. Mannert. IV p. 226. Tzschucke ad Mel. l. l. nott. exegg. p. 32, recte monentem, Herodotea confirmari Dionis l. l. et recentiorum quoque narrationibus, a quibus lacus ille sat amplus dicitur *Liman.* — Particulae τε — καὶ in his verbis (ἀγχοῦ τε δὴ — καί οἱ συμμίσγεται) ita sibi respondent, ut commode reddi possint per *ubi* — *ibi*, hunc fere in modum: „*Ubi haud procul a mari Borysthenes fluit, ibi ei miscetur Hypanis.*“ Cf. IV, 199. Nec dispar ea ratio, quâ ad tempus referuntur idemque valere videntur, quod ὅταν et τότε, ut observat Schweigh. ad IV, 181. Add. IV, 135. III, 76 ibiq. not. V, 86. VII, 12. 217. VIII, 56. 64. 83. Minus accurate Reichard. p. 45 ita hunc locum vernacule expressit: „Der Borysthenes geht nahe an das Meer heran, der Hypanis in denselben und beyde in einerlei See.“ — τὸ δὲ μεταξὺ — καλέεται, intelligitur terrae tractus medius inter utrumque fluvium in mare procurrens et rostri ad instar in acutum desinens. Supra I, 166 ὁ ἔμβολος de navis rostro; de quo conf. Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 108 p. 514.

ἐν δὲ αὐτῷ ἱρὸν Μητρὸς ἐνίδρυται] Gaisf. e duobus libris exhibuit: ἐν δὲ τὸ ἱρὸν Δήμητρος ἐνίδρυται; Matthiae: ἐν δὲ αὐτῷ ἱρὸν Δήμητρος ἐνίδρυται. Ac Δήμητρος probat quoque Mannert. IV pag. 83. Equidem e Mediceo, Florentino, aliis reduxi Μητρὸς, cuius ipsius interpretamentum habeo lectionem Δήμητρος, invectam nimirum ab eo, qui de Graeca dea *Cerere*, Graecis Ponti accolis cultâ, cogitaverit. At, si quid video, hic cogitandum de ea dea, quae variis nominibus per Asiam, minorem potissimum, culta (v. c. Cyzici; IV, 76, aliis locis) inde in oppositas quoque Ponti oras fuit transvecta. Hinc iure lectioni Μητρὸς patrocinantur Koehler. (Mém. sur l. course — Achill. p. 128), atque Creuzer. (Annall. Heidelbergg. 1822 pag. 1236 seq.), Baccho, qui Sabos dicitur, addi monens sive nutricem sive matrem *Hippam*, quae eadem apud Orphicum poetam (XLIX [43], 4) χθονία μήτηρ; indeque *Hippolai* nomen repetendum. Unde sane colligas, in hac Ponti ora Olbiaeque regione sacra Phrygica et Thracica mature introducta esse, coloniamque Thracicam sive Phrygicam

ρην δὲ τοῦ ἱροῦ ἐπὶ τῷ Ὑπάνι Βορυσθενεῖται κατοίκηνται. ταῦτα μὲν τὰ ἀπὸ τούτων τῶν ποταμῶν.

54 Μετὰ δὲ τούτους πέμπτος ποταμὸς ἄλλος, τῷ
2 οὔνομα Παντικάπης. ῥέει δὲ καὶ οὗτος ἀπὸ βορέω

Quintus Panticapes, ex palude fluens iuxta Scythas Georgos, et

---

hic consedisse admixtis Graecis colonis. Quin in Olbiae numis nuper repertis caput invenimus *Matris Phrygicae*, muracea coronâ cinctum. Itaque haud iniuriâ *Cybelen* hic intelligi vult Reichard. p. 45. Ritter. Vorhalle p. 57. 177, qui et ipse a lectione *Μητρὸς* standum censet, pro totius operis sui consilio ac ratione de Indica dea, omnium in natura rerum parente Indisque a colonis ad has regiones advecta, cogitare mavult. — In seqq. reliqui ἐπὶ τῷ Ὑπάνι, ubi male nonnulli ὑπὸ τῷ Ὑπάνι. Cf. IV, 18. De Borysthenitis vid. ibid. *Cr.* ad h. l. conferri vult Matthiae Animadverss. in Hymn. Homer. p. 110, ad Hymn. in Apoll. vs. 18. Rambach. De Mileto eiusque colon. p. 56 seq. et Raoul-Rochette Histoire de l'établiss. d. col. Grecq. III p. 315 seqq.

ταῦτα μὲν τὰ ἀπὸ τούτων τῶν ποταμῶν] In hisce verbis ἀπὸ, monente Schweigh., idem valet ac si dixisset τὰ περὶ τούτους τοὺς ποταμούς, ut IV, 195 coll. VII, 195. — τούτων et hoc loco et paulo antea cum Gaisf. reposui pro τουτέων.

Cap. LIV.

πέμπτος ποταμὸς ἄλλος] ἄλλος numeris sic iungitur I, 197. Affert Larcher. Aeschyl. S. c. Th. 488. Sophocl. Antig. 1304. Eurip. Suppl. 871.

τῷ οὔνομα Παντικάπης] Observat Struve Spec. Quaest. Her. I pag. 20 in tali formula plerumque omitti verbum ἐστί; imperfectum ἦν minime. Cf. IV, 178. V, 52 etc. Supra IV, 18 additum invenimus κεῖται. De ipso fluvio conf. Mela II, 1, 49 („*Panticapes Nomadas* Georgosque disterminans"). Plin. H. N. IV, 12 (26). *Samaram* fluvium, quem arbitratus erat Bayerus, nullum omnino unquam fuisse fluvium auctor est Danvill. (Mém. de l'Ac. d. Inscr. XXXV pag. 579), quem sequitur Mannert. IV p. 76 seq., cum Samara multo superius ad septentrionem in Borysthenem influat. In quo Larcherus obloquitur, in cursu fluvii indicando veteres labi potuisse scriptores quamvis concedens. Quamobrem Rennel. p. 407 Panticapen pro uno quodam Borysthenis brachio habet; quem fluvium Cosaccorum (*Kockasoff* s. *Konscawodo*) nunc dici, Borystheni supra catarrhactas se admiscentem, contenderat De Brosses (Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXXV p. 526). Post Gatterer. (Thracien nach Herod. und Thucyd. pag. 19). Reichard. pag. 48 fluvium *Konskoje* hic intelligi putat, Heeren. (Ideen I, 2 p. 257) unum ex iis fluviis, qui magis meridiem versus cum Borysthene iungantur, sive *Sula*,

deinde per Hylaeam in Borysthenem.

τε καὶ ἐκ λίμνης, καὶ τὸ μεταξὺ τούτου τε καὶ τοῦ Βορυσθένεος νέμονται οἱ γεωργοὶ Σκύθαι· ἐκδιδοῖ δὲ ἐς τὴν Ὑλαίην· παραμειψάμενος δὲ ταύτην, τῷ Βορυσθένεϊ συμμίσγεται.

55 Ἕκτος δὲ Ὑπάκυρις ποταμός· ὃς ὁρμᾶται μὲν ἐκ λίμνης, διὰ μέσων δὲ τῶν νομάδων Σκυθέων ῥέων, ἐκδιδοῖ κατὰ Καρκινῖτιν

Sextus Hypacyris, labens ex palude per Scythas Nomadas in mare.

---

sive *Psol.* Völcker. Myth. Geogr. I pag. 177 unum ex iis rivulis, qui circa Borysthenis ostia defluant, *Kara Deresi*, aut *Helin Deresi*, aut alium quendam nobis non cognitum. Alia affert Tzschucke ad Melae l. l. pag. 25 seq. nott. exegg. Equidem in tanto virorum doctorum dissensu quid ipse statuam, non habeo, accuratiora exspectanda esse ratus ab iis, qui has ipsas regiones accuratius quam adhuc factum est, aliquando perlustrabunt. — Mox scripsi cum Schweigh. et Gaisf. ῥέει δὲ καὶ οὗτος pro: ῥέει μὲν γὰρ καὶ οὗτος, quod ipsum retinuit Matthiae.

Cap. LV.

Ὑπάκυρις ποταμὸς] Male olim Ὑπάκαρις; conf. IV, 47. 55. 56. Pertinet huc Melae locus II, 1, 40: „Sinus *Carcinites.* In eo urbs est *Carcine*; quam duo flumina *Gerros* et *Hypacaris*, uno ostio effluentia attingunt: verum diversis fontibus et aliunde delapsi.“ Danvill. l. l. pag. 580, huc refert Ptolemaei *Carcinitin*; duos in recentioris aetatis mappis indicari geographicis rivulos, qui coniuncti sub nomine *Calanza* eo loco in mare exeant, ubi Carcine sita fuisse perhibeatur. Gatterer. l. l. pag. 19 fluvium a Russis nunc dici monet *Moloschnye Wody*, a Tartaris *Suth-su.* Atque observante Mannert. IV pag. 77 eo loco, quo Herodotus ponit, invenitur sane rivulus, qui per aestatem aquis privatus verno tempore eo magis crescat ob imbres decidentes; quo ipso tempore forsitan Herodotum fluvium vidisse suspicatur. Reichardo pag. 51 Hypacyris ille est rivulus, quem mappae geographicae in amnem Asis Utluk (qui Plinii est Acesines, eodem statuente) influere ostendunt. Alii aliter. Tu vid. Tzschucke ad Mel. l. l. nott. exegg. pag. 23.

ἐκδιδοῖ κατὰ Καρκινῖτιν πόλιν] Cf. IV, 99. Καρκινῖτις, Scythica urbs, memoratur a Stephan. Byzant. et quidem ex Hecataeo, in cuius fragmenta retulit Klausen. pag. 86. Melae l. l. et Plinio IV, (12) 26 est *Carcine* urbs, Ptolemaeo *Carcina;* unde sinus adiacens *Carcinites* (de quo Strabo VII pag. 307 s. pag. 471 C. et pag. 308 s. 473 B.) nomen tulit, qui nunc vocatur sinus *Perecop* s. *Akmeschid.* Nulla adhuc hac in regione ipsi Herodoto, ut videtur, cognita urbis vestigia detecta esse observat Mannert. IV p. 84. 245, nisi ad locum Kipkoin, ubi multi putei antiquitus

πόλιν, ἐς δεξιὴν ἀπέργων τήν τε Ὑλαίην καὶ τὸν
56 Ἀχιλλήϊον καλεόμενον Δρόμον. Ἕβδομος δὲ Γέῤῥος
ποταμὸς ἀπέσχισται μὲν ἀπὸ τοῦ Βορυσθένεος, κατὰ
τοῦτο τῆς χώρης, ἐς ὃ γινώσκεται ὁ Βορυσθένης· ἀπέ-

Septimus Gerrhus, in Gerrho loco a Borysthene abscissus,

---

fossi. Alii urbem sitam fuisse existimant, ubi nunc *Goeslewe* s. *Giueslewe.* Vid. Tzschucke nott. exegg. ad Melae l. l. pag. 22. 23.

ἐς δεξιὴν ἀπέργων] i. e. *a dextra relinquens*, sive magis ad verbum: *a dextra, ad dextram partem terminans*, orientem versus, ut volunt Mannert. l. l. et Reichard. l. l. Herodotum, Graecum hominem haec scribentem respicientes. Ad locutionem *ἐς δεξιὴν* conf. Schaefer. ad Lambert. Bos. de ellips. pag. 860 coll. 526. 529, et ad *ἀπέργειν* Herod. II, 99 ibique nott. — De *Hylaea* diximus ad IV, 9.

καὶ τὸν Ἀχιλλήϊον καλεόμενον Δρόμον.] Locum, in quo Achillem certamina instituisse ferunt, descripsit Mela II, 1, 50 seq. coll. Plin. H. N. IV, (12) 26. Strabo VII p. 307 s. 472 et 473. Arrian. Peripl. §. 21 (ubi conf. Gail. T. III pag. 130 seq.). Anon. Peripl. §. 11, itemque attigerunt Euripid. Iphigen. Taur. 438 (coll. Lycophron. Cass. 192), Dionysius Perieg. 307, Ammian. Marcellin. XX, 8, Priscian. Perieg. 297, alii. Intelligitur autem ille angustus terrae tractus, in mare non longe a Borysthenis ostio occidentem versus a terra Hylaea (de qua cf. nott. ad IV, 9) porrectus et in acutum desinens promontorium, cui nunc nomen *Kinburn.* Qui locus antiquissima religione inde a belli Troianici temporibus insignis fertur, cuius post Herodotum, ubi prima illius mentio, plures, quos plurimos modo excitavimus, meminerunt. De quo nunc dicere longum. Egregie post Tzschucke ad Melae l. l. nott. exegg. pag. 27 seq., et Mannert. IV pag. 87. 227 seq. et copiosissime de his disseruit Koehler. in scriptione saepius iam laudata: Mémoire sur les iles et la course consacrées à Achille etc. etc. Petersbourg. 1827 (Vol. X Commentt. Acad. Petropolit.); qui locum, quem ob inundationes maris solique naturam nunquam habitatum fuisse iudicat, accuratissime descripsit pag. 27 seq. et potissimum pag. 88 — 97, aliamque omnino nunc huius terrae conditionem esse atque quarto ante Chr. n. fuit saeculo negat. De ipso promontorio vid. ibid. pag. 118. 119.

Cap. LVI.

Γέῤῥος ποταμὸς ἀπέσχισται μὲν κ. τ. λ.] i. e. *Gerrhus* (de quo vid. nott. ad IV, 19) *separatur a Borysthene eo fere loco, usque ad quem ipse Borysthenes est cognitus* (cf. IV, 53 ibiq. not.). Moneo ob Reichard. sic interpretantem: „der Gerrhus wendet sich vom Borysthenes ab bey der Gegend vorbey, wo man den Borysthenes erblickt!"

fluens inter Nomadas et Basilidas, et in Hypacyris exiens ostium.

σχίσται μέν νυν ἐκ τούτου τοῦ χώρου, οὔνομα δὲ
ἔχει τόπερ ὁ χῶρος αὐτὸς, Γέῤῥος. ῥέων δ' ἐς 307
θάλασσαν, οὐρίζει τήν τε τῶν Νομάδων χώρην,
καὶ τὴν τῶν βασιληΐων Σκυθέων· ἐκδιδοῖ δὲ ἐς
57 τὸν Ὑπάκυριν. Ὄγδοος δὲ δὴ Τάναϊς ποταμός· ὃς
ῥέει τὰ ἀνέκαθεν ἐκ λίμνης μεγάλης ὁρμεώμενος,

Octavus Tanais, e vasta palude currens in Maeo-

Multo melius loci sensum cepit Lange, vernaculus interpres. — Pro ἐς ὅ, quod omnes codd. tenent, non ausus sum, cum Struve l. l. II p. 43 ἐς τὸ vel ἐς ὅσον, hoc loco et IV, 71. VII, 50, qui ἐς ὅ non nisi in tempore indicando adhiberi posse statuit. — De *Scythis Nomadibus* conf. IV, 19; de Scythis regiis IV, 20.

ἐκδιδοῖ δὲ ἐς τὸν Ὑπάκυριν] Haec falso tradi vult Rennel. pag. 409. Tu confer sis nott. ad IV, 19.

Cap. LVII.

Τάναϊς ποταμὸς] Cf. IV, 20. 21. 45. 100. 123. Mel. I, 19. 135. Arrian. Anab. III, fin. Quem nunc vocari *Don* nemo nescit; de cuius nominis etymo conf. nott. ad IV, 48. Mannerto auctore IV, p. 78 ipse Herodotus haud vidit hunc amnem, ad cuius ripas nulla fuerit Graecorum colonia; unde factum existimat, ut eum probabiliter confuderit cum Volga. Cf. IV, 123 ibique nott. Veterum et recentiorum testimonia de *Tanai* exhibuit Tzschucke ad Mel. l. l. nott. exegg. p. 639 seq. Vol. III P. II.

ὃς ῥέει τὰ ἀνέκαθεν ἐκ λίμνης μεγάλης ὁρμεώμενος] ἀνέκαθεν de loco hic accipiendum, aliter ac vulgo docent grammatici. Cf. nott. ad I, 170. De *Tanais fontibus*, quos alii aliunde repetunt, eiusque cursu vid. Tzschucke ad Mel. l. l. nott. exeg. p. 640 seqq. Gail. Geogr. Min. T. II p. 401 (ad Scymn. Chium fragmm. vs. 129); quo monente, plures lacum, unde provenire dicitur fluvius, in Tartariae minoris atque Russiae finibus collocant. Quem lacum ipsum esse Caspium mare, quod olim canali quodam Maeoticae paludi iunctum fuerit, contendit Dureau de la Malle Geogr. physiq. pag. 165 seq. Malim equidem cum Rittero (Vorhall. pag. 305 coll. Reichard. p. 51 et Tzschucke l. l. hic cogitare de *Ioannis lacu*, qui dicitur (*Iwan* s. *Iwanowskoe - Osero*) in confiniis guberniorum Riaesan et Tula. Völcker. Myth. Geogr. I pag. 189 seq. in his multa minus consentanea sibi reperire videtur indeque *Tanain* Herodoti non alium esse fluvium opinatur atque *Volgam*. Mannerto quoque IV, 109 Herodotus in Tanai fonte indicando lapsus esse videtur, cum quem pro *Tanais* fonte ille habuerit, is fluvii *Kama* probabiliter fuerit fons. De *Sauromatis* vid. nott. ad IV, 21.

ἐκδιδοῖ δὲ ἐς μέζω ἔτι λίμνην καλεομένην Μαιῆτιν,
ἣ οὐρίζει Σκύθας τε τοὺς βασιληΐους καὶ Σαυρο-
2 μάτας. ἐς δὲ Τάναϊν τοῦτον ἄλλος ποταμὸς ἐσβάλ-
58 λει, τῷ οὔνομά ἐστι Ὕργις. Τοῖσι μὲν δὴ οὐνομα-
στοῖσι ποταμοῖσι οὕτω δή τι οἱ Σκύθαι ἐσκευάδαται.
2 Τοῖσι δὲ κτήνεσι ἡ ποίη ἀναφυομένη ἐν τῇ Σκυ-
θικῇ, ἔστι ἐπιχολωτάτη πασέων ποιέων τῶν ἡμεῖς

tidem, quae disterminat Basilidas et Sauromatas: influit Hyrgis fluvius in Tanain.

Gramen Scythicum, omnium amarissimum.

Ὕργις] Reliqui hoc, quamquam notatur var. lect. Ὕργης et pronum erat scribere Σύργις, ut infra legitur IV, 123, haud rara literarum confusione, de quâ conf. ad Ctesiae fragmm. pag. 90. Köppen. Nordgest. d. Pont. p. 62 et olim Gatterer. in Comment. societ. Gotting. XIV p. 36. Qui idem Gatterer. (Thracien nach Herod. u. Thucyd. p. 19) hic de fluvio *Donetz* cogitat, probante Mannert. IV p. 79 et Völcker. Myth. Geogr. I p. 178 seq., qui tamen fluvium *Syrgin*, de quo IV, 123, bene distingui vult. Reichard. pag. 52 admonet fluvii *Irgiz*, qui Volgae misceatur supra Saratow ab oriente; ut Herodotus sane mirum errorem commisisse putandus sit. De quo ipse viderit vir doctus.

Cap. LVIII.

τοῖσι μὲν δὴ οὐνομαστοῖσι — ἐσκευάδαται] i. e. *his igitur fluviis maxime memorabilibus Scythia est instructa.* Simili forma ac potestate ἐσκευάδαται II, 138. ἐσκευάδατο VII, 62. 66. 86 coll. I, 188. VII, 61.

ἐπιχολωτάτη] Ita recte e pluribus libris dedit Wesseling. cum herba intelligatur *bilis plenissima* et *ad eam generandam aptissima;* qui idem de voce ἐπίχολος citat Plutarch. II pag. 129. Philostr. V. Sophist. II, 8 p. 578. Icon. II p. 828 itemque Ovidium, qui miram herbarum Ponticae orae amaritudinem aliquoties commemorat [Ex Pont. III, 1, 24. 8, 16. 9, 37. IV, 10, 18]. Atque haec sententia verbis sequentibus quoque consentanea. Quare in ea acquievit Schweigh., quem secutus est Miot sic interpretans: „*une herbe, qui a la propriété de produire une très grande qualité de bile chez les bestiaux*“ itemque Italus interpres: „*l'erba germinante nella Scizia, hà fra tutte l'erbe per noi conosciute la virtù d'aumentare la bile.*“ Qui idem herbas in regionibus stagnosis incultisve, quales habuisse fertur Scythia, crescentes ad bilem animalium, quae istis alantur, maxime augendam valere subiicit. Quae cum ita sint, satis patet, neque scribendum esse εὐχιλωτάτη, ut olim quis coniecit, neque ἐπιχιλωτάτη, neque ἐπιχυλωτάτη (ob νομὰς εὐχύλους i. e. *pascua succi plenissima* apud Clement. Alexand. Paedag. I p. 127, observante Wesselingio) sive εὐχυλωτάτη (*quae*

ἴδμεν· ἀνοιγομένοισι δὲ τοῖσι κτήνεσί ἐστι σταθμώσασθαι, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει.

Numina Scythica, et eorum appellationes: Marti soli templa et aras et simulacra faciunt.

59 Τὰ μὲν δὴ μέγιστα οὕτω σφι εὔπορά ἐστι. τὰ
2 δὲ λοιπὰ νόμαια κατὰ τάδε σφι διακέεται. Θεοὺς μὲν μούνους τούσδε ἱλάσκονται· Ἱστίην μὲν μάλιστα· ἐπὶ δὲ, Δία τε καὶ Γῆν, νομίζοντες τὴν Γῆν τοῦ Διὸς εἶναι γυναῖκα· μετὰ δὲ τούτους, Ἀπόλλωνά τε καὶ οὐρανίην Ἀφροδίτην, καὶ Ἡρακλέα,
3 καὶ Ἄρεα. τούτους μὲν πάντες οἱ Σκύθαι νενομίκασι· οἱ δὲ καλεόμενοι βασιλήϊοι Σκύθαι καὶ τῷ

---

optimum praeberet succum) ut placuit Valckenario, qui Athenaeum citat II p. 58 E. 68 F. Nam huiusmodi herbae si hoc loco designarentur, quarum virtus sane non tam externo ex habitu, quam e sectione cognosci queat, minus bene convenient sequentia, quibus testatur Herodotus, ex apertis inspectisque animalium intestinis de herbarum indole coniici posse. — ἀνοιγομένοισι Suidas (s. v. ἀνοίγει T. I p. 236) interpretatur σχιζομένοις.

Cap. LIX.

Τὰ μὲν δὴ μέγιστα οὕτω σφι εὔπορά ἐστι] i. e. „*Maximis igitur hisce utuntur commodis.*" — Ad ἱλάσκονται in seqq. conf. Eustath. ad Homer. pag. 978, 18 s. 967, 1. — ἐπὶ δὲ hic valet *deinde*, *tum vero*, ubi licet suppleas ταύτῃ sc. Ἱστίῃ, ut in simili locutione πρὸς δέ. Cf. VII, 219. VIII, 67. 93. 113, alia apud Schweighaeus. in Lex. Herod.

De *Venere Urania* conf. quae notata sunt ad I, 105. 131. Quam ad matrem illam omnium rerum in natura, sive vim illam procreatricem, quà ex aqua omnia proveniant, relatam volunt, per omnes fere Asiae plagas cultam vario modo variisque cognominibus.

καὶ Ἡρακλέα καὶ Ἄρεα] Haec Ritter. Erdkunde II p. 838 ad priscam illam refert famam antiquitus maxime pervulgatam de rege quodam sapientissimo, qui aurea vixerit aetate, et apud Phoenices vocetur *Malek-art-es*, apud Graecos *Hercules*, apud Romanos *Mars*, apud alios Graecos Scythasque *Ares*. Atque alio loco II p. 793 Martis cultum ad Calybum gentem et ipsam Scythicam, Ponti accolam et ferri tractandi arte praestantem refert: quo eodem relata vult, quae tradita exstant IV, 62 et apud Ammian. Marcell. XXXI, 2 p. 673 de Hunnis Martem sub ensis in terram fixi specie colentibus.

νενομίκασι] Sic infra νηοὺς οὐ νομίζουσι ποιέειν et: τούτῳ δὲ νομίζουσι. Cf. IV, 63 et nott. ad I, 131. Mox cum Schweigh. et Gaisf. inserui κα-

4 Ποσειδέωνι θύουσι. οὐνομάζεται δὲ Σκυθιστὶ, Ἱστίη μὲν, Ταβιτί· Ζεὺς δὲ ὀρθότατα, κατὰ γνώμην γε τὴν ἐμὴν, καλεόμενος Παπαῖος· Γῆ δὲ, Ἀπία· Ἀπόλλων δὲ, Οἰτόσυρος· οὐρανίη δὲ Ἀφρο-

---

λεόμενοι, quod a pluribus libris et edd. vulgo abest. De ipsis Scythis regiis conf. nott. ad IV, 20. Observat Görres, loco mox laudando, eadem fere, quae de Scythis h. l. referantur, de Mongolis tradi in fama gentis indigena. *Cr.* praeterea ad haec conferri vult Hummel. Compend. Deutsch. Alterth. cap. V §. 7 pag. 80 seq. et Inghirami Monumenti etruschi. Degli specchi mistici tab. VIII p. 161.

Ταβιτί] Refert huc De Brosses Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXXV p. 497 vocem *Thamist* et *Tham-est*, quâ *iustus* sive *perfectus* indicetur *ignis*: itemque *Themiscyrum* (i e. Themidis urbem) adeoque *Thermodon* pro *Thémo-don* (Themidis fluvium), cum Themis eadem sit atque Vesta. Anquetil, quem laudat Görres Mythengesch. I pag. 198 (notante *Cr.*) et hanc vocem et caeteras e lingua sacra Persarum (Zend.) explicare studuit. Quo auctore *Ταβιτί*, *tabad*, i. e. *calefactus; Παπαῖος* a *Baba*, *pater; Ἀπία*, terra ab *Apria*, *pulvis; Οἰτόσυρος* Apollo a *Doethre*, i. e. *oculus; Ἀρτίμπασα* Venus Urania (ab *Artpada*) i. e. *magna regina*, ut apud Mongolos; *Θαμιμασάδας* Neptunus (a *Taman zadeh*) i. e. *partum adiuvans*.

καλεόμενος Παπαῖος] Cum Gaisf. et Matth. reposui *καλεόμενος*, quod meliores libri ferebant, non improbante Schwgh., qui in textu vulgatam retinuit lectionem *καλέεται*. Respicit huc Eustath. ad Homer. Il. p. 565, 7 s. 429, 3. In voce *Παπαῖος*, sive *Παππαῖος*, ut apud Origen. exstat contr. Cels. V pag. 609, *Patris* nomen inesse patet, qui idem, monente Eustathio, non tantum *Πάπας*, *Παπίας*, *Πάππας* dicebatur, verum etiam *Πᾶς* s. *Πᾶ*, ut mater *Μᾶ*. Ac praeterea huc referunt Iovem *Πάπαν* a Bithynis cultum itemque Attin, sic dictum teste Diodor. III, 57 et lapidem, in quo mentio *θεοῦ παπαίου*.

Οἰτόσυρος] Vocatur *Γογγόσυρος* apud Origin. c. Cels. VI pag. 661 et *Γοιτόσυρος* apud Hesych. I p. 847, ob digamma Aeolicum, opinor, adiectum. E graeco etymo nomen repetere studet Alberti ad Hesych. l.; in quo explicando non magis Pellutiero successisse scribit Larcherus, qui ipse memorabilem inscriptionem profert inter Gudianas pag. 56 nr. 2, ubi *Οἰτόσκυρος* cognomen tribuitur Dianae et Apollini Mithrae. Rittero auctore (Erdk. II pag. 906. Vorhall. pag. 208. 268), qui Apollinis Scytharum Dianaeque cultum ad Indica Solis ac Lunae refert sacra, *Οἰτόσυρος* s. *Γοιτόσυρος* non alius est

δίτη, Ἀρτίμπασα· Ποσειδέων δὲ, Θαμιμασάδας. 308
5 ἀγάλματα δὲ καὶ βωμοὺς καὶ νηοὺς οὐ νομίζουσι
60 ποιέειν, πλὴν Ἄρηϊ· τούτῳ δὲ νομίζουσι. Θυσίη
Ritus in sacrificando.
δὲ ἡ αὐτὴ πᾶσι κατέστηκε περὶ πάντα τὰ ἱρὰ
ὁμοίως, ἑρδομένη ὧδε. τὸ μὲν ἱρήϊον αὐτὸ ἐμπε-
2 ποδισμένον τοὺς ἐμπροσθίους πόδας ἕστηκε. ὁ δὲ θύων, ὄπισθε τοῦ κτήνεος ἑστεὼς, σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου, καταβάλλει μιν· πίπτοντος δὲ τοῦ ἱρηΐου, ἐπικαλέει τὸν θεὸν, τῷ ἂν θύῃ· καὶ ἔπειτα βρόχῳ περὶ ὧν ἔβαλε τὸν αὐχένα, σκυταλίδα δὲ ἐμβαλὼν περιάγει, καὶ ἀποπνίγει· οὔτε πῦρ ἀνακαύσας, οὔτε καταρξάμενος, οὔτ' ἐπισπείσας· ἀποπνίξας δὲ καὶ ἀποδείρας, τράπεται πρὸς ἕψησιν.

---

atque *deus Buddha*, qui idem est ac Sauromatarum, aliarum gentium septentrionalium deus *Tyr*, s. *Odin*, *Wodan*. De quo Tu conf. Köppen Nordgest. d. Pont. p. 72. Cum Herodoteo *Οἰτόσυρος* Siebelis comparat Pausaniae *Οἰτόλινος*. — De *Apia* conf. nott. ad IV, 5 (ad IX, 29 fin.).

Ἀρτίμπασα] Ita plures libri itemque Hesychius. Alii *Ἀρίπ-πασα*, alii cum Origen. l. l. *Ἀργίμπασα*. *Totam terram* designari contendunt adeoque Germanorum *Hertham*. De quo alii viderint, me peritiores. — Mox cum Gaisf. dedimus *Θαμιμασάδας*; in quo ipso Neptuni titulo libri scripti valde variant. Equidem nil decerno.

Cap. LX.

περὶ πάντα τὰ ἱρά] i. e. *in omnibus sacrificiis s. sacris*; nisi, quae Larcheri est sententia, *ἱρὰ* sunt *loca sacris faciundis destinata*. Sequens *ἑρδομένη* ex h. l. Wesseling. ad IX, 19, ubi similiter *ἱρὰ ποιεῖν*; coll. VI, 57.

σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου] *Attracto capite loramenti* interpretatur L. Bos. Observv. critt. cp. 2, probante Valckenario, qui *τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου* Herodoto esse observat *τὸ ἄκρον τοῦ δεσμοῦ*, *funis extremitatem*. Hinc in Lex. Seguier. p. 113, 30 *στρόφον τὸν δεσμόν· Ἡρόδοτος*; et Glossa Herodotea, quam ex uberiori quodam scholio imperite excerptam dicit Schweigh. *στρόφος· τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν στρόφιον, ὅ ἐστιν ἐρεοῦν*.

περὶ ὧν ἔβαλε] De tmesi cf. nott. ad II, 39. 47. 85. 86 etc. Ad verbi *κατάρχεσθαι* usum cf. nott. ad II, 45. IV, 103. Wesselingius h. l. citat Kuster. ad Aristoph. Aves 960 et Valcken. ad Eurip. Phoeniss. 576. — *ἐπισπένδειν* simili in re II, 39. IV, 62 et *ἀποδείρειν* II, 39. IV, 64. V, 25.

61 Τῆς δὲ γῆς τῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης,
2 ὧδέ σφι ἐς τὴν ἕψησιν τῶν κρεῶν ἐξεύρηται. ἐπεὰν
ἀποδείρωσι τὰ ἱρήϊα, γυμνοῦσι τὰ ὀστέα τῶν κρεῶν·
ἔπειτα ἐσβάλλουσι, ἢν μὲν τύχωσι ἔχοντες λέβητας
ἐπιχωρίους, μάλιστα Λεσβίοισι κρητῆρσι προσεικέ-
λους, χωρὶς ἢ ὅτι πολλῷ μέζονας· ἐς τούτους ἐσβάλ-
λοντες, ἕψουσι ὑποκαίοντες τὰ ὀστέα τῶν ἱρηΐων.
3 ἢν δὲ μή σφι παρῇ λέβης, οἳ δὲ ἐς τὰς γαστέρας
τῶν ἱρηΐων ἐσβάλλοντες τὰ κρέα πάντα, καὶ παρα-
4 μίξαντες ὕδωρ, ὑποκαίουσι τὰ ὀστέα. τὰ δὲ αἴθε-

Victimas ut coquant: prosicias ante se porriciunt: quadrupedia et equos maxime immolant.

Cap. LXI.

αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης] De voce *αἰνῶς* diximus ad IV, 52. — Ad argumentum cf. Mel. II, 1 sub fin., „Alicubi usque adeo steriles ad caetera, ut qui habitant, lignorum egentes, ignes ossibus alant.“ Idem asserit Aelian. N. A. XII, 34. Quae dicentem Herodotum tantum loca ipsi cognita respicere ait Mannert. IV pag. 71, cum de sylvis illis Valachiae, Poloniae atque etiam Russiae (quae terrae ad veterem Scythiam pertinuisse putantur) nihil ille cognitum habuerit. At meridionalibus in Russiae tractibus, maxime illis quidem planis, ac praecipue in regionibus Ponto vicinis (quas Graecis coloniis occupatas Noster omnino novit et h. l. respexit) Crimmaeaque quanta nunc sit lignorum inopia quis nescit? Ad quae respiciens Noster verissime haec retulisse putandus erit.

λέβητας ἐπιχωρίους] Praepositionem *ἐς* his vocibus vulgo praemissam, e Florentino libro cum Gaisf. abieci, ita ut hae voces antecedentibus *ἢν μὲν τύχωσι ἔχοντες* adnectendae sint, ut recte fecit Gaisf. Matthiae retinuit *ἐς*. — De *Lesbiis* poculis mihi plura non constant, nec quidquam hac de re allatum reperi in Plehn. Lesbiacc. libro, qui Berolini 1826 prodiit. Vini feracem fuisse insulam vinumque etiam in alias regiones deportatum esse novimus, quin ipsos incolas comissationibus deditos. Vid. ibid. p. 97. 122. — Ad verba *χωρὶς ἢ ὅτι* conf. Matth. §. 611, 4 pag. 1237.

οἳ δὲ ἐς τὰς γαστέρας κ. τ. λ.] De particula *δέ* conf. nott. ad II, 39. Ad argumentum loci haec scribit Wesselingius: „Sunt in Aelian. N. A. XII, 34 hinc derivata. In pellibus coquendi morem Arabes Beduinos probasse Reiskius significavit; Scotos olim etiam Barnesius ad Euripid. Cyclop. 359 et hunc usque in diem Tartarorum plures Witsen in Tartariae Descript. pag. 659.“ Quibus Larcherus addit Ezechielis locum XXIV, 5. — In seqq. *χωρεῖν* valet *capere*, *continere*, ut I, 51. 70. 192.

ται κάλλιστα· αἱ δὲ γαστέρες χωρέουσι εὐπετέως τὰ κρέα ἐψιλωμένα τῶν ὀστέων. καὶ οὕτω βοῦς τε ἑωυτὸν ἐξέψει, καὶ τὰ ἄλλα ἱρήϊα ἑωυτὸ ἕκαστον. 5 Ἐπεὰν δὲ ἑψηθῇ τὰ κρέα, ὁ θύσας, τῶν κρεῶν καὶ τῶν σπλάγχνων ἀπαρξάμενος, ῥίπτει ἐς τὸ ἔμπροσθεν. θύουσι δὲ καὶ τὰ ἄλλα πρόβατα, καὶ ἵππους μάλιστα. 309

62 Martis quale templum in singulis praefecturis, qualis ara, quale simulacrum: annua et

Τοῖσι μὲν δὴ ἄλλοισι τῶν θεῶν οὕτω θύουσι, καὶ ταῦτα τῶν κτηνέων. τῷ δὲ δὴ Ἄρηϊ ὧδε. Κατὰ νομοὺς ἑκάστοισι τῶν ἀρχηΐων ἐσίδρυταί σφι Ἄρηος 2 ἱρὸν τοιόνδε. φρυγάνων φάκελοι συννενέαται ὅσον

τῶν κρεῶν καὶ τῶν σπλάγχνων ἀπαρξάμενος] „*Carnium et viscerum prosicias deo oblatas ante se* (*in ignem*) *proiicit.* Conf. III, 24. Aliud est *κατάρχεσθαι* IV, 60 quod fit, priusquam mactatur victima; aliud nunc *ἀπάρχεσθαι*, mactata et cocta victima.“ *Schweigh.* Tu conf. Homer. Odyss. III, 444 ibique Nitzschii annott.

θύουσι δὲ καὶ τὰ ἄλλα πρόβατα] Respicit Eustath. ad Homer. Od. p. 1649, 6 s. 384, 14, ubi pro *καὶ ἵππους* invenitur *ἵππους δέ*, quod probat vir doctus in Ephemerr. Ienenss. 1817 nr. 162 pag. 356. De voce *πρόβατα* vid. nott. ad I, 133. Pertinet huc Bekker. Anecdd. pag. 112, 1 *Πρόβατα· πάντα τὰ τετράποδα· Ἡρόδοτος τετάρτῳ.*

Cap. LXII.

Κατὰ νομούς] i. e. *in singulis praefecturis* s. *nomis*, interprete Valckenario. Ac nemo nescit, Aegyptum *κατὰ νομοὺς* esse divisam, quibus singulis *νομάρχαι* (II, 177), qui iidem apud Scythas commemorantur IV, 66. Apud quos in unaquaque praefectura sive pago fuisse existimes et *ἀρχεῖον et sarmentorum struem Marti consecratam.* Atque *ἀρχεῖον*, quod alias curiam, in qua senatores s. magistratus conveniant, significare constat (conf. quae in Thes. Steph. ed. Angl. Vol. II p. 2288 congesta sunt), hic de loco quodam intelligo aperto, sub diu, ubi Scythae, qui nullis uterentur aedibus, ad res publicas tractandas ac deliberandas conveniebant. Hinc recte Lange reddit: *Rathplatz.*

φρυγάνων φάκελοι] i. e. *virgarum* s. *sarmentorum*, *surculorum fasces.* Hinc recte Ammonius de differ. vocc. p. 141 *φάκελος* explicat *φορτίον ξύλων.* Tu cf. Herod. IV, 67 Euripid. Cyclop. 241. Ad *συννενέαται* conf. Matth. Gr. Gr. pag. 475. Citat haec Etymol. magn. pag. 599, 33. Eustath. ad Il. VII p. 566, 17 s. 689, 12. — Ad *ὅσον τε* (*ferme, cir-*

plura sacrificia Martis, quam caeterorum Deorum: e captivis quotumquemque et quomodo immolent.

τ' ἐπὶ σταδίους τρεῖς μῆκος καὶ εὖρος, ὕψος δὲ ἔλασσον· ἄνω δὲ τούτου, τετράγωνον ἄπεδον πεποίηται· καὶ τὰ μὲν τρία τῶν κώλων ἐστὶ ἀπότομα,
3 κατὰ δὲ τὸ ἕν, ἐπιβατόν. ἔτεος δὲ ἑκάστου ἁμάξας πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐπινέουσι φρυγάνων· ὑπονο-
4 στέει γὰρ δὴ αἰεὶ ὑπὸ τῶν χειμώνων. Ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ ὄγκου ἀκινάκης σιδήρεος ἵδρυται ἀρχαῖος

---

citer) conf. III, 5. 30. II, 78. 96. 99 etc.

ὕψος δὲ ἔλασσον] Merito in his verbis, quibus altitudinem istius congeriei tribus stadiis minorem fuisse vult Herodotus, haeret Wesselingius, cum certus omnino *pedum cubitorumve* modus, quo minorem illam struem indicaret scriptor, deficere videatur. „Suspicari possis, *ὕψος δὲ σταδίου ἔλασσον* scripsisse Herodotum: sed et hoc incredibile, ad tantam fere altitudinem evectam esse immensam illam struem, in terra potissimum, quae ligno carebat [IV, 61].“ *Schweigh.* Libri scripti nil auxilii afferunt; sine quibus novare quid minime equidem audeam. — In seqq. pro *ἄπεδον* aliquot libri *ἐπίπεδον*. At bene Hesych. I p. 431 *ἄπεδον· ὁμαλὸν, ἰσόπεδον, ἐπίπεδον.* De loco *plano*, s. de *planitie* invenitur I, 110. IX, 25. 102. Quare inter voces, ubi *ἄλφα* intensivum reperitur, recte retulit Doederlein. in Commentat. de *ἄλφα* intens. Graecc. (Erlang. 1830) pag. 13.

ὑπονοστέει γὰρ δὲ] Hoc intelligendum de strue, quae a tempestatibus hibernis deorsum quasi eat, s. subsideat indeque magis magisque, s. paulatim minor fiat. Cf. I, 191.

Ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ ὄγκου] Libri quidam pro *ὄγκου* exhibent *σηκοῦ* (ut *sacellum* s. *locus septus* intelligatur), ex interpretamento, ut recte statuit Wesseling. *Ὄγκος* hic indicat *molem, tumulum.* Alias vocis significationes attigit Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. I p. 185. 579.

ἀκινάκης σιδήρεος] De *acinace*, Persico ensis genere, dixi ad III, 118. Ad argumentum loci praeter Suid. s. v. I p. 84 (*ἀκινάκης· μικρὸν δόρυ Περσικόν*) et Etymol. p. 48, 31 Herodotea tangentes, cf. Mela II, 1, 135: Mars omnium deus; ei pro simulacris enses et cinctoria dedicant hominesque pro victimis feriunt.“ Quibus similia de Alanis praedicat Ammian. Marcellin. XXXI, 2: „nec templum apud eos visitur aut delubrum —; sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem — colunt,“ ubi consul. interprett., Lindenbrog. et Vales. T. III p. 367 ed. Wagner. Idem de Hunnis testatur Iornandes. Atque alii quoque huius cultus apud Scythas testes exstant, quos ad Herodoti locum excitavit Valcken.

ἑκάστοισι, καὶ τοῦτ' ἔστι τοῦ Ἄρηος τὸ ἄγαλμα·
τούτῳ δὲ τῷ ἀκινάκεϊ θυσίας ἐπετείους προσάγουσι
5 προβάτων καὶ ἵππων. καὶ δὴ καὶ τοῖσδ' ἔτι πλέω
θύουσι ἢ τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι. Ὅσους δ' ἂν τῶν
πολεμίων ζωγρήσωσι, ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν ἄν-
δρα ἕνα θύουσι, τρόπῳ οὐ τῷ αὐτῷ, ᾧ καὶ τὰ
6 πρόβατα, ἀλλ' ἑτεροίῳ. ἐπεὰν γὰρ οἶνον ἐπισπεί-

---

v. c. Clemens Alex. Protr. T. I p. 40 Pott. Neque huc non pertinent, quae de simili lapidum lignorumque pro diis habitorum cultu apud Graecos Romanosque hic illic tradita inveniuntur, nec magis ea, quae de Carum Iove aliisque numinibus hoc modo repraesentatis et cultis, memoriae produntur. Conf. C. O. Müller. Handb. d. Archaeolog. pag. 42 seqq. Propius huc spectat, quod, monente Niebuhr. Verm. Schrift. I p. 362, idem Martis sub sacri ensis symbolo repraesentati cultus reperitur non solum apud Hunnos (ut supra vidimus) sub duce Attila, verum etiam sub Zingis-Chane apud Tartaros Mongolosve. Chalybum, qui et ipsis Scythis accensendi sint, quique ferri tractandi arte praecellentes ferrea quoque ensis symbola constituerint divina, meminit Ritter. Erdkund. II p. 789, *acinace*, Persica scil. voce designari monens ensem sive cultrum curvatum pugionis sicaeve ad instar, gentibus Scythicis proprium, quo adhuc populi illis in Asiae tractibus habitantes, ut v. c. Afgani, armati conspiciantur. Tu conf. etiam nott. ad I, 215 et Hoeck. Creta I pag. 294.

τῷ ἀνάκεϊ] Libri quidam *ἀκινάκη*. Tu conf. III, 128. Ad verba seqq. *προβάτων καὶ ἵππων* conf. IV, 61. — „Id observo, verba *καὶ δὴ καὶ τοῖσδ' acinaces*, quos *singulos* in regionibus depositos plus venerabantur, quam caeteros suae nationis deos, monstrare. Quae, uti vera sunt, prohibent omnem verborum novationem.“ *Wesseling.*

ᾧ καὶ τὰ πρόβατα] Relativum aspiratum cum in his stare posse neget Struve l. l. I p. 24. 26, voculam *ᾧ* vel prorsus eiici vel in *τῷ* converti vult. Equidem a libris scriptis hic recedere non ausus sum. — In seqq. ad *ἐπισπείσωσι* cf. IV, 59 et de usu praepositionis in verbis *κατὰ τῶν κεφαλέων* Matth. Gr. Gr. p. 1152. Fischer ad Weller. III, 6 p. 178. Cum verbis: *ἀποσφάζουσι — ἐς ἄγγος* comparanda erunt, quae supra leguntur III, 11 *ἔσφαζον — ἐς τὸν κρητῆρα*. Quo eodem haud scio an pertineat structura verborum: *καταχέουσι τὸ αἷμα τοῦ ἀκινάκεος*. Ad argumentum loci quod attinet, humanas scil. victimas, Scythasque ab hoc crudeli more male infames *Cr.* laudat Wyttenbach. ad Plut. Morall. I, 2 p. 1036.

σωσι κατὰ τῶν κεφαλέων, ἀποσφάζουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐς ἄγγος· καὶ ἔπειτα ἀνενείκαντες ἄνω ἐπὶ τὸν ὄγκον τῶν φρυγάνων, καταχέουσι τὸ αἷμα
7 τοῦ ἀκινάκεος. ἄνω μὲν δὴ φορέουσι τοῦτο· κάτω 90
8 δὲ παρὰ τὸ ἱρὸν ποιεῦσι τάδε. τῶν ἀποσφαγέντων ἀνδρῶν τοὺς δεξιοὺς ὤμους πάντας ἀποτάμνοντες σὺν τῇσι χερσὶ, ἐς τὸν ἠέρα ἱεῖσι· καὶ ἔπειτα καὶ τὰ ἄλλα ἀπέρξαντες ἱρήϊα ἀπαλλάσσονται· χεὶρ δὲ, τῇ
63 ἂν πέσῃ, κέεται, καὶ χωρὶς ὁ νεκρός. Θυσίαι μέν 310
νυν αὗταί σφι κατεστέασι. ὑσὶ δὲ οὗτοι οὐδὲν νομίζουσι, οὐδὲ τρέφειν τὸ παράπαν ἐν τῇ χώρῃ θέ- 96
λουσι.

Suum aversatio.

64 Τὰ δ' ἐς πόλεμον ἔχοντα ὧδέ σφι διακέεται. Ἐπεὰν τὸν πρῶτον ἄνδρα καταβάλῃ ἀνὴρ Σκύθης,
2 τοῦ αἵματος ἐμπίνει. ὅσους δ' ἂν φονεύσῃ ἐν τῇ μάχῃ, τούτων τὰς κεφαλὰς ἀποφέρει τῷ βασιλέϊ· 1

Instituta bellica: usus varius corii humani.

καὶ τὰ ἄλλα ἀπέρξαντες ἱρήϊα] i. e. *ubi caetera solemnia confecerint*. Ita dudum interpretatus erat H. Stephanus in Thes. Append. pag. 484. ἀπέρξαντες h. l. deducens ab ἀπέργω, ἔργω *facio*, *conficio*, *perago*. Quod Pauwio placuerat ἀπάρξαντες (ut sensus sit: *dein alias victimas mutilantes abeunt*), ei refragatur sermonis usus, qui medium flagitat verbum, recte monente Wesselingio, qui, si quid omnino mendosum, mallet ἀπαράξαντες i. e. ἀποκόψαντες *amputantes* et *mutilantes*. Mihi nil mutandum videtur, Stephani interpretationem nunc unice probanti; quod idem, alios ut taceam, placuisse video Schweighaeusero, qui hunc in modum haec verba reddidit: „*postquam caedendarum reliquarum victimarum finem fecerunt:*" ut ἱρήϊα ἀπέργειν idem fere valeat atque θυσίας ἔρδειν (*sacra facere, victimas caedere*) ac praepositio ἀπὸ perfectionem indicet verbique simplicis vim adaugeat.

Cap. LXIII.

οὐδὲν νομίζουσι] Conf. I, 131. IV, 59. 117. Cr. cf. Gottleb. ad Thucyd. II, 38.

Cap. LXIV.

ἐμπίνει] Indicatur hoc verbo, ut monet Italus interpres, Scytham in vas infudisse inimici sanguinem ac dein bibisse.

τούτων τὰς κεφαλὰς ἀποφέρει τῷ βασιλέϊ] Vulgo τουτέων et βασιλῆϊ. Tu conf. Struve l. l. II p. 12. Ad argumentum Wessel. affert auctorem inter fragmm. Pythagorr. pag. 713: τοὶ δὲ Σκύθαι καλὸν νομίζοντι, ὃς ἄνδρα κανὼν, ἐκδείρας τὰν κεφαλὰν, τὸ μὲν

ἀπενείκας μὲν γὰρ κεφαλὴν, τῆς ληΐης μεταλαμβά-
3 νει τὴν ἂν λάβωσι· μὴ ἐνείκας δὲ, οὔ. ἀποδείρει
δὲ αὐτὴν τρόπῳ τοιῷδε. περιταμὼν κύκλῳ περὶ τὰ
ὦτα, καὶ λαβόμενος τῆς κεφαλῆς ἐκσείει· μετὰ δὲ,
σαρκίσας βοὸς πλευρῇ, δέψει τῇσι χερσί· ὀργήσας
δὲ αὐτὸ, ἅτε χειρόμακτρον ἔκτηται· ἐκ δὲ τῶν χα-
λινῶν τοῦ ἵππου τὸν αὐτὸς ἐλαύνει, ἐκ τούτου
4 ἐξάπτει, καὶ ἀγάλλεται. ὃς γὰρ ἂν πλεῖστα δέρματα

κόμιον πρὸ τοῦ ἵππου φορεῖ; ubi, eodem monente Wesselingio, κόμιον pars est pellis capiti detractae, crinibus vestita, quae Herodoto χειρόμακτρον, *mantile.* Et referunt huc quoque Sophocl. in Oenomai fragmm. apud Athen. IX, 18 (79) p. 410 C. (coll. XII p. 524 E. ibique Casaubon. et Schweigh. T. VI p. 393 seqq.) Hesych. s. v. Σκυθιστὶ χειρόμακτρον. T. II p. 1222. Plin. H. N. VII, 2 itemque verbum ἀποσκυθίσαι (*pellem capitis cum crinibus detrahere*), quod non a more Scytharum in luctu caput tondendi, sed ab hoc ipso Scytharum more, quo hostium bello interemptorum capita pellibus nudarent iisque pro mantilibus uterentur, merito repetunt. De quo plura Lennep. ad Phalarid. Epist. 13 pag. 73 seqq.

ἐκσείει] *extulit*, ut Valla vertit. Comma ante hanc vocem vulgo positum, delevi cum Schweigh. et Gaisf., ita ut iungantur τῆς κεφαλῆς ἐκσείει et ad λαβόμενος mente subaudiatur τοῦ δέρματος. Vulgatam lectionem ἐξίει tuetur Lennep. l. l., ad quam subintelligi vult τὴν κεφαλὴν ἐκ τοῦ δέρματος. Schweighaeuser. recte secutus est Italus interpres; „*incidendo presso le orecchie circolarmente la cute e prendendolo, la scuote dalla testa.*“ Nec aliter fere Miot: „*il ecorche ces têtes en taillant la peau en cercle autour des oreilles et la détache ainsi de la partie osseuse.*“ — Ad σαρκίσας citant Pollucem II, 133: Ἡρόδοτος δὲ, Σαρκίσαι, τὸ τοῦ δέρματος τὴν σάρκα ἀφελεῖν. *Cr.* confert Posidonii Rhod. fragmm. pag. 135 seq. ibique Bake.

ὀργήσας] Alii ὀργίσας, idque etiam Glossa Herodotea exhibet explicans μαλάξας. Ex Porti emendatione fluxit ὀργάσας, quod Schweighaeusero (in Lex Herod. s. v.) placeret, nisi verendum, ne pro ὀργάζειν Iones dixerint ὀργίζειν. At Ruhnkenio ad Timaei Lex. Plat. p. 180 ὀργίσας natum videtur ex ὀργήσας a verbo ὀργάω, quo frequentior sane altera forma invenitur ὀργάζειν. Valet autem *materiam s. massam quamlibet subigere, macerare, mollire.* Plura Ruhnken l. l. Tu etiam cf. IV, 199.

καὶ ἀγάλλεται] i. e. *eoque gloriatur.* Cf. Herod. IX, 109

χειρόμακτρα ἔχῃ, ἀνὴρ ἄριστος οὗτος κέκριται.
πολλοὶ δὲ αὐτῶν ἐκ τῶν ἀποδερμάτων καὶ χλαίνας
ἐπείνυσθαι ποιεῦσι, συρράπτοντες κατάπερ βαίτας.
5 πολλοὶ δὲ ἀνδρῶν ἐχθρῶν τὰς δεξιὰς χέρας, νεκρῶν
ἐόντων, ἀποδείραντες αὐτοῖσι ὄνυξι, καλύπτρας τῶν
6 φαρετρέων ποιεῦνται. δέρμα δὲ ἀνθρώπου, καὶ
παχὺ καὶ λαμπρὸν, ἦν ἄρα σχεδὸν δερμάτων πάν-
7 των λαμπρότατον λευκότητι. πολλοὶ δὲ καὶ ὅλους
ἄνδρας ἐκδείραντες, καὶ διατείναντες ἐπὶ ξύλων,
ἐπ' ἵππων περιφέρουσι. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω σφι
65 νενόμισται. Αὐτὰς δὲ τὰς κεφαλὰς, οὔ τι πάντων,
2 ἀλλὰ τῶν ἐχθίστων, ποιεῦσι τάδε. ἀποπρίσας ἕκα-
στος πᾶν τὸ ἔνερθε τῶν ὀφρύων, ἐκκαθαίρει· καὶ

Pocula ex capitibus inimicissimorum, et eorum, qui apud regem lite ceciderunt.

---

et quae ad Thucydid. VI, 41 attulit Duker. Mox scripsi αὐτῶν pro αὐτέων. — Ad ἐπείνυσθαι conf. Buttmann. Gramm. Graec. mai. I p. 547 Matth. Gr. Gr. pag. 456.

κατάπερ βαίτας] Pastorum intelligit laenulas, crassiores ac viliores, e pellibus confectas. Cf. Theocrit. III, 25 ibique Scholia.

ἦν ἄρα] Schweigh. e coniectura reposuit ᾗ ἂν ἄρα scil. ᾗ λευκοῦ ἀνθρώπου; quod sane durius videtur. Nec magis loco medebitur Stegeri emendatio (Praef. pag. XV) pro ἦν ἄρα scribentis εἴη ἄν. Quapropter omnium vetustorum librorum lectionem cum Matthiae equidem restitui, ad quam tuendam quoque faciunt ea, quae excitavit C. F. Hermann. ad Lucian. De histor. conscr. pag. 16. 17. 362. Conf. Plut. Fab. Max. 17. Camill. 8. Est autem sensus: „*humana pellis, quae et spissa est et candida, omnibus inde pellibus propemodum praestat candore.*“ Ad argumentum loci faciunt, quae de Gelonis refert Mela II, 1 §. 130, ad IV, 109 afferenda.

Cap. LXV.

Αὐτὰς δὲ τὰς κεφαλὰς — ποιεῦσι τάδε] i. e. *ipsis capitibus — haec faciunt.* Nec alia duplicis accusativi ratio IV, 166 coll. VII, 156. — Ad verba seqq. ἀποπρίσας ἕκαστος κ. τ. λ. haec adscripsit Wesseling.: „Serra postquam absciderant quod infra supercilia, expurgabant capitis calvam: ἐκκαθαίρει non spectat proxima, sed κεφαλὰς aut κεφαλήν. Barbaram consuetudinem (ad Hunnos, Longobardos, Avares, Bulgaros tramissam) habet Strabo lib. VII p. 460 s. 300, atque alii, de quibus cap. 26“ [ubi conf. nott.]. — De usu particularum μὲν et δὲ in proxime seqq. conf. Werfer. Actt. phill. Monacc. I pag. 96 et Herod. IV, 68. 165.

ἢν μὲν ᾖ πένης, ὁ δὲ ἔξωθεν ὠμοβοέην μούνην περιτείνας, οὕτω χρᾶται· ἢν δὲ ᾖ πλούσιος, τὴν μὲν ὠμοβοέην περιτείνει, ἔσωθεν δὲ περιχρυσώσας,
3 οὕτω χρᾶται ποτηρίῳ. ποιεῦσι δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν οἰκηΐων, ἤν σφι διάφοροι γένωνται, καὶ ἢν
4 ἐπικρατήσῃ αὐτοῦ παρὰ τῷ βασιλέϊ. ξείνων δέ οἱ ἐλθόντων τῶν ἂν λόγον ποιέηται, τὰς κεφαλὰς ταύτας παραφέρει, καὶ ἐπιλέγει, ὥς οἱ ἐόντες οἰκήϊοι πόλεμον προσεθήκαντο, καί σφεων αὐτὸς ἐπεκρά- 311
66 τησε, ταύτην ἀνδραγαθίην λέγοντες. Ἅπαξ δὲ τοῦ
Craterem vini praefectus quis- ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ὁ νομάρχης, ἕκαστος ἐν τῷ ἑωυ-

---

τῶν ἂν λόγον ποιέηται] Deest subiecti qui dicitur nominativus plane ut II, 74. 70, ubi vid. nott. IV, 67 in fin. Quae proxime antecedunt verba: καὶ ἢν ἐπικρατήσῃ αὐτοῦ παρὰ τῷ βασιλέϊ, i. e. *atque quando regis iudicio alter alteri in potestatem est traditus*, recte Miot sic Gallice reddidit: „*qui-ont été remis en leur pouvoir par le iugement du roi*“ et in annotatione tuetur hanc interpretationem contra Larcheri errores. In eundem sensum haec expressit Italus interpres. Lange sic vernaculo sermone haec reddidit: „*und wenn er ihn überwunden hat vor dem Könige.*“ Minus recte, meâ quidem sententiâ. Namque παρὰ τῷ βασιλέϊ non aliter fere accipiendum atque III, 160: παρὰ Δαρείῳ κριτῇ.

προσεθήκαντο] i. e. *suscitarunt, excitarunt.* Cf. VII, 229. μῆνιν προσθέσθαι, quo utroque loco inter προς et προ libri scripti fluctuant. De qua confusione conf. Duker. ad Thucyd. III, 44 coll. Herod. VI, 21. — Articulum τὴν ante ἀνδραγαθίην cum recentt. edd. abieci.

Cap. LXVI.

ὁ νομάρχης] Cf. IV, 62. — In seqq. e Florentino duobusque aliis Parisinis dedi: τοῖσι ἄνδρες πολέμιοι ἀραιρημένοι ἔωσι, ubi pro τοῖσι vulgo ὅσοις δὴ; Aldina et Sancrofti liber ὅσοι δὴ; unde Schweighaeuserus reposuit τοῖσι ἂν (ob sequens ἔωσι), quem sequitur Gaisford. cum ἂν et δὴ saepius in Codd. confundantur teste Porsono in Tractt. pag. 182. At voculam ἄν, nullo libro allatam, inserere nolim. Cf. IV, 46 et infra hoc ipso in capite, ubi voculam ἂν in verbis ὅσοι δὲ ἂν αὐτῶν Mediceus, Florentinus duoque alii omittunt indeque ipse Matthiae in editione sua omisit. De forma ἀραιρημένοι cf. nott. ad I, 191. Alii codd. ἀναιρημένοι, unde Schweighaeus. auctore (in Lex. Herod. I pag. 15) vel rescribendum ἀναραιρημένοι (i. e. *occisi sunt*) vel ἀραιρημένοι reddendum: *capti sunt*, statuendumque *captos* ab

τοῦ νομοῦ, κιρνᾷ κρητῆρα οἴνου, ἀπ' οὗ πίνουσι
τῶν Σκυθέων τοῖσι ἄνδρες πολέμιοι ἀραιρημένοι
2 ἔωσι. τοῖσι δ' ἂν μὴ κατεργασμένον ᾖ τοῦτο, οὐ
γεύονται τοῦ οἴνου τούτου, ἀλλ' ἠτιμωμένοι ἀπο-
3 κατέαται· ὄνειδος δέ σφί ἐστι μέγιστον τοῦτο. ὅσοι
δὲ ἂν αὐτῶν καὶ κάρτα πολλοὺς ἄνδρας ἀναιρηκό-
τες ἔωσι, οὗτοι δὲ σύνδυο κύλικας ἔχοντες, πίνουσι
ὁμοῦ.

que in sua praefectura quotannis miscens, quibus det bibendum.

67 Μάντιες δὲ Σκυθέων εἰσὶ πολλοί, οἳ μαντεύον-
2 ται ῥάβδοισι ἰτεΐνῃσι πολλῇσι ὧδε. ἐπεὰν φακέλους

Divini multi: patria divinatio e salignis virgis: Enarees [1,

---

illis pro more etiam *occisos* esse. — In fine cap. pro ἀναιρηκότες, cuius loco Schaeferus uno libro scripto adiutus reposuit ἀραιρηκότες, Schweigh. suspicatur ἀναραιρηκότες.

ὄνειδος δέ σφί ἐστι μέγιστον τοῦτο] Pertinent huc Melae verba II, 1, 118: „Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur eximius. Caeterum expertem esse caedis, inter opprobria vel maximum est.“ — „Inter epulas quot quisque interfecerit referre, laetissima et frequentissima mentio: binisve poculis, qui plurimos retulere perpotant. Is inter Auchetas [conf. IV, 6] honos praecipuus est. Pocula ut Essedones parentum [conf. nott. ad IV, 26], ita inimicissimorum capitibus expoliunt.“ Verba σύνδυο κύλικας ἔχοντες *iuncta bina pocula habentes* interpretatur Schweighaeuserus Valckenaer. secutus plura alia h. l. afferentem. Qui idem postea bene vidit, Herodotum nil aliud dicere voluisse, nisi *bina singulos habere pocula.* Et ita quoque accipit Matthiae Gr. Gr. pag. 266. Miot h. l. sic reddidit: „*ils recoivent deux coupes pleines au lieu d'une et boivent à la fois dans l'une et l'autre.*“ Italus interpres: *costoro tenendo due congiunti calici, beono ad un tratto.*“ *Cr.* add. Heindorf. ad Platon Hipp. mai. §. 6 p. 127.

Cap. LXVII.

οἳ μαντεύονται ῥάβδοισι ἰτεΐνῃσι] i. e. *qui e salignis virgis divinant.* De dativi ratione conf. Matth. Gr. Gr. pag. 724. Ad argumentum loci Wesseling. affert ligna ἰτέϊνα apud Theophrast. H. Pl. V, 4 et Schol. Nicandr. Theriacc. 612, ubi Herodotus tangitur aliorumque simul nationum ῥαβδομάντεια, quae omnino per multas orientis occidentisque plagas reperitur. De Chaldaeis idem citat Ezechiel. XXI, 21, ubi H. Grotius, et Pocock. Specim. Hist. Arab. p. 328; quibus addi vult, quae Casaubon. ad Strabon. XV p. 733 s. 1065, Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. XXXI, 2 [ubi eadem fere de Alanis traduntur] et Bulenger. Divinat. III, 26 attulerunt. De simili quadam Germanorum

105.] a Venere divinationem habent ex tilia.

ῥάβδων μεγάλους ἐνείκωνται, θέντες χαμαὶ, διεξε-
λίσσουσι αὐτούς· καὶ ἐπὶ μίαν ἑκάστην ῥάβδον τι-
θέντες, θεσπίζουσι· ἅμα τε λέγοντες ταῦτα, συνει-
λέουσι τὰς ῥάβδους ὀπίσω, καὶ αὖτις κατὰ μίαν
συντιθεῖσι. αὕτη μέν σφι ἡ μαντικὴ πατρωΐη ἐστί.
3 Οἱ δὲ Ἐνάρεες, οἱ ἀνδρόγυνοι, τὴν Ἀφροδίτην σφι
λέγουσι μαντικὴν δοῦναι. φιλύρης ὦν φλοιῷ μαν-
4 τεύονται. ἐπεὰν τὴν φιλύρην τρίχα σχίσῃ, διαπλέ-
κων ἐν τοῖσι δακτύλοισι τοῖσι ἑωυτοῦ, καὶ διαλύων,
68 χρᾷ. Ἐπεὰν δὲ βασιλεὺς ὁ Σκυθέων κάμῃ, μετα-
πέμπεται τῶν μαντίων ἄνδρας τρεῖς τοὺς εὐδοκι-
μέοντας μάλιστα, οἳ τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ μαντεύον-
ται· καὶ λέγουσι οὗτοι ὡς τὸ ἐπίπαν μάλιστα τάδε,

Rex aegrotans, consulit vates tres: morbi causa, quod aliquis regios lares peieravit periurum

---

divinatione Tacitus German. 10. Nec incommode Nostrorum Wünschelruthen meminit Ritter. Erdk. II p. 907.

διεξελίσσουσι] i. e. *explicant fasces dissolutos et humi positos.* Quae sequuntur: καὶ ἐπὶ μίαν ἑκάστην ῥάβδον τιθέντες, θεσπίζουσι, valent: *et unamquamque virgam seorsim ponentes divinant.* Ubi quae sit praepositionis ἐπὶ ratio, non satis patet. Respondent mox verba: κατὰ μίαν συντιθεῖσι, ubi distributiva praepositionis κατὰ vis neminem fugiet. — Ad structuram verborum ἅμα τ ε λέγοντες συνειλέουσι conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1114.

Οἱ δὲ Ἐνάρεες οἱ ἀνδρόγυνοι] Vulgo καὶ οἱ ἀνδρόγυνοι, quod etiam in Florentino legitur. De ipsa re diximus ad I, 105, ubi Stark. citavimus, qui in scriptione illic laudata p. 10 androgynorum horum non meram animi sed corporis fuisse affectionem monet, haec subiiciens: „Neque ex eo, quod populares illos eviratos ut vates colerent et quod veteres insanis omnino vaticinandi virtutem a diis datam esse existimarent, recte cogi posse, illos Androgynos vere fuisse insanos et delirantes, cuiquam in mentem veniet.“ Moneo ob Böttigerum, qui Vir clarissimus (vid. Kunstmytholog. p. 282) de Cybeles sacerdotibus sacro furore correptis virilitatemque inde sibi auferentibus agi cogitat, unde in eiusmodi melancholiam incidant, quâ muliebrem naturam se induisse opinentur. Et conf. etiam Coraëm ad Hippocrat. De aer. aq. et locc. pag. 332. Tom. II. — Ad verba σχίσῃ διαπλέκων deest subiecti nominativus, ut IV, 65. — In fine cap. χρᾷ valet: *canit oracula, divinat,* ut I, 55. 62. 63. 67. 69. IV, 155. 164 etc.

Cap. LXVIII.

καὶ λέγουσι οὗτοι ὡς τὸ ἐπίπαν μάλιστα τόδε] i. e.

a vatibus nominatum alii vates condemnant vel absolvunt.

ὡς τὰς βασιληΐας ἱστίας ἐπιόρκηκε ὃς καὶ ὅς, λέ-
2 γοντες τῶν ἀστῶν τὸν ἂν δὴ λέγωσι. τὰς δὲ βα-
σιληΐας ἱστίας νόμος Σκύθῃσι τὰ μάλιστά ἐστι ὀμνύ-
ναι τότε, ἐπεὰν τὸν μέγιστον ὅρκον ἐθέλωσι ὀμνύ-
3 ναι. αὐτίκα δὲ διαλελαμμένος ἄγεται οὗτος τὸν ἂν
δὴ φῶσι ἐπιορκῆσαι· ἀπιγμένον δὲ ἐλέγχουσι οἱ
μάντιες, ὡς ἐπιορκήσας φαίνεται ἐν τῇ μαντικῇ τὰς
βασιληΐας ἱστίας, καὶ διὰ ταῦτα ἀλγέει ὁ βασιλεύς·
ὁ δὲ ἀρνέεται, οὐ φάμενος ἐπιορκῆσαι, καὶ δεινο-
4 λογέεται. ἀρνεομένου δὲ τούτου, ὁ βασιλεὺς μετα- 312
5 πέμπεται ἄλλους διπλησίους μάντιας. καὶ ἢν μὲν
καὶ οὗτοι, ἐσορέωντες ἐς τὴν μαντικήν, καταδήσωσι

---

et dicunt hi plerumque hoc potissimum. Invenitur ὡς τὸ ἐπίπαν VI, 46. VII, 50. 157. VIII, 60 §. 3 et sine praeposita particula ὡς IV, 86 (*omnino, plerumque).* Alia dabit Sturz. in Lex. Xenoph. II pag. 305. Schweighaeuser. in Lex. Polyb. pag. 257.

ὡς τὰς βασιληΐας ἱστίας ἐπιόρκηκε ὃς καὶ ὅς] Ad structuram accusativi cf. IV, 172; et de locutione ὃς καὶ ὅς Matth. Gr. Gr. pag. 907. — Ad argumentum loci conferimus IV, 27, ubi *Vesta Scytharum* regina, coll. IV, 59. *Regios* hic intelligi *Lares,* in intimis regiae penetralibus coli solitos observat Wessel. At Rittero auctore (Vorhall. p. 91) hoc iuramentum exhibetur per maximum illud Solis numen, quod Indicae est originis atque appellationis, *Koros,* quodque pro Vesta s. Tabiti apud regios Scythas coli opinatur.

διαλελαμμένος] Schol. Aristoph. Eccles. 1082: μέσος εἰλημμένος, ut IV, 94. Tu vid. nott. ad I, 114. Vix alio modo Plutarchus dixit (τὸν αὐχένα) διαζώσας in Pericl. 19 init. — In seqq. δεινολογέεται, quod omisit Lange in sua interpretatione, est: *graviter fert, lamentatur, conqueritur.* Conf. I, 44. Citat vocem Pollux II, 124, δεινολογεῖται exhibens. Activam verbi formam vix invenias; de quo Poppo in Seebod. Neu. Archiv. f. Phil. 1829. pag. 234.

καὶ ἢν μὲν καὶ] Schweigh., quem sequitur Gaisf., post μὲν inseruit μιν, nullo allatum codice; quod nisi fiat, μὲν mutandum in μιν. Neutrum mihi placet. Particulam μὲν refero ad sequens τοῦ δὲ ἰθέως: de quo cf. ad IV, 65 notata. Verbis καταδήσωσι ἐπιορκῆσαι respondent: ἢν δὲ ἀπολύσωσι, ubi καταδῆσαι (quod simili loco invenitur II, 174) *convictum condemnare* poni pro καταδικάσαι, cui opponatur ἀπολῦσαι, *absolvere*, monet Valcken. Ac de verbo ἀπολύειν, quod fre-

ἐπιορκῆσαι, τοῦ δὲ ἰθέως τὴν κεφαλὴν ἀποτάμνουσι
καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ διαλαγχάνουσι οἱ πρῶτοι
τῶν μαντίων· ἢν δὲ οἱ ἐπελθόντες μάντιες ἀπολύ-
6 σωσι, ἄλλοι πάρεισι μάντιες, καὶ μάλα ἄλλοι. ἢν
ὦν οἱ πλεῦνες τὸν ἄνθρωπον ἀπολύσωσι, δέδοκται
τοῖσι πρώτοισι τῶν μαντίων αὐτοῖσι ἀπόλλυσθαι.

Modus comburendi falsos vates: rex quos interficit, eorum etiam liberos masculos interficit.

69 Ἀπολλῦσι δῆτα αὐτοὺς τρόπῳ τοιῷδε· ἐπεὰν ἅμα-
ξαν φρυγάνων πλήσωσι, καὶ ὑποζεύξωσι βοῦς,
ἐμποδίσαντες τοὺς μάντιας, καὶ χέρας ὀπίσω δήσαν-
τες, καὶ στομώσαντες, κατειργνῦσι ἐς μέσα τὰ φρύ-
γανα· ὑποπρήσαντες δὲ αὐτὰ, ἀπιεῖσι φοβήσαντες
2 τοὺς βοῦς. πολλοὶ μὲν δὴ συγκατακαίονται τοῖσι
μάντισι βόες, πολλοὶ δὲ περικεκαυμένοι ἀποφεύ-
3 γουσι, ἐπεὰν αὐτῶν ὁ ῥυμὸς κατακαυθῇ. κατα-
καίουσι δὲ τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ καὶ δι' ἄλλας αἰτίας
4 τοὺς μάντιας, ψευδομάντιας καλέοντες. τοὺς δ' ἂν

---

quenter sic inveniri nemo fere nescit, nonnulla citat Larcher. — Verba καὶ μάλα ἄλλοι sic vulgo vertunt: *und immer wieder andere.* In fine cap. δέδοκται valet: *decretum, constitutum est.* De structura conf. VII, 16. IX, 74.

Cap. LXIX.

ἐπεὰν ἅμαξαν φρυγάνων πλήσωσι] φρύγανα quid sint, diximus ad IV, 62. Post ἅμαξαν Aldina duoque libri scripti inserunt καμάρης. Occurrit eadem vox I, 199 de curru tecto s. de tecto arcuato, quod plaustris superimponitur; unde etiam h. l. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. pag. 369 praeferret ἁμάξης καμάρην, ut *plaustri tectum* intelligeretur. Equidem a meliorum codd. auctoritate stare malui. — Mox meliores libros secutus, cum recentt. edd. dedi ἐμποδίσαντες (*pedibus constrictis*), ut IV, 60. Vulgo ἐμπεδήσαντες, quod tenuerunt Wesseling. et Valcken., qui Herodoti ἐμπεδῆσαι idem valere ait atque πέδαις ἐνδῆσαι *compedibus constringere*, ut VI, 23. — στομώσαντες, monente Wesselingio, idem ac φιμώσαντες *os obturantes*, sicuti ad supplicium trahendis fieri solebat. — Cr. conferri vult Vales. ad Ammian. Marcellin. XXIX, 1. Tom. III p. 284 ed. Wagn.

κατειργνῦσι] sc. τοὺς μάντιας, quos vinctos manibus in tergum religatis oreque obstructo in media sarmenta infulciunt. Moneo ob Schweigh., qui in Lex. Herod. s. v. supplet τοὺς βοῦς. Supra II, 86: ἐσεργνῦσι. — In seqq. scripsi αὐτῶν et τούτων pro αὐτέων et τουτέων.

ἀποκτείνῃ βασιλεὺς, τούτων οὐδὲ τοὺς παῖδας λείπει, ἀλλὰ πάντα τὰ ἔρσενα κτείνει, τὰ δὲ θήλεα οὐκ
70 ἀδικέει. Ὅρκια δὲ ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε, πρὸς Ritus foederis feriendi.
τοὺς ἂν ποιέωνται. ἐς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον ἐγχέαντες, αἷμα συμμίσγουσι τῶν τὰ ὅρκια ταμνομένων, τύψαντες ὀπέατι ἢ ἐπιταμόντες μαχαίρῃ σμικρὸν τοῦ σώματος· καὶ ἔπειτα ἀποβάψαντες ἐς 313
τὴν κύλικα ἀκινάκεα, καὶ ὀϊστοὺς, καὶ σάγαριν, καὶ
2 ἀκόντιον. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, κατεύχονται πολλὰ, καὶ ἔπειτα ἀποπίνουσι αὐτοί τε οἱ τὸ ὅρκιον ποιεύμενοι, καὶ τῶν ἑπομένων οἱ πλεῖστον ἄξιοι.
71 Ταφαὶ δὲ τῶν βασιλέων ἐν Γέῤῥοισι εἰσὶ, Regum sepultura: inferiae cru-

---

Cap. LXX.

τύψαντες ὀπέατι — σώματος] Conf. Herod. I, 74, ubi quod τὴν ὁμοχροΐην dicit summam cutis superficiem, h. l. σμικρὸν τοῦ σώματος. Ac praeter Lucian. in Toxar. 37 et Athen. II p. 45 F. huc potissimum pertinet Mela II, 1, 120: „Ne foedera quidem incruenta sunt; sauciant se qui paciscuntur, exemptumque sanguinem ubi permiscuere, degustant. Id putant mansurae fidei pignus certissimum.“ Ubi Is. Voss. nostrum attulit locum, in quo pro ὑπέατι bene emendavit ὀπέατι, quod Hemsterhusio probatum ad Polluc. X, 141 nunc in textu exstat. Significat ὄπεας *subulam* et inter σκυτοτόμων instrumenta a Polluce refertur. Qui idem Pollux X, 191 affert κεραμίνην κύλικα. Larcherus, qui Dodwelli laudat Dissertatt. Cypriann. XIII §. 18 pag. 130, simile quid accidisse scribit Henrico III in Poloniam intrante; de quo Daniel. Hist. de France X pag. 532. Plures de hoc ritu qui egerunt, excitat Tzschuck. ad Pompon. Mel. l. l. nott. exegg. p. 56 Vol. III P. II. — De medii verbi usu in locutionibus ὅρκια τέμνεσθαι, ποιεῖσθαι (*foedus icere*), aliis vix monere opus. Cf. IV, 201. IX, 26. — Ad κατεύχονται conf. nott. ad I, 132 coll. II, 40.

Cap. LXXI.

Ταφαὶ δὲ τῶν βασιλέων ἐν Γέῤῥοισι εἰσί] βασιλέων cum Gaisf. et Matth. scripsi pro βασιλήων. Mos tumulos vel praegrandes attollendi super mortuorum, regum praecipue, cadavera non solum apud Scythas viguit, ut h. l. testatur Herodotus, verum etiam apud alias Europae borealis gentes obtinuit. De quo, nostro loco non praetermisso, Zoega De Obeliscc. pag. 338, a *Cr.* excitatus. Hoc autem loco non alienum erit sigillatim quaedam monere de tumulis illis sepulcralibus, qui multi numero, non in Siberia tantum, verum etiam in Rus-

delissimae: tumulus feralis.

ἐς ὃ ὁ Βορυσθένης ἐστὶ προσπλωτός. ἐνθαῦτα, ἐπεάν σφι ἀποθάνῃ ὁ βασιλεὺς, ὄρυγμα γῆς μέγα ὀρύσ-
2 σουσι τετράγωνον. ἑτοῖμον δὲ τοῦτο ποιήσαντες, ἀναλαμβάνουσι τὸν νεκρὸν, κατακεκηρωμένον μὲν τὸ σῶμα, τὴν δὲ νηδὺν ἀνασχισθεῖσαν, καὶ καθαρθεῖσαν, πλέην κυπέρου κεκομμένου καὶ θυμιήματος

---

sia meridionali inter Borysthenem et Tanain et inde ad Volgam usque in locis aridis planisque potissimum, hodieque exstare dicuntur, unâ fere continua serie a Borysthenis ripis usque ad Ieniseam, eoque maiores atque altiores, quo propius absunt a Tanai marisque Asovici ora. Lapides super eos haud raro erectos vides, statuas figuris signisque insculptis insignes; variam in ipsis sepulcris invenis suppellectilem, argenteam adeo atque auream, ossa equina humanave, alia. Qui tumuli cum neque a Graecis erecti fuerint neque a Mongolis Zingischanidarum sub imperio (ut probabile videtur Meinersio in Actt. societ. Gott. XIII pag. 71 seqq. 74); quippe quos maximam partem (nam aliquos certe a Mongolis structos vel potius prioribus tumulis additos fuisse non est quod negemus, auctore Rennel. pag. 422 seq.) ante Mongolorum irruptiones dominatumque dudum erectos fuisse pateat; non nisi ad gentem quandam indigenam, vulgo Scytharum nomine antiquitus comprehensam referendi erunt. Vid. Ritter. Vorhalle etc. p. 246 seqq. 255 seqq. Et monet Maltebrun (Annall. d. Voyag. II pag. 152) quae nuper ad urbem Kertsch (s. Panticapaeum) aperta fuerint sepulcra, ad formam ac descriptionem interiorem perquam similia fuisse sepulcris, qualia ab Herodoto h. l. describantur.

ἐς ὃ] Struve reponendum censet ἐς τό. Vid. nott. ad IV, 56.

κατακεκηρωμένον μὲν τὸ σῶμα] Ad structuram conf. Matth. Gr. Gr. §. 427, b. pag. 788. — De cadaveribus cerâ obductis conf. I, 140 ibique nott. *Cr.* citat Zoegam De obeliscc. p. 268, ubi de consimilibus aliorum populorum moribus. Sponte autem ea, quae hoc loco de *Scythis* retulit pater historiae, nobis in memoriam revocant ea, quae de *Aegyptiorum* more corpora condiendi libro secundo cap. 86 seqq. exponuntur. Et sane complura utrique genti communia fuisse, ostendunt quae ex Hippocrat. De aer. aq. et locc. collegit Coraes ad hunc librum T. I p. 269 sq. Videtur enim Hippocrates in iis, quae de Scythis tradit, consulto instituisse comparationes quasdam cum Aegyptiis. De voce νηδύς cf. II, 86. 87.

πλέην κυπέρου κεκομμένου] Videtur esse *Cuperus comosus* Linn., de quo conf. Schneider. ad Theophrast. H. Pl. XV, 11

καὶ σελίνου σπέρματος καὶ ἀννήσου, συνεῤῥαμμένην
3 ὀπίσω, καὶ κομίζουσι ἐν ἁμάξῃ ἐς ἄλλο ἔθνος. οἳ δ' 1
ἂν παραδέξωνται κομισθέντα τὸν νεκρὸν, ποιεῦσι τα
περ οἱ βασιλήϊοι Σκύθαι· τοῦ ὠτὸς ἀποτάμνονται,
τρίχας περικείρονται, βραχίονας περιτάμνονται, μέτω-
πον καὶ ῥῖνα καταμύσσονται, διὰ τῆς τε ἀριστερῆς χε-
4 ρὸς ὀϊστοὺς διαβυνέονται. ἐνθεῦτεν δὲ κομίζουσι ἐν
ἁμάξῃ τὸν νέκυν τοῦ βασιλέος ἐς ἄλλο ἔθνος τῶν ἄρ-
χουσι· οἱ δέ σφι ἕπονται, ἐς τοὺς πρότερον ἦλθον.
5 ἐπεὰν δὲ πάντας περιέλθωσι τὸν νέκυν κομίζοντες, ἐν
Γέῤῥοισι ἔσχατα κατοικημένοισί εἰσι τῶν ἐθνέων τῶν
6 ἄρχουσι, καὶ ἐν τῇσι ταφῇσι. καὶ ἔπειτα, ἐπεὰν θέωσι
τὸν νέκυν ἐν τῇσι θήκῃσι ἐπὶ στιβάδος, παραπήξαντες
αἰχμὰς ἔνθεν καὶ ἔνθεν τοῦ νεκροῦ, ξύλα ὑπερ-

---

et in Lex. Gr. s. v. Apud Homerum Od. IV, 603 κύπειρον equorum est pabulum; ubi I. H. Voss. vertit *Galgant*. De suffimento ab Aegyptiis quoque in condiendis cadaveribus adhibito conf. II, 86 ibique nott. — Mox scripsi ἀννήσου e Florentino aliisque, quibus accedit Athenaei auctoritas IX p. 371 D. Vulgo ἀνήσου. Communis forma ἄνηθος h. l. nullo libro scripto allata. Intelligitur autem *Anethum graveolens* Linn., *Dill;* de quo vid. I. H. Voss. ad Virgil. Eclog. II, 48 p. 61.

καὶ κομίζουσι ἐν ἁμάξῃ κ. τ. λ.] Haec cum more reges mortuos sepeliendi, qui in Taprobanes insula etiamnum obtineat, convenire observat Ritter. Vorhalle pag. 247. — In seqq. verba τοῦ ὠτὸς ἀποτάμνονται (*partem auris sibi abscindunt*) neglexit, quod miror, Lange.

βραχίονας περιτάμνονται] „In Scythico luctu *convulnerarunt* et *inciderunt brachia* ad sanguinem eliciendum. Vide VI, 59." *Wesseling*. Add. Athen. XII p. 524 F., quae tractavit Lennep. ad Phalarid. Epp. pag. 74. — Quod sequitur καταμύσσονται valet: *sibi dilacerant*, *fodicant*. Simplex ἀμύσσειν III, 76. 108. Ad διαβυνέονται (*sibi transfigunt*) conf. II, 96.

οἱ δέ σφι ἕπονται] „Scythae οἱ βασιλήϊοι, regum funera curantes, rite compositum cadaver curru devehebant ἐς ἄλλο ἔθνος. *Ad quos primum venissent, hi soli* τοὺς βασιληΐους *secuti, cadaver per singulas gentes circumductum, cum illis adeoque Gerrhos usque prosequebantur:* ταφαὶ τῶν βασιλήων ἐν Γέῤῥοισί εἰσι: leguntur ista paulo superius." *Valcken*. In seqq. ad vocem θήκῃσι conf. II, 67, et ad ἔνθεν καὶ ἔνθεν (*hinc illinc, utrinque*) IV, 175.

7 τείνουσι, καὶ ἔπειτα ῥιψὶ καταστεγάζουσι. ἐν δὲ τῇ λοιπῇ εὐρυχωρίῃ τῆς θήκης, τῶν παλλακέων τε μίαν ἀποπνίξαντες θάπτουσι, καὶ τὸν οἰνοχόον, καὶ μάγειρον, καὶ ἱπποκόμον, καὶ διήκονον, καὶ ἀγγελιηφόρον, καὶ ἵππους, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπαρχὰς, καὶ φιάλας χρυσέας· ἀργύρῳ δὲ οὐ-
8 δὲν οὐδὲ χαλκῷ χρέωνται· ταῦτα δὲ ποιήσαντες, χοῦσι πάντες χῶμα μέγα, ἁμιλλεώμενοι καὶ προθυ-
72 μεόμενοι ὡς μέγιστον ποιῆσαι. Ἐνιαυτοῦ δὲ περιφερομένου, αὖτις ποιεῦσι τοιόνδε. λαβόντες τῶν λοιπῶν θεραπόντων τοὺς ἐπιτηδεωτάτους· οἱ δέ εἰσι Σκύθαι ἐγγενέες· οὗτοι γὰρ δὴ θεραπεύουσι 314
τοὺς ἂν αὐτὸς ὁ βασιλεὺς κελεύσῃ, ἀργυρώνητοι δὲ
2 οὐκ εἰσί σφι θεράποντες· τούτων ὦν τῶν διηκόνων ἐπεὰν ἀποπνίξωσι πεντήκοντα, καὶ ἵππους τοὺς

Anno post alterae inferiae crudeliores: nulli servi Scythis pecunia emti.

ῥιψὶ] „Vid. II, 96 et Dionys. Chrys. Or. XIV pag. 219 ad haec Herodotea alludentem. Barbarus contumulandi mos etsi Scythae, in sacra Christianorum transgressi, eum abdicarint, Theodoreto Or. ad Graec. IX p. 129 teste, nondum plane in Tartariae Lithuaniaeque oris cessat. Vid. Memor. Scyth. Bayeri Comment. Acad. Petrop. T. III p. 359.“ *Wesseling.* Italus interpres interpretatur *vimine flessibile, ramo di salice, stuoja, graticci,* idque ipsum praefert. Qui idem crudelem morem, quô in regis funere ministri, uxores, alii interficiuntur, attigit, de Turcis simile quid afferens. Add. Herod. V, 4 et Nicol. Damasc. fragmm. p. 155. 161 Orell. Tzschuck. ad Mel. nott. exegg. II, 2 p. 81 Vol. III P. II. Et antiquissimum Mongolorum esse morem, ut iis, qui sepeliantur, optima quaeque in vita sc. quae habuerint, addantur in sepulcro, monet Görres Mythengesch. I pag. 198, hoc quoque afferens, quod ad Herodoti narrationem IV, 72 nonnihil facit, equis corium fuisse detractum, quod mox, repletum stramine, quatuor pedibus insistens erigatur. — Ad *ἀγγελιηφόρον* conf. I, 99. III, 84. 118 ibique adnott.

Cap. LXXII.

Ἐνιαυτοῦ δὲ περιφερομένου] Sponte in mentem venit Homericum illud (Odyss. I, 16): *περιπλομένων ἐνιαυτῶν*, *volventibus annis,* ut reddit Virgil. Aen. I, 234.

ἐπεὰν ἀποπνίξωσι κ. τ. λ.] Simili modo, ut ad h. l. annotat Larcher., Sinae quidam imperator, Tartarica stirpe oriundus in coniugis mortuae tumulo plus triginta servos fertur immolasse. — *αὐτῶν* scripsi pro *αὐτέων*, ut antea *τούτων* pro

καλλιστεύοντας πεντήκοντα, ἐξελόντες αὐτῶν τὴν κοιλίην, καὶ καθήραντες, ἐμπιπλᾶσι ἀχύρων, καὶ συῤῥάπτουσι· ἀψίδος δὲ ἥμισυ ἐπὶ δύο ξύλα στήσαντες ὕπτιον, καὶ τὸ ἕτερον ἥμισυ τῆς ἀψίδος ἐπ' ἕτερα δύο, καταπήξαντες τρόπῳ τοιούτῳ πολλὰ
3 ταῦτα· ἔπειτα τῶν ἵππων κατὰ τὰ μήκεα ξύλα παχέα διελάσαντες μέχρι τῶν τραχήλων, ἀναβιβάζουσι αὐτοὺς ἐπὶ τὰς ἀψίδας· τῶν δὲ, αἱ μὲν πρότεραι ἀψίδες ὑπέχουσι τοὺς ὤμους τῶν ἵππων· αἱ δὲ ὄπισθε παρὰ τοὺς μηροὺς τὰς γαστέρας ὑπολαμβάνουσι· σκέλεα δὲ ἀμφότερα κατακρέμαται μετέωρα·
4 χαλινοὺς δὲ καὶ στόμια ἐμβαλόντες ἐς τοὺς ἵππους, κατατείνουσι ἐς τὸ πρόσθεν αὐτῶν, καὶ ἔπειτα ἐκ
5 πασσάλων δέουσι. τῶν δὲ δὴ νεηνίσκων τῶν ἀποπεπνιγμένων τῶν πεντήκοντα ἕνα ἕκαστον ἀναβιβάζουσι ἐπὶ τὸν ἵππον, ὧδε ἀναβιβάζοντες· ἐπεὰν νεκροῦ ἑκάστου παρὰ τὴν ἄκανθαν ξύλον ὀρθὸν διελάσωσι μέχρι τοῦ τραχήλου, κάτωθεν δὲ ὑπερέχει τοῦ ξύλου τούτου, τὸ ἐς τόρμον πηγνύουσι τοῦ

τουτέων; itemque καλλιστεύοντας pro vulg. καλλίστους. Nam καλλιστεύειν (*forma excellere*) haud infrequens invenitur, I, 196. IV, 163. 180. VI, 64. VII, 180. VIII, 124. Quae Schweigh. in Lex. Herod. attulit. Ad κοιλίην conf. nott. ad II, 86. 87.

ἀψίδος δὲ ἥμισυ ἐπὶ δύο ξύλα στήσαντες ὕπτιον] i. e. *ubi dimidiatum rotae circulum super duobus lignis supinum collocarunt.* Quae paulo inferius sequuntur verba: ἔπειτα τῶν ἵππων — ἐπὶ τὰς ἀψίδας, ita equidem intelligo: *deinde, postquam spissa ligna per equorum corpora usque ad colla secundum longitudinem duxerunt, equos imponunt dimidiatis istis circulis.* Ad ὑπολαμβάνουσι conf. I, 24 ibiq. nott.

χαλινοὺς δὲ καὶ στόμια ἐμβαλόντες κ. τ. λ.] i. e. *frena et habenas equis iniectas antrorsum* (ab iis sc. equis) *tendunt et a palo suspendunt.* — „Dabit equi tale spectaculum, ex ultima Tartaria transmissum, Witsen. Descript. Tartar. pag. 81 ostentaturque Leidae non dissimile in tabula.“ *Wessel.* — In seqq. ad ἄκανθαν conf. II, 75, ubi de ossibus s. spinis piscium. τόρμος est *foramen*, ut monet Wessel. ad Diodor. Sicul. II, 8.

κάτωθεν δὲ ὑπερέχει κ. τ. λ.] Videtur particula δὲ exordiri

6 ἑτέρου ξύλου τοῦ διὰ τοῦ ἵππου. ἐπιστήσαντες δὲ κύκλῳ τὸ σῆμα ἱππέας τοιούτους, ἀπελαύνουσι.

73 Sepultura caeterorum Scytharum: purgatio eorum qui sepeliverunt.

Οὕτω μὲν τοὺς βασιλέας θάπτουσι. τοὺς δὲ ἄλλους Σκύθας, ἐπεὰν ἀποθάνωσι, περιάγουσι οἱ ἀγχοτάτω προσήκοντες κατὰ τοὺς φίλους ἐν ἁμάξῃσι κειμένους· τῶν δὲ ἕκαστος ὑποδεκόμενος εὐωχέει τοὺς ἑπομένους, καὶ τῷ νεκρῷ πάντων παρατιθεῖ
2 τῶν καὶ τοῖσι ἄλλοισι, ἡμέρας δὲ τεσσεράκοντα οὕτω οἱ ἰδιῶται περιάγονται, ἔπειτα θάπτονται. Θάψαντες δὲ οἱ Σκύθαι, καθαίρονται τρόπῳ τοιῷδε.

---

apodosin, hunc fere in modum: „*quando uniuscuius cadaveris iuxta spinam dorsi rectum lignum usque ad cervicem transfixerunt, iam ab imo ligni huius pars eminet, quam in foramen inserunt alterius ligni per equum ducti.*" Nam genitivi τούτου τοῦ ξύλου a sequenti relativo τὸ pendent; nec sane erat, quod distinctionem ante τὸ vulgo positam tolleret Gaisf., Werferum secutus in Actt. phill. Monacc. I, 1 p. 114 coll. p. 81. Schweigh. suspicatur τοῦτο, i. e. τοῦτο τὸ μέρος τοῦ ξύλου.

ἐπιστήσαντες δὲ κύκλῳ τὸ σῆμα ἱππέας τοιούτους, ἀπελαύνουσι] i. e. *postquam tales equites ad monumentum circumcirca collocarunt, discedunt.* Iungo equidem ἐπιστήσαντες τὸ σῆμα eo fere sensu dictum, quo στήσαντες — ἐπὶ τὸ σῆμα, mirorque Schweighaeuser., qui κύκλῳ τὸ σῆμα iungi vult, ut idem sit atque πέριξ τὸ σῆμα, cum κύκλῳ, ut πέριξ, accusativo iungatur. Quod mihi quidem nondum persuasit, nec quem affert locum IV, 181 (περιάγουσι τὴν λίμνην κύκλῳ), eum huc pertinere credam.

Cap. LXXIII.

τοὺς βασιλέας] Miror Gaisfordium in textu reliquisse βασιλῆας, quod equidem, Struvium l. l. I p. 16 secutus, in βασιλέας mutavi. Idem exhibuit Matthiae. — In seqq. verba κατὰ τοὺς φίλους ea fere ratione explicanda, quâ I, 30: περιῆγον (αὐτὸν) κατὰ τοὺς θησαυρούς coll. I, 96. — Mox cum Schweigh. et Gaisf. dedi πάντων pro ἁπάντων, quod retinuit Matthiae.

οὕτω οἱ ἰδιῶται περιάγονται] ἰδιῶται *privati* sunt homines, qui *regibus* opponuntur ac *principibus*. Larcherus observat, non eandem omnium Scytharum videri fuisse sepulturam, cum cadavera truncis suspensa alii putrescere sivissent, teste Silio Italico XIII, 486 coll. Plutarch. II pag. 499 D. Idem affert celeberrimi peregrinatoris, Cookii, testimonium de incolis insulae Otaheiti, qui cadavera tam diu arboribus suspendunt,

3 σμησάμενοι τὰς κεφαλὰς καὶ ἐκπλυνάμενοι, ποιεῦσι περὶ τὸ σῶμα τάδε· ἐπεὰν ξύλα στήσωσι τρία ἐς ἄλληλα κεκλιμένα, περὶ ταῦτα πίλους εἰρινέους περιτείνουσι· συμφράξαντες δὲ ὡς μάλιστα, λίθους ἐκ πυρὸς διαφανέας ἐσβάλλουσι ἐς σκάφην κειμένην
74 ἐν μέσῳ τῶν ξύλων τε καὶ τῶν πίλων. Ἔστι δέ σφι κάνναβις φυομένη ἐν τῇ χώρῃ, πλὴν παχύτητος καὶ μεγάθεος, τῷ λίνῳ ἐμφερεστάτη· ταύτῃ δὲ
2 πολλῷ ὑπερφέρει ἡ κάνναβις. αὕτη καὶ αὐτομάτη καὶ σπειρομένη φύεται· καὶ ἐξ αὐτῆς Θρήϊκες μὲν 315
καὶ εἵματα ποιεῦνται τοῖσι λινέοισι ὁμοιότατα· οὐδ' ἂν, ὅστις μὴ κάρτα τρίβων εἴη αὐτῆς, διαγνοίη, λίνου ἢ καννάβιός ἐστι· ὃς δὲ μὴ εἶδέ κω τὴν καν-
75 νάβιδα, λίνεον δοκήσει εἶναι τὸ εἷμα. Ταύτης ὦν οἱ Σκύθαι τῆς καννάβιος τὸ σπέρμα ἐπεὰν λάβωσι, ὑποδύνουσι ὑπὸ τοὺς πίλους, καὶ ἔπειτα ἐπιβάλ-

Cannabis apud Scythas et sponte nascitur, et sata: inde Thracum vestes, linteis quam simillimae.

Suffimentum e semine cannabis, loco lavacri: mulieres quanam litura usae, bene oleant et mundae niteant.

---

dum omnis caro consumpta fuerit, quo facto ossa sepeliunt.

σμησάμενοι] i. e. *ubi caput suum deterserunt.* Cf. nott. ad III, 148. Ad πίλους εἰρινέους conf. IV. 23.

συμφράξαντες] συμφράττειν est *arcte coniungere*, ut nihil vacui supersit spatii. Ad verba λίθους ἐκ πυρὸς διαφανέας conf. nott. ad II, 92 et IV, 75.

Cap. LXXIV.

Ἔστι δέ σφι κάνναβις] Citat Lex. Seguier (Bekk. Anecdd. I) pag. 105, 27 et Hesych. T. II p. 138. Ipsum locum Herodoti sine iusta causa sollicitavit Valcken.

ταύτῃ δὲ πολλῷ ὑπερφέρει κ. τ. λ.] i. e. *hac tenus* (quod scil. crassior est et maior) *autem multum praestat haec cannabis, quae* (s. et eo quoque scil. praestat quod) *et sponte provenit et sata;* id quod in linum minime cadit. Similiter opponuntur τὰ αὐτόματα φύεται et τὰ σπειρόμενα φύεται II, 94, ut monet Valcken., qui in seqq. sic olim scriptum esse coniicit: καὶ ἐξ αὐτῆς Θρηΐσσαι γυναικήϊον κόσμον καὶ εἵματα ποιεῦνται. Sine causa, ut mihi videtur. Tu vid. Hesych. l. l. — Τρίβων dicitur *tritus*, i. e. *peritus*, monente Ernest. ad Aristoph. Nub. 866, ut notat Cr.

λίνου ἢ καννάβιός ἐστι] Citat Pollux VII, 72 coll. Casaubon. ad Laërt. III, 63. Ac monente Italo interprete, Herodotus primus cannabis (*Hanf*) mentionem fecit.

Cap. LXXV.

ὑποδύνουσι ὑπὸ τοὺς πίλους] i. e. *subeunt sub pilos.* Ad πίλους conf. IV, 23. Verbo

λουσι τὸ σπέρμα ἐπὶ τοὺς διαφανέας λίθους τῷ
πυρί· τὸ δὲ θυμιῆται ἐπιβαλλόμενον, καὶ ἀτμίδα
παρέχεται τοσαύτην, ὥστε Ἑλληνικὴ οὐδεμία ἄν μιν
πυρίη ἀποκρατήσειε· οἱ δὲ Σκύθαι, ἀγάμενοι τῇ
πυρίῃ, ὠρύονται. τοῦτό σφι ἀντὶ λουτροῦ ἐστί· 75
2 *οὐ γὰρ δὴ λοῦνται ὕδατι τὸ παράπαν τὸ σῶμα. Αἱ*
δὲ γυναῖκες αὐτῶν, ὕδωρ παραχέουσαι, κατασώχουσι

ὑποδύνουσι („*ils se glissent.*") indicari putat Larcherus foramen illud, per quod intrarint, perexiguum fuisse, indeque obstructum et occlusum fuisse, postquam intrarint, pilis illis undique ad humum usque demissis, ne scil. vapor elabi posset; ita ut tentorii exhibita sit species. Ac Scytharum plaustra eiusmodi pilis tecta fuisse ostendit Hippocrat. De aer. aq. et loc. §. 93 T. I p. 88 Cor. De Calmuccis, qui in eiusmodi plaustris tectis per deserta Astracana habitare dicuntur, recentioris peregrinatoris testimonium affert Larcherus. Plura de hoc plaustrorum genere, apud Calmuccos, Kirgisos aliasque tribus nomadas Asiae usitato, quae Russi vocent *Kibitks*, Coraës ad Hippocrat. l. l. disputavit T. II pag. 274 seqq. — In seqq. ad *διαφανέας λίθους* conf. IV, 73 et ad *παρέχεται* IV, 44.

ὥστε Ἑλληνικὴ οὐδεμία ἄν μιν πυρίη ἀποκρατήσειε] i. e. *ut nullum Graecorum caldarium id superet. οὐδεμία* (pro *οὐδεμίη*) scripsi cum Gaisf. Usum verbi *ἀποκρατεῖν* attigi ad IV, 50. — *πυρία* est *caldarium* s. *tepidarium*, ut recte notat Casaubon. ad Strabon. III p. 154 s. 232. Add. quae in Thes. Steph. ed. Angl. T. V p. 8077 allata sunt. Alia de cellis sudatoriis Graecorum ad h. l. excitavit Valcken. Similis cuiusdam moris, qui etiamnum apud Indos ad sinum Hudsoni habitantes obtineat, meminit Larcher. At Niebuhr. (Vermischt. Schrift. I pag. 362), quae Herodotus refert, ea ad Siberiam pertinere vult, ubi ebrietatem suffitu seminum cannabis super lapides igneos in cella arcte clausa excitent; quod ipsum cum caldariis, quibus et ipsis barbari illi usi sint, confundi a scriptore nostro arbitratur.

οἱ δὲ Σκύθαι, ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ, ὠρύονται] i. e. *Scythae laetabundi, s. hac desudatione delectati, clamorem ingentem atque inconditum tollunt.*" Verbum *ἄγασθαι* attigi ad IV, 46; de verbo *ὠρύεσθαι* vid. nott. ad III, 117. Auctor quoque est Dio Chrysost. Or. XXXII p. 378 C., apud barbaros quosdam lenem enasci ebrietatem ex rerum quarundam suffitu; tum eos gaudere, ridentes exsurgere et omnia facere, quae bene poti soleant. — In seqq. pro *αὐτέων* scripsi *αὐτῶν*.

κατασώχουσι περὶ λίθον κ. τ. λ.] i. e. *conterunt in lapide duro frusta cyparissi, cedri et*

περὶ λίθον τρηχὺν τῆς κυπαρίσσου, καὶ κέδρου, καὶ λιβάνου ξύλου· καὶ ἔπειτα τὸ κατασωχόμενον τοῦτο, παχὺ ἐὸν, καταπλάσσονται πᾶν τὸ σῶμα καὶ
3 τὸ πρόσωπον. καὶ ἅμα μὲν εὐωδίη σφέας ἀπὸ τούτου ἴσχει, ἅμα δὲ ἀπαιρέουσαι τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ τὴν καταπλαστὺν, γίνονται καθαραὶ καὶ λαμπραί.

76 Ξεινικοῖσι δὲ νομαίοισι καὶ οὗτοι αἰνῶς χρᾶσθαι φεύγουσι, μή τι γε ὦν ἀλλήλων, Ἑλληνικοῖσι

Alieni a moribus externis: Anacharsis reversus ex peregrinatio-

---

arboris thuriferae, quae ne quis miretur, quà vià ad Scythas pervenire potuerint, cogitandum est de commercio florenti, quod Graeci, Iones praesertim, cum hisce Ponti oris habuerint. σώχουσι Glossae exponunt τρίβουσι itemque Suidas III pag. 358, quocum confert Wesseling. Nicandr. Theriacc. 590. 696 ibique Schol. — *Cedrini olei* in medicandis Aegyptiorum cadaveribus mentio fit II, 87, thuris s. arboris thuriferae II, 86, ubi vid. not. — Ad verba seqq. καὶ ἔπειτα τὸ κατασωχόμενον τοῦτο — καὶ τὸ πρόσωπον cf. Matthiae §. 421 not. 2 c. p. 774. Ipsum mulierum morem ad Siberiam refert Niebuhr. l. l.

εὐωδίη σφέας ἀπὸ τούτου ἴσχει] Supra I, 69: καὶ γάρ τινες αὐτοὺς εὐεργεσίαι εἶχον. De usu praepositionis ἀπὸ conf. III, 23.

Cap. LXXVI.

Ξεινικοῖσι δὲ νομαίοισι — φεύγουσι] Quae scribens Herodotus Italo Interpreti respexisse videtur ad ea, quae de Aegyptiis II, 91 enarrantur. ξεινικὰ νόμαια occurrunt IV, 77 fin. coll. 80 fin. I, 135. Ad αἰνῶς cf. nott. ad VI, 52.

μή τι γε ὦν κ. τ. λ.] Hermann. ad Viger. p. 804 h. l. (in quo exhibuit μήτοι γε ὦν) citans, haec subiecit: „Scribendum videtur ἄλλων pro ἀλλήλων [in quod idem incidisse video Schweigh.]. Locus difficilior est, quod μὴ et ἥκιστα dicuntur non ad verbum φεύγουσι, sed ad sententiam, quae est οὐ χρῶνται, relata. Germanice particularum vim sic exprimas: *sie bedienen sich keiner fremden Einrichtungen, wirklich nicht einmal anderer Völker, der Griechen aber am wenigsten.*" Quam interpretationem probat Schweigh. Equidem μή τι γε ὦν ἀλλήλων Sancrofti cod. et Florentini ex auctoritate retinui, quod Matth. Gr. Gr. §. 610, 2 pag. 1232 explicat: „*um nicht zu sagen, unter einander, d. h. nicht nur nicht.*" Plura dabit C. F. Hermann. ad Lucian. de conscrib. histor. p. 182 seq. Wyttenbach. ad Plutarch. Morall. I p. 153. Est enim, si quid video, haec scriptoris sententia, ut illi omnino peregrinis abhorreant institutis, non solum suis ipsorum (i. e.

no, ob mores externos a Saulio rege fratre interfectus: Mater Deum Cyzici: Anacharsidis genus.

δὲ καὶ ἥκιστα, ὡς διέδεξαν Ἀνάχαρσίς τε, καὶ δεύ-
2τερα αὖτις Σκύλης. Τοῦτο μὲν γὰρ Ἀνάχαρσις, ἐπεί τε γῆν πολλὴν θεωρήσας, καὶ ἀποδεξάμενος κατ' αὐτὴν σοφίην πολλὴν, ἐκομίζετο ἐς ἤθεα τὰ Σκυθέων, πλέων δι' Ἑλλησπόντου, προσίσχει ἐς 316
Κύζικον, καὶ, εὗρε γὰρ τῇ Μητρὶ τῶν θεῶν ἀνάγοντας τοὺς Κυζικηνοὺς ὁρτὴν κάρτα μεγαλοπρεπέως,

---

iis, quae apud alias easque diversas Scytharum tribus vigent) verum etiam quam maxime Graecorum. Nec aliter locum accipi vult Letronne Journ. d. Sav. 1817 p. 46, in quo ἀλλήλων recte ad diversas Scytharum refert tribus, et ad verba μή τι γε ὦν (quae idem valeant atque μή τι γε δή) suppleri vult τοῖσι ἀλλήλων νομαίοισι χρέωνται. Quo magis Werferi displicet ratio in Actt. phill. Monacc. I p. 263, qui ad negativam particulam μή τι γε cogitat χρᾶσθαι, cum φεύγειν ad ea verba, quae infinitivus adiuncta negativa particula μὴ excipere soleat, referri debeat.

ὡς διέδεξαν Ἀνάχαρσίς τε — Σκύλης] i. e. *ut exemplo fuerunt Anacharsis ac dein quoque Scyles.* Male olim Ἀναχάρσι et Σκύλῃ. De *Anacharside* vid. Strabon. VII p. 303 s. p. 464 A. Scymn. Chii fragmm. 119. ibique Gail. T. II p. 400 et imprimis Diogen. Laërt. I, 101 seqq. ibique Menag. Ac vel literas sapientis Scythae scriptas proferunt, de quibus conf. Cicer. Tuscull. V, 32 et quae ibi allata sunt ab interpretibus. Mox τοῦτο μέν, ubi non sequitur τοῦτο δέ, ut II, 99. Sed faciunt huc, quae initio cap. 78 leguntur: πολλοῖσι δὲ κάρτα ἔτεσι ὕστερον κ. τ. λ. Attigit haec, monente Cr., Wyttenbach. ad Plut. Morall. I, 2 p. 768.

καὶ ἀποδεξάμενος κατ' αὐτὴν σοφίην πολλὴν] i. e. *postquam multa sapientiae specimina in ea (terra) edidit.* De argumento laudant interprett. ad Diogen. Laërt. I, 105. Ad locutionem Wessel. confert Platon. Hipparch. p. 228 B. ὃς ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο. Et cf. ipsum Herodot. I, 59. 174. II, 36 etc. — ἤθεα in seqq. sunt *domicilia.* — In iis, quae continuo sequuntur, cum Gaisford. sustuli δέ, quod post πλέων vulgo inseritur quodque etiam, libris melioribus invitis, retinuit Matthiae; nec vero (ulla intelligitur ratio, cur apodosi, quae ab his ipsis exorditur verbis (πλέων δι' Ἑλλησπόντου, προσίσχει) adiiciatur δέ; quamquam nescio quid durum habere videtur iunctura: πλέων προσίσχει καὶ — εὔξατο. — προσίσχειν est *appellere, tenere,* ut IV, 147. 156. VI, 99. 119.

κάρτα μεγαλοπρεπέως] Ita dedi librorum ex auctoritate cum recentt. edd. Vulgo: μεγαλο-

εὔξατο τῇ Μητρὶ ὁ Ἀνάχαρσις, ἢν σῶς καὶ ὑγιὴς
ἀπονοστήσῃ ἐς ἑωυτοῦ, θύσειν τε κατὰ ταὐτὰ
κατὰ τὰ ὅρα τοὺς Κυζικηνοὺς ποιεῦντας, καὶ παν-
3 νυχίδα στήσειν. ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τὴν Σκυθικὴν, 95
καταδὺς ἐς τὴν καλεομένην Ὑλαίην· ἡ δ' ἔστι μὲν
παρὰ τὸν Ἀχιλλήϊον Δρόμον, τυγχάνει δὲ πᾶσα
ἐοῦσα δενδρέων παντοίων πλέη· ἐς ταύτην δὲ κατα-
δὺς ὁ Ἀνάχαρσις, τὴν ὁρτὴν πᾶσαν ἐπετέλεε τῇ
θεῷ, τύμπανόν τε ἔχων, καὶ ἐκδησάμενος ἀγάλματα.

πρεπέα κάρτα. Alii libri voculam κάρτα omittunt. — De cultu *Matris Deûm* apud Cyzicenos Wesseling. laudat Strab. I p. 45 s. 76 B. Cayl. Recueil d'Antiqq. II pag. 199. Add. Strab. XII pag. 575 s. 862 A. — „Cf. Valer. Flacc. Argonaut. III, 20. Matris deûm, cuius religiones ab Argonautis repetebantur, vestigia residua in Cyzicenorum numis, ut leonis caput etc. Vid. Eckhel. D. N. V. Vol. II pag. 453 sq. Mionnet. Descript. de Medailles II pag. 529 seqq. et Sestini Descrizione degli Stateri antichi pag. 57 sq. Ferebantur Argonautae Cybeles signum posuisse in monte Dindymo, quod postea Constantini iussu Constantinopolin fuerit translatum.“ *Cr.*

κατὰ τὰ ὅρα] Matth. retinuit ὥρα, olim vulgatum. Abest vocula τὰ, quod ita probat Struve l. l. I pag. 36, ut aliis quoque locis, ubi scripti libri fluctuant (II, 99. IV, 11. 112. VI, 88), et vel iis locis, ubi omnes quantum scimus codd. in vulgata κατὰ τὰ conspirant (IV, 162. 201. V, 89. VI, 53 coll. VI, 54, ubi κατάπερ), voculam τὰ delendam censeat, cum κατὰ idem valeat atque καθ' ἅ. Nos in talibus a probatorum codd. auctoritate recedere nolumus.

καὶ παννυχίδα στήσειν] Cf. III, 48: ἵστασαν χορούς, ubi vid. nott. παννυχίδα, s. Pervigilia ad mysteria sive secreta spectare sacra credam, eam ipsam ob causam noctu celebrari solita. Sic παννυχίδα ποιεῖν apud Platon. Rep. I, 1. Aristoph. Ran. 373. Eurip. Hel. 1365 coll. Lobeck. Aglaopham. I pag. 651. Quos locos mihi indicavit C. F. Hermann. — De *Hylaea* conf. nott. ad IV, 9; de *Achillis cursu* nott. ad IV, 55. Mox cum Gaisf. scripsi ἐς ταύτην δὲ καταδύς, ubi vulgo δή pro δέ. Ad verbum ἐπιτελεῖν conf. nott. ad II, 63.

τύμπανόν τε ἔχων] Ad argumentum loci spectant Apollon. Rhod. I, 1138 et Clemens Alexandr. in Protrept. T. I p. 20 Pott.; quae bene attulit Wesseling. Ac tympana ad Cybeles sacra proxime pertinent egregieque valuisse dicuntur ad sensus excitandos in hominum rudium animis sacro quodam hor-

4 καὶ τῶν τις Σκυθέων καταφρασθεὶς αὐτὸν ταῦτα
ποιεῦντα, ἐσήμηνε τῷ βασιλέϊ Σαυλίῳ· ὁ δὲ, καὶ
αὐτὸς ἀπικόμενος, ὡς εἶδε τὸν Ἀνάχαρσιν ποιεῦντα
5 ταῦτα, τοξεύσας αὐτὸν ἀπέκτεινε. Καὶ νῦν, ἤν τις
εἴρηται περὶ Ἀναχάρσιος, οὔ φασί μιν Σκύθαι γι-
νώσκειν, διὰ τοῦτο ὅτι ἐξεδήμησέ τε ἐς τὴν Ἑλλάδα,
6 καὶ ξεινικοῖσι ἔθεσι διεχρήσατο. Ὡς δ' ἐγὼ ἤκουσα
Τίμνεω, τοῦ Ἀριαπείθεος ἐπιτρόπου, εἶναι αὐτὸν
Ἰδανθύρσου τοῦ Σκυθέων βασιλέος πάτρων, παῖδα
δὲ εἶναι Γνούρου, τοῦ Λύκου, τοῦ Σπαργαπείθεος.
7 εἰ ὦν ταύτης ἦν τῆς οἰκίης ὁ Ἀνάχαρσις, ἴστω ὑπὸ
τοῦ ἀδελφεοῦ ἀποθανών. Ἰδάνθυρσος γὰρ ἦν παῖς

---

rore sive furore implendis. De quibus disseruit Böttiger. Kunstmytholog. pag. 281. 285 coll. pag. 294 seqq. De forma usuque huius instrumenti citat Interprett. ad Athen. XIV, 38 pag. 636 A. s. 306 ed. Schweigh.; (Animadvss. T. VII pag. 466 seqq.) plura dabit Creuzer. in Symbol. III pag. 489. — ἐκδησάμενος ἀγάλματα] i. e. *qui imagines* (sacras sc. deorum, *amuleta* dixeris) *e collo* s. *pectore suspensas sibi fecerat.* Ad argumentum laudant Polyb. XXII, 20 cum adnot. T. VII p. 469 ed. Schweigh. ἀγάλματα quid sint, explicuit Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. pag. 6. Et faciunt huc, praeter Clementis Alexandrini l. l., ea, quae de his Cybeles sacris scribit Dionys. Halic. Antiqq. Romm. II, 19.

καταφρασθεὶς] i. e *ubi Scytharum quis eum animadvertit haec celebrantem.* — καταφράζειν pro simplici φράζειν accipere licet, nisi vim quandam praepositione verbo simplici additam putemus, qualem in καταφρονεῖν observavimus ad I, 59. 66.

τοῦ Ἀριαπείθεος] In hoc nomine scribendo et in reliquis Schweigh. et Gaisf. secutus sum, cum scripti libri valde fluctuent. Sic pro Ἀριαπείθεος, quod meliores libri afferunt, vulgo Ἀριπείθεος, quod ipsum Matth. retinuit. — Ad nomen Ἰδανθύρσου cf. IV, 120. 126. (ubi Sturz. ad Pherecyd. fragmm. pag. 57 veram scripturam fuisse suspicatur Ἰδάνθουρος) 127. Nec aliter apud Strabonem et Plutarchum hoc nomen invenitur scriptum. Tu vid. nott. ad Ctesiam, Persicc. Excerptt. §. 16 pag. 143. — *Ariapitham* tutorem, ut hoc addam, intelligi negat Niebuhr. Verm. Hist. Schrift. I p. 355, cum ipse significetur rex, pater Scylae, de quo IV, 80. — De loci structura monuit Hermann. ad Viger. p. 751 coll. nott. ad Herod. IV, 5.

ἴστω — ἀποθανών] i. e. *sciat se a fratre interfectum*

Σαυλίου· Σαύλιος δὲ ἦν ὁ ἀποκτείνας Ἀνάχαρσιν.

77 Καίτοι τινὰ ἤδη ἤκουσα λόγον ἄλλον ὑπὸ Πελοποννησίων λεγόμενον, ὡς ὑπὸ τοῦ Σκυθέων βασιλέος Ἀνάχαρσις ἀποπεμφθεὶς, τῆς Ἑλλάδος μαθητὴς γένοιτο· ὀπίσω τε ἀπονοστήσας, φαίη πρὸς τὸν ἀποπέμψαντα, Ἕλληνας πάντας ἀσχόλους εἶναι ἐς πᾶσαν σοφίην, πλὴν Λακεδαιμονίων· τούτοισι δὲ εἶναι μούνοισι σωφρόνως δοῦναί τε καὶ δέξασθαι λόγον.

Quid Peloponnesii fingant illum de caeteris Graecis et de Lacedaemoniis dixisse.

2 Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος ἄλλως πέπαισται ὑπ' αὐτῶν Ἑλλήνων· ὁ δ' ὦν ἀνὴρ, ὥσπερ πρότερον 317 εἰρέθη, διεφθάρη. Οὗτος μέν νυν οὕτω δή τι ἔπρηξε διὰ ξεινικά τε νόμαια καὶ Ἑλληνικὰς ὁμιλίας.

---

esse. Herodoteam dicendi formulam imitatus est Pausan. I, 6 §. 8, ubi vid. Siebelis; quo monente potius vertendum: *utique a fratre interfectus est.* — Mox e Gronovii emendatione libris probata scripsi ἀδελφεοῦ pro ἀδελφιδεοῦ. Nam manu fratris periit Anacharsis, patruus Idanthyrsi.

Cap. LXXVII.

λόγον — λεγόμενον] Conf. IV, 12. — Mox edidi βασιλέος pro βασιλῆος. Ad ὀπίσω τε ἀπονοστήσας conf. nott. ad III, 16.

πάντας ἀσχόλους εἶναι κ. τ. λ.] Sententia est: *omnes Graecos omni sapientiae studere, exceptis Lacedaemoniis, qui soli hoc haberent, ut prudenter sermonem darent reciperentque* s., ut Schweigh. reddidit, *ut prudens consilium et dare possent et recipere.* Ad Laconum, opinor, spectat morem, qui paucis verbis sed iis maxime definitis respondere animique sensa aperire soleant.

ἄλλως πέπαισται] Schwgh. interpretatur: „*Temere per ludum narratur.*“ Namque πέπαισται nunc e pluribus codd. editum, accedente Valla et Eustath. ad Homeri Odyss. pag. 1594, 47 s. 306, 6 et tuente Wesseling. in Diss. Herod. pag. 71. In Florentino aliisque exstat πέπλασται, quod tuetur Toup. Emendd. in Suid. II p. 498 sic vertens: *verum haec historia est purum putum Graecorum figmentum;* approbante Larchero. At παίζειν de iis dici, qui per iocum animi causa quid produnt, recte monere videtur Wesseling. Itaque πέπαισται haud scio an ita dictum sit, ut apud Plutarch. Pericl. 24: καὶ μετὰ παιδιᾶς τὰ πρῶτα γέγραπται. Conf. Toup. ad Longin. XIV, 2 pag. 315. Weisk. — Voculam ἄλλως interpretantur μάτην. Vid. Ruhnken. ad Tim. L. Pl. pag. 199. Ad εἰρέθη conf. Matth. p. 454 et Herod. IV, 156.

οὕτω δή τι ἔπρηξε] τι, quod

Scyles rex, a matre linguam Graecam doctus Borysthenidem saepe veniens, ibi ut Graecum se gerit.

78 Πολλοῖσι δὲ κάρτα ἔτεσι ὕστερον Σκύλης, ὁ
2 Ἀριαπείθεος, ἔπαθε παραπλήσια τούτῳ. Ἀριαπείθεϊ
γὰρ τῷ Σκυθέων βασιλέϊ γίνεται μετ' ἄλλων παί-
δων Σκύλης· ἐξ Ἰστριηνῆς δὲ γυναικὸς οὗτος γίνε-
ται, καὶ οὐδαμῶς ἐγχωρίης· τὸν ἡ μήτηρ αὕτη
3 γλῶσσάν τε Ἑλλάδα καὶ γράμματα ἐδίδαξε. μετὰ
δὲ, χρόνῳ ὕστερον, Ἀριαπείθης μὲν τελευτᾷ δόλῳ
ὑπὸ Σπαργαπείθεος τοῦ Ἀγαθύρσων βασιλέος·
Σκύλης δὲ τήν τε βασιληΐην παρέλαβε, καὶ τὴν
4 γυναῖκα τοῦ πατρὸς, τῇ οὔνομα ἦν Ὀποίη. ἦν δὲ
αὕτη ἡ Ὀποίη ἀστὴ, ἐξ ἧς ἦν Ὄρικος Ἀριαπείθεϊ
παῖς. βασιλεύων δὲ Σκυθέων ὁ Σκύλης, διαίτῃ μὲν
οὐδαμῶς ἠρέσκετο Σκυθικῇ, ἀλλὰ πολλὸν πρὸς τὰ
Ἑλληνικὰ μᾶλλον τετραμμένος ἦν ἀπὸ παιδεύσιος
5 τῆς ἐπεπαίδευτο. ἐποίεέ τε τοιοῦτο· εὖτε ἀγάγοι

---

a nonnullis abest libris, cum Schwgh. et Gaisf. revocavi monitu Schaeferi ad Gregor. Cor. pag. 499. Omisit Matthiae. — Ad ἔπρηξε conf. III, 25 ibiq. nott. et ad ξεινικὰ νόμαια IV, 76.

Cap. LXXVIII.

Σκύλης] Monet vir doctus in Remarques sur un ouvrage etc. [vid. Excurs. ad IV, 18] p. 68 ex iis, quae et h. l. et alibi per hunc librum de Scytharum narrantur regibus, satis patere, nullam prorsus horum regum in Olbiam fuisse auctoritatem atque imperium. — *Cr.* ad h. l. citat Rambach. de Mileto eiusque colon. pag. 56 ibique laudat. Bayer. in Opuscc. pag. 185 et Choix de Medailles d' Olbiopolis du Comte de Blaremberg (Paris 1822) pag. 13 seq.

ἐξ Ἰστριηνῆς] Urbs, a meridie Istri sita trecentis stadiis a Tomis, ab Herodoto vocatur Ἰστρίη Milesiorumque colonia II, 33 [ubi vid. nott.] ab Arriano (Peripl. §. 24 coll. §. 20). Ἰστρία, cuius cives Ἰστριανοὶ apud Diodor. XIX, 73. Add. Steph. Byz. s. v. Ἴστρος. Plinio H. N. IV, 11 (18) est *Istropolis*. Cf. Mannert. VII p. 125 seq. et potissimum Tzschukke ad Mel. nott. exegg. (II, 2) pag. 85 Vol. III P. II. In numis exstare Ἰστριηνῶν monuit Wesseling. — In seqq. ad verba *γλῶσσάν τε Ἑλλάδα* cf. Matth. pag. 796 et ad verba *μετὰ δὲ χρόνῳ ὕστερον* nott. ad III, 36. — *βασιλέος* rescripsi pro *βασιλῆος*.

διαίτῃ — ἠρέσκετο] Conf. Matth. Gr. Gr. §. 398, a. p. 728 et §. 411 not. p. 752.

εὖτε ἀγάγοι τὴν στρατιὴν τὴν Σκυθέων κ. τ. λ.] τὴν

τὴν στρατιὴν τὴν Σκυθέων ἐς τὸ Βορυσθενεϊτέων ἄστυ, (οἱ δὲ Βορυσθενεΐται οὗτοι λέγουσι σφέας αὐτοὺς εἶναι Μιλησίους,) ἐς τούτους ὅκως ἔλθοι ὁ Σκύλης, τὴν μὲν στρατιὴν καταλείπεσκε ἐν τῷ προαστείῳ, αὐτὸς δὲ ὅκως ἔλθοι ἐς τὸ τεῖχος, καὶ τὰς πύλας ἐγκληΐσειε, τὴν στολὴν ἀποθέμενος τὴν 6 Σκυθικὴν, λάβεσκε ἂν Ἑλληνίδα ἐσθῆτα. ἔχων δ' ἂν ταύτην, ἠγόραζε, οὔτε δορυφόρων ἑπομένων, οὔτε ἄλλου οὐδενός· τὰς δὲ πύλας ἐφύλασσον, μή τίς μιν Σκυθέων ἴδοι ἔχοντα ταύτην τὴν στολήν· καὶ τἆλλα ἐχρᾶτο διαίτῃ Ἑλληνικῇ, καὶ θεοῖσι ἱρὰ ἐποίεε κατὰ νόμους τοὺς Ἑλλήνων. ὅτε δὲ διατρίψειε μῆνα ἢ πλέον τούτου, ἀπαλλάσσετο, ἐνδὺς τὴν Σκυθικὴν στολήν. ταῦτα ποιέεσκε πολλάκις· καὶ οἰκία τε ἐδείματο ἐν Βορυσθένεϊ, καὶ γυναῖκα ἔγημε

Σκυθέων cum Schweigh. et Gaisf. dedi pro *τῶν Σκυθέων*, quod Matth. retinuit. De *Olbia*, Borysthenitarum urbe, diximus in Excurs. ad IV, 17. Atque Olbiae nomen, quod posthac Graecos constanter fere tenuisse quodque unum in numis conspici monuimus, eam ob causam ita invaluisse videtur, observante Creuz. in Annall. Heidelberg. 1822 p. 1235, ut a Scythis accolis, qui Borysthenitae vocarentur, distinguerentur. De *Milesiorum* colonia itidem in Excursu diximus.

καταλείπεσκε] Paulo infra *λάβεσκε ἄν*. Conf. III, 119. Ad *τεῖχος* conf. IV, 46 et ad *ἠγόραζε* III, 137.

ἐν Βορυσθένεϊ] Descendit a voce *Βορυσθένης*, quâ et fluvius et urbs indicatur. Vid. Strabo VII pag. 306 s. 470 A. Steph. Byz. s. v. Peripl. Pont. Eux. §. 12 p. 218 seq. T. III Gail. Moneo, quoniam fuisse video, (conf. Mannert. IV pag. 439), qui urbem fingerent *Βορυσθενίς*, qualis nulla unquam fuit. Vid. Creuzer l. l. coll. Koehler. Mém. sur l. course — Achille p. 202. Idem in aliis quoque obvium, ut idem et urbis et fluvii esset nomen.

γυναῖκα ἔγημε ἐς αὐτά] „Plenius *ἔγημε καὶ ἠγάγετο ἐς αὐτά*, ut IX, 107 Lysias de caed. Eratosth. 2. *ἔδοξέ μοι γῆμαι καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν.*" *Wesseling.* — „*Et quam illic sumsit uxorem, in istas aedes deduxit*, s. *aedes sibi curavit in urbe construi Borysthenide atque in istas aedes uxorem duxit indigenam.* *Ἄγεσθαι γυναῖκα* quum idem vulgo notaret ac *γαμεῖν*, novator Herodotus *γαμεῖν ἐς οἰκία γυναῖκα* dixit, quoniam plena

Initiatur Baccho: quodnam ei ostentum factum, ne initiaretur: Scytharum primores a Borysthenita quodam in murum admissi, regem bacchantem conspiciunt.

79 ἐς αὐτὰ ἐπιχωρίην. Ἐπεί τε δὲ ἔδεέ οἱ κακῶς γενέσθαι, ἐγένετο ἀπὸ προφάσιος τοιῆσδε. ἐπεθύμησε 318 Διονύσῳ Βακχείῳ τελεσθῆναι· μέλλοντι δέ οἱ ἐς χεῖρας ἄγεσθαι τὴν τελετὴν, ἐγένετο φάσμα μέ-
2 γιστον. ἦν οἱ ἐν Βορυσθενεϊτέων τῇ πόλι οἰκίης μεγάλης καὶ πολυτελέος περιβολὴ, τῆς καὶ ὀλίγῳ τι πρότερον τούτων μνήμην εἶχον, τήν τε πέριξ λευκοῦ λίθου σφίγγες τε καὶ γρύπες ἕστασαν· ἐς ταύ-

---

phrasi dicebant et Graeci *domum uxorem ducere* ἄγεσθαι εἰς οἶκον.“ *Valcken.* alia excitans de hoc dicendi usu, quem attigimus ad I, 34. 59. II, 45 ibiq. nott.

Cap. LXXIX.

Ἐπεί τε — κακῶς γενέσθαι] Ad locutionem conf. supra I, 8 ibique nott.

Διονύσῳ Βακχείῳ τελεσθῆναι] Cum *Olbia* urbs olim quoque vocaretur Σαβία*) (a *Sabo* s. *Sabazio*, quod Bacchi fuit nomen apud Thraces Phrygesque, gentes una eademque stirpe oriundas), hic prisco aevo coloniam Thracico-Phrygicam, Graecis nonnullis admixtis, fuisse statuit Creuzer. l. l. pag. 1236; unde factum, ut Bacchi sacra Phrygico-Thracica in hâc Ponti ora obtinerent, ipseque Scyles posthac in Thraciam confugerit. Neque huc non facit Hippolai promontorium, de quo IV, 53. Et postea quoque quam Graeci Milesii Olbiam deduxissent coloniam, sacra haec Bacchica retenta fuisse videntur, testibus aliquot numis nuper detectis, qui ad Bacchi et Cybeles cultum spectant. Conf. Creuzer. l. l. pag. 1237. De Bacchi sacris apud Gelonos vid. IV, 109.

ἐς χεῖρας ἄγεσθαι τὴν τελετὴν] i. e. *quum iam in eo esset, ut sacris initiaretur.* Ad locutionem conf. I, 126.

ὀλίγῳ τι πρότερον] Vid. IV, 78. Sancrofti liber offert ὀλίγον τι. Conf. IV, 81. VII, 113. 239. Pro τουτέων scripsi τούτων.

τήν τε πέριξ — ἕστασαν] τε deleverunt recentt. edd. praeeunte Schaefero. Equidem voculam, quam omnes quantum scio codd. agnoscunt, retinui; quippe quae, abiectis praesertim cancellis, quibus proxime antecedentia verba τῆς καὶ — εἶχον inclusa vulgo tenentur, bene stare poterit. — Ad vocem πέριξ conf. nott. ad IV, 15, et de genitivo λίθου vid. II, 138. Quod ad loci argumentum spectat, haec omnia ad cultum religionesque Indicas ad Ponti oras advectas relata vult Ritter. Vorhalle p. 226. — Ad *Sphinges Cr.* conferri vult Böttiger. Vasengemälde Heft III p. 98. Tu vide sis quoque quae in Excursu ad III, 116 de *Gryphis* diximus.

*) Cf. Anon. Peripl. Pont. §. 12 p. 218 T. III ed. Gail.

την ὁ θεὸς ἐνέσκηψε βέλος· καὶ ἡ μὲν κατεκάη πᾶσα. Σκύλης δὲ οὐδὲν τούτου εἵνεκα ἧσσον ἐπε-
3 τέλεσε τὴν τελετήν. Σκύθαι δὲ τοῦ βακχεύειν πέρι Ἕλλησι ὀνειδίζουσι· οὐ γάρ φασι οἰκὸς εἶναι θεὸν ἐξευρίσκειν τοῦτον ὅστις μαίνεσθαι ἐνάγει ἀνθρώ-
4 πους. Ἐπεί τε δὲ ἐτελέσθη τῷ Βακχείῳ ὁ Σκύλης, διεπρήστευσε τῶν τις Βορυσθενεϊτέων πρὸς τοὺς
5 Σκύθας, λέγων· „Ἡμῖν γὰρ καταγελᾶτε, ὦ Σκύθαι, ὅτι βακχεύομεν καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει· νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαίνεται.

ἐνέσκηψε βέλος] De voce ἐνσκήπτειν conf. I, 105 ibiq. nott. βέλος haud raro dici *de fulmine*, notavit Dissen. ad Pindar. Olymp. XI (X), 80 pag. 136. — Ad κατεκάη conf. Matth. Gr. Gr. pag. 466 et ad ἐπετέλεσε Herod. IV, 76.

οὐ γάρ φασι κ. τ. λ.] i. e. *Scythae rationi consentaneum esse negabant, deum excogitare huncce* (s. *talem reperiri deum*), *qui homines in furorem agat.* Ad ἐνάγειν (*incitare, excitare*) conf. III, 1, alia in Lex. Herod. — οἰκός cum recentt. edd. scripsi pro εἰκός.

διεπρήστευσε] Intactum reliqui cum Matth., quod plurimi libri afferebant, quorum alii ἐπρήστευσε, unus Sancrofti liber διεπίστευσε, quod Wesseling. interpretatur: *fidem facit*, Valla: *indicium detulit, Scythis dicens.* Valckenaerio placuit διέπεσε vel διέπιπτε, ut Borysthenitarum unus, custodiis insciis, quippe urbis portis, dum rex sacris operaretur, occlusis, urbe *elapsus esse* putaretur; quo sensu frequentius διαπεσεῖν apud Xenophontem. Quod merito displicuit Reizio, qui ipse (Praefat. p. XVIII) ex coniectura reposuit διεπερίσσευσε *nimia loquacitate rem effutiit.* Schneider. in Lex. Gr. mavult διεδρήστευσε, quod idem valeat atque διέδρη (*aufugit, elapsus est*), cum apud Hesychium Δρῆσται· δραπέται; et apud Herod. IV, 142 (quod Schweigh. addit) ἄδρηστα ἀνδράποδα. Mihi aliquando in mentem venerat διέπρησσε *egit, transegit.* Supra IV, 24 διαπρήσσονται coll. IX, 94.

Ἡμῖν γὰρ καταγελᾶτε] De structura verbi καταγελᾶν monui ad III, 38. 155; de particula γάρ conf. nott. ad I, 8. — Ad usum verbi λαμβάνειν in seqq. pertinet illud φοιβόλαμπτος IV, 13.

καὶ βακχεύει, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαίνεται] Plures libri βακχεύει τε. — „Vel servari debuerat βακχεύει καὶ vel, primo καὶ (ex κε nato) praetermisso scribi: βακχεύει τε καὶ

6 εἰ δέ μοι ἀπιστέετε, ἕπεσθε, καὶ ὑμῖν ἐγὼ δείξω.“ Εἵποντο τῶν Σκυθέων οἱ προεστεῶτες· καὶ αὐτοὺς ἀναγαγὼν ὁ Βορυσθενεΐτης, λάθρῃ ἐπὶ πύργον
7 κατεῖσε. ἐπεί τε δὲ παρήϊε σὺν τῷ θιάσῳ ὁ Σκύλης, καὶ εἶδόν μιν βακχεύοντα οἱ Σκύθαι, κάρτα συμφορὴν μεγάλην ἐποιήσαντο· ἐξελθόντες δὲ, ἐσήμαινον πάσῃ τῇ στρατιῇ τὰ ἴδοιεν.
80 Ὡς δὲ μετὰ ταῦτα ἐξήλαυνε ὁ Σκύλης ἐς ἤθεα τὰ ἑωυτοῦ, οἱ Σκύθαι προστησάμενοι τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Ὀκταμασάδην, γεγονότα ἐκ τῆς Τήρεω θυγατρὸς, ἐπα-
2 νιστέατο τῷ Σκύλῃ. ὁ δὲ, μαθὼν τὸ γινόμενον ἐπ' 319
ἑωυτῷ, καὶ τὴν αἰτίην δι' ἣν ἐποιέετο, καταφεύγει

Scyles, amisso regno, profugit ad Sitalcem regem Thraciae, a quo redditus Octamasadi fratri, huius manu moritur.

ὑπὸ θεοῦ μαίνεται, *Bacchi sacris operatur Deique furit instinctu. Instinctus divino spiritu*, ἐμπνευσθεὶς ὑπὸ θεοῦ, saepius ἐκ θεοῦ vel ἐκ θεῶν του κατέχεσθαι dicebatur: iunguntur et a Platone κατέχεσθαι καὶ μαίνεσθαι. Dantur loquendi formae eiusdem ferme significatus, Διονύσῳ μαίνεσθαι et ἐκ Διονύσου, ἐξ Ἄρεος μαίνεσθαι, ἐξ Ἔρωτος, ἐκ Νυμφῶν. Verbis neutris ὑπὸ longe plurimis adiungitur [conf. Matth. Gr. Gr. §. 496, 3. 592, a.], rarius verbo μαίνεσθαι. Lucian. Dial. Deorr. XII, 1. XVIII, 2.“ *Valcken.*

κατεῖσε] i. e. *collocavit.* Vulgo ἐκάτισε. Valcken. primus dedit κατεῖσι; alii scripti libri κάτισε, unus Vindob. κάτεισε. Sic εἶσε III, 61 et quae affert Valcken. Thucyd. VII, 82. Eurip. Phoeniss. 1195. Atque I, 88, ubi vulgo κάτισε, haud scio an idem reponendum, a Mediceo atque Florentino allatum, quamquam I, 89 omnes codd. κάτισον.

κάρτα συμφορὴν μεγάλην ἐποιήσαντο] i. e. *maximam calamitatem sibi habuerunt, graviter indignati sunt.* Frequens haec apud Nostrum locutio, V, 5. 35. VII, 117 etc., itemque συμφορῇ χρῆσθαι, de quo vid. nott. ad I, 35.

Cap. LXXX.

ἐς ἤθεα] Conf. IV, 76. — Quod sequitur προστησάμενοι valet, *postquam ducem sibi constituerunt*, s. *crearunt.* — De *Teris* nomine Valcken. disputans, affert Thucydid. II, 29 et Schol. Aristoph. in Acharn. 145. — Ad formam ἐπανιστέατο cf. Matth. Gr. Gr. p. 378 et ad locutionem III, 61. 62. 63.

τὸ γινόμενον ἐπ' ἑωυτῷ] i. e. *ubi quid contra ipsum ageretur, cognovit.* Non aliter fere ἐπὶ, adiuncto dativo I, 61: μαθὼν τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωυτῷ. Add. IV, 154. [ibiq. nott.] VI, 88. 74. VII, 235. I, 27. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. III,

3 ἐς τὴν Θρηΐκην. πυθόμενος δὲ ὁ Ὀκταμασάδης ταῦ-
τα, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὴν Θρηΐκην· ἐπεί τε δὲ ἐπὶ
4 τῷ Ἴστρῳ ἐγένετο, ἠντίασάν μιν οἱ Θρήϊκες. μελ-
λόντων δὲ αὐτῶν συνάψειν, ἔπεμψε Σιτάλκης παρὰ
τὸν Ὀκταμασάδην, λέγων τοιάδε· „Τί δεῖ ἡμέας
ἀλλήλων πειρηθῆναι; εἷς μέν μευ τῆς ἀδελφεῆς
5 παῖς, ἔχεις δέ μευ ἀδελφεόν. σύ τ' ἐμοὶ ἀπόδος
τοῦτον, καὶ ἐγὼ σοὶ τὸν σὸν Σκύλην παραδίδωμι·
6 στρατιῇ δὲ μήτε σὺ κινδυνεύσῃς, μήτ' ἐγώ.“ Ταῦτά
οἱ πέμψας ὁ Σιτάλκης ἐπεκηρυκεύετο· ἦν γὰρ παρὰ
τῷ Ὀκταμασάδῃ ἀδελφεὸς Σιτάλκεω, πεφευγὼς τοῦ-
7 τον. ὁ δὲ Ὀκταμασάδης καταινέει ταῦτα· ἐκδιδοὺς
δὲ τὸν ἑωυτοῦ μήτρωα Σιτάλκῃ, ἔλαβε τὸν ἀδελ-
8 φεὸν Σκύλην. καὶ Σιτάλκης μὲν παραλαβὼν τὸν
ἀδελφεὸν, ἀπήγετο· Σκύλεω δὲ Ὀκταμασάδης αὐτοῦ
9 ταύτῃ ἀπέταμε τὴν κεφαλήν. Οὕτω μὲν περιστέλ-
λουσι τὰ σφέτερα νόμαια Σκύθαι, τοῖσι δὲ παρα-
κτωμένοισι ξεινικοὺς νόμους τοιαῦτα ἐπιτίμια διδοῦσι.

81 Πλῆθος δὲ τὸ Σκυθέων οὐκ οἷός τε ἐγενόμην Scytharum quanta multitu-

---

pag. 236. Blomfield. ad Aeschyl. S. c. Th. init. Alia excitat Schaefer. ad Plutarch. Vit. T. V p. 17 ed. Teubner.

ἠντίασάν μιν] Conf. II, 141. Mox dedi *αὐτῶν* pro *αὐτέων*. Ad verbum *συνάψειν* conf. I, 18 et ad verba *ἀλλήλων πειρηθῆναι* I, 76. IV, 159. III, 119 ibiq. nott. Alia dabit Schweigh. in Lex. Herod. — In seqq. pro *σύ τέ μοι*, quod Matth. retinuit, cum Schweigh. et Gaisf. exhibui *σύ τ' ἐμοί*.

Ταῦτα — ἐπεκηρυκεύετο] Ammon. de differentt. vocc. pag. 56 *ἐπικηρυκεύεσθαι δὲ ἔλεγον, τὸ περὶ συμβιβάσεως καὶ σπονδῶν τὰς πόλεις κήρυκας πρὸς ἀλλήλας πέμψασθαι*, ad quem locum Valcken. in Animadverss. I, 20 pag. 79. 80, verbum hoc monet non solum de caduceatoribus publica auctoritate missis, sed de privatorum quoque hominum nunciis adhiberi. Add. Vömel. ad Demosthen. Orat. de Pac. p. 245. — De *Sitalce* conf. VII, 137. Post *πεφευγὼς* recepi *τοῦτον* cum Schweigh. et Gaisf. Vulgo abest.

καταινέει ταῦτα] Conf. III, 73 fin. *καὶ πάντες ταῦτα αἴνεον*. — In seqq. ad *παραλαβὼν* conf. III, 70 init. — De locutione *αὐτοῦ ταύτῃ* vid. I, 189 ibiq. nott. Usum verbi *περιστέλλειν* attigi ad II, 147. III, 31. De ipso argumento conf. IV, 76.

do: crater Pausaniae ad os Ponti, et sextuplo maior Scythicus in Exampaeo loco, [c 52.] ab Arianta rege factus.

ἀτρεκέως πυθέσθαι, ἀλλὰ διαφόρους λόγους περὶ
τοῦ ἀριθμοῦ ἤκουον· καὶ γὰρ κάρτα πολλοὺς εἶναί
σφεας, καὶ ὀλίγους, ὡς Σκύθας εἶναι. τοσόνδε μέν-
2 τοι ἀπέφαινόν μοι ἐς ὄψιν. Ἔστι μεταξὺ Βορυσθέ-
νεός τε ποταμοῦ καὶ Ὑπάνιος χῶρος, οὔνομα δέ
οἵ ἐστι Ἐξαμπαῖος· τοῦ καὶ ὀλίγον τι πρότερον
τούτων μνήμην εἶχον, φάμενος ἐν αὐτῷ κρήνην
ὕδατος πικροῦ εἶναι, ἀπ' ἧς τὸ ὕδωρ ἀποῤῥέον
3 τὸν Ὕπανιν ἄποτον ποιέειν. ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ
κέεται χαλκήϊον, μεγάθεϊ καὶ ἑξαπλήσιον τοῦ

Cap. LXXXI.

ὡς Σκύθας εἶναι] Non aliter haec puto esse accipienda ac supra II, 135: ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπιν, ubi vid. nott. — „Tota autem haec multitudinis Scythicae indicatio speciem praefert scriptoris coniectantis ac nihil definientis.“ *Wesseling.* — In proxime seqq. ἀπέφαινον ἐς ὄψιν valet: *demonstrarunt mihi in oculos*, i. e. *oculis meis rem ipsam subiicientes.* Cf. I, 129. V, 84.

ὀλίγον τι πρότερον] Conf. IV, 52. Aliquot codd. ὀλίγῳ τι, de quo conf. IV, 79. — In seqq. pro ποιέει cum recentt. edd. reposui ποιέειν.

χαλκήϊον] Non intelligitur fabri aerarii *officina*, ut I, 68, sed *vas aheneum, ahenum*, ubi vulgo supplent ἀγγεῖον; de qua ellipsi vid. Schwebel. ad Lambert. Bos. pag. 13. Et conf. ipsum Herodot. IV, 152. Ad ἑξαπλήσιον conf. III, 135. — Ad argumentum loci facit Athen. XII, 9 p. 536 A. B., ubi Nymphis enarrat, hunc craterem a Pausania, qui Mardonium ad Plataeas vicit, dum circa Byzantii regiones commoraretur, consecratum fuisse diis, quorum statuae adhuc ad Ponti ostium conspicerentur, inscriptionemque addit, ex quâ Neptuno hoc ahenum dedicatum fuisse apparet. At Rittero auctore (Vorhalle pag. 345) hoc aheni opus cum Graecis colonis adscribi nequeat, non nisi Cimmeriorum antiquorum, qui Buddham colentes ex India occidentem versus migrarint, fuisse statuendum. Atque ipsum *Ariantae* regis nomen ad Ariam, Buddhistarum patriam in *Aria-Bactria*, relatum vult crateresque istius modi praegrandes ad antiquissima donaria Solis s. Buddhae in honorem. Qui illum morem, quo Scythae aeque ac Graeci in omnibus solemnibus ac sacris lebetum maximam habuerint rationem, ex India ad hasce gentes boreales transmissum esse ibique ad rem divinam faciundam maxime valuisse opinatur. Cf. p. 346 seq. — Quod ad crateris magnitudinem attinet, conferri volumus I, 51, ubi crater argenteus a Croeso Delphos

ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου κρητῆρος, τὸν Πανσανίης
4 ὁ Κλεομβρότου ἀνέθηκε. ὃς δὲ μὴ εἶδέ κω τοῦτον,
ὧδε δηλώσω· ἑξακοσίους ἀμφορέας εὐπετέως χωρέει
τὸ ἐν Σκύθῃσι χαλκήϊον. πάχος δὲ τὸ Σκυθικὸν
5 τοῦτο χαλκήϊόν ἐστι δακτύλων ἕξ. τοῦτο ὦν ἔλεγον
οἱ ἐπιχώριοι ἀπὸ ἀρδίων γενέσθαι· βουλόμενον γὰρ
τὸν σφέτερον βασιλέα, τῷ οὔνομα εἶναι Ἀριαντὰν,
τοῦτον εἰδέναι τὸ πλῆθος τῶν Σκυθέων, κελεύειν
μιν πάντας Σκύθας ἄρδιν ἕκαστον μίαν ἀπὸ τοῦ
ὀϊστοῦ κομίσαι· ὃς δ' ἂν μὴ κομίσῃ, θάνατον ἀπεί-
6 λεε. κομισθῆναί τε δὴ χρῆμα πολλὸν ἀρδίων, καί
οἱ δόξαι ἐξ αὐτέων μνημόσυνον ποιήσαντι λιπέσθαι· 320
ἐκ τουτέων δή μιν τὸ χαλκήϊον ποιῆσαι τοῦτο, καὶ
ἀναθεῖναι ἐς τὸν Ἐξαμπαῖον τοῦτον. ταῦτα δὴ
82 περὶ τοῦ πλήθεος τοῦ Σκυθέων ἤκουον. Θωυμά-
σια δὲ ἡ χώρη αὕτη οὐκ ἔχει, χωρὶς ἢ ὅτι ποτα-
μούς τε πολλῷ μεγίστους, καὶ ἀριθμὸν πλείστους.
2 ὃ δὲ ἀποθωυμάσαι ἄξιον καὶ πάρεξ τῶν ποταμῶν

Vestigium Herculis in petra bicubitale ad Tyram fluvium.

---

missus memoratur et ipse sexcentarum amphorarum capax.

ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου] De *Bosporo Thracio* intelligendum esse patet. Ad usum vocis *στόμα* in talibus vid. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Pers. 882. Add. Strab. VII p. 310 p. 477 B., et Tzschucke ad Pompon. Mel. I, 1 nott. exegg. pag. 44 seq. Vol. III P. I. Herodotum ipsum hoc fretum et maria haecce visisse, recte ex h. l. colligere videtur Heyse l. l. pag. 129. — In seqq. *ἄρδις* est *sagittae cuspis*, ut I, 215, ubi vid. Et conf. etiam Suid. s. v. I pag. 314.

τοῦτον εἰδέναι] Quod de suo Reiz. inseruit *βουλόμενον* (post *τοῦτον*) id cum libri ignorent, delevi cum recentt. edd. Pro *τοῦτον* unus liber Parisinus *τούτων*, quod placet Schweighaeusero, quodque unice verum habet Letronne (Journ. d. Sav. 1817 p. 93); quo eodem auctore retinui in seqq. *μιν*, quod libris invitis Schweigh. mutarat in *μεν*. Mox dedi *μίαν* pro *μίην* et in seqq. *αὐτῶν* et *τούτων* pro *αὐτέων* et *τουτέων*. — Ad verbum medium *λιπέσθαι* conf. nott. ad II, 134 et ad verba *χρῆμα πολλόν* III, 109. 130.

Cap. LXXXII.

καὶ πάρεξ τῶν ποταμῶν] *καὶ* hic valet *etiam*, ut Struve monuit l. l. pag. 28. De voce *πάρεξ* conf. nott. ad III, 97 et de *παρέχεσθαι* IV, 44. Ad lo-

καὶ τοῦ μεγάθεος τοῦ πεδίου παρέχεται, εἰρήσεται· ἴχνος Ἡρακλέος φαίνουσι ἐν πέτρῃ ἐνεὸν, τὸ οἶκε μὲν βήματι ἀνδρὸς, ἔστι δὲ τὸ μέγαθος δίπηχυ, παρὰ τὸν Τύρην ποταμόν. Τοῦτο μέν νυν τοιοῦτό ἐστι. ἀναβήσομαι δὲ ἐς τὸν κατ' ἀρχὰς ἤϊα λέξων λόγον.

83

Darius, Artabano fratri bellum Scythicum dissuadenti non obsecutus, movet Susis.

Παρασκευαζομένου Δαρείου ἐπὶ τοὺς Σκύθας, καὶ ἐπιπέμποντος ἀγγέλους ἐπιτάξοντας τοῖσι μὲν πεζὸν στρατὸν, τοῖσι δὲ νέας παρέχειν, τοῖσι δὲ ζεύγνυσθαι τὸν Θρηΐκιον Βόσπορον· Ἀρτάβανος ὁ

---

cutionem *ἤϊα λέξων* faciunt I, 122. 194, alia.

ἴχνος Ἡρακλέος] Conferantur, quae de Persei sandalis diximus ad II, 91 pag. 685. Ritterus (Vorhall. pag. 332 seq. 334. 341. 348 seq.) omnia Scytharum sacra ex India derivans, in hoc quoque Herculis vestigio agnosci vult sandalium Buddhae, qui post magnam inundationem comparuerit, multum mortalibus afferens salutis, cuiusque vestigium s. sacrum pedem (*Prabat s. Siripade*) adhuc variis Indiae locis, ac sigillatim in Taprobanes insula commonstrent carminibusque celebrent. Quae iam in Graecum Herculem ille translata opinatur, coloniâ Indorum scilicet ad Tyram fluvium deductâ unâ cum Buddhae sacris. Quin ipsam mensuram duorum cubitorum congruere ait similiaque affert nonnulla, vulgarem mensuram simili modo quae superare dicantur. Add. Barth. Die Kabiren in Teutschland. pag. 153. 168.

Cap. LXXXIII.

Παρασκευαζομένου Δαρείου] Quae Darium moverit causa ad expeditionem instituendam, affertur supra IV, 1 coll. IV, 118. Quamquam veram belli Scythis inferendi causam haud scio an ex immoderata quadam regis ambitione gloriaeque cupidine ac regni augendi studio repetere liceat. Conf. Dahlmann. Herodot. pag. 160 seq.

ζεύγνυσθαι τὸν Θρηΐκιον Βόσπορον] Unus Sancrofti liber *ζευγνύναι*, quod Wesselingio probatum in textum recepit Schaefer. Cf. III, 89. 90. 134. VII, 36. IV, 87. Ctes. Perss. Excerptt. 17, ubi alia quaedam attuli pag. 144 seq. [add. Tzschuck. ad Mel. II, 2 nott. exegg. Vol. III P. II pag. 116], in quibus et ipsis activum verbum reperitur. Non aliter Latini (ut illic monui): *iungere Bosporon*. *ζεύγνυσθαι* exstat IV, 85 idque sensu passivo. — Qui hoc loco *Bosporus* vocatur *Thracius*, is simpliciter quoque appellatur *Bosporus* (IV, 85) vel *Chalcedoniae Bosporus*. Nec tamen, quod mireris, ulla eius apud Thucydidem mentio. Cf. Gatterer. Thracien nach Herod.

Ὑστάσπεος, ἀδελφεὸς ἐὼν Δαρείου, ἔχρηζε μηδα-
μῶς αὐτὸν στρατηΐην ἐπὶ Σκύθας ποιέεσθαι, κατα-
2 λέγων τῶν Σκυθέων τὴν ἀπορίην. ἀλλ', οὐ γὰρ
ἔπειθε συμβουλεύων οἱ χρηστὰ, ὁ μὲν ἐπέπαυτο·
ὁ δὲ, ἐπειδή οἱ τὰ πάντα παρεσκεύαστο, ἐξήλαυνε
84 τὸν στρατὸν ἐκ Σούσων. Ἐνθαῦτα τῶν Περσέων
Οἰόβαζος ἐδεήθη Δαρείου, τριῶν ἐόντων οἱ παίδων,
καὶ πάντων στρατευομένων, ἕνα αὐτῷ καταλειφθῆ-
2 ναι. ὁ δέ οἱ ἔφη, ὡς φίλῳ ἐόντι καὶ μετρίων δεο-
3 μένῳ, πάντας τοὺς παῖδας καταλείψειν ὁ μὲν δὴ

Oeobazi Persae filios tres, quod is uni eorum petiisset militiae vacationem, occidit.

---

u. Thucydid. pag. 45. Kruse: Ueber Herodots Ausmess. des Pont. etc. pag. 27 coll. Rennel. pag. 426. Quo eodem pertinet *Os Ponti* (στόμα Πόντου), de quo ad IV, 81. Nunc quod neminem fugit *fretum* est *Constantinopolitanum*, haud raro etiam simplici *canalis* appellatione indicatum. De Graeca appellatione, alia ut taceam, conf. Schol. ad Apollon. Rhod. II, 168. Et pluribus, Herodotum quoque respiciens, de hoc Bosporo disputat Eustath. ad Dionys. Perieg. 140 et nostra aetate Tzschucke ad Mel. I, 19 nott. exegg. (Vol. III P. I) p. 569. 570.

ἔχρηζε] i. e. *orabat*, *rogabat*. Quo eodem sensu I, 41. 152. V, 30 alibi. Iungitur, ut δεῖσθαι, alia id genus infinitivo, cuius loco subinde etiam ὅπως, ut III, 44, ubi cf. nott.

καταλέγων — τὴν ἀπορίην] καταλέγειν valet *recensere*, *enarrare*, *commemorare*, ut IV, 95. 50. 114 etc. ἀπορίην *inopiam* s. *paupertatem* esse negat Italus interpres, sed *difficultatem* Scytharum terram invadendi, unde supra IV, 46 Scythae ἄμαχοί τε καὶ ἄποροι προσμίσγειν. Mihi non persuasit. Ad verba subsequentia ἀλλ', οὐ γὰρ ἔπειθε conf. nott. ad I, 8. 24 et add. IX, 109 coll. VIII, 137 ibique Valcken.

Cap. LXXXIV.

καταλειφθῆναι] Passivo sensu accipi monuit Matth. Gr. Gr. §. 496, 8 pag. 936. — Mox τοὺς ἐπεστεῶτας satellites intelligo adstantes, qui regem comitari consueverint. Quod codd. quidam afferunt τοὺς ἐπὶ τούτων ἐπεστεῶτας quodque Schaeferus recepit, glossatorem prodere videtur, qui *carnifices* indicare voluerit, quorum hoc fuerit, ut regi adstantes eius mandata exsequerentur deque Oeobazi filiis supplicium sumerent. — Haud dissimilis crudelitas Xerxis narratur VII, 38 coll. Senec. de ira III, 16. Ac talia tyranni animum indolemque maxime commonstrare, qui omni iure divino humanoque postposito suo arbitrio omnia subiecerit monere haud opus.

Οἰόβαζος περιχαρὴς ἦν, ἐλπίζων τοὺς υἱέας στρατηΐης ἀπολελύσθαι· ὁ δὲ ἐκέλευσε τοὺς ἐπεστεῶτας ἀποκτεῖναι πάντας τοὺς Οἰοβάζου παῖδας. καὶ οὗτοι μὲν ἀποσφαγέντες, αὐτοῦ ταύτῃ ἐλίποντο.

85 Pons ad Bosporum Thracium iunctus: insulae Cyaneae: spectat Darius Pontum ex fano Iovis Urii: mensura Ponti, Bospori, Propontidis, Hellesponti

Δαρεῖος δὲ ἐπεί τε πορευόμενος ἐκ Σούσων ἀπίκετο τῆς Καλχηδονίης ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἵνα ἔζευκτο ἡ γέφυρα, ἐνθεῦτεν ἐσβὰς ἐς νέα, ἔπλεε ἐπὶ τὰς Κυανέας καλευμένας, τὰς πρότερον πλαγκτὰς Ἕλληνές φασι εἶναι. ἑζόμενος δὲ ἐπὶ τῷ ἱρῷ,

---

Cap. LXXXV.

τῆς Καλχηδονίης ἐπὶ τὸν Βόσπορον] Conf. IV, 83 ibique nott. — De loco, ubi ponte Bosporum iunxit Darius, dicemus ad IV, 87.

ἐπὶ τὰς Κυανέας καλευμένας] Nec Herodotus nec quisquam alius antiquiorum scriptorum *Cyaneas* vocat *insulas,* quales memorarunt posterae aetatis scriptores. Saxa sunt e mari prominentia; ad oram Asiae atque Europae sita ante Bosporum, quâ Pontus in eum intrat. Cf. Strabo VII pag. 319 s. 492. Schol. Apollon. Rhod. II, 320 seq. 559 seqq. Eustath. ad Dionys. Perieg. 140 p. 111, 7 sqq. ed. Bernhardy; ne plura. Vid. Krusel. l. p. 7 et Append. pag. 15 seq., ubi Vulcania quaedam vestigia in insulis illis latere existimat, quas in Argonautarum rebus maxime celebratas, *Cyaneas* dici a colore, quem eminus praebent, et *Planctas* s. *Errantes* et *Symplegades*, quod collidi eminus viderentur, satis constat. De quibus copiosissime egit Tzschucke ad Mel. II. 7 nott. exegg. Vol. III P. II p. 574 — 577 coll. Bernhardy ad Dionys. Perieg. 144 pag. 558 seq.

ἑζόμενος δὲ ἐπὶ τῷ ἱρῷ] Pauw. legi voluit *ἐπὶ τῷ ῥίῳ*: *in promontorio* seu *vertice Cyanearum.* Valckenaer. (cui adstipulatur Gatterer. Thracien nach Herod. u. Thucyd. pag. 145) coniecit *ἐπὶ τῷ ἰκρίῳ*: (*sedens*) *in tabulato navis*, ita ut Darius in puppi iuxta navis magistrum sedisse putetur, cum *νηῶν ἴκρια*, Homero, aliis, sint *τὰ σανιδώματα τῶν πλοίων.* Atque ita sane *τὰ ἴκρια* Odyss. III, 353. XIII, 73. Herod. V, 16. Nobis neutrum placet. Nam intelligendum *Iovis Urii*, qui vocatur, templum, quod omnino *κατ' ἐξοχὴν* dicitur *ἱρὸν*, clarissimum illud quidem in loco prominenti situm, unde late pateat in Pontum prospectus. „*Τὸ ἱρὸν*“ ait Wesseling. „ad os Ponti erat, sive *παρὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πόντου* in Philostrat. Vit. Sophist. I, 34, 1. Ad idem os *πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου* Cyaneae, Strab. VII pag. 319 D. s. 492 [Add. Arrian. Peripl. Pont. §. 25. fin. et Anon. II Peripl. Pont. Eux. §. 23 (T. III p. 232

ἐθηεῖτο τὸν Πόντον, ἐόντα ἀξιοθέητον. πελαγέων γὰρ ἁπάντων πέφυκε θωυμασιώτατος· τοῦ τὸ μὲν μῆκος στάδιοί εἰσι ἑκατὸν καὶ χίλιοι καὶ μύριοι· 321

Gail.) coll. §. 24. Alia dabimus de hoc templo ad Herod. IV, 87]. Ex fano ingens aperiebatur Pontus patebantque lustrantibus petrae Cyaneae ipsumque mare clarissime conspicique in hunc possunt diem, docente Gyllio Bosp. Thr. Lib. III, 5." Tu add. Kruse Ausmessung. etc. pag. 7. 8. — *ἑζόμενος δὲ ἐπὶ τῷ ἱρῷ* vertit Schweigh.: *Ibi ad templum residens;* improbante Kruse l. l. pag. 8, quod voculam *δέ* interpretatus sit *ibi*, quoniam in errorem facile induci possimus, ac si ex insulis Cyaneis Darius Pontum fuerit contemplatus; id quod ex Iovis Urii templo potius fecit; ita ut particula *δὲ* h. l. non nisi orationi continuandae inserviat. — Mox dedi cum recentt. edd. *ἐθηεῖτο* pro vulg. *ἐθηῆτο*. Vid. nott. ad I, 10. Atque sic quoque exstat in codicis Palatini Excerptis.

θωυμασιώτατος] Sancrofti liber *θωυμασιώτατον*. At vid. Matth. Gr. Gr. pag. 836 et cf. Suidam s. v. *Εὔξεινος*. T. I p. 900. Ac iure videtur Breigero l. l. pag. 32 Herodotus Pontum prae reliquis maribus admiratione maxima dignum iudicasse, tum ob magnitudinem, tum quod tantam aquarum copiam tam arcto freto in aliud emittat mare, tum denique quod fluctuum saevitia, ventorumque vi ac procellarum reliqua maria superet.

τοῦ τὸ μὲν μῆκος στάδιοί εἰσι ἑκατὸν καὶ χίλιοι καὶ μύριοι] Vulgo *μῆκός εἰσι στάδιοι*, quod retinuit Matthiae. — Undecim mille centum stadia aequant milliaria Germanica CCLXXVII et quod excurrit; qui numerus iusto videtur nimius, cum accuratius inspicienti maxima Ponti longitudo sit ferme CXLII milliarr. Germanicc., sive, ut alii volunt, CL. Scribit Plinius H. N. VI, 1: Mensuram Ponti a Bosporo ad Maeoticum lacum quidam fecere XIV triginta octo mill. D passuum. Eratosthenes centum minorem. Agrippa a Chalcedone ad Phasin $\overline{X}$ mill." Quibuscum convenient *octo mille stadia* apud Strabon. XII pag. 548 s. 824 C. Arrianus ponit *novem mille septingenta* stadia, Agathemerus *sex mille* stadia a Tomis prope Istrum usque ad Phasin. Quae cum ita sint, Breiger., qui pag. 27 seq. 30 et veterum et recentiorum de Ponti longitudine collegit testimonia, Herodotum vult minora adhibuisse stadia marina, quorum undecim mille centum pares sint Olympicis stadiis octo mille octingentis octoginta; etsi vel sic Herodotum non rectâ transiisse Pontum, sed litora legentem statuas necesse est. Atque in eo ipso potissimum insistit Dureau de la Malle Géographie physique etc. pag. 178 seq., cum non tam de ea cogitandum

τὸ δὲ εὖρος, τῇ εὐρύτατος αὐτὸς ἑωυτοῦ, στάδιοι

---

sit longitudine, quae rectà Pontum secantibus existat, quam quae orarum, quas in navigando veteres maxime legisse constat, ambages una ad hunc stadiorum numerum si retuleris, efficiatur, praesertim si eam terram, quae nunc a Caucasi radicibus ad mare usque procurrit, maris undis olim tectam fuisse statuas. Nec igitur mirum, quod Herodotus, cuius aetate, navigandi arte minus exculta, litora proxime legerent, tantam longitudinem Ponti esse edixerit; cum qui postea de his retulerint, quo tempore iam longius a terra navigare incoepissent, minorem stadiorum numerum posuerint. Quod idem teneri vult Kruse (Ausmess. d. Pont.) pag. 13 seqq. 113 copiosius in haec inquirens, cum veteres semper navigarint oras ac litoras legendo, vel in minimos sinus subinde intrantes; quod ipsum vero cum non plane sufficiat, *noctis* itinera ab Herodoto adiecta esse suspicatur, ut maior viae longitudo efficeretur, cum vera Ponti longitudo optime conveniat cum stadiorum numero, qui e solis dierum itineribus supputatis prodeat. Quae alia affert argumenta, e maris natura partim deprompta, ea hic transscribere longum est; namque Herodotus, quem erroris suspicione liberare studet Kruse, tum in negligentiae vitium incidisse putandus erit. Cf. Dahlmann. Herodot. pag. 61 et Rennel. pag. 464 de situ orarum Ponti eiusque longitudine Herodotum recte sensisse negans. Cui qui ita patrocinari studet Larcherus, ut minora stadia adhibuisse putandus sit, quorum undecim millia aequent CCXXVI milliaria Gallica (Lieues) quae ipsa sit vera Ponti longitudo; profecto non vidit, eadem minora stadia, si in longitudine definienda valeant, in reliquis quoque mensuris valeant necesse esse, eoque ipso omnem perverti mensurarum rationem. Herodotum, quae cognoverit, retulisse indeque excusari posse Mannerti est sententia IV p. 320. Et sane, meâ quidem sententia, excusandus erit Noster, si accuratam longitudinis Ponti cognitionem, quam nemo suae et posterae aetatis et vix quisquam nostra habuit aetate, sibi comparare haud potuerit indeque ea si retulerit, quae ab aliis fando audiisset, Ionibus aut Milesiis commercii causa hoc mare perlustrantibus, aut quae sibi ipsi maxime viderentur probabilia Pontum pernaviganti.

τὸ δὲ εὖρος— στάδιοι τριηκόσιοι καὶ τρισχίλιοι] *τριηκόσιοι* unus Sancrofti liber ex emendatione; cf. IV, 86. Reliqui *διηκόσιοι*. Breigero aliorum scriptorum de Ponti latitudine testimonia, ab Herodoto non admodum discedentium, colligenti l. l. videtur non valde a vero aberrasse Noster, quum e Danvillii ratione 3375 stadia minora expleant latitudinem,

3 τριηκόσιοι καὶ τρισχίλιοι. τούτου τοῦ πελάγεος τὸ 61
στόμα ἐστὶ εὖρος τέσσερες στάδιοι· μῆκος δὲ τοῦ
στόματος, ὁ αὐχὴν, τὸ δὴ Βόσπορος κέκληται, κατ'

---

modo non eà, quà Herodotus velit parte, sed ab Heraclea inde usque ad Borysthenem, quà latissimum esse dicunt Pontum, illam sumseris. Cf. quoque Rennel. l. l. pag. 469. Et monet quoque Dureau de la Malle l. l. pag. 181 latitudinem Ponti ab Herodoti aetate usque ad nostrum tempus videri valde diminutam, multa terra ad fluminum ostia praesertim aggesta. Nec admodum recedunt ab Herodoteis numeris milliaria Gallica CXXIV$\frac{1}{3}$ (lieues); quibus veram Ponti latitudinem contineri asserit Plinii interpres Gallus. Quo magis a vero aberrasse putamus Larcherum, qui pro diversa, quam ponit, stadiorum ratione nonnisi LXVII milliaria Gallica hinc effici statuit, cum, vulgaria si sumantur stadia, existant CXXXVII milliaria Gallica et quod excurrit. Kruse l. l. pag. 26 hic quoque noctium itinera addita censet, quo maior existeret latitudo, quae revera sit LII milliarr. Germanicc. trium dierum itinere quae confici possint. — Ad verba τῇ εὐρύτατος αὐτὸς ἑωυτοῦ conf. I, 193. 203.

τούτου τοῦ πελάγεος τὸ στόμα ἐστὶ εὖρος τέσσερες στάδιοι] Observat Kruse l. l. pag. 29 vocem στόμα apud Herodotum duplici sensu accipi, et arctiori, de illo Bospori loco maxime angusto, prope Iovis Urii templum (ut hoc loco), et latiori de omni Bospori longitudine, ut in verbis proxime sequentibus: μῆκος δὲ τοῦ στόματος; quibus ipsis perspicuitatis causa addita putem haec: ὁ αὐχὴν, τὸ δὴ Βόσπορος κέκληται, ne quis scilicet vocem στόμα sensu arctiori hic quoque positum accipiat. Intelligitur autem, ut Kruse l. l. pag. 30 seqq. statuit, locus prope *Anadoli Kavak*, ut nunc vocatur, maxime ille quidem per totum tractum angustus. Et sane in latitudine indicanda plures cum Herodoto consentiunt rerum scriptores, Strabo, Eustath. ad Dionys. Perieg. l. l., alii; dissentit Scylax *septem* et Polybius *duodecim* ponens stadia; recentiores modo *quatuor* modo sex stadiis loci huius latitudinem definiunt. Vid. Breiger. l. l. pag. 27 et Kruse l. l. pag. 41, qui differentiam ita tolli posse putat, ut temporum decursu loci natura mutatâ, ipsum fretum, olim arctius, iam latius factum fuisse existimetur. Conf. etiam Tzschuck. ad Mel. nott. exegg. Vol. III P. I pag. 569. — De accusativi εὖρος ratione conf. Matth. Gr. Gr. §. 425, 5, 2 pag. 785.

ὁ αὐχὴν, τὸ δὴ Βόσπορος κέκληται] Ad structuram cf. Matth. §. 428, 5. Ad significationem vocis αὐχὴν cognoscendam faciunt, quae ad I, 72 notavimus. Add. IV, 118 ἐπὶ τῷ αὐχένι τοῦ Βοσπόρου et Maxim. Tyr. Diss.

ὃ δὴ ἔζευκτο ἡ γέφυρα, ἐπὶ σταδίους εἴκοσι καὶ
4 ἑκατόν ἐστι. τείνει δ' ἐς τὴν Προποντίδα ὁ Βόσ-
πορος. Ἡ δὲ Προποντὶς, ἐοῦσα εὖρος μὲν σταδίων
πεντακοσίων, μῆκος δὲ τετρακοσίων καὶ χιλίων,

VIII, 7 ibique Davis. pag. 140. Plut. Pericl. 19 init. Eodem sensu a Mela, Plinio, aliis memorari *fauces* ad Melae locum I, 19 notavit Tzschucke in nott. exegg. (Vol. III P. I) pag. 571 coll. Vol. III P. II pag. 26. Et monet quoque h. l. Italus interpres αὐχὴν de angusto terrae sive maris dici tractu; unde factum, ut quem αὐχένα, i. e. *collum*, Graeci dixerint Bosporum, eum Turci *bogaz*, Itali (quod idem fere valet) *il braccio di San Giorgio* vocarint. Videtur locutio ducta a corporis humani similitudine, quam eandem posterae quoque aetatis scriptores adhibentes, Propontidem vocarunt *ventrem* et Hellespontum *vesicam*. Monuit Kruse l. l. pag. 31.

ἐπὶ σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν ἐστι] In hac longitudinis mensura scriptorum testimonia ferme concordant, quae etiam non nisi quadraginta stadiis differre videtur ab ea, quam nunc scribunt tractus esse longitudinem. Ac tolli hanc ipsam differentiam, si Bosporus usque ad Cyaneas producatur insulas uno milliario Germanico, statuit Kruse pag. 43 seqq. 119 seqq. Breigero l. l. pag. 26 aliquot saltem stadiis in longitudine definienda errasse videtur Noster; cui quod succenseamus eam ob causam, sanequam non erit.

Ἡ δὲ Προποντὶς, ἐοῦσα εὖρος μὲν σταδίων πεντακοσίων] *Propontidem* nunc vocari *mare album* s. *mare di Marmora*, nemo nescit; cuius latitudinem *undecim* milliariorum Germanicorum esse cum tradant, haud scio an lapsus fuerit Mannert. IV, pag. 594 latitudinem Propontidis, quae *decem* sit milliariorum geographicorum, accurate emensum esse Herodotum scribens. De quo ipse viderit. Qui enim *quingenta* stadia (id est XII½ milliarr. Germanicc.) latam esse Propontidem scripsit, si a Bisanthe s. Rodosto (ut nunc vocant) proficiscaris; is sane *sexaginta* stadia addidisse minimeque igitur accurate spatium indicasse putandus erit. At excusari posse Herodotum censet Kruse l. l. pag. 47. 120, si Herodotum non rectâ Propontidem traiecisse putemus, sed navigatione praeter insulas facta eoque modo multum productâ, vel ob fluctus Bospori cursum rectum praepedientes. Breiger. l. l. pag. 24 de his pronuntiare non audet, cum haud teneamus locos, ad quos referri queat mensura hîc tradita.

μῆκος δὲ τετρακοσίων καὶ χιλίων] Accuratius in Propontidis longitudinem inquirens Kruse l. l. pag. 48 seqq. Hero-

καταδιδοῖ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, ἐόντα στεινότητι μὲν ἑπτὰ σταδίους, μῆκος δὲ τετρακοσίους. ἐκδιδοῖ

---

doti mensuram invenit a vero vix quadraginta differre stadiis; quod ipsum non tanti esse recte monet, ut scriptorem socordiae incusemus. Breigero, qui l. l. pag. 24 seq. *minora* hic intelligi vult stadia, equidem adstipulari nequeo, qui in Krusii sententia acquiescendum censeo.

καταδιδοῖ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον] Frequentius utique hoc sensu apud Nostrum invenias *ἐκδιδόναι* de fluvio, qui in alium fluvium aut in mare influit, ut v. c. I, 80. 189. II, 22. 30. 34. IV, 49. 86 alibi. Et paulo inferius hoc ipso utitur vocabulo. — De *Hellesponti* nomine vix est, quod dicamus post copiosissimam disputationem Tzschuckii ad Mel. II, 2 nott. exegg. pag. 109 seqq. (Vol. III P. II). Hoc unum hic teneri velim (de quo et ipso disputat Tzschucke l. l. p. 110), Hellespontum tum latiori sensu et magis antiquo, ut videtur more ita dici, ut omnem Propontidem, quam vocant, simul una cum ipso freto Hellesponti, a Sigeo inde igitur usque ad Byzantium, comprehendat (cf. IV, 33. 138. VI, 33, alia, quae et Breiger. l. l. pag. 20 et Kruse l. l. pag. 48 attulerunt); tum arctiori sensu de isto tantum canali, quem *Dardanellorum* nomine sive freti *Gallipolitani*, quoniam ab urbe Gallipolitana initium vulgo constituunt, hodieque designant; vid. IV, 85. 86. VII, 33. 35 et conf. Breiger. et Kruse l. l.

ἐόντα στεινότητι μὲν ἑπτὰ σταδίους] Sine causa, meo quidem ex iudicio, pro *στεινότητι* Schweigh. malebat *στεινότητα* ob antecedentes accusativos *εὖρος, μῆκος*. Ad argumentum conferri debet VII, 33. 34, ubi locum, quo septem stadia angustus sit Hellespontus, accuratius definit, prope *Abydum* (cuius loco nunc in terra prominenti iacet *Nagara*), cuius e regione in altera Hellesponti ripa olim *Sestos*, nunc rudera arcis *Zemenik* in colle prope *Jalova*. In *septem* stadiorum numero plerisque cum Herodoto convenit; unus qui discedit Xenophon. Hellenn. IV, 8, 5 *octo* ponens stadia, is spatium, quo urbes, non quo maria distant, indicasse videtur. *Duo* tantum stadia memorat Polyb. XVI, 4; nisi mendum in loco subest. Nec magis recentiores sibi constant, inter quos Lechevalier atque Kruse *decem* stadia Hellespontum re vera nunc angustum esse dicunt, Herodotum una cum reliquis scriptoribus lapsum esse existimantes vel ipsas maris angustias temporum decursu paulatim extensas esse. Vid. Kruse l. l. pag. 51 seqq. 72 seqq. 77 seq. 120. Unde retractanda erunt quodammodo, quae apud Breiger. l. l. pag. 24 25 leguntur.

μῆκος δὲ τετρακοσίους] *Decem* hinc efficiuntur milliaria

δὲ ὁ Ἑλλήσποντος ἐς χάσμα πελάγεος, τὸ δὴ Αἰγαῖον καλέεται.
86 Μεμέτρηται δὲ ταῦτα ὧδε· νηῦς ἐπίπαν μάλιστά κη κατανύει ἐν μακρημερίῃ ὀργυιὰς ἑπτακισμυρίας, νυκτὸς δὲ, ἑξακισμυρίας.

Cursus navis diurnus, DCC stadiorum; nocturnus, stadiorum

Germanica; quae verissima esse optimeque congruere monet Kruse l. l. pag. 52. 120. Secus videbatur Breigero, qui pag. 21 — 23, recentiorum testimoniis de Hellesponti longitudine allatis, Herodoteam mensuram contendit esse nimiam, neque cum aliorum indiciis conciliari posse nisi minoribus hic quoque stadiis Nostrum usum fuisse sumas. Mihi potior Krusii sententia.

Cap. LXXXVI.

νηῦς ἐπίπαν κ. τ. λ.] De voce ἐπίπαν conf. IV, 68. Mox dedi ἐν μακρημερίῃ cum Mediceo, Florentino, aliis duobus. Reliqui libri: ἐν μακρῇ ἡμέρῃ, quod a melioribus codd. afferri minime dicere debebat Schneider. in Lex. Gr. s. v. Apud Scylac. in Peripl. pag. 8 Hudson. p. 248 Gail. legimus: παράπλους δέ ἐστι — ἡμέρας μακρᾶς.

ὀργυιὰς ἑπτακισμυρίας, νυκτὸς δὲ, ἑξακισμυρίας] ὀργυιὰς pro ὀργυιέας cum recentt. edd. dedi. Cf. II, 149. Est vero talis Herodoti computatio, ut uno eoque longo die navis conficiat iter 70,000 orgyiarum, nocte autem 60,000 orgyiarum: quae summam 700 et 600 stadiorum efficiunt ea ex ratiocinatione, quam ad II, 149 tradidimus. Quam Herodoti rationem vulgo receptiorem fuisse observat Wesselingius, alios quosdam hinc discedentes afferens. Vid. Ukert Geogr. d. Gr. u. Röm. I, 2 p. 56 seq. 58. Add. Casaubon. ad Strab. I p. 61 (s. p. 35), de vario modo, quo veteres et terrestria et maritima itinera emensi sint, monens. Ac locorum distantias omnino secundum navigationis dies, qui ad tale iter conficiendum insumi soleant, definiri recte notat Gail. ad Scylac. in Geogrr. minorr. I pag. 328 seq. Unde iter ipsamque distantiam vix accuratius indicari posse quivis intelliget, qui locorum difficultates, ventos magis minusque prosperos, aestus, fluctus, vada, alia navigationis impedimenta, quin ipsas naves non pari cursu, sed partim velocius partim tardius progredientes, satis respexerit; quamquam ubi stadiis spatium haud licuit accurate definire, alteram rationem secundum navigationis dies, latiorem illam quidem, veteres, ut v. c. Scylacem praetulisse sponte patet. Quae cum ita sint, haud mirum, huiusmodi mensuras laxiori sensu apud Scylacem accipiendas esse, qui nec ipse in illis indicandis sibi constans reperitur, monente Gail. l. l. p. 329 coll. 334. Quo minus Mannertus I p. 214 quingentorum stadiorum mensuram a Scylace semper observari debebat pronuntiare. Et

2 ἤδη ὦν ἐς μὲν Φᾶσιν ἀπὸ τοῦ στόματος, (τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ Πόντου μακρότατον,) ἡμερέων ἐννέα πλόος ἐστὶ, καὶ νυκτῶν ὀκτώ· αὗται ἕνδεκα μυριάδες καὶ ἑκατὸν ὀργυιέων γίνονται· ἐκ δὲ τῶν ὀρ-

DC; Pontus ubi longissimus, et ubi latissimus: collectae ab ipso Herodoto mensurae: mater Ponti Maeotis.

---

quingenta stadia (quae undecim fere geographica milliaria aequant) diei totidemque noctis in navigationem vulgo apud veteres numerari censet quoque Kephalides Histor. mar. Casp. pag. 105 seqq. Calidius de Herodoto pronuntiat Rennel. pag. 390, Herodotum diurna itinera falso emensum esse contendens; melius, si quid video, Miot, Gallus interpres in nota ad h. l., qua Herodoti mensuras cum vera maris longitudine bene congruere ostendit. In clausula denique addere iuvat, quod Mannert. l. l. ex his Herodoti mensuris colligi vult, Milesios scil. tum temporis iam altum tenere mare ausos ipsosque nautas eam artis peritiam nactos esse, ut, quantum spatii uno die navis conficeret, definire potuerint. Quod ad nocturnam Ponti navigationem attinet, etiamnum periculosam ob nebulas ventorumque vim ac fluctus, Kruse l. l. pag. 20, nocturna itinera ab Herodoto sponte adiecta esse sumens, quo maius efficeretur intervallum, veteres contendit prorsus abstinuisse a nocturna navigatione, instrumentis nauticis praesertim destitutos atque accuratiori navigandi arte carentes. Quod mihi quidem vir doctissimus nondum persuasit, qui idem rationem, quae inter diurna ac nocturna intercedat itinera, falso ab Herodoto prodi pronuntiat.

ἤδη ὦν ἐς μὲν Φᾶσιν ἀπὸ τοῦ στόματος] Ad Phasin plerosque veterum scriptores extremum Ponti Euxini recessum ponere de longitudine Ponti disputantes, observat Breiger. l. l. p. 38. — *στόμα*, s. *Os Ponti* (de qua appellatione vid. pluribus monentem Tzschucke ad Pompon. Mel. I, 19 nott. exegg. p. 570 Vol. III P. I), eo loco ponimus cum Kruse l. l. p. 11 sqq. 30 sqq. 38 sqq., ubi Iovis Urii fuit templum; *Anadoli Kavak* nunc vocant. A quo loco usque ad Phasis ostia spatium esse CXLII ferme Germanicorum milliariorum tradunt.

αὗται ἕνδεκα μυριάδες καὶ ἑκατὸν ὀργυιέων γίνονται] Tu vid. nott. ad II, 119. Ac recte monuit Schweighaeuserus, intelligi 111 myriades sive 1,110,000 orgyias; unde non opus cum Larchero in nott. ad h. l. et Breiger. l. l. pag. 38 ita transponere voces: *ἕνδεκα καὶ ἑκατὸν μυριάδες ὀργυιέων*. Add. Kruse l. l. pag. 9 in not. Inde paulo inferius cum recentt. edd. exhibui *τρεῖς μυριάδες καὶ τριήκοντα*, ubi vulgo *τρεῖς καὶ τριήκοντα μυριάδες*; quem ordinem verborum retineri vult censor Ienensis (1817 nr. 162 pag. 364).

γυιέων τουτέων, στάδιοι ἑκατὸν καὶ χίλιοι καὶ μύ-
3 ριοί εἰσι. ἐς δὲ Θεμισκύρην τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι
ποταμῷ ἐκ τῆς Σινδικῆς, (κατὰ τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ
Πόντου εὐρύτατον,) τριῶν τε ἡμερέων καὶ δύο
νυκτῶν πλόος· αὗται δὲ τρεῖς μυριάδες καὶ τριή-
κοντα ὀργυιέων γίνονται, στάδιοι δὲ τριηκόσιοι καὶ
4 τρισχίλιοι. Ὁ μέν νυν Πόντος οὗτος καὶ Βόσπο-
ρός τε καὶ Ἑλλήσποντος οὕτω τέ μοι μεμετρέαται,
5 καὶ κατὰ τὰ εἰρημένα πεφύκασι. Παρέχεται δὲ καὶ
λίμνην ὁ Πόντος οὗτος, ἐκδιδοῦσαν ἐς ἑωυτὸν, οὐ

ἐς δὲ Θεμισκύρην τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι] De *Thermodonte*, qui nunc appellatur *Termeh*, paucis monuimus ad II, 104, ubi (p. 717) mendose expressum exstat *Permeh* pro *Termeh*. Ad quem fluvium Amazones habitasse dicuntur in urbe *Themiscyra*, ad fluvii ostia sitâ. Cf. Anon. Descript. Pont. §. 16 T. III pag. 156 ed. Gail. Strab. XII pag. 547 s. 823 B. coll. Schol. Apoll. Rhod. II, 373. Plura Tzschucke ad Mel. I, 19 nott. exegg. (Vol. III P. I) pag. 602, qui idem p. 601 de Thermodonte. — Pro *Σινδικῆς* omnes libri scripti *Ἰνδικῆς*. Sed vid. nott. ad IV, 28 et conf. Kruse l. l. pag. 26.

οὕτω τέ μοι μεμετρέαται] Qui locus sane videtur indicio esse, ipsum Herodotum haec maria visisse ipsumque distantias fuisse emensum, iter facientem non recto cursu, sed, ut probabile fit, oras legentem sinusque visitantem. Cf. Breiger. l. l. pag. 19. Heyse p. 130 et supra nott. ad IV, 46. Unam paludem Maeoticam vix ille videtur adiisse, nedum pernavigasse; quippe de cuius ambitu eum non recte edoctum fuisse, sequentia satis docent, congrua quamvis iis, quae IV, 3 tradidit, *maximum* esse lacum commemorans. Cf. Heyse l. l. pag. 134. Breiger. pag. 33, qui Herodotum erroris crimine ita liberari posse putat, ut verba *οὐ πολλῷ τέῳ ἐλάσσω ἑωυτοῦ* (in quibus cave deleas *οὐ*, quod praeter Herodoti libros scriptos tuetur quoque Eustathii auctoritas ad Dionys. Perieg. vs. 163) non de omni lacus ambitu accipiantur, sed ad longitudinem et latitudinem referantur. Quae vereor ut sufficiant. Conferantur caeterum de Maeoticae paludis ambitu Scylax §. 69 p. 30. Huds. p. 283 T. I Gail. (quae repetiit Anonym. in Peripl. Pont. §. 1 pag. 206 T. III ed. Gail.) Casaubon. ad Strabon. VII p. 310 s. 477 et quae Wesselingius profert Dionysii Byzant. verba ex Anaplo Ponti. Add. Mannert. IV pag. 323.

Παρέχεται δὲ καὶ λίμνην ὁ Πόντος οὗτος] *οὗτος* a pluribus codd. abest. Schweighaeusero repetitum videtur pronomen, quo distingueretur *hic*

πολλῷ τέῳ ἐλάσσω ἑωυτοῦ· ἣ Μαιῆτίς τε καλέεται, καὶ μήτηρ τοῦ Πόντου.

87 Ὁ δὲ Δαρεῖος, ὡς ἐθηήσατο τὸν Πόντον, ἔπλεε ὀπίσω ἐπὶ τὴν γέφυραν, τῆς ἀρχιτέκτων ἐγένετο
2 Μανδροκλέης Σάμιος. Θηησάμενος δὲ καὶ τὸν Βόσπορον, στήλας ἔστησε δύο ἐπ' αὐτῷ λίθου λευκοῦ,

Mandrocles Samius, pontis architectus: duo cippi ad Bosporum erecti, literisque Assyriis et Graecis inscripti: magni-

---

Pontus ab Hellesponto proxime memorato. De verbo *παρέχεσθαι* conf. IV, 44 fin.

μήτηρ τοῦ Πόντου] Vid. nott. ad IV, 52. Respexit haec Eustath. ad Dionys. Perieg. 14. 163.

Cap. LXXXVII.

ἔπλεε ὀπίσω ἐπὶ τὴν γέφυραν] Rex eo ex loco, ubi Bosporus ponte iunctus erat (conf. IV, 85 init.), navi profectus erat ad Cyaneas insulas, indeque reversus ad Iovis Urii templum in ipso Ponti introitu situm, ubi assidens omnem Pontum contemplatus est; quo facto rediit eum ad locum, ubi pons structus erat.

Μανδροκλέης Σάμιος] „De hoc *Mandrocle* vid. Tzetz. Chiliad. I, hist. 31 et Iunium in Catalog. Artific. in voc. pag. 118 ibique laud. Brissonium de reg. Persar. princip. lib. III [§. 97, ubi etiam reliqua veterum testimonia de Dario Bosporum iungente operâ Mandroclis]." *Creuz.* Idem Mandrocles mox cap. 88, ubi pro *Μανδροκλέης* in Antholog. Palat. VI, 34 *Μανδροκλέων*. *Ἀνδροκλέης* exstat apud Gyll. De Bospor. Thrac. II, 15, idemque placeret Wesselingio, ni libri scripti apud Herodotum adversarentur. In Sillig. Catalog. Artific. *Mandroclem* invenire non potui.

στήλας ἔστησε δύο ἐπ' αὐτῷ] *ἐπ' αὐτὸν* Mediceus, Florentinus, alii; cuius loco quod Gronovius repositum olim voluit *ἐπ' αὐτῷ* (*ad ipsum* scil. *Bosporum*), id duobus libris comprobatum in textum transiit, auctoribus Valcken. et Wesseling., qui confert IV, 86 *ἐπὶ Θερμώδοντι*. Alia dabit Fischer. ad Weller. III, b. pag. 233 seq. Schaeferus ex Aldina aliisque recepit *ἐπ' αὐτοῦ:* quod ipsum quodammodo stare posse, monstrant, quae Fischer. affert l. l. pag. 229; quibus Schwgh. addit Herod. VII, 6. 115. Lex. Polybian. pag. 242 nr. 4. Et conf. quoque Pausan. II, 2, 2 coll. I, 29, 7. *στήλας* Noster vocat *cippos*, ut recte observat Italus interpres; quales omnino in finibus imperii, terminorum tropaeorumque loco, scriptos a veteribus positos fuisse, haud pauca commonstrant exempla a Zoega collecta De Obeliscc. p. 577. Ex eodem genere ille est cippus, quem literis inscriptum, ad Tearum amnem erexit Darius, ut legimus IV, 91.

tudo exercitus et classis: quid cippis illis postea factum: Dianae Orthosiae ara et Bacchi templum Byzantii.

ἐνταμὼν γράμματα, ἐς μὲν τὴν Ἀσσύρια, ἐς δὲ τὴν Ἑλληνικὰ, ἔθνεα πάντα ὅσαπερ ἦγε· ἦγε δὲ πάντα 322
3 τῶν ἦρχε. τούτων μυριάδες ἐξηριθμήθησαν, χωρὶς τοῦ ναυτικοῦ, ἑβδομήκοντα σὺν ἱππεῦσι· νέες δὲ
4 ἑξακόσιαι συνελέχθησαν. Τῇσι μέν νυν στήλῃσι ταύτῃσι Βυζάντιοι, κομίσαντες ἐς τὴν πόλιν ὕστερον τούτων, ἐχρήσαντο πρὸς τὸν βωμὸν τῆς Ὀρθωσίης Ἀρτέμιδος, χωρὶς ἑνὸς λίθου· οὗτος δὲ

ἐνταμὼν γράμματα — ἔθνεα πάντα ὅσαπερ ἦγε] Rex insculpi iussit in hos cippos omnium, quas ducebat, gentium nomina et fortasse quoque singularum numerum. Videntur autem verba *ἐνταμὼν γράμματα — ἔθνεα* idem valere ac si dixisset *ἐγγραψάμενος ἔθνεα*; ut haud necesse fuerit *γράμματα* accipere pro *inscriptione*. Namque alter accusativus *ἔθνεα* vix aliter explicandus atque IV, 88 (*ζῶα γραψάμενος πᾶσαν τὴν ζεῦξιν*, i. e. *ζωγραφήσας πᾶσαν τ. ζ.*), de quo Matthiae Gr. Gr. §. 421, 4 p. 776. Infra IV, 91: *γράμματα ἐγγράψας λέγοντα τάδε*. — Ad particularum iuncturam atque ordinem (*ἐς μὲν τὴν — ἐς δὲ τὴν*) faciunt, quae collegit Krüger. ad Dionys. Halicarnass. pag. 160.

Ἀσσύρια] Literas Assyrias easdem esse atque Babylonicas, cum Assyriae ac Babyloniae nomen promiscue ponatur (vid. nott. ad I, 192), statuit Heeren. Commentatt. societ. Gott. XIII p. 35 seq. coll. Ideen etc. I, 2 pag. 369, ubi hasce Assyrias literas earum ex genere esse vult, quae nunc vocantur *cuneatae*, in monumentis Babylonicis obviae et a Persis in publicorum monumentorum inscriptionibus adhiberi solitae. De lingua *pehlviaca*, quae Persarum in aula tum fuerit recepta, cogitandum putat Palmblad in scriptione ad I, 193 laudata, pag. 19. *Cr.* excitat ad h. l. Gött. Anz. 1802 p. 1191 coll. p. 1187. Hager. in Asiat. Magaz. nr. IV p. 308. 315, et de literis Assyriis ac lingua conferri vult Iablonski Opuscc. Vol. III p. 126 seqq. 130 seq. Volney Recherches nouvelles sur l'histoire ancienne T. III cap. 14 p. 184 seqq. Palin Etude d. hieroglyph. Vol. I p. 19.

τούτων μυριάδες ἐξηριθμήθησαν κ. τ. λ.] Cum Persarum copiae ex omnibus provinciis collectae secundum myriades omnino recenseri solerent, in his quoque numeris vix quidquam esse, quod nos offendere debeat, recte monere videtur Heeren. Ideen. I, 1 pag. 518.

πρὸς τὸν βωμὸν τῆς Ὀρθωσίης Ἀρτέμιδος] *Diana Orthosia*, s. *Orthia* Spartae inprimis culta fuit; ad cuius aram more antiquitus recepto eoque crudeli (cum olim homines mactatos esse fama ferret) pueri verberibus

κατελείφθη παρὰ τοῦ Διονύσου τὸν νηὸν ἐν Βυζαντίῳ, γραμμάτων Ἀσσυρίων πλέος. Τοῦ δὲ Βοσπόρου ὁ χῶρος τὸν ἔζευξε βασιλεὺς Δαρεῖος, ὡς ἐμοὶ δοκέειν συμβαλλομένῳ, μέσον ἐστὶ Βυζαντίου τε καὶ τοῦ ἐπὶ στόματι ἱροῦ.

88 Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα, Mandrocles a Dario donatus,

---

caedebantur. De quo Pausan. Lacon. 16, 6. Spanhem. ad Callimach. in Dian. 174, ne plura. De ipsa dea vix est quod moneam post Creuzeri disputat. in Commentt. Herodd. p. 247 seqq. (qui idem nunc addi vult M. de Stackelberg. Der Apollotempel zu Bassae in Arcadien p. 135 seqq.) coll. C. O. Müller. Dor. I p. 381 seqq. Nec mirum, deae istius lunaris sacra, Doribus, ut videtur, maxime propria et ex ipsa Scythica s. Taurica terra in Graeciam allata quae dicerentur, posthac in Dorum quoque colonias, ad quas Byzantium pertinuisse nemo nescit, una cum colonis transvecta fuisse. Ac procul dubio Herodotus Byzantii commoratus suisque oculis, quae hic memoriae prodidit, contemplatus est. Nam qui Ponti vidit oras, eum Byzantium quoque venisse, dubitari nequit. Conf. Heyse l. l. pag. 129.

ὡς ἐμοὶ δοκέειν συμβαλλομένῳ] δοκέειν e duobus libris iure receptum pro δοκέει. Cf. II, 124. VIII, 30. Ad significationem verbi συμβάλλεσθαι conf. I, 68. II, 33. III, 68. VII, 24. 184. 187. VIII, 30.

μέσον ἐστὶ Βυζαντίου τε καὶ τοῦ ἐπὶ στόματι ἱροῦ] Duo loca, inter quae medium struxisse videtur pontem Darius, ea vult esse Kruse, quorum alterum nunc vocetur *Anadoli Kavak* s. *maris nigri castellum*, alterum pro *apice palatii Constantinopolitani* (*Serail* nunc vocant) perhibeatur, ubi olim Byzantii arx ipsumque Dianae Orthosiae templum. — ἱρὸν in faucibus Ponti situm procul dubio est *Iovis Urii templum*, e quo ipso in Pontum navigaturos solvisse testatur Arrian. in Peripl. §. 11; Iovem nimirum, qui secundos ventos prosperumque cursum praeberet, (unde *Urii* nomen illius) invocantes. In promontorio sive editiori loco, quem adhuc *Ioro* (corrupto scil. nomine ex ἱρόν) vocari auctor est Tournefort, situm illud fuit, maximeque celebratum, crebrius inde simplici *templi* s. *fani* nomine, ut v. c. in Anonym. Stadiasm. Prolog. (T. II p. 434 ed. Gail., cuius notata vid. ibid. pag. 503 seq.) Causam aperuit Arrian. Peripl. (T. III pag. 62 seq. ed. Gail.) §. 12: — κεῖται χωρίον λεγόμενον Ἱερὸν, ἐν ᾧ ναός ἐστι Διὸς Οὐρίου οὕτω προσαγορευομένου· τοῦτο δὲ τὸ χωρίον ἀφετήριόν ἐστι τοῖς εἰς τὸν Πόντον πλέουσιν. — τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου διέχει ἀπὸ Βυζαντίου σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν· καὶ ἔστιν στενότατον ταύτῃ τὸ στόμα τοῦ Πόντου καλούμε-

Iunoni Samiae picturam dedicat.

ἡσθεὶς τῇ σχεδίῃ, τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτῆς Μανδροκλέα τὸν Σάμιον ἐδωρήσατο πᾶσι δέκα. ἀπ᾿ ὧν δὴ Μανδροκλέης ἀπαρχὴν, ζῶα γραψάμενος πᾶσαν τὴν ζεῦξιν τοῦ Βοσπόρου, καὶ βασιλέα τε Δαρεῖον

νον καθότι εἰσβάλλει εἰς τὴν Προποντίδα· ταῦτα μὲν εἰδότι σοι λέγω. Add. ibid. §. 25. Anonym. Peripl. §. 1 (pag. 140 T. III ed. Gail.), alia, quae attulit Gail. II p. 503. Osann. Disput. de fragm. Peripl. Graec. T. III p. 288 seqq. ed. Gail. coll. Tzschucke ad Mel. I, 19 pag. 573 (Vol. III P. I) nott. exegg. Et confer sis supra IV, 85. Ciceron. in Verr. IV, 57. Quin inscriptionem ad Iovis Urii sacra spectantem prope Anadoli Kavak eo ipso loco, ubi templum Iovis, cuius nulla adhuc superesse dicuntur rudera, exstructum fuisse probabile est, recentiori aetate inventam esse accepimus. Post Chishull. Antiqq. Asiatt. pag. 39 exhibuit Kruse l. l. pag. 37 seq., ac potissimum Osann. Sylloge Inscriptt. p. 228. Add. quos citat Schöll. Hist. de la Lit. Grecq. III pag. 45. 46. Quae cum ita sint, locum, ubi Bosporus ponte fuit iunctus vix alium esse atque eum, ubi nunc in Europae orâ *Rumili-Eski-Hissar*, in Asiae litore *Anadoli - Eski - Hissar;* quae arces vetustae *oblivionis turres* vulgo vocantur; quoniam qui perpetuae captivitatis poenam luere debeant, illic inclusi tenentur, magna cum probabilitate statuit Kruse, alias quoque ob causas hunc locum ad transeundum maxime idoneum atque accomodatum esse exponens. Cuius vid. copiosam disputationem pag. 31 — 38. 108 — 114. Append. pag. 9. 17 seq.

Cap. LXXXVIII.

ἡσθεὶς τῇ σχεδίῃ] *Ratibus* pontem iunctum fuisse patet; minime vero illud, quo pacto hae rates fuerint iunctae, quove omnino modo pons fuerit constructus; nisi quae de ponte, quo Xerxes Hellespontum iunxit, accuratius tradita apud Nostrum exstant, ad hunc quoque Darii pontem referre velis. Hinc rates CCXXX numero easque pentecontoros fuisse suspicatur Kruse, quem confer. l. l. pag. 116. 117.

πᾶσι δέκα] i. e. *denis rebus omnibus* s. *denis ex quovis genere.* Hinc recte Italus interpres: „*donò dieci cose d'ogni genere.*" Cf. nott. ad I, 50. III, 18.

ζῶα γραψάμενος] Cum editt. recentt. seiunxi haec verba auctoritate trium codd. atque Eustathii ad Iliad. VI pag. 626, 54 s. 481, 6. Olim ζωαγραψάμενος coniunctim. Et sane serior aetas dixit ζωγραφεῖν, quo ipso verbo utitur Eustathius in Herodotea hac locutione explicanda. At veretur Schaefer. ad Dionys. Halicarn. De compos. verbb. pag. 290, ut satis Graecum sit ζῶα γράφειν τι pro ζωγράφειν τι, indeque Herodoti in loco, distinctione

ἐν προεδρίῃ κατήμενον, καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ διαβαίνοντα, ταῦτα γραψάμενος, ἀνέθηκε ἐς τὸ Ἥραιον, ἐπιγράψας τάδε·

3 *Βόσπορον ἰχθυόεντα γεφυρώσας ἀνέθηκε*
Μανδροκλέης Ἥρῃ μνημόσυνον σχεδίης·
αὑτῷ μὲν στέφανον περιθείς, Σαμίοισι δὲ κῦδος,
Δαρείου βασιλέος ἐκτελέσας κατὰ νοῦν.

4 *ταῦτα μέν νυν τοῦ ζεύξαντος τὴν γέφυραν μνημόσυνα ἐγένετο.*

89 *Δαρεῖος δὲ δωρησάμενος Μανδροκλέα, διέβαινε ἐς τὴν Εὐρώπην, τοῖσι Ἴωσι παραγγείλας πλέειν ἐς τὸν Πόντον, μέχρι Ἴστρου ποταμοῦ· ἐπεὰν δὲ ἀπίκωνται ἐς τὸν Ἴστρον, ἐνθαῦτα αὐτὸν περιμένειν, ζευγνύντας τὸν ποταμόν. τὸ γὰρ δὴ ναυτι-*

Iones subvecti in Istrum bidui iter a mari, fluminis collum ponte iungunt: Darius per Thraciam it.

---

mutata, sic scribi vult: *ἀπ' ὧν δὴ Μανδροκλέης ἀπαρχὴν ζῶα, γραψάμενος πᾶσαν τὴν ζεῦξιν — ἀνέθηκε;* quod inde etiam probari arbitratur, quod ante *ἀνέθηκε* simpliciter repetatur *ταῦτα γραψάμενος*, neque *ταῦτα ζῶα γραψάμενος*. Mihi secus videtur, qui in vulgari distinctione acquiescendum esse persuasum habeo. Et conf. supra ad IV, 87 nott. de duplici accusativo, et ad I, 203. II, 4 p. 483. 929 de significatione locutionis allata, de qua *Cr.* laudat Zoega Lib. Bassirilievi ant. di Roma Part. I. Cum enim *ζῶον* effigiem quamlibet sive figuram indicet, omnis locutio nil aliud sonare videtur nisi hoc: *Mandrocles picturâ exhibuit omnem pontem regemque Darium in solio sedentem exercitumque traiicientem et eam tabulam Iunoni Samiae* [ubi fortasse Noster, quem Sami diutius commoratum esse novimus, vidit indeque ansam sumsit huius rei enarrandae] *dedicavit.* Conf. quoque Wurm. in Actt. phill. Monacc. III, 4 p. 535 seq.

ἐν προεδρίῃ κατήμενον] Quod idem Xerxem fecisse scimus Abydi ac Salamine. Ipsum locum, quo solium sibi collocarat Darius, in saxo promontorii Hermaei prominenti, in Europae igitur orâ fuisse, suspicatur vir doctus, quem sequitur Kruse l. l. pag. 114 seq.

ἀνέθηκε ἐς τὸ Ἥραιον] De hoc Iunonis templo conf. nott. ad III, 60. *Cr.* conferri vult Iacobs. Reichthum der Gr. an plast. Kunstwerk. p. 14 seq. et de scriptione, quae in duobus libris obvia est *Ἡραῖον*, notatt. in Melett. I pag. 66. De *Mandrocle* conf. nott. ad IV, 87 init. *Cr.* addit Friederic. Thiersch. Ueber die Epochen der bildenden Kunst unter den Griechen pag. 180 seqq. ed. alter.

κὸν ἦγον Ἴωνές τε καὶ Αἰολέες καὶ Ἑλλησπόντιοι.
2 Ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς στρατὸς τὰς Κυανέας διεκπλώ-
σας, ἔπλεε ἰθὺ τοῦ Ἴστρου· ἀναπλώσας δὲ ἀνὰ
τὸν ποταμὸν δυῶν ἡμερέων πλόον ἀπὸ θαλάσσης,
τοῦ ποταμοῦ τὸν αὐχένα, ἐκ τοῦ σχίζεται τὰ στό-
3 ματα τοῦ Ἴστρου, ἐζεύγνυε. Δαρεῖος δὲ, ὡς διέβη
τὸν Βόσπορον κατὰ τὴν σχεδίην, ἐπορεύετο διὰ τῆς
Θρηΐκης· ἀπικόμενος δὲ ἐπὶ Τεάρου ποταμοῦ τὰς
90 πηγὰς, ἐστρατοπεδεύσατο ἡμέρας τρεῖς. Ὁ δὲ Τέα-
ρος λέγεται ὑπὸ τῶν περιοίκων εἶναι ποταμῶν ἄρι-
στος, τά τε ἄλλα ἐς ἄκεσιν φέροντα, καὶ δὴ καὶ
2 ἀνδράσι καὶ ἵπποισι ψώρην ἀκέσασθαι. εἰσὶ δὲ αὐ-
τοῦ αἱ πηγαὶ δυῶν δέουσαι τεσσεράκοντα, ἐκ πέ-
τρης τῆς αὐτῆς ῥέουσαι· καὶ αἱ μὲν αὐτέων εἰσὶ 323
3 ψυχραί· αἱ δὲ, θερμαί. ὁδὸς δ' ἐπ' αὐτάς ἐστι

Teari fluvii aqua, fontes, cursus.

Cap. LXXXIX.

τοῦ ποταμοῦ τὸν αὐχένα — ἐζεύγνυε] *αὐχένα Istri collum* s. *fauces* dicit (monente Schweighaeuser. in Lex. Herod.), quâ fluvius in diversa brachia (ex uno quasi corpore collove exeuntia) dividitur. Cf. nott. ad I, 72. IV, 85. Incipit autem Ister in plures amnes dividi e regione urbis Ismail, quae nunc vocatur, ad locum Tiltscha; ubi flumen ponte iunctum fuisse existimes, non longe ab eo loco, ubi Pyretus s. Pruth Istro admiscetur. Cf. Rennel. pag. 420. Mannert. IV p. 220. — Ad formam *δυῶν* conf. nott. ad IV, 1.

ἀπικόμενος δὲ ἐπὶ Τεάρου ποταμοῦ τὰς πηγάς] Quae via in Tabula Peutingeriana ab Anchialo rectà meridiem versus ad Perinthum ducitur, antiqua illa et Graecis cognita, eà Darium processisse vult Mannert. VII, pag. 272, Tearique fontes ibi collocat, ubi notatur oppidum *Ut-Surgas*, in mediâ illâ viâ situm. Inde in Danvillii mappa *Teari* cursum non recte indicari observat Gatterer. (Thracien nach Herod. etc. p. 42 seq.); quippe qui *Tearum* cum Contadesdo confuderit. Auctore Ios. de Hammer. (Hist. Osman. I p. 175 not. 645) *Tearus*, cuius praeter Plinium H. N. IV, (18) 11 Simonides quoque meminit Cephal. Antholog. p. 241 et Libanius Orat. Antioch. p. 346 [T. I p. 296 Reisk.], quos locos debeo Wesselingio, nunc vocatur *Teara ssuji*, qui in *Contadesdum* influit sive *Karischduran*.

Cap. XC.

εἰσὶ δὲ αὐτοῦ αἱ πηγαὶ κ. τ. λ.] Citant ad haec verba Eustath. ad Il. χ' p. 1263, 32, s. 1362, 13. Ad vocem *δυῶν* conf. IV, 1.

ἴση ἐξ Ἡραίου τε πόλιος τῆς παρὰ Περίνθῳ, καὶ ἐξ Ἀπολλωνίης τῆς ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, δυῶν
4 ἡμερέων ἑκατέρη. ἐκδιδοῖ δὲ ὁ Τέαρος οὗτος ἐς τὸν Κοντάδεσδον ποταμόν· ὁ δὲ Κοντάδεσδος, ἐς

ἐξ Ἡραίου τε πόλιος τῆς παρὰ Περίνθῳ] *Heraeupolis* urbs aliunde non nota. Quare Perinthi suburbium fuisse suspicatur Mannert. VII p. 177, Iunonis templo insigne indeque cognominatum. Voemelio auctore (ad Demosthen. Philipp. p. 97) idem est atque Ἡραῖον τεῖχος, s. *Iunonium Castellum*, Perintho proximum, ad Bosporum et Byzantium spectans. *Perinthus*, a Samiis ad Propontidem condita maximopere vel Romanorum aetate floruisse fertur primaque Thraciae exstitit urbs, excepta Constantinopoli. A quarto inde saeculo *Heracleae* nomen accepit; nunc vocatur *Erekli* s. *Elegri*. Plura Mannert. l. l. et potissimum Tzschucke ad Mel. II, 2 pag. 102 seqq. nott. exegg. Vol. III P. II.

ἐξ Ἀπολλωνίης τῆς ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ] Verba τῆς ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ consulto addita putem, ne scilicet confunderetur haec *Apollonia* cum aliis eiusdem nominis urbibus compluribus, quae variis locis commemorantur. Haecce *Apollonia* ad oram meridionalem sinus, qui nunc ab urbe Burgas illic sita nomen invenit, a Milesiis quinquaginta fere ante Cyrum annis condita in parva insula continenti terrae iuncta, mox omnium fere coloniarum ad Ponti occidentalem oram sitarum maxime floruit. Sed ab eo inde tempore, quo a M. Crasso diruta est, veterem statum non recuperavit, praesertim cum Anchialus prope sita eo magis florere inciperet. Nunc illic oppidum *Sizeboli* bene munitum egregioque instructum portu. Plurima Tzschucke l. l. p. 95 seq. Cf. Mannert. VII pag. 144 seq.

ἐς τὸν Κοντάδεσδον] Nemo, quantum scio, alius scriptor *Contadesdi* mentionem fecit, quem Hadrianopoli Constantinopolin proficiscentibus traiiciendum esse coniicit Mannert. VII p. 16. I. de Hammer. l. l. pag. 645 eum nunc dici *Kutschukdere* tradit. Eodem Hammero auctore *Agrianes*, qui apud posterae aetatis scriptores nomine *Ergini* occurrit, hodie vocatur *Erzeneh* s. *Erganeh*, *Erkene*. Add. Gatterer. l. l. pag. 42. Miscetur ille aliquot milliaria meridiem versus ab Hadrianopoli fluvio Hebro, qui maximus fere inter Thraciae amnes (cf. Herod. VII, 59) nunc vocatur *Maritza*; quam appellationem iam saeculi decimi tertii scriptoribus Byzantinis in usu fuisse videmus. Vid., ne plura, Mannert. VII p. 14. — *Aenus* urbs ab Aeolensibus condita, sub Alexandri successoribus et vel postea Byzantinorum aetate maxime floruisse

τὸν Ἀγριάνην· ὁ δὲ Ἀγριάνης, ἐς τὸν Ἕβρον· ὁ
91 δὲ, ἐς θάλασσαν τὴν παρ' Αἴνῳ πόλι. Ἐπὶ τοῦτον
ὦν τὸν ποταμὸν ἀπικόμενος ὁ Δαρεῖος, ὡς ἐστρατοπεδεύσατο, ἡσθεὶς τῷ ποταμῷ, στήλην ἔστησε καὶ ἐνθαῦτα, γράμματα ἐγγράψας, λέγοντα τάδε·
2 ΤΕΑΡΟΥ ΠΟΤΑΜΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙ ὙΔΩΡ ΑΡΙΣΤΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΣΤΟΝ ΠΑΡΕΧΟΝΤΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΠΟΤΑΜΩΝ· ΚΑΙ ΕΠ' ΑΥΤΑΣ ΑΠΙΚΕΤΟ ΕΛΑΥΝΩΝ ΕΠΙ ΣΚΥΘΑΣ ΣΤΡΑΤΟΝ ΑΝΗΡ ΑΡΙΣΤΟΣ ΤΕ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΣΤΟΣ ΠΑΝΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ, ΔΑΡΕΙΟΣ Ὁ ὙΣΤΑΣΠΕΟΣ, ΠΕΡΣΕΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΑΣΗΣ ΤΗΣ ΗΠΕΙΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΥΣ. ταῦτα δὴ ἐνθαῦτα ἐγρά-
92 φη. Δαρεῖος δὲ ἐνθεῦτεν ὁρμηθεὶς, ἀπίκετο ἐς ἄλλον ποταμὸν, τῷ οὔνομα Ἀρτισκός ἐστι, ὃς διὰ Ὀδρυσέων ῥέει. ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν ποταμὸν ἀπι-
2 κόμενος, ἐποίησε τοιόνδε. ἀποδέξας χωρίον τῇ

Inscriptio cippi a Dario erecti ad Tearum. (91)

Darius ad Artiscum fluvium per Odrysas euntem grandes lapidum acervos ponit. (92)

---

fertur. Nunc ei nomen *Enos*, nec procul inde occidentem versus Aegaeo mari Hebrus miscetur. Cf. Mannert. VII pag. 206 seq. Plura Tzschucke ad Mel. l. l. pag. 126 seq.

Cap. XCI.

πάσης τῆς ἠπείρου] „Palmerius Exercit. p. 21 his vocibus non universam Asiam, sed quam *minorem* vocamus, intelligit; quae mihi quidem explanatio non ridet. Dario pleraque *omnis Asia* dicto audiens erat, quam ἤπειρον III, 134 advertimus.“ *Wessel.* — De *cipporum* usu apud veteres diximus ad IV, 87.

Cap. XCII.

τῷ οὔνομα Ἀρτισκός ἐστι] Tres libri Ἀρτησκός; quocum Bernhardy ad Dionysium Perieget. vs. 314 comparat Ἄλδησκος, Wesseling. Hesiodeum Ἄρδεσκος in Theogon. 345. Secundum Gatterer. l. l. p. 42 nunc vocatur *Arda* s. *Caradare*, secundum Mannert. VII p. 15. 34 appellatur *Tunsa*. Equidem non discernam.

ὃς διὰ Ὀδρυσέων ῥέει] Voculam δὴ post ὃς vulgo insertam cum recentt. edd. delevi. Videtur e seqq. huc male translata aut e seq. διὰ orta. *Odrysarum* gens per Thraciam interiorem in planitie circa Hadrianopolin Hebro perfluâ potissimum sedes suas habuisse fertur. Cuius frequens apud Thucydidem mentio, quippe cuius aetate inter Thraciae gentes potentissima fuisse videtur, quae maximam huius terrae tenuerit partem. Cf. Gatterer. l. l. pag. 13. 15. 41 seq. 151 seqq.

στρατιῇ, ἐκέλευε πάντα ἄνδρα λίθον ἕνα παρεξιόν-
3 τα τιθέναι ἐς τὸ ἀποδεδεγμένον τοῦτο χωρίον. ὡς δὲ ταῦτα ἡ στρατιὴ ἐπετέλεσε, ἐνθαῦτα κολωνοὺς μεγάλους τῶν λίθων καταλιπὼν, ἀπέλαυνε τὴν στρατιήν.

93 Πρὶν δὲ ἀπικέσθαι ἐπὶ τὸν Ἴστρον, πρώτους
2 αἱρέει Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας. οἱ μὲν γὰρ δὴ

Alii Thraces dedunt se: Thracum fortissimi et iustissimi, Getae, vi subacti.

ἐνθαῦτα κολωνοὺς μεγάλους κ. τ. λ.] Lapidibus in tumuli formam congestis monumenta erigere, praesertim montium in cacuminibus aliisque locis editioribus aut in confiniis, moris fuisse apud Graecos aeque atque orientales homines haud pauca commonstrant rudera lapideorum tumulorum, quae adhuc per Asiae atque Europae borealis tractus reperiuntur. Monuit Ritter. Erdk. II pag. 771 seq. — Pro *ἀπήλαυνε* in fine cap. cum Schweigh. et Gaisf. scripsi *ἀπέλαυνε*.

Cap. XCIII.

πρώτους αἱρέει Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας] Getae olim tenebant loca ab Haemo extensa usque ad Istrum, intra Iantram, fluvium, et Pontum Euxinum: quae nunc ad Bulgariam Serviaeque partem pertinent. Cf. Gatterer. l. l. p. 35. Sed postea Philippi Macedonis aetate Istrum traiecti regiones, quae nunc ad Valachiam atque Moldaviam pertinent, occuparunt; ubi Romanis *Dacum* nomine innotuere. Inde Plinius H. N. IV, 25 (12): „Getae, Daci Romanis dicti.“ Quamquam enim sunt, qui *Getas*, gentem Thracicam, a *Dacis* distingui velint, vix tamen dubitandum, quin Getarum populus isque potentissimus Dacos quoque comprehenderit. Vid. Bernhardy ad Dionys. Perieg. vs. 305 p. 593 seq. Niebuhr. Hist. Schrift. I pag. 376 seq. Et videntur sane temporis decursu Getae, quam Thracicam gentem esse, Herodoto atque Thucydide auctoribus, statuimus, magis magisque sedes suas commutasse indeque ad Istri superioris utramque ripam, magis igitur ad occidentem, habitasse per Transylvaniae atque Hungariae tractus. Quae uberius exponere huius loci non est. Vid Mannert. IV pag. 173 seq. VII, 30 et quae Herodoteis congrua disputat Eustath. ad Dionys. Perieg. 304. Pluribus de Getarum gente eiusque sedibus disputavit Tzschucke in nott. exegg. ad Mel. II, 2 pag. 76 seqq. Vol. III P. II. Dicuntur autem Getae *οἱ ἀθανατίζοντες*, sive, ut apud Diodorum est I, 94 *οἱ ἀπαθανατίζοντες*, i. e. *qui animas immortales esse putant*. Hunc enim huius verbi sensum esse, satis ostendit Wesseling. ad Diodor. l. l. Add. Tzschucke l. l. pag. 79. Herodotea respexit quoque Eustathius h. l.

οἱ μὲν γὰρ δὴ τὸν Σαλμυδησ-

τὸν Σαλμυδησσὸν ἔχοντες Θρήϊκες, καὶ ὑπὲρ Ἀπολλωνίης τε καὶ Μεσαμβρίης πόλιος οἰκημένοι, καλεύμενοι δὲ Σκυρμιάδαι καὶ Νιψαῖοι, ἀμαχητὶ σφέας αὐτοὺς παρέδοσαν Δαρείῳ· οἱ δὲ Γέται, πρὸς ἀγνωμοσύνην τραπόμενοι, αὐτίκα ἐδουλώθησαν, Θρηΐ-

---

σὸν ἔχοντες Θρήϊκες] Aliis est Ἁλμυδησσός; nec aliter Plinius H. N. IV, 18 et Mela II, 2, 63. At Σαλμυδησσός exhibent quoque meliores libri apud Xenoph. Anab. VII, 5, 12, itemque Diodor. XIV, 37. Strabo VII pag. 319 s. 492 A. coll. I pag. 49 s. 86 A. et qui alii a Kruegero ad Xenophont. l. l. citantur. E quibus intelligitur *Salmydessum* vocari non tam urbem (nisi regionis illa fuerit cognomina) quam regionem sive oram a Thyniae promontorio usque ad Bospori Thracii exitum, ubi Ponti est os, porrectam, importuosam illam quidem et hominibus rapacibus habitatam, qui naves tempestatibus illuc delatas diripere solebant ipsosque nautas abducere servos. Plura interprett. ad Scymn. Chium vs. 723 pag. 390 T. II ed. Gail. Mannert. VII p. 148 seqq. Tzschucke ad Mel. II, 2 pag. 97 seq. nott. exegg. Vol. III P. II coll. nott. critt. pag. 94 seq. Vol. II P. II.

καὶ ὑπὲρ Ἀπολλωνίης τε καὶ Μεσαμβρίης πόλιος οἰκημένοι] Primum καὶ ante ὑπὲρ a Florentino cod. abest. Haud male. De *Apollonia* urbe dixi ad IV, 90. *Mesembria* ad Haemi meridionalem declivitatem sita dicitur, nunc in vicum commutata, cui nomen *Misseriria* s. *Messuri*. — Cf. Mannert. VII p. 135. Tzschucke l. l. p. 94 nott. exegg. p. 91 nott. critt. Et cf. Herodot. VI, 33, ubi post Graecorum Asiaticorum seditionem a Dario compositam Byzantios Mesembriam condidisse legimus nec admodum illi recedunt, qui, quo tempore adversus Scythas profectus sit Darius, urbem tradunt conditam esse. At hoc de colonia in urbem iam antea conditam denuo ductâ intelligere licebit. Cf. Raoul-Rochette Hist. de l'etabliss. d. col. Gr. III pag. 275.

Σκυρμιάδαι καὶ Νιψαῖοι] Libri cum fluctuent, equidem Schweigh. et Gaisf. sequi satius duxi. Vulgo olim *Κυρμιάναι καὶ Μυψαῖοι*. Nec ulla alibi, quod sciam, utriusque gentis mentio. Tu conf. Mannert. VII pag. 33. — Ad *ἀμαχητί* conf. IV, 11.

πρὸς ἀγνωμοσύνην τραπόμενοι] i. e. *arrogantia utentes, obstinate resistentes*, ut interpretatur Schweigh. in Lex. Herodot. Tu vid. nott. ad II, 172 et de verbo *τρέπεσθαι* II, 45. III, 78 ibique nott. — In seqq. cum Gaisf. retinui *ἀνδρειότατοι καὶ δικαιότατοι*, cuius loco nuper receptum: *ἀνδρειότατοι καὶ γενναιότατοι*. Vulgatam confirmat Eustath. ad Dionys. Perieg. 304.

94 κων ἐόντες ἀνδρειότατοι καὶ δικαιότατοι. Ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· οὔτε ἀποθνήσκειν ἑωυτοὺς νομίζουσι, ἰέναι τε τὸν ἀπολλύμενον παρὰ Ζάλμοξιν δαίμονα. οἱ δὲ αὐτῶν τὸν αὐτὸν τοῦτον
2 νομίζουσι Γεβελέϊζιν. Διὰ πεντετηρίδος δὲ τὸν πάλῳ λαχόντα αἰεί σφεων αὐτῶν ἀποπέμπουσι ἄγγελον παρὰ τὸν Ζάλμοξιν, ἐντελλόμενοι τῶν ἂν ἑκά-
3 στοτε δέωνται. πέμπουσι δὲ ὧδε· οἱ μὲν αὐτῶν ταχθέντες, ἀκόντια τρία ἔχουσι· ἄλλοι δὲ διαλαβόν-

Getarum opinio de immortalitate: Zalmoxis: Gebeleizis: mos nuntii mittendi ad Zalmoxin: alius mos, tonante ac fulgurante caelo.
324

Cap. XCIV.

ἀποθνήσκειν ἑωυτοὺς νομίζουσι] Ob additum pronomen *ἑωυτοὺς* conf. nott. ad II, 2. — Pro *ἰέναι τε* Wesseling. maluit *ἰέναι δέ;* sine causa, ut videtur. Nam iunguntur crebrius *οὔτε-τε;* conf. I, 161 ibiq. nott. III, 144. 146. IV, 125. 180. Stallbaum. ad Plat. Phileb. pag. 50.

Ζάλμοξιν] Ita edentem Wesselingium recentt. edd. secuti sunt. In Florentino, Mediceo, aliis exstat *Σάλμοξιν*, in aliis *Ζάμολξιν*. Conf. Hesych. s. v. *Ζάλμοξις* (I p. 1575) Photius, Suidas et Etymol. magn. s. v. Ac *Ζαλμόξιδος* in Platonis quoque Charmid. p. 158 B. Bodleianas membranas afferre testatur Gaisford. Ipsum nomen, quo *peregrinum* quid indicari sunt qui contendant, teste Porphyrio Vit. Pyth. §. 14 ductum e Thracica voce *Ζαλμός*, quae *pellis ursina* est, Zalmoxi, recens nato, quae fuerit iniecta. Quin alii *Thaletem* vocatum illum esse asserunt et pro Hercule a Thracibus esse cultum. Conf. Creuzer. Symbol. II pag. 301 not. 20. — Quae sequitur vox *δαίμονα*, eam in antiquis quibusdam editionibus omissam, libri scripti merito retinent. Nam ab aliis quoque scriptoribus Zalmoxis celebratur deus divinorum honorum particeps, quos cur assecutus sit, exponit Strabo, qui multus est de Zalmoxi VII pag. 297 s. 456 C. seq. Maximum apud Getas deum esse Zalmoxin auctor est Iamblichus Vit. Pyth. §. 173, cui iunge Diogen. Laert. VIII, 1. Platon. l. l. etc., ubi *θεὸς* laudatur. Respexit, notante *Cr.*, Herodoti locum Eudocia in Violar. p. 194 coll. Appul. Apolog. T. II p. 451 ed. Bossch.

Γεβελέϊζιν] E lingua Lithuanica afferunt *gyra leysis*, i. e. *auctorem et quasi datorem quietis.* — *αὐτῶν* pro *αὐτέων* cum Gaisf. dedi.

διὰ πεντετηρίδος] *singulis annis* (*κατ' ἔτος*) hoc factum esse narrat Clemens Alex. Stromat. IV pag. 590 T. I Pott. alium, ut videtur, auctorem secutus. — Ad verba *τὸν πάλῳ λαχόντα* conf. nott. ad III, 83 et IV, 153.

οἱ μὲν αὐτῶν ταχθέντες] Requirebat Schweigh. *οἱ μὲν*

τες τοῦ ἀποπεμπομένου παρὰ τὸν Ζάλμοξιν τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, ἀνακινήσαντες αὐτὸν, με-
4 τέωρον ῥιπτεῦσι ἐς τὰς λόγχας. ἢν μὲν δὴ ἀποθάνῃ ἀναπαρείς, τοῖσι δὲ ἵλεως ὁ θεὸς δοκέει εἶναι· ἢν δὲ μὴ ἀποθάνῃ, αἰτιῶνται αὐτὸν τὸν ἄγγελον,
5 φάμενοί μιν ἄνδρα κακὸν εἶναι. αἰτιησάμενοι δὲ τοῦτον, ἄλλον ἀποπέμπουσι· ἐντέλλονται δὲ ἔτι ζῶντι. Οὗτοι οἱ αὐτοὶ Θρήϊκες καὶ πρὸς βροντήν τε καὶ ἀστραπὴν τοξεύοντες ἄνω πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἀπειλεῦσι τῷ θεῷ, οὐδένα ἄλλον θεὸν νομίζοντες

95 εἶναι εἰ μὴ τὸν σφέτερον. Ὡς δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν τὸν Ἑλλήσποντον οἰκεόντων Ἑλλήνων καὶ Πόντον, τὸν Ζάλμοξιν τοῦτον, ἐόντα ἄνθρωπον, δουλεῦσαι ἐν Σάμῳ· δουλεῦσαι δὲ Πυθαγόρῃ τῷ

Graeci Pontici et Hellespontici quid narrent de Zalmoxi, quem Pythagorae in Samo serviisse dicunt.

αὐτῶν ἐπὶ τούτῳ ταχθέντες. Libri non addicunt; nec sane videtur esse necessarium. Recte Miot: „*un certain nombre de Gètes se rangent in ordre*, chacun d'eux tenant en main trois piques.“ — Ad *διαλαβόντες* conf. IV, 68 ibique nott. Pro *τοῦ ἀποπεμπομένου* plerique codd. *τοὺς ἀποπεμπομένους.* At vulgata Abreschio quoque probata ad Aristaenet. p. 156 praestare videtur. Quod idem Wesselingio, aliis placuisse video.

ῥιπτεῦσι] Florentinus liber: *ῥίπτουσι.* At vid. Buttmann. Gramm. Gr. mai. II pag. 30. 31. Infra IV, 168 omnes codd., quantum scio, *ῥίπτει* et IV, 188 *ῥιπτέουσι* coll. VII, 50. VIII, 53. — In seqq. pro *τοισίδε,* quod Matth. retinuit, dedi cum Schweigh. et Gaisf. *τοῖσι δέ*; nam loci ratio similis atque II, 39.

ἀπειλεῦσι] Respexit Eustath. ad Dionys. Perieg. 304. — Mox scripsit *θεὸν νομίζοντες εἶναι,* cum alibi dicatur hoc sensu *θεὸν νομίζειν*, omisso verbo *εἶναι*, *deos esse credere.* Conf., ne plura, Stallbaum. ad Platon. Euthyphr. pag. 13 seqq.

Cap. XCV.

Ὡς δὲ ἐγὼ πυνθανομαι] Ad structuram loci conf. Matth. Gr. Gr. p. 1059. — Quae sequuntur verba, satis docent, Herodotum ipsum Thraciae oram ac Ponti Euxini litora visitasse Graecasque illic sitas adiisse colonias; quamquam in interioris Thraciae regiones minime penetrasse putandus erit. Cf. Heyse p. 128. — *Hellesponti* nomen latiori sensu hic adhibitum videtur. Conf. nott. ad IV, 85.

δουλεῦσαι δὲ Πυθαγόρῃ] Eadem Hesych. l. l. et Diog. Laërt. l. l. Valent autem haec verba quodammodo ad Zalmoxis tempora definienda. Namque Py-

Μνησάρχου· ἐνθεῦτεν δὲ αὐτὸν, γενόμενον ἐλεύθερον, χρήματα κτήσασθαι συχνά· κτησάμενον δὲ,
2 *ἀπελθεῖν ἐς τὴν ἑωυτοῦ. ἅτε δὲ κακοβίων τε ἐόντων τῶν Θρηΐκων καὶ ὑπαφρονεστέρων, τὸν Ζάλμοξιν τοῦτον ἐπιστάμενον δίαιτάν τε Ἰάδα, καὶ ἤθεα βαθύτερα ἢ κατὰ Θρήϊκας, οἷα Ἕλλησί τε ὁμιλήσαντα καὶ Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφι-*

---

thagoram Samo discessisse cum statuant anno 566 a. Chr. n. s. Olymp. LVIII$\frac{2}{3}$ (conf. Ritter. Gesch. der pythagor. Philosoph. pag. 7 seq.) iter facturum ad terras peregrinas lustrandas sive, ut aliis placet, ad sedem in Italia figendam philosophorumque scholam condendam, consequens est, religiones et sacra a Zalmoxi ad Getas allata in tempus vel proxime antecedens vel subsequens cadere. Tu conf. Schultze. Apparat. critic. pag. 33 seqq. et nott. ad Herod. IV, 96. Herodoti testimonium de *Mnesarcho*, Pythagorae patre, sive artifice sive mercatore, ad verum maxime accedere recte statuit Ritter. l. l. pag. 2, a *Cr*. laudatus. Nam alii vel *Marmacum* vel *Demaratum* vocant patrem Pythagorae. Idem *Cr*. confert Append. ad Etymol. magn. Vol. II p. 636, 5 ed. Lips.

δίαιτάν τε Ἰάδα] Ad omnem vitae cultioris, quâ Iones prae caeteris tum excellebant, rationem refero. Conf. I, 35. 157. Quae sequuntur verba: *καὶ ἤθεα βαθύτερα ἢ κατὰ Θρήϊκας* Schweigh. sic reddidit: „*Zalmoxin hunc — moribus institutum cultioribus, quam qui apud Thracas obtinerent*, ut qui cum Graecis habuisset consuetudinem et cum Pythagora, viro inter Graecos ingenii cultura eminente, *exstruendam sibi curasse exhedram* etc." Attulit Wesseling. aliquot locos, in quibus *ἦθος βαθὺ de indole prudenti* et *gravi* intelligendum. Sic quoque dicitur *βαθὺς τῇ ψυχῇ, τῇ φύσει vir prudens* et *consideratus*, notante Dissen. ad Pind. Nem. IV, 7 pag. 396, ubi nostrum locum non praeteriit, in quo simul ad eam, quam dicunt humanitatem artesque liberales atque ingenuas respici putem. Italus interpres ex Dantis carmine affert simile istud: „con piu dolze canzon, *e piu profonda*." De structura *ἢ κατὰ* conf. Matth. Gr. Gr. §. 449 pag. 843.

καὶ Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ Πυθαγόρῃ] Haec verba excitans Eustath. ad Iliad. IV pag. 365, 30 s. 479, 17 exhibet: *οὐ τῷ ἀσοφωτάτῳ* idque exponit *τῷ πάνυ σοφῷ*. Neque vero quidquam in Herodoto mutandum libris invitis. Ipsum dicendi genus apud Thucydidem frequens attigit Matth. Gr. Gr. §. 463 et aliquot exemplis illustravit

στῇ Πυθαγόρῃ, κατασκευάσασθαι ἀνδρεῶνα, ἐς τὸν
πανδοκεύοντα τῶν ἀστῶν τοὺς πρώτους, καὶ εὐω-
χέοντα, ἀναδιδάσκειν ὡς οὔτε αὐτὸς οὔτε οἱ συμ-
πόται αὐτοῦ οὔτε οἱ ἐκ τούτων αἰεὶ γινόμενοι ἀπο-
θανέονται, ἀλλ' ἥξουσι ἐς χῶρον τοῦτον ἵνα αἰεὶ 1
3 περιεόντες ἕξουσι τὰ πάντα ἀγαθά. ἐν ᾧ δὲ ἐποίεε
τὰ καταλεχθέντα, καὶ ἔλεγε ταῦτα, ἐν τούτῳ κατά-
4 γαιον οἴκημα ἐποιέετο· ὡς δέ οἱ παντελέως εἶχε τὸ 5

Valcken. ad h. l. Sic Thucyd. I, 5: ἀνδρῶν οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων, ubi *omnium potentissimi* intelliguntur. Atque afferunt quoque Horatii illud: „non sordidus auctor naturae verique" Od. I, 28, 14. — De voce σοφιστοῦ dixi ad I, 29; de quâ eâdem monens Schaefer. ad Dionys. Halicarn. De compos. verbb. pag. 406 (ut notat *Cr.*) coniecit in Herodoteo loco: οὐ τῷ ἀφανεστάτῳ σοφιστῇ. Libri scripti non addicunt. — Ad argumentum loci hoc vix praetermitti debet, Herodotum, qui de Pythagorâ testimonium tam honorificum h. l. reliquit, in Magna Graecia, quam totam tenebat Pythagorae nomen, historiam suam confecisse, eoque minus gloriae eius viri, qui virtute ingenioque tantum eminuit inter Graecos, derogare voluisse. Conf. Creuzer. Comm. Herodd. pag. 169. Discesserat Thurios pater historiae Olymp. LXXXIV, 1 s. LXXXIII, 4; Pythagoras e Larcheri calculis natus est Ol. XLIII, 1, mortuus Olymp. LXVII, 3.

ἐν ᾧ δὲ ἐποίεε] ἐν ᾧ de tempore, non de loco, accipiendum. Monuit Schweigh. in Lex. Herod. — Paulo ante dedi τούτων pro τουτέων.

ἐν τούτῳ κατάγαιον οἴκημα ἐποιέετο] Strabo VII p. 298 s. 457 A., inter alia speluncam quoque commemorat (ἀντρῶδές τι χωρίον), reliquis inaccessam, in qua Zalmoxis fuerit commoratus, raro in publicum prodiens. — „Continentur talia loca subterranea initiis, quae Zamolxis Getis Thraciae tradidisse fertur. Hellanicus apud Suid. et Etymol. magn. (p. 66 ed. sec. fragmm. Hellanic. Sturz.) Ζάμολξις — τελετὰς κατέδειξε Γέταις τοῖς ἐν Θρᾴκῃ κ. τ. λ. Attende ad vocem solemnem his in rebus, κατέδειξε, quae a scenis sacris ad doctrinam declarandam traducta est. Et reapse ad δείκελα spectare illam historiam Zamolxis, nemo est qui ambigere queat. Hoc autem vocabulo in Osiridis ritibus feralibus utitur Herodotus II, 171. Quales ritus credibile est ab initio in subterraneis conclavibus sepulcrorum peractos esse. Quam late autem pateat hic usus antrorum sepulcralium mysteriisque inservientium exponere longum est. Ego, ne extra oleas, quod dicitur, egrediar, locos

οἴκημα, ἐκ μὲν τῶν Θρηΐκων ἠφανίσθη· καταβὰς δὲ κάτω ἐς τὸ κατάγαιον οἴκημα, διαιτᾶτο ἐπ' ἔτεα

---

aliquot laudabo, qui septentrionalium populorum et Germanicorum sacra attinent; nimirum iis, quos Sturzius (ad Hellanic. p. 13. 64) excitavit, adde Irhovium de Palingenesia veterum Lib. II cap. 7 pag. 317 seqq., qui de Germanicorum populorum super animorum immortalitate decretis haud pauca congessit. Ei iunge I. I. Moeserum Verm. Schrift. II p. 215 seqq., qui p. 277 recte monet, metempsychosin, quae dicitur, non repugnare, quo minus sana de animo immortali doctrina invalescat, atque utramque saepiuscule obtinuisse apud unum eundemque populum. Idem nos advertit ad antra ac spelaea per Germaniae oras obvia, in quibus initia peracta fuisse credibile sit. Cuiusmodi spelaea similiaque monumenta septentrionalium gentium sacra docte nuper illustravit Thorlacius (Vermischte Aufsätze, das Griech., Röm. und Nord. Alterth. betreffend pag. 250 seqq.). Atque ut redeam eo, unde sum digressus, ipsis Aegyptiacis illis tam operose factis sepulcris originem dedisse antra nativa, in quibus ab initio cadavera reposuerint homines, suspicatur Zoega De obeliscc. pag. 279 seq." — „Classici de Zamolxi deque Druidis loci sunt in Origenis Philosophumenis cap. 2 pag. 882 et cap. 25 pag. 906 ed. De la Rue, ad quos haud pauca congessit Christ. Wolfii industria, quae tamen nunc non magis vacat excutere, quam ea, quae nuper Chardon de la Rochette eam in rem disputavit in Mélang. de Critique et de Philolog. T. I p. 58 seqq." *Creuzer.* Commentt. Herodd. p. 171 — 173 not. Add. Mithriaca sacra, in spelaeis et ipsa celebrari solita, de quibus idem Creuzer. in Symbol. I pag. 747 seqq. coll. II, 300 seq. Namque Zalmoxis vates, pelle ursina indutus ad gentem borealem qui pervenit immortalitatem animae tradens, cum Sileno comparandus, qui et ipse vates ac Bacchicorum sacrorum interpres, immortalitatisque auctor, caprina pelle sive lyncea indutus repraesentatur. Quo etiam hoc pertinet, quod Zalmoxis tribus annis absens, quarto demum Thracibus denuo comparuisse fertur; quae sponte in memoriam vocant τριετηρίδας per Graeciam institutas et ad eandem fere doctrinam de anima immortali spectantes. Quam doctrinam Getis traditam a Zalmoxi his verbis Noster refert: ὡς οὔτε αὐτὸς οὔτε οἱ συμπόται αὐτοῦ, οὔτε οἱ ἐκ τούτων αἰεὶ γινόμενοι ἀποθανέονται, ἀλλ' ἥξουσι ἐς χῶρον τοῦτον, ἵνα αἰεὶ περιεόντες ἕξουσι τὰ πάντα ἀγαθά, i. e. *neque se neque convivas suos nec horum posteros morituros; sed venturos in locum quendam, ubi perpetuo viventes omnibus bonis sint fruituri.* „Ita (Creuzeri sunt verba l. l. pag.

τρία. οἵ δέ μιν ἐπόθεόν τε, καὶ ἐπένθεον ὡς τεθνεῶτα· τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ ἐφάνη τοῖσι Θρήϊξι. καὶ οὕτω πιθανά σφι ἐγένετο τὰ ἔλεγε ὁ Ζάλμοξις.
96 ταῦτά φασί μιν ποιῆσαι. Ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτου 325

---

171) Herodoto narraverant ad Hellespontum et Pontum habitantes Graeci, a quorum iudicio hactenus suum iudicium seiungit rerum scriptor, quod Zamolxin multis annis ante Pythagoram vixisse statuit. *) Quam rem in medio positam relinquamus: illud certum, vivo Herodoto ac florente familiâ doctrinâque Pythagorae, Graecos *Pythagoreum* dixisse placitum illud immortalitatis, neque in ea re ipsis obloqui historiae patrem." Indeque recte, si quid video, Krische in scriptione ad IV, 36 citata, pag. 66 narrationem de Zalmoxi e Pythagorica doctrina de anima potissimum enatam videri statuit. Et sane omnis de Zalmoxi narratio haud alio spectare videtur quam quo pertinent fabulae de Abaride (quocum in Platonis l. l. iungitur Zalmoxis) et de Aristea, quas supra attigimus, ad animarum immortalitatis doctrinam, opinor, e Graecia ipsa a Graecis sapientibus sive sacerdotibus ad rudes borealium Europae tractuum incolas allatam, sacris secretis sive mysteriis traditam et firmatam, ne scil. aut labefactaretur aut prorsus interiret. Ut enim haec sacra ex India illuc advecta credam, haud impetrare a me pòssum. Quo probabilius hoc videtur, hanc de animae immortalitate doctrinam apud Graecos cum mysteriis Bacchicis mature fuisse coniunctam, quae ipsa antiquissimo aevo ab Orpheo in Thraciam adducta indeque latius propagata esse dicuntur. Cf. Creuzer. Symbol. II pag. 299. A Thracia igitur haec sacra unâ cum ista doctrina septentrionem versus ad Getas Scythasque, alias gentes in boreali Europae parte habitantes, translata esse si quidem non prorsus improbabile videtur, Zalmoxis haud scio an eodem quo Pythagoras iure *Orphicus* et haberi et dici queat, cum uterque ex uno eodemque antiquae doctrinae fonte, quae Orphei nomine maxime celebrata est, sua hausisse latiusque propagasse videatur. Quae cum ita sint, sponte intelligitur, quid de Dahlmanni (Herod. p. 155) sententia iudicandum sit, quâ omnis haec de Zalmoxi narratio ex nominum similitudine quâdam fluxisse putanda sit, ita ut Getarum deus indigena forte fortuna idem nomen habuerit atque unus quidam e Pythagorae discipulis.

*) „Facit eâ in re cum Nostro Hellanicus Lesbius vel potius Herodotea intulit libro suo: τοῖς βαρβαρικοῖς νόμοις. Cf. Etymol. magn. s. v. Ζάμολξις et Sturzium docte hac de re monentem ad Hellanici fragmm. p. 13 et nr. XXV p. 64." Creuzer.

Herodoti iudicio Zalmoxis antiquior Pythagora.

καὶ τοῦ καταγαίου οἰκήματος οὔτε ἀπιστέω, οὔτε
ὦν πιστεύω τι λίην· δοκέω δὲ πολλοῖσι ἔτεσι πρό-
τερον τὸν Ζάλμοξιν τοῦτον γενέσθαι Πυθαγόρεω.
2 Εἴτε δὲ ἐγένετό τις Ζάλμοξις ἄνθρωπος, εἴτ' ἐστὶ
3 δαίμων τις Γέτῃσι οὗτος ἐπιχώριος, χαιρέτω. Οὗτοι
μὲν δὴ, τρόπῳ τοιούτῳ χρεώμενοι, ὡς ἐχειρώθησαν
ὑπὸ Περσέων, εἵποντο τῷ ἄλλῳ στρατῷ.

Darius, traiecto Istro, pontem soluturus, Cois Lesbii monitu id non facit.

97 Δαρεῖος δὲ ὡς ἀπίκετο καὶ ὁ πεζὸς ἅμ' αὐτῷ
στρατὸς ἐπὶ τὸν Ἴστρον, ἐνθαῦτα διαβάντων πάν-
των Δαρεῖος ἐκέλευσε τοὺς Ἴωνας τὴν σχεδίην λύ-
σαντας ἕπεσθαι κατ' ἤπειρον ἑωυτῷ, καὶ τὸν ἐκ
2 τῶν νεῶν στρατόν. Μελλόντων δὲ τῶν Ἰώνων
λύειν καὶ ποιέειν τὰ κελευόμενα, Κώης ὁ Ἐρξάν-
δρου, στρατηγὸς ἐὼν Μυτιληναίων, ἔλεξε Δαρείῳ
τάδε, πυθόμενος πρότερον εἴ οἱ φίλον εἴη γνώμην

Cap. XCVI.

οὔτε ἀπιστέω, οὔτε ὦν πιστεύω τι λίην] Produnt haec verba scriptorem sane cautissimum et veri indagandi in fabulis, quas fando audierat, studiosissimum. De quo cum saepius ante iam monitum sit, hic lectores admonere vix opus. Eandem atque Herodoti de Zalmoxis aetate fuisse sententiam Hellanici supra iam monuimus. Add. Eustath. ad Odyss. IX, 65 pag. 335, 3 Basil.

χαιρέτω] Conf. II, 117 ibiq. nott. Cautam hanc scriptoris de Zalmoxi sive daemone sive homine admonitionem ad ea praecepta spectare, quae de his leguntur apud Platon. Min. pag. 318 F. De Legg. X p. 886 D., monet Valcken. Ad Herodoti verba forsan erunt referenda, quae apud Diogen. l. l. tradita exstant: ἔσχε (sc. Pythagoras) δοῦλον Ζάμολξιν, ᾧ Γέται θύουσι, Κρόνον νομίζοντες, ὥς φησιν Ἡρόδοτος; nisi mendum in his inest verbis. De Zalmoxis divino apud Getas cultu plura Strabo VII pag. 298 s. 457 A.

Cap. XCVII.

καὶ ὁ πεζὸς ἅμ' αὐτῷ στρατός] Vix monitu opus, quod monuit Larcher. ad h. l. πεζὸν στρατὸν de *terrestribus* dici *copiis*, quae classi (τῷ ναυτικῷ) opponantur; de *pedestribus* copiis, si sequatur ἵππος, ut IV, 134. 136. — In voce Δαρεῖος repetita nemo haerebit.

Κώης ὁ Ἐρξάνδρου] Libri quidam Ἐξάνδρου. Cf. V, 37. Apud Tzetz. Chil. III, 465 Κώης Ὀρεξάνδρου. — Mox reposui Μυτιληναίων; vid. nott. ad I, 27. — De locutione εἴ οἱ φίλον εἴη conf. I, 87. II, 64 ibique nott.

ἀποδέκεσθαι παρὰ τοῦ βουλομένου ἀποδείκνυσθαι·
3 „Ὦ βασιλεῦ, ἐπὶ γῆν γὰρ μέλλεις στρατεύεσθαι,
τῆς οὔτε ἀρηρομένον φανήσεται οὐδὲν, οὔτε πόλις
οἰκεομένη· σύ νυν γέφυραν ταύτην ἔα κατὰ χώ-
ρην ἑστάναι, φυλάκους αὐτῆς λιπὼν τούτους, οἵ
4 περ μιν ἔζευξαν. καὶ ἤν τε κατὰ νόον πρήξωμεν
εὑρόντες Σκύθας, ἔστι ἄποδος ἡμῖν· ἤν τε καὶ μή
σφεας εὑρεῖν δυνεώμεθα, ἥ γε ἄποδος ἡμῖν ἀσφα-
5 λής. οὐ γὰρ ἔδεισά κω, μὴ ἑσσωθέωμεν ὑπὸ Σκυ-
θέων μάχῃ· ἀλλὰ μᾶλλον, μὴ, οὐ δυνάμενοί σφεας
6 εὑρεῖν, πάθωμέν τι ἀλώμενοι. Καὶ τάδε λέγειν
φαίη τις ἄν με ἑωυτοῦ εἵνεκεν, ὡς καταμένω. ἐγὼ
δὲ γνώμην μὲν, τὴν εὕρισκον ἀρίστην σοι, βασι-
λεῦ, ἐς μέσον φέρω· αὐτὸς μέντοι ἕψομαί τοι, καὶ

ἐπὶ γῆν γ ὰ ρ μέλλεις στρατεύεσθαι] Ad usum voculae *γὰρ* conf. nott. ad I, 8. 124. In proxime seqq. *ἀρηρομένον* ex Homeri fluxisse videtur imitatione, Il. XVIII, 548 [ad quem locum *Cr.* conferri vult Heynii Observv. Tom. VII p. 546] coll. Apollon. Rhod. III, 1336. Nam ab *ἀρόω* fit *ἤροκα*, *ἀρήροκα* indeque *ἀρήρομαι*. Cf. Matth. pag. 306. Hesych. I pag. 525 *ἀρηρομένη· ἀρουριωμένη, ἀροτριωμένη*. „Coës Dario asseverans, Scythicae regionis *ἀρηρομένον* esse *οὐδὲν*, novisse non videtur Scythas *ἀροτῆρας* et *γεωργοὺς*, descriptos c. 17 et 18." *Wess.* — In seqq. scripsi *σύ νυν γέφυραν*, ubi vulgo *σὺ νῦν γεφύρην*. Abreschius maluerat *σὺ μ ὲ ν* probante Wesseling. Cf. III, 123. *γέφυραν* Schweigh. iam invexerat; conf. IV, 98. 133. 134. 118. 136. 139. 141. — Ad locutionem *κατὰ χώρην* vid. nott. ad III, 135.

ἤν τε κατὰ νόον πρήξωμεν] i. e. *si ex animi sententia successerit*. Ad locutionem *κατὰ νόον* conf. I, 117. V, 106. VI, 130. VII, 150. IX, 45. 111; ad usum verbi *πράττειν* conf. III, 25 coll. IV, 156. 157. — In iis, quae continuo sequuntur, reposui *ἔστι* pro *ἔσται*.

μὴ — πάθωμέν τι ἀλώμενοι] i. e. *Ne mali s. incommodi quid patiamur oberrantes.* Quâ dicendi formula insignem quandam calamitatem indicari constat. Conf. quae Wessel. attulit ad VIII, 102 Viger. De idiotismm. p. 279. Pro *ἐμεωυτοῦ*, quod Matthiae retinuit, cum recentt. dedi *με ἑωυτοῦ*. Conf. III, 52. Pro *καταμένω* Schaefer. e Sancrofti libro dedit *καταμενέω*, quod ipsum arriserat Wesselingio.

ἐς μέσον φέρω] Pro *φέρω*

7 οὐκ ἂν λειφθείην.“ Κάρτα τε ἥσθη τῇ γνώμῃ Δαρεῖος, καί μιν ἠμείψατο τοῖσδε· „Ξεῖνε Λέσβιε, σωθέντος ἐμεῦ ὀπίσω ἐς οἶκον τὸν ἐμὸν ἐπιφάνηθί μοι πάντως, ἵνα σε ἀντὶ χρηστῆς συμβουλίης χρη-
98 στοῖσι ἔργοισι ἀμείψωμαι.“ Ταῦτα εἴπας, καὶ ἀπάψας ἅμματα ἑξήκοντα ἐν ἱμάντι, καλέσας ἐς λόγους
2 τοὺς Ἰώνων τυράννους, ἔλεγε τάδε· „Ἄνδρες Ἴωνες, ἡ μὲν πρότερον γνώμη ἀποδεχθεῖσα ἐς τὴν

Iubet Iones custodire pontem, et exspectare ipsius reditum LX dies.

326

---

plurimi codd. φήσω, quod sane minus frequens; nisi cum Valcken. rescribere malis φήσας hoc fere sensu: „*ego palam animi mei sententia verbis explicita, nihilominus ipse te sequar.*“ Ad locutionem ἐς μέσον faciunt quoque ea, quae Dorvill. attulit ad Chariton. p. 534 ed. Lips. de formula ἐν μέσῳ *propalam, coram omnibus.* Cf. Herod. III, 80. 83. IV, 118. VI, 129. VIII, 26, ubi ἐς πάντας pari sensu. — In verbis αὐτὸς μέντοι ἕψομαι, μέντοι respondet antecedentibus γνώμην μέν. De optativo (οὐκ ἂν λειφθείην), qui continuo excipit futurum (ἕψομαι), conf. Matth. Gr. Gr. pag. 979. Herod. II, 41. — Ad structuram verborum: σωθέντος ἐμεῦ — ἐπιφάνηθί μοι conf. nott. ad I, 3 et ad vocem συμβουλίης III, 1. De eo modo, quo Persarum reges beneficia accepta remunerari solent, diximus ad III, 140.

Cap. XCVIII.

ἀπάψας ἅμματα ἑξήκοντα ἐν ἱμάντι] i. e. *nodos in loco nexuit, suspendit.* Quae supputandi ratio Persarum ruditatem satis declarat. Similes funiculos nodis illigatos ad dierum et temporis notitiam barbaros quosdam novi orbis usurpasse adnotat Wesseling. Romanorum moris, quo clavis fixis olim annos notasse feruntur, teste Livio VII, 3, admonuit Larcher. Tu vid. de his Creuzer. Antiqq. Romm. §. 161 pag. 232. De *sexaginta* dierum numero conf. IV, 136 ibiq. nott.

τοὺς Ἰώνων τυράννους] Ἴωνας duo libri cum Valla, non improbante Wesseling., qui de ipsa re haec adscripsit: „Aderant tyranni ex Hellesponto, Chersoneso, Aeolide et Ionia, quos omnes rex si compellavit, Ionum praecipuam duxit rationem, gratia et auctoritate potiorum; nisi si patrii moris tenax *Ionum* titulo Graecos comprehenderit. Lege c. 137. 138.“ — Ad μετείσθω conf. Matth. §. 214, 2 pag. 408. In seqq. διεξέλθωσι cum Schweigh. et Gaisf. edidi pro διέλθωσι, quod retinuit Matthiae. Cf. I, 196. Ad verba ἐς τὴν ὑμετέρην αὐτῶν (ita enim scripsi pro αὐτέων) adhib. Fischer. ad Weller. II pag. 235. Infra Herod. IV, 133 simpliciter scripsit ἐς τὴν ὑμετέρην.

γέφυραν μετείσθω μοι· ἔχοντες δὲ τὸν ἱμάντα τόν-
3 δε, ποιέετε τάδε. ἐπεάν με ἴδητε τάχιστα πορευό-
μενον ἐπὶ Σκύθας, ἀπὸ τούτου ἀρξάμενοι τοῦ χρό-
4 νου, λύετε ἅμμα ἓν ἑκάστης ἡμέρης. ἢν δὲ ἐν
τούτῳ τῷ χρόνῳ μὴ παρέω, ἀλλὰ διεξέλθωσι ὑμῖν
αἱ ἡμέραι τῶν ἁμμάτων, ἀποπλέετε ἐς τὴν ὑμετέ-
5 ρην αὐτῶν. μέχρι δὲ τούτου, ἐπεί τε οὕτω μετέ-
δοξε, φυλάσσετε τὴν σχεδίην, πᾶσαν προθυμίην
6 σωτηρίης τε καὶ φυλακῆς παρεχόμενοι. ταῦτα δὲ
ποιεῦντες, ἐμοὶ μεγάλως χαριεῖσθε.“ Δαρεῖος μὲν
ταῦτα εἴπας, ἐς τὸ πρόσω ἐπείγετο.

99

Scythiae situs maritimus et dimensio: ab Istro ad Carcinitin urbem, Scythia vetus, habens mare ad austrum: inde ter-

Τῆς δὲ Σκυθικῆς γῆς ἡ Θρηΐκη τὸ ἐς θάλασ-
σαν πρόκειται· κόλπου δὲ ἀγομένου τῆς γῆς ταύτης,
ἡ Σκυθική τε ἐκδέκεται, καὶ ὁ Ἴστρος ἐκδιδοῖ ἐς
αὐτήν, πρὸς εὖρον ἄνεμον τὸ στόμα τετραμμένος.
2 Τὸ δὲ ἀπὸ Ἴστρου, ἔρχομαι σημανέων τὸ πρὸς

Cap. XCIX.

Τῆς δὲ Σκυθικῆς γῆς — πρόκειται]. i. e. *ante Scythicam terram Thracia sita est, eâ nimirum parte, quae ad mare pertinet* (s. ea Thracia, quae mare attingit); *inde vero, ubi in sinum ducitur regio, Scythia* (Thraciam), *excipit Isterque in eam* (Scythiam) *influit, ostio ad orientem converso.* Bene sic Lange: „Vor dem Scythenlande aber an der Seeseite lieget Thrake. Dasselbige Land bildet erst einen Busen und dann kommt Scythenland und der Istros fliesset in dasselbe und wendet sich mit seiner Mündung gen Südost.“ Est enim hic cogitandum de Scythiae forma quadrata, qualem Herodotus sibi mente informarat, expositam a nobis in not. ad IV, 101. Quam scil. ad meridiem Ister terminat, ad quem usque extenditur Thracia, Scythis a meridie contigua, multo magis igitur quam vulgo putatur, septentrionem versus extensa. Conf. Gatterer. Thracien nach Herodot. etc. pag. 17 seq. Völcker Myth. Geogr. I pag. 173. 174.

Τὸ δὲ ἀπὸ Ἴστρου, ἔρχομαι σημανέων κ. τ. λ.] Recentt. edd. in his secuti sumus, maiorem distinctionem ponentes post *ἐς μέτρησιν*, cum vulgo verba sequentia *ἀπὸ Ἴστρου*, quae nos cum seqq. verbis *αὕτη ἤδη ἀρχαίη Σκυθική ἐστι* iungimus, antecedentibus annecterentur. Unde haec efficitur loci sententia: *Inde ab Istro vero* (quae extenditur terra, eam) *indicaturus sum ad mensuram, eam scil. ipsius Scythiae partem, quae ad mare porrigitur. Ab Istro inde haec vetus est Scythia,*

θάλασσαν αὐτῆς τῆς Σκυθικῆς χώρης ἐς μέτρησιν.
3 Ἀπὸ Ἴστρου αὕτη ἤδη ἀρχαίη Σκυθική ἐστι, πρὸς
μεσαμβρίην τε καὶ νότον ἄνεμον κειμένη, μέχρι
4 πόλιος καλεομένης Καρκινίτιδος. τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης,
τὴν μὲν ἐπὶ θάλασσαν τὴν αὐτὴν φέρουσαν, ἐοῦσαν ὀρεινήν τε χώρην καὶ προκειμένην τὸ ἐς Πόντον, νέμεται τὸ Ταυρικὸν ἔθνος, μέχρι Χερσονήσου τῆς Τρηχέης καλεομένης· αὕτη δὲ ἐς θάλασσαν τὴν

ra in Pontum prominens, Tauris habitata usque ad urbem Chersonesum Tracheam, similis promontorio Suniaco vel Iapygiae.

---

ad meridiem versus sita, usque ad Carcinitidis urbem, quae vocatur. Lange: „*Von dem Istros an nun will ich beschreiben, wie lang desselbigen Scythenlandes Meeresküste ist etc.* De locutione ἔρχομαι σημανέων conf. nott. ad I, 5. Verba ἐς μέτρησιν refero ad ea, quae IV, 101 traduntur. De *Carcinitide* conf. nott. ad IV, 55. „*Vetus Scythia*, monente Schweigh., est prisca Scytharum terra, priusquam illi pulsis Cimmeriis, versus orientem limites suos promovissent. Quodsi (idem addit) ἤδη particulam etiam exprimere volueris, dices: *Hinc iam incipit.* Sic ἤδη habes IV, 100. III, 5 et saepius alibi.“ Tu add. Völcker. l. l. pag. 181.

τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης, τὴν μὲν ἐπὶ θάλασσαν κ. τ. λ.] Non aliter haec explicanda ac superiora: τὸ δὲ ἀπὸ Ἴστρου κ. τ. λ. Unde hic fere loci sensus: *Quae hinc ulterius extenditur terra* (s. terram contiguam), *secundum idem mare porrecta, montosa illa quidem et in Pontum prominens, eam incolit Taurica gens usque ad Chersonesum Tracheam, quae vocatur.* Quibus Tauricam paeninsulam, quae Crimmaea hodie vocatur, indicari satis patet; quam tamen non totam, quam nos novimus, patrem historiae novisse, hic locus satis ostendere videtur. Ex Herodoti autem verbis explicanda putem Scylacis verba in Peripl. §. 69 (p. 29 Huds. p. 283 T. I Gail. ibiq. nott. p. 444): ἐπὶ δὲ τῇ Σκυθικῇ ἐποικοῦσι Ταῦροι ἔθνος ἀκρωτήριον τῆς ἠπείρου· εἰς θάλατταν δὲ τὸ ἀκρωτήριόν ἐστι.

μέχρι Χερσονήσου τῆς Τρηχέης καλεομένης] Apud Stephan. Byz. *Chersonesus* est urbs Tauricae, nec aliter h. l. Wesseling. urbem Chersonesum, quae ob situs *aspera* τρηχέη appellata, intelligi vult, Strabonem citans (VII p. 308 s. 474), qui et ipse Chersonesum urbem commemorat. — „At recte Holstenius (sunt Schweighaeuseri verba) observasse mihi videtur, non *urbem Chersonesum*, sed totam *paeninsulam* hìc Χερσόνησον τὴν Τρηχέην καλεομένην dici; quam alii, quo ab aliis paeninsulis distinguatur, *Tauricam* aut *Scythicam Chersonesum* appellant. Hanc igitur *ad mare, quod est Orientem versus, pertinere* ait: αὕτη ἐς θάλασ-

πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον κατήκει. Ἔστι γὰρ τῆς Σκυθικῆς τὰ δύο μέρεα τῶν οὔρων ἐς θάλασσαν

σαν τὴν πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον κατήκει. Nec enim de urbe, sed de regione *κατήκειν* dici consentaneum est; et *Chersonesus urbs*, non in orientali sed in occidentali paeninsulae parte sita erat. Nam quod Larcherus ait, esse Chersonesum urbem in occidentali quidem parte paeninsulae, sed ab oriente Scythiae, id rem non conficit: etenim, quod mare hic *τὴν πρὸς ἀπηλιώτην θάλασσαν* vocat, idem mare mox *τὴν πρὸς τὴν ἠῶ* dicit, ubi haud dubie illud mare, quod ab oriente Chersonesi paeninsulae est, intelligitur; nempe *Maeotis palus*,*) quam haud multo minorem ipso Ponto Euxino esse (IV, 86) Scriptor noster existimaverat." His a Schweighaeusero allatis, hoc unum addam, de Chersoneso urbe quae apud Strabonem l. l. leguntur, minime ad Herodotum referri posse, cum ad *Chersonesum urbem* pertineant, Heracleotarum coloniam, Herodoto (quippe post cuius aetatem conditam esse narrant) prorsus incognitam, in occidentali paeninsulae parte, prope locum, qui nunc vocatur *Sevastopol.* De quo nuper Anglus peregrinator retulit, apud I. G. Sommer. Taschenbuch z. Verbreit. geogr. Kenntnisse 1832 p. 110 seq. Cf. Mannert. IV p. 296 seqq. Cum quo eodem (p. 294. 105) intelligere etiam licebit Chersonesum Tracheam non tam de tota paeninsula, quam de orientali illius parte. — Ad verba *πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον* cf. IV, 22.

Ἔστι γὰρ τῆς Σκυθικῆς τὰ δύο μέρεα κ. τ. λ.] Sensus est: *Scythiae terrae fines duabus a partibus ad mare pertinent;* sive, ut bene expressit Lange: „Nämlich Scythenland grenzt an zwei verschiedenen Stellen an das Meer, erst gegen Mittag und dann gegen Morgen, wie die Landschaft Attika." Quemadmodum enim (haec videtur esse scriptoris mens) Suniacum iugum in Atticae paeninsula intra mare Aegaeum sinumque Saronicum prominet in mare, et quemadmodum Iapygium promontorium intra sinum Brundisinum atque Tarentum in mare producitur, similem in modum Taurica paeninsula e Scythia in Pontum Euxinum porrecta est, utrinque cincta mari. Unde satis est manifestum, non accuratam Tauricae paeninsulae formam Nostrum mente conceptam habuisse; alioqui enim vix istiusmodi comparationes instituere potuisset, ut recte iudicat Niebuhr. Verm. Schrift. I p. 157. Add. Ukert. Geogr. d. Gr. u. Röm. I, 2 p. 67. Produnt autem tales comparationes scriptorem, qui Grae-

*) Ita quoque accipit Völcker. Myth. Geogr. I pag. 173. Nam Maeotis e mente Herodoti, Scythiam ab oriente includens, septentrionem versus magis extenditur. De quo vid. nott. ad IV, 101.

φέροντα, τήν τε πρὸς μεσαμβρίην, καὶ τὴν πρὸς τὴν ἠῶ, κατάπερ τῆς Ἀττικῆς χώρης· καὶ παραπλήσια ταύτῃ καὶ οἱ Ταῦροι νέμονται τῆς Σκυθικῆς, ὡς εἰ τῆς Ἀττικῆς ἄλλο ἔθνος καὶ μὴ Ἀθηναῖοι νεμοίατο τὸν γουνὸν τὸν Σουνιακὸν, μᾶλλον 327
ἐς τὸν πόντον τὴν ἄκρην ἀνέχοντα, τὸν ἀπὸ Θορι-

---

cis potissimum suam historiam conscriptam esse vellet; quem etiam ob Iapygiae terrae mentionem haec ipsa in Italia literis mandasse, haud prorsus improbabilis est suspicio. Cf. Dahlmann. Herodot. pag. 50. Quibus *Cr.* haec adscripserat: „Haec Magnae Graeciae incolarum in gratiam Thuriis ab Herodoto addita censet Mitford. in Hist. Graec. Vol. II p. 356 seq. vers. vernac. Eichstaedt.“—

καὶ μὴ Ἀθηναῖοι νεμοίατο τὸν γουνὸν τὸν Σουνιακόν] Hisce verbis statim postponi vult Valckenaer., quae paulo inferius vulgo leguntur: *τὸν ἀπὸ Θορικοῦ μέχρι Ἀναφλύστου δήμου.* Sed ea ipsa proxime antecedentibus: *τὸν γουνὸν* — *ἀνέχοντα* ad meliorem sententiae intelligentiam adiici putem, minime loco suo movenda. Vox *γουνὸς* eo sensu, quo apud Homerum invenitur de *solo fertili*, *foecundo*, cum hic adhiberi nequeat, quoniam Attica terra omnino sterilis fuit, *anguli* notionem accipere volunt Valcken. et Schneider. in Lex. Gr. ob Hesychium, qui I pag. 870 *γῶνος· γουνός*. Schweigh. interpretatur *eminentiam*, *locum editum*, ut apud Hesych. *γουνιαῖος τόπος* de *loco editiori*, *instar genu eminenti*, itemque apud Etymol. pag. 233, 5: *λέγεται δὲ γουνὸς ὁ ὑψηλὸς τόπος ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐν σώματι γονάτων, ἃ ἐξέχει.*

τὸν γουνὸν τὸν Σουνιακὸν — *ἀνέχοντα*] „Neglexit in his Herodotus pagum Azeniensium, quem raro veteribus memoratum minoris fuisse constat momenti: hoc excepto, in Attices ad sinum Saronicum latere *demus* erat *Anaphlystus*, Sunio vicinus: Sunii promontorium nave flectentibus sive super Sunium navigantibus, ab altero latere primus occurrebat ad sinistram *pagus Thoricus*. Quidquid ab Anaphlysto ad usque Thoricum terrarum magis in altum prominebat, *γουνὸν* vocat *Σουνιακὸν*, *μᾶλλον δὲ ἐς τὸν πόντον τὴν ἄκρην ἀνέχοντα.*“ *Valcken.* Ubi sane accusativus *τὴν ἄκρην* pendet a verbo *ἀνέχοντα*, cui transitivam hic Noster tribuit notionem. *Prominendi* notione idem verbum VII, 123 coll. IV, 177. Quod vero pro *ἐς τὸν πόντον* olim quis voluit *ἐς νότον* (*in austrum*), merito repudiavit Wesseling. citans IV, 177 et II, 99. Nec magis opus pro *τὸν* (ante *ἀπὸ Θορικοῦ*) refingere *τὸ* aut *τῶν*. Namque e Nostri scriptoris sententia *Suniacum iugum inter Atticae pagos Thuricum*

6 κοῦ μέχρι Ἀναφλύστου δήμου. λέγω δὲ, ὡς εἶναι
ταῦτα σμικρὰ μεγάλοισι συμβαλέειν. τοιοῦτον ἡ
Ταυρική ἐστι. ὃς δὲ τῆς Ἀττικῆς ταῦτα μὴ παρα-
πέπλωκε, ἐγὼ δὲ ἄλλως δηλώσω· ὡς εἰ τῆς Ἰηπυ-
γίης ἄλλο ἔθνος, καὶ μὴ Ἰήπυγες, ἀρξάμενοι ἐκ
Βρεντεσίου λιμένος, ἀποταμοίατο μέχρι Τάραντος,
7 καὶ νεμοίατο τὴν ἄκρην. δύο δὲ λέγων ταῦτα,
πολλὰ λέγω παρόμοια, τοῖσι ἄλλοισι ἔοικε ἡ Ταυρική.
100 Τὸ δ' ἀπὸ τῆς Ταυρικῆς, ἤδη Σκύθαι τὸ κατύπερθε

---

et Anaphlystum nonnihil artatum longe in Aegaeum mare prominet, ut recte exponit Wesseling. De *Thorico* pago nunc confer. Kruse Hellas II, 1 pag. 248 seq. A Sunio ille remotus erat duarum ferme horarum spatio, antiquitate insignis et postea Acamantidi tribui adscriptus. Ubi hodieque inveniri asserunt moenia priscae ac rudis structurae, Cyclopia vulgo vocant opera, aliaque rudera, ut theatri. Etiamnum loco nomen *Thoricos* s. *Thorico.* Anaphlystus hinc occidentem versus aberat sexaginta stadiis, in occidentali Atticae ora, ubi nunc vicus *Anaphiso.* Arcis munitae rudera quaedam ad viam, quae Athenis Sunium ducebat, conspici prope locum *Metoki Anabasi*, qui nunc vocatur, admonent. Vid. Kruse ibid. pag. 233 seqq.

ὡς εἶναι — συμβαλέειν] Tu conf. II, 10 ibique nott. — Ad usum particulae δέ in seqq. cf. III, 37 ibique laud. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 97. De *Iapygia*, quam urbem, non regionem esse voluerat Hecataeus Milesius (conf. p. 55. 62 fragmm. ed. Klausen.), conf. nott. ad III, 138. Add. Strab. VI p. 277 s. 425 B. De *Brundisio*, unde Romanorum aetate traiectus in Graeciam fieri solebat, plura annotare non opus. Nunc vocatur *Brindisi.* De ipsa vocis forma (Βρεντέσιον et Βρεντήσιον) conf. Schaefer. ad Plutarch. T. V p. 234. Quibus *Cr.* haec addit: „Atque Τεμέσην Homeri Odyss. ά vs. 184, quae aliis Cypri insulae urbs visa est, hanc ipsam Ausonum Βρεντέσιον urbem esse censuerunt Pausan. VI, 6. Aelian. V. H. VIII, 18. Pompon. Mela II, 4 ibiq. interprr. conf. Niebuhr. Röm. Gesch. I p. 48 et Will. Gell. Geography and Itinerary of Ithaka p. 101."

πολλὰ λέγω — ἡ Ταυρική] „Idem hoc valet ac si dixisset, πολλὰ ἄλλα λέγω παρόμοια, οἷς ἔοικε ἡ Ταυρική." *Schwgh.*

Cap. C.

Τὸ δ' ἀπὸ τῆς Ταυρικῆς κ. τ. λ.] Non aliter IV, 99: τὸ δὲ ἀπὸ Ἴστρου. Sensus est: „inde a Taurica, ulterius progredienti Scytharum est regio, qui et loca ultra Tauros sita teneant ad mare australe (quae

τῶν Ταυρων καὶ τὰ πρὸς θαλάσσης τῆς ἠοίης νέμονται, τοῦ τε Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου τὰ πρὸς ἑσπέρης, καὶ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος, μέχρι Ταναΐδος ποταμοῦ, ὃς ἐκδιδοῖ ἐς μυχὸν τῆς λίμνης
2 ταύτης. Ἤδη ὦν ἀπὸ μὲν Ἴστρου, τὰ κατύπερθε ἐς τὴν μεσόγαιαν φέροντα, ἀποκλῄεται ἡ Σκυθικὴ ὑπὸ πρώτων Ἀγαθύρσων· μετα δὲ, Νευρῶν· ἔπειτα δὲ, Ἀνδροφάγων· τελευταίων δὲ, Μελαγχλαίνων.

Supra Tauros ad mare orientale, et Bospori ac Maeotidis ad vesperam, Scythae: Scytharum vicini mediterranei, ab Istro ad Tanain, Agathyrsi, Neuri, Androphagi, Melanchlaeni.

101 Ἔστι ὦν τῆς Σκυθικῆς, ὡς ἐούσης τετραγώνου,

Scythia fere quadrata: longi-

Maeotica est palus Scythiam ab oriente includens; vid. nott. ad IV, 99) pertinentia, et loca, quae a Bosporo Cimmerio occidentem versus usque ad Tanain extenduntur." Conf. Völcker. Myth. Geogr. I p. 173, et de Tanai nott. ad IV, 57. Voculam τὸ (ante κατύπερθε), quae a duobus abest libris, Schweigh. mutatam voluit in τά.

Ἤδη ὦν ἀπὸ μὲν Ἴστρου, τὰ κατύπερθε κ. τ. λ.] Sensus loci hic fere esse videtur: Iam igitur inde ab Istro usque ad Tanain in regionibus mediterraneis disterminatur Scythia primum ab *Agathyrsis* (qui igitur in Transylvaniae atque Hungariae partibus quibusdam proxime Istrum collocandi erunt; (conf. IV, 49. 104 ibiq. nott.) dein a *Neuris* (qui ulterius ad septentrionem et orientem in Galitia collocandi; vid. nott. ad IV, 17), tum ab *Androphagis* (quos in Polonia Russica probabiliter ponas; conf. IV, 18 ibique nott.), ac denique a *Melanchlaenis* (quos e scriptoris mente in ipsa Russia meridionali ad Volgam usque habitasse probabile fit; conf. nott. ad IV, 20). Cum his mensurae IV, 101 prolatae si comparentur, Herodoteam Scythiam eo usque fere extendi statuit Köppen. Nordgest. d. Pont. pag. 12 sq., quo nunc per Russiam meridionalem exstant tumuli in gubernio Kursk; nam inde, quod mireris, plane aliud incipere videtur hominum genus, alia fere natio. Qui idem vir doctus Androphagos quaeri vult in guberniis Mohilew, Tschernigow et Orel, Melanchlaenos in guberniis Orel et Tula; finesque Scythiae non ultra gradum quinquagesimum vel quinquagesimum primum septentrionem versus promoveri posse censet.

Cap. CI.

Ἔστι ὦν τῆς Σκυθικῆς κ. τ. λ.] Structuram loci si quaeras, hic genitivus τῆς Σκυθικῆς pendet a genitivis τῶν δύο μερέων κατηκόντων, qui ipsi referendi sunt ad verba: τό τε ἐς τὴν μεσόγαιαν φέρον καὶ τὸ παρὰ τὴν θάλασσαν; ut haec fere inde oriatur loci sententia: *Scythicae igitur terrae, utpote cuius forma quadrata est, cum duae sint partes ad mare pertinentes, utraque pars alteri*

tudo ab Istro ad Maeotidem, et latitudo a mari ad fines mediterraneos: utraque itineris XX dierum, stadiis in singulos dies computatis ducenis.

τῶν δύο μερέων κατηκόντων ἐς θάλασσαν, παντῃ ἴσον τό τε ἐς τὴν μεσόγαιαν φέρον, καὶ τὸ παρὰ
2 τὴν θάλασσαν. ἀπὸ γὰρ Ἴστρου ἐπὶ Βορυσθένεα δέκα ἡμερέων ὁδός· ἀπὸ Βορυσθένεός τ' ἐπὶ τὴν

---

prorsus aequalis est, *tum ea*, *quâ in mediterranea porrigitur*, *tum altera*, *quae secundum mare porrigitur.* Quadratam enim cum sibi Noster terrae Scythicae finxisset formam, singulis quatuor partibus s. lateribus sibi paribus longitudine quatuor mille stadiorum, hoc ita effectum esse putabat, ut occidentalis huius quadrati pars contineretur *Istro*, quem a septentrione meridiem versus labentem et in Pontum influentem Noster opinatus erat (conf. II, 34 ibiq. nott. et Dahlmann. Herod. pag. 87. 88); cui parti occidentali e mente Herodoti prorsus respondet planeque par est *orientalis*, *palus Maeotica* ab oriente quadratum hocce includens. Quae enim revera orientem versus tenditur, eam septentrionem versus extensam putabat Noster (quem de huius sinus ambitu non recte edoctum fuisse supra iam monuimus); ita ut orientale Scythiae latus Maeotis includeret una cum Tanai, qui in eius recessum s. angulum maxime orientalem se infunderet, terminans ab oriente reliquam Scythiae partem usque ad fines septentrionales. Tertia parte eaque meridionali Scythia Ponto Euxino terminatur, ab Istro ad Borysthenem usque porrecta quatuor mille stadiorum spatio; a septentrione pari spatio Scythiam includunt eae gentes, quas Scythis contiguas in locis mediterraneis ab Istro usque ad Tanain paulo ante (IV, 100) recensuerat. Haec si teneantur, Herodoteam Scythiam Valachiae ac Moldaviae provincias una cum partibus quibusdam Galitiae ac Poloniae itemque Russiae meridionalis tractus, Volhyniam, Ukraniam, quam vocant, alia complexam esse patet. Accurate de his disputavit Niebuhr. Verm. Schrift. I p. 355 seqq. coll. 156 seqq., itemque Völcker. l. l. pag. 172 seqq., qui elegantissima tabula adiecta haec eximie illustrasse putandus est. Add. Rennel. p. 403. 405. 413 seq. Mannert. IV p. 69. Heeren. Ideen I, 2 p. 268, qui paulo aliter haec constituit, ut Scythiae forma inde evadat quadrata quidem, sed non prorsus sibi aequalis omnibusque conveniens partibus.

ἀπὸ γὰρ Ἴστρου ἐπὶ Βορυσθένεα δέκα ἡμερέων ὁδός] Citat Eustath. ad Dionys. Perieg. 311. In universum autem tenendum, Herodotum hic eo mensurae genere uti, quod quam imperfectum sit minimeque accuratum iam supra ad IV, 86 monuimus. Cf. Ukert. Geogr. I, 2 p. 58. Nec ipse sibi constans reperitur, ut qui V, 53 *centum quinquaginta* stadia uno die confici scribat, hoc loco *du-*

λίμνην τὴν Μαιῆτιν, ἑτέρων δέκα· καὶ τὸ ἀπὸ θα- 1 λάσσης ἐς μεσόγαιαν ἐς τοὺς Μελαγχλαίνους τοὺς κατύπερθε Σκυθέων οἰκημένους, εἴκοσι ἡμερέων 3 ὁδός. ἡ δὲ ὁδὸς ἡ ἡμερησίη ἀνὰ διηκόσια στάδια συμβέβληταί μοι. οὕτω ἂν εἴη τῆς Σκυθικῆς τὰ ἐπικάρσια, τετρακισχιλίων σταδίων· καὶ τὰ ὄρθια, τὰ ἐς τὴν μεσόγαιαν φέροντα, ἑτέρων τοσούτων σταδίων. ἡ μέν νυν γῆ αὕτη ἐστι μέγαθος τοσαύτη.

Reges finitimorum populorum a Scythis auxilium rogati.

102 Οἱ δὲ Σκύθαι δόντες σφίσι λόγον, ὡς οὐκ οἷοί τέ εἰσι τὸν Δαρείου στρατὸν ἰθυμαχίῃ διώσασθαι μοῦνοι, ἔπεμπον ἐς τοὺς πλησιοχώρους ἀγγέλους· τῶν δὲ καὶ δὴ οἱ βασιλέες συνελθόντες ἐβουλεύοντο, 2 ὡς στρατοῦ ἐπελαύνοντος μεγάλου. ἦσαν δὲ οἱ συνελθόντες βασιλέες, Ταύρων, καὶ Ἀγαθύρσων,

---

centa. Quod non mirabitur, qui quae proficiscentibus hic illic obiiciantur difficultates atque impedimenta, respexerit, simulque diversam profectionis rationem cogitaverit. Cf. Mannert. I p. 195. Dahlmann. Herod. pag. 95. Quod ad ipsas mensuras attinet, hoc loco ab Herodoto proditas, Danvill. (Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXXV p. 573) eas optime congruere censet, si quidem sumantur a Danubii ostiis prope insulam Peucen usque eum ad locum, ubi Borysthenem recipiat Pontus. Addamus hisce, quae scribit Koehler. (Mém. sur l. iles et l. cours. — Achill. pag. 22): „Si Hérodote compte, que le chemin de terre entre l'Ister et le Borysthène est de 2000 stades, 400 verstes, on doit peut-être supposer, que pour faire le trajet des fleuves et éviter les marais produits par leurs débordemens, le voyageur se trouvait quelque fois obligé de remonter dans l'interieur des terres; à moins que l'on ne veuille supposer, qu' Hérodote parle plutôt de l'endroit où le Borysthène se jette dans son limon, que de celui où finit ce dernier."

Cap. CII.

δόντες σφίσι λόγον] i. e. *secum reputantes.* Cf. II, 162. Ad ἰθυμαχίῃ conf. IV, 120. In seqq. retinui ἐπελαύνοντος (cuius loco duo libri ἐπιόντος; conf. IV, 118. 119) itemque ἦσαν (pro ἔσαν); cum Struv. Spec. II p. 16 reposui βασιλέες, ubi vulgo βασιλῆες. — Ad ἐβουλεύοντο Stegerus conferri vult IV, 11. In simili gentium recensu Ephorum (apud Scymn. Chium p. 378 Holsten.) Herodoti vestigia presse persecutum esse arbitratur Marx. ad Ephori fragmm. p. 193, cuius locum adscripserat *Cr.*

καὶ Νευρῶν, καὶ Ἀνδροφάγων, καὶ Μελαγχλαίνων, καὶ Γελωνῶν, καὶ Βουδίνων, καὶ Σαυροματέων.

Mores horum populorum: Tauri naufragos immolant Iphigeniae: hostium occisorum capita

103 Τούτων Ταῦροι μὲν νόμοισι τοιοισίδε χρέωνται. θύουσι μὲν τῇ Παρθένῳ τούς τε ναυηγοὺς, καὶ τοὺς ἂν λάβωσι Ἑλλήνων ἐπαναχθέντας, τρόπῳ τοιῷδε·
2 καταρξάμενοι, ῥοπάλῳ παίουσι τὴν κεφαλήν· οἱ 328

Cap. CIII.

Τούτων Ταῦροι μὲν νόμοισι τοιοισίδε χρέωνται] Pro *χρέωνται* unus liber *χρέονται*; haud male. Cf. IV, 50. „*Tauros* istos reliquias fuisse Cimmeriorum a Scythis olim finibus suis pulsorum, probabile fecit Gatterer. Comment. Societ. Reg. Gotting. Vol. XI p. 140, probante Heeren. in Ideen etc. T. I pag. 888 [I, 2 pag. 271]." *Schweigh.* Tu add. Mannert. IV p. 106. Ac tales Cimmerios ab Aeschylo indicari Prometh. 420. 716 existimat Völcker. l. l. pag. 208 coll. 209. A gentis crudelitate, quam refert Herodotus, non abhorrent, quae similia alias apud gentes litora incolentes naufragosque et diripientes et interficientes obtinere dicuntur. Idem asserit Diodor. IV, 44 (*θύεν Ἀρτέμιδι Ταυροπόλῳ τοὺς καταπλέοντας ξένους*), ac Mela II, 1, ubi plura affert de saevis his sacrificiis Tzschucke in nott. exegg. Vol. III P. II pag. 53. Nasamonum exemplo utitur Rennel. pag. 418. Videtur „autem ista potissimum (Valckenaerii ut utar verbis) inhumana Taurorum crudelitas effecisse, ut hoc praesertim nomine Scythae fuerint a Graecis in universum infamati. In diversis gentibus Scythicis tria potissimum obtinebant, quae prorsus abhorrerent ab humanissima Graecorum mansuetudine, *τὸ ξενοθυτεῖν, τὸ ἀνθρωποφαγεῖν καὶ τὸ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρᾶσθαι*. Vid. Strabo VII p. 298 D. s. 458 A. et 300 B. s. 460 B. et Elsner. Observv. in Ep. ad Coloss. III, 11."

θύουσι μὲν τῇ Παρθένῳ] *Iphigeniam* intelligi sequentia verba ostendunt. Et pertinet huc nomen *Ταυροπόλος*, Dianae vulgo quod tribuitur; de quo Creuzerus locis mox laudandis. — In seqq. *ἐπαναχθέντας* vulgo reddunt: *delatos illuc.* Quam significationem quum vix admittere videatur verbum *ἐπανάγειν*, Schweigh. suspicatur, scriptum fuisse *ἀπενειχθέντας*, quoniam *ἀποφέρειν* et *ἀποφέρεσθαι* hac significatione usitatum. Conf. II, 114 ibiq. nott. IV, 151. 152. 164. 179.

καταρξάμενοι] Male in quibusdam *κατευξάμενοι*, cum sensus sit, interprete Valckenaerio: „*auspicati* velut victimam, *clava caput percutiunt*; non ut Graeci, qui cultro victimam immolationi designabant. Huic adfirmandae lectioni sufficiet vel unicus locus Euripid. Iphigen. in Taur. 1154, quo Taurorum rex Thoas comites

μὲν δὴ λέγουσι, ὡς τὸ σῶμα ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ διωθέουσι κάτω, (ἐπὶ γὰρ κρημνοῦ ἵδρυται τὸ ἱρόν·) τὴν δὲ κεφαλὴν ἀνασταυροῦσι· οἱ δέ, κατὰ μὲν τὴν κεφαλὴν ὁμολογέουσι, τὸ μέντοι σῶμα οὐκ ὠθέεσθαι ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ λέγουσι, ἀλλὰ γῇ
3 κρύπτεσθαι. τὴν δὲ δαίμονα ταύτην, τῇ θύουσι, λέγουσι αὐτοὶ Ταῦροι Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι. Πολεμίους δὲ ἄνδρας, τοὺς ἂν χειρώσωνται, ποιεῦσι τάδε· ἀποταμὼν ἕκαστος κεφαλήν, ἀποφέρεται ἐς τὰ οἰκία· ἔπειτα ἐπὶ ξύλου μεγάλου ἀναπείρας ἱστᾷ ὑπὲρ τῆς οἰκίης ὑπερέχουσαν πολ-

supra domos erigunt: vivunt rapinis et bello.

---

interrogat Iphigeniae sacerdotis, *utrum illa iam τῶν ξένων κατήρξατο, hospites sit auspicata.* In Graecorum sacris usitatissimum verbum de Indica gente Nicol. ponit Damasc. Stobae. p. 105 [pag. 144 ed. Orell.]. Tu add. nott. ad II, 45. IV, 60. — In seqq. ad verba κρύπτεσθαι γῇ conf. I, 140.

τὴν δὲ δαίμονα ταύτην — Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι] Secundum alios rerum scriptores Iphigenia non ipsa fuit dea, sed deae sacerdos crudelitatisque ministra. At Herodotus aliam famam videtur secutus non aliter atque Hesiodus, qui in Mulierum catalogo Iphigeniam cecinerat non obiisse, sed Dianae ex sententia esse Hecaten, teste Pausan. I, 43 §. 1, ubi Herodoti quoque affertur locus. De qua duplici fama nunc monuisse video Creuzer. in Annall. Viennenss. LIV p. 123. Agnoscuntur in hisce, opinor, vestigia commercii atque sacrorum, quae Caucasi Pontique accolis cum Graecis olim intercesserint. Agitur enim hic de sacris deae, quam lunarem et omnium rerum in terris parentem (naturam vulgo dicunt naturatam) coluit tota fere Asia interior. At lunares deas haud raro iratas fingi quippe omnibus animalibus infestas ac nocivas (ob nocivam, quae in Luna inesse dicitur, vim) indeque minus humanas adeoque crudeles, vetus fuit superstitio longe lateque propagata; quae ad Tauricam quoque hanc deam pertinuisse videtur. Plura Creuzer. Symb. II p. 127 seq. 295. IV p. 198 seq. 346, qui idem nunc conferri vult: v. Stackelberg Der Apollotempel zu Bassae pag. 135 infr. Bröndsted Reisen in Griechenl. II p. 267. Westrik Disput. de Aeschyli Choeph. etc. pag. 42 seqq. 53. Raoul-Rochette Oresteid. pag. 119 seq. C. O. Müller. (Orchomen. p. 311) haec sacra ex antiquo Iphigeniae cultu in Braurone ac Lemno, qui in Scytharum terras dein fuerit translatus, repeti vult.

ἀναπείρας ἱστᾷ κ. τ. λ.] i. e. *caput — praealto infixum palo,*

4λὸν, μάλιστα δὲ ὑπὲρ τῆς καπνοδόκης. φασὶ δὲ τούτους φυλάκους τῆς οἰκίης πάσης ὑπεραιωρέεσθαι.
104 ζῶσι δὲ ἀπὸ ληΐης τε καὶ πολέμου. Ἀγάθυρσοι δὲ, ἁβρότατοι ἄνδρες εἰσὶ, καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιστα.

Agathyrsi lauti et auro culti:

---

erigit ita, ut multo supra domum, certe supra fumarium, emineat. Ita recte Schweigh. Sic ἀναπαρεὶς IV, 94. Ad ἱστᾷ conf. Matth. Gr. Gr. §. 210, 1. *Cr.* amandat ad ea, quae ad Proclum in Plat. Alcibiad. I pag. 273 adnotavit. In seqq. verba ὑπεραιωρέεσθαι τῆς οἰκίης πάσης, monente Schweigh. in Lex. Herod. idem valent atque τῆς οἰκίης πάσης ὑπερέχειν *in sublimi suspensum*, s. *erectum supra domum totam eminere.* Ad verba ζῶσι δὲ ἀπὸ ληΐης τε καὶ πολέμου conf. IV, 22.

Cap. CIV.

Ἀγάθυρσοι δὲ] Herodotea tangit Stobaeus 44, 43 [T. II p. 230 Gaisf.] itemque Eustath. ad Dionys. Perieg. 310. De *Agathyrsis* conf. Herodotei loci IV, 49. 100. 102. 125. Mel. II, 1, 15. In Transylvania Hungariaeque superioris partibus gentis sedes fuisse consentiens fere est virorum doctorum opinio. Vid. Rennel. p. 414. Mannert. IV p. 102. Heeren. Ideen I, 1 pag. 94. Niebuhr. Verm. Schrift. I pag. 377. Köppen. Nordgest. d. Pont. pag. 13. 68. Ad Sarmatarum stirpem *Agathyrsos* refert Ritter. Vorhalle pag. 286 seq. coll. 263, de ipso nominis etymo monens, in quo (ut in aliis similibus nominibus Idanthyrsorum, Thyrsagetarum, Thyssagetarum, aliorum) numinis *Tyr* aliquam rationem habitam videri coniicit. Pro Dacis eosdem habet Niebuhr. l. l. Thraciis hinc utentes moribus atque institutis. Mannerto l. l. Agathyrsi cum Getis immigrantibus coaluisse videntur in unam gentem; unde postera aetate factum, ut qui magis ad orientem habitarent, *Getae*, qui ad occidentem, *Dacae.*

ἁβρότατοι ἄνδρες εἰσὶ] ἀνδρῶν plures libri praebent cum Eustath. l. l. Interpretatur Schweigh.: „*lautissimi homines sunt.*“ — Larcherus reddidit: „*les plus efféminées de tous les hommes,*“ congruere negans haec cum eo, quod Scythis aditu interdixerint (IV, 125), nisi gentem effeminatam subinde pristinam virtutem recuperasse statuas. Equidem vocem ἁβρότατοι ad vitae cultum lautiorem ac liberaliorem, quâ haecce gens prae caeteris iisque rudioribus excelluerit, retulerim, auctore Ritter. Vorhalle pag. 287 seq., qui potissimum vestes subtiliores atque tenuiores, quibus usi fuerint Agathyrsi, respici arbitratur Orpheumque huc refert Argon. 1062 ἁβροχίτωνας (i. e. *molliter* et *delicate tunicatos,* ut Gesner. interpretatur) vocantem Maeotidis accolas; quibus ipsis si accenseri velit Ritterus Aga-

Ἐπίκοινον δὲ τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιεῦνται, ἵνα κασίγνητοί τε ἀλλήλων ἔωσι, καὶ οἰκήϊοι ἐόντες πάντες, μήτε φθόνῳ, μήτ' ἔχθεϊ χρέωνται ἐς ἀλλήλους. τὰ δ' ἄλλα νόμαια Θρήϊξι προσκεχωρήκασι.

mulierum usus quare apud eos communis: caetera similes Thracibus.

105 Νευροὶ δὲ νόμοισι μὲν χρέωνται Σκυθικοῖσι. γενεῇ δὲ μιῇ πρότερόν σφεας τῆς Δαρείου στρατηλασίης

Neurorum Scythici mores: quando et cur sedibus relictis

---

thyrsos, ex interioris Asiae adeoque Indiae tractibus huc delatos, veteremque Asiaticum vestitum, subtiliorem illum quidem in Europaeicis sedibus hinc retinentes, vereor, ut probari possit. — καὶ χρυσοφόροι, i. e. *aurum gestantes, aureis ornamentis distincti.* Quod documento est, terram illos incoluisse auri divitem, qualis hodieque fertur esse Transylvania auri copiam in montibus praebens. Vid. Köppen. l. l. p. 13. Heeren. Ideen I, 1 pag. 94. Niebuhr. Verm. Schrift. I pag. 377 coll. Ritter. Vorhalle p. 288. Add. Pomponius Mela II, 1 §. 94: „Agathyrsi ora artusque pingunt: ut quisque maioribus praestat, ita magis vel minus, caeterum iisdem omnes notis et sic, ut ablui nequeant.“ Ubi consulatur copiosa Tzschuckii adnotatio in nott. exegg. Vol. III P. II pag. 49 seq.

ἐπίκοινον — ποιεῦνται] Herodotea haec haud scio an respexerit Strabo VII p. 300 s. 461 A. Quod communes habuerint Agathyrsi uxores, id, Ritterum l. l. p. 287 seq. si audias, ad Asiaticam gentis originem pertinebit; cum in Asia interiori, unde venerint Agathyrsi, Buddhae sectatores ita more recepto vivere soleant. At plures omnino antiquitus fuisse gentes, apud quas iste mos obtinuit, satis intelligitur ex iis, quae ad Platon. Remp. V, 7 p. 514 Astius collegit, ubi vel gentis recentioris Saporogorum meminit, eundem morem sectantium. In Platonicam quoque civitatem hanc mulierum communitatem fuisse receptam indeque varie diiudicatam non minus a veteribus quam a recentioribus, satis notum. Adde his Herod. III, 101 et Tzschuck. ad Mel. I, 19 pag. 607 (Vol. III P. I) nott. exegg.

τὰ δ' ἄλλα — προσκεχωρήκασι] i. e. *quod ad reliqua attinet instituta, ad Thraces accedunt*, s. *in reliquis receperunt Thracum instituta.* Conf. I, 172.

Cap. CV.

Νευροὶ δὲ νόμοισι μὲν χρέωνται Σκυθικοῖσι] Attigit Herodotea Eustath. ad Dionys. Perieg. 310. De *Neuris* diximus ad IV, 17. De voce γενεῇ monuimus ad II, 142. Hanc vero temporis definitionem secundum hominum aetates apud Herodotum aeque atque Homerum latius patere nec certum quoddam definitumque annorum spatium indicare posse nuper contendit Ley in script. de Aegypt. fat. et condit. sub imper. Perss. p. 71.

ad Budinos commigrarint: mutatio eorum in lupos.

κατέλαβε ἐκλιπεῖν τὴν χώρην πᾶσαν ὑπὸ ὀφίων. 2 ὄφιας γάρ σφι πολλοὺς μὲν ἡ χώρη ἀνέφαινε, οἱ δὲ πλεῦνες ἄνωθέν σφι ἐκ τῶν ἐρήμων ἐπέπεσον· ἐς ὅ, πιεζόμενοι, οἴκησαν μετὰ Βουδίνων, τὴν ἑωυ-

---

κατέλαβε — ὑπὸ ὀφίων] Ad verbum κατέλαβε conf. nott. ad III, 42. — τὴν χώρην πᾶσαν *omnem terram* dicit eam, quam tenuerant, antequam iis in regionibus, in quibus eos Herodotus novit, sedes fixerant. Quod ad serpentes, quibus loco pulsi fuerint, attinet, a ranis simili modo Abderae incolas eiectos fuisse auctor est Iustinus XV, 2, a culicibus incolas Miuntis testatur Pausan. VII, 2 §. 7. Quos serpentes contra disertum Herodoti testimonium, qui eos maximam partem e regionibus superioribus, i. e. septentrionalibus iisque desertis — ἄνωθεν ἐκ τῶν ἐρήμων — supervenisse narrat, *e meridie* Neurorum regionem invasisse vult Köppen. Nordgest. d. Pont. p. 103, nimirum e regionibus *Ophiusae* (i. e. serpentinae urbis), ad Tyram fluvium sitae; ita ut serpentes isti tessararia potius ratione sint accipiendi et ad sacra religionesque Neuris oppositas referantur, praesertim cum multa in fabulis ac sacris tam Graecorum quam Indorum mentio serpentum. Quae equidem me peritioribus diiudicanda relinquo. Mihi haud pauca de locustis, quae immensa multitudine supervenientes meridionales Russiae regiones Ponto proximas ita vastant, ut nulla planta, nulla herba in solo remaneat, legenti in recentiorum peregrinatorum itinerariis, aliquando in mentem venit, *serpentes*, quibus Neuri eiecti fuerint, *locustas* fuisse, quae cum omnes terrae fruges ita comederint, ut nihil prorsus relictum esset, gentem victu necessario privatam cogerint, ut patria terra relicta, alio se conferret, ubi vitam sustentare posset.

ἐς ὅ, πιεζόμενοι, οἴκησαν μετὰ Βουδίνων, τὴν ἑωυτῶν ἐκλιπόντες] i. e. *donec pressi* (ab his serpentibus terram devastantibus ad sedes suas relinquendas coacti) *una cum Budinis habitarunt*, *sua ipsorum terra* (quam prius tenuerant) *relicta*. Quo minime illud indicatur, Neuros postquam a serpentibus pulsi ad Budinos successissent, denuo (serpentibus illis sc. egressis) in priores sedes regressos esse (ut volunt Gatterer., Heeren. I, 2 p. 276, Völcker. l. l. I pag. 181), sed potius illud unum, Neuros, sedibus suis relictis, ad Budinos secessisse et cum iis una habitasse ea nimirum aetate, quâ vixit Herodotus. Ita recte hunc locum accepisse video Mannert. IV pag. 102 immerito reprehensum a Köppenio l. l. pag. 103, qui ad Budinos Neuri quod confugerint, id ex stirpis quadam cognatione repeti posse contendit. — De ἐς ὅ, cuius loco libri

3 τῶν ἐκλιπόντες. κινδυνεύουσι δὲ οἱ ἄνθρωποι οὗ-
τοι γόητες εἶναι· λέγονται γὰρ ὑπὸ Σκυθέων καὶ
Ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ Σκυθικῇ κατοικημένων, ὡς
ἔτεος ἑκάστου ἅπαξ τῶν Νευρῶν ἕκαστος λύκος γί-
νεται ἡμέρας ὀλίγας, καὶ αὖτις ὀπίσω ἐς ταυτὰ
4 κατίσταται· ἐμὲ μέν νυν ταῦτα λέγοντες οὐ πεί-
θουσι· λέγουσι δὲ οὐδὲν ἧσσον, καὶ ὀμνύουσι δὲ
106 λέγοντες. Ἀνδροφάγοι δὲ ἀγριώτατα πάντων ἀν-
2 θρώπων ἔχουσι ἤθεα· οὔτε δίκην νομίζοντες, οὔτε

Androphagi omnium incultissimi: vitam pastoritiam agunt,

---

duo ἐς οὗ, *donec*, plura Struve l. l. I pag. 41 seq.

κινδυνεύουσι] i. e. *videntur esse*; qua significatione frequens hoc verbum apud Platonem. Vid. Ruhnken. ad Timaei Lex. Platon. pag. 159. Neurorum praestigias hinc attigit Eustathius l. l.

λύκος γίνεται] Praeter Eustath. l. l. pertinet huc Mela II, 1 c. fin. „Neuris statim singulis tempus est, quo si velint, in lupos iterumque in eos, qui fuere, mutentur;“ Plinius H. N. VIII, 34 (22): „Homines in lupos verti rursumque restitui sibi, falsum esse confidenter existimare debemus, aut credere omnia, quae fabulosa tot saeculis comperimus. Unde tamen ista vulgo infixa sit fama in tantum, ut in maledictis versipelles habeat, indicabitur.“ Equidem talia ad religiones veterum relata indeque explicata velim; nam lupus, ut Creuzer. ostendit Symbol. II p. 131 seqq. ad Solis refertur sacra eiusque ipsius quasi symbolum est atque signum; unde Latona sub lupae specie ab Hyperboreis Delum venisse fertur sacra afferens. Quo magis Galli docti displicet opinio vix commemoranda: Neuros scil. vestitu e luporum pellibus parato usos per hibernum tempus, eam aestate deposuisse. Cf. Pelloutier. Histoir. d. Celt. I pag. 305. Heerenius in Polonia interiori atque Lithuania sedes Neurorum collocans (ut vidimus ad IV, 17) quaerit, utrum haec Germanis haud incognita fama de lupis (Wehrwölfen dicimus) etiamnum apud Lithuaniae reperiatur incolas. Conf. Götting. Anz. 1815 p. 1246.

ἐς ταυτὰ κατίσταται] Pro ἐς τὠυτό, quod retinuit Matth., dedi cum Schweigh. et Gaisf. ἐς ταυτά, quod Steger. explicat εἰς τὴν αὐτὴν μορφὴν ἣν καὶ πρότερον εἶχε. Qui idem ad verba seqq. καὶ ὀμνύουσι δὲ λέγοντες ob vim particulae καὶ citat Xenoph. Anab. I, 1, 2. 5, 9. 9, 11. Hermann. ad Viger. p. 847. Tu vide potissimum Krüger. ad Xenoph. Anabas. in Ind. s. v. *καί* pag. 497.

Cap. CVI.

οὔτε δίκην νομίζοντες] i. e. *neque ius colentes ullum*, s. *neque ullum ius esse existimantes*, ut

linguam propriam habent, carne humana vescuntur.

νόμῳ οὐδενὶ χρεώμενοι. νομάδες δέ εἰσι· ἐσθῆτα 329
δὲ φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην· γλῶσσαν δὲ ἰδίην·
107 ἀνθρωποφαγέουσι δὲ μοῦνοι τούτων. Μελάγχλαι-
νοι δὲ εἵματα μὲν μέλανα φορέουσι πάντες, ἐπ' ὧν
καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι· νόμοισι δὲ Σκυθικοῖσι
108 χρέωνται. Βουδῖνοι δὲ, ἔθνος ἐὸν μέγα καὶ πολ-

---

in formula IV, 94 fin. obvia *θεοὺς νομίζειν*. Ac propius huc spectare videtur I, 142 *γλῶσσαν οὐ τὴν αὐτὴν νενομίκασι*, ubi vid. nott. II, 42. IV, 183. V, 97. De *Androphagis* vid. nott. ad IV, 18.

ἐσθῆτα — ὁμοίην] Plane eadem locutio I, 215. — Quae continuo sequuntur verba: *γλῶσσαν δὲ ἰδίην* per zeugma explicanda esse, ita ut ex antecedenti *φορέουσι* mente subaudiatur *ἔχουσι* vel simile quid, post Wesseling. monuit Matth. §. 634 pag. 1307. Quare minime opus hoc ipsum *ἔχουσι* textui inserere, ut quibusdam placuisse video, libris scriptis repugnantibus.

ἀνθρωποφαγέουσι δὲ μοῦνοι τούτων] Haec verba prius ad seq. cap. trahebantur post verba *ἐπωνυμίας ἔχουσι*, quo eodem retulit Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 309. Meliorem ordinem restituit Reiz., quem cum recentt. edd. sumus secuti. Pro *ἀνθρωποφαγέουσι* exstat quoque *ἀνδροφαγέουσι*. Apud Mel. II, 1, 120 sunt *Anthropophagi;* quod nomen unde ductum sit, neminem fugit. Atque testatur Strabo VII p. 302 C. p. 463 B. Scytharum quosdam adeo esse immanes, ut vel humana vescerentur carne. Inde hoc nomen gentis proprium fuisse negat Heeren. Ideen I, 2 pag. 277, sed a Graecis famoso illo ex more inditum; ipsamque gentem ad Bastarnos antiquissimamque Germanorum stirpem referri posse contendit. Neque vero viri docti cuiusdam probabilis videtur opinio apud Schwgh. Androphagos crudis equorum carnibus vitam sustentasse minime humanâ carne; cum a tali crudelitate abhorreant, quae IV, 119 tradantur. Pomponii Melae Anthropophagos in agri Smolenscensis et Vitepcensis tractibus egisse existimarat Bayer. Opuscc. pag. 90.

Cap. CVII.

Μελάγχλαινοι] De hac gente vid. nott. ad IV, 20. Bastarnis accenseri volunt Gatterer. et Heeren. l. l. Ad nomen gentis pertinet Mela II, 1 §. 107: „Melanchlaenis atra vestis et ex ea nomen.“ coll. I, 19, 105. Ac referente Rennel. pag. 415 Tamerlanes in Caucasi Indici montibus tribum quandam invenit, quam vocabant *Siaposhian* i. e. *nigra veste indutam*. — Pro *ἐπ' ὧν* alii codd. *ἀπ' ὧν*; de quo vid. nott. ad IV, 45.

Cap. CVIII.

Βουδῖνοι δὲ — γλαυκόν τε πᾶν ἰσχυρῶς ἐστὶ καὶ πυῤῥόν] De *Budinis* diximus ad IV, 21.

λὸν, γλαυκόν τε πᾶν ἰσχυρῶς ἐστὶ καὶ πυῤῥόν. 2 πόλις δὲ ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται ξυλίνη, οὔνομα δὲ

Melanchlaeni moribus conveniunt cum Scythis. Budini omnes caeruleo et

---

Reliqua verba sic interpretatur Schwgh.: *glauci admodum sunt omnes et rubicundi.* Quae non tam ad *oculorum* colorem, quam ad *totum corpus glauco*, s. *caeruleo pictum* et *rufo* (unde *picti Geloni* apud Virgil. Georg. II, 115) spectare vult Salmas. ad Solin. pag. 133 D., quem sequuntur Wesseling. ac Larcherus (qui Hippocrat. De aer. aq. et loc. locum §. 48 [§. 102 ed. Corai.] affert, Scythicum populum ob frigus πυῤῥόν, i. e. *rufum*, esse narrantis) improbante Mannert. III p. 8, qui interpretatur: *blauaeugigt* und *feuerfarb*, Herodotum de his accuratius edoctum fuisse negans, cuius tamen verba ad Germanicam Budinorum stirpem et ipse refert. Equidem cum Heeren. Id. I, 2 pag. 279 de *oculis caeruleis comâque rufâ* hic agi existimem, auctore quoque Rittero, Vorhall. pag. 153. 283, ubi vertit: „*ganz blaue Augen und blondes Haar.*“ Nec aliter Lange, vernaculus interpres. Quo minus placet Miot, sic vertens: „*Ils se peignent le corps en bleu ou en rouge.*“ Italus interpres: „*son tutti azzurri fortemente e rubicondi*“ in nota subiecta pluribus evincere studens, de artificiosis coloribus minime hic sermonem esse sed de naturali oculorum corporisque colore, idemque bene afferens Taciti illud de nostris maioribus [German. 4 §. 2]: „*caerulei oculi, rutilae comae.*“ Idem urget Coraës ad Hippocrat. l. l. T. II pag. 313 seq. minime de artificioso colore, sed de naturali sermonem esse; quod vel verba opposita cap. 109: οὐδὲν τὴν ἰδέην ὁμοῖοι οὐδὲ τὸ χρῶμα ostendant. Ipse πυῤῥὸν Gallice reddit „*teint basané* (colorem intelligens: *fauve* ou *jaunâtre*)“ et γλαυκὸν de oculis caeruleis accipit („*les yeux d'un bleu très-foncé*“).

πόλις δὲ ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται ξυλίνη] „πόλις πεπόλισται recurrit V, 52. VII, 59 Homerico more.“ *Wessel.* Nam vix aliud quid indicatur nisi *sita est*, *condita est urbs*, monente Schweigh. in Lex. Herod. Ac πολίζειν *urbem facere* aliquot locis probavit, notante *Cr.*, Wyttenbach. Animadverss. in Plutarch. De Fort. Alex. §.V pag. 114. Propius spectat Homer. Il. XX, 216: ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ ἐν πεδίῳ πεπόλιστο, πόλις μερόπων ἀνθρώπων. Add. Il. VII, 453. Imitatus est Apoll. Rhod. I, 178. 1346. III, 1095. IV, 1472 Dionys. Perieg. 859, alii. Idemque verbum restituendum in inscriptione quadam Philensi, quam nuper exhibuit Parthey (De Philis insula eiusque monumentt. Berolin. 1830 pag. 53) accuratissime depictam, ubi pro Πτολεμαΐδος, ἣν ἐποίησεν Σωτὴρ leg. *Πτ.*, ἣν ἐπόλισσεν. Conf. Letronne in Journal. d. Sav. 1831 Juillet pag. 409. Ad argumentum loci pertinent Eu-

rufo picti: pastores vita et phthirophagi: eos non recte Gelonos vocari: Gelonus, urbs lignea ingens, cum templis Deorum Graecorum: Geloni, Graeci origine, omnibus rebus diversi a Budinis: omnigenae silvae: lacus gignens feras utilibus pellibus et testiculis.

τῇ πόλι ἐστὶ Γελωνός· τοῦ δὲ τείχεος μέγαθος κῶ-
λον ἕκαστον, τριήκοντα σταδίων ἐστὶ, ὑψηλὸν δὲ,
καὶ πᾶν ξύλινον· καὶ οἰκίαι αὐτῶν ξύλιναι, καὶ τὰ
3 ἱρά. ἔστι γὰρ δὴ αὐτόθι Ἑλληνικῶν θεῶν ἱρὰ,
Ἑλληνικῶς κατεσκευασμένα ἀγάλμασί τε καὶ βωμοῖσι
4 καὶ νηοῖσι ξυλίνοισι. καὶ τῷ Διονύσῳ τριετηρίδας
ἀνάγουσι, καὶ βακχεύουσι. Εἰσὶ γὰρ οἱ Γελωνοὶ τὸ
ἀρχαῖον Ἕλληνες· ἐκ τῶν δὲ ἐμπορίων ἐξαναστάν-

---

stath. ad Dionys. Perieg. 310. Mela I, 19, 140. Stephan. Byz. s. v. *Γελωνός*, coll Herod. IV, 123. Heeren. Ideen I, 2 pag. 305 hanc Budinorum urbem praecipuam mercaturae sedem fuisse suspicatur, quae inde pellibus praesertim cum Graecis Ponti accolis factitata fuerit, indeque etiam urbis ambitum haud vulgarem explicari posse censet. *Cr.* ad argumentum huius loci adhiberi vult Bröndsted. Reisen in Griechenl. II p. 135 seq.

καὶ νηοῖσι ξυλίνοισι] *νηοὺς* accipio de aediculis s. sacellis, quae maioris ambitus templis opponuntur. Cf. II, 63. Ritter. loco supra laud. expressit: *Gotteshäuschen.* De Bacchi sacris, quae mox referuntur, conf. nott. ad IV, 79. De *trieteridibus* in Bacchi honorem memoriamque institutis conf., ne multa, Diodor. III, 64. IV, 3. Cicer. De nat. deor. III, 23 ibique Davis. et Creuzer. p. 621.

Εἰσὶ γὰρ οἱ Γελωνοὶ τὸ ἀρχαῖον Ἕλληνες] *Geloni antiquitus s. origine sunt Graeci, qui e suis* (Graecis igitur) *emporiis pulsi, ad Budinos habitatum concesserunt:* sive ut Lange vernacule expressit: „*Denn die Gelonen sind ursprünglich Hellenen.*“ Moneo ob Ritter., qui ita reddidit (Vorhall. p. 154. 161): „*Denn die Gelonen sind altväterische Hellenen*,“ sive (ib. p. 458) „*die alten Hellenen*,“ i. e. (ut Köppenii utar verbis Nordgest. d. Pont. pag. 14) „*die nicht im Geiste des neuen Griechenthums lebenden.*“ Nimirum id Ritterus l. l. coll. p. 183 efficere vult, Graecos hosce, qui antiquiores vocentur (quo scil. a Graecis colonis postera aetate, qui ad Ponti oras consederint, distinguantur), non ab ipsa Graecia huc pervenisse, sed ex interioris Asiae regionibus, ut adeo pro ipsorum Graecorum abavis haberi debeant. Quae ita probantur Köppenio l. l. p. 14 seq., ut hosce Gelonos pro reliquiis haberi velit Graecorum priscorum (*Urhellenen* vocat), qui ex hisce sedibus ad Pontum a Barbaris deinceps pulsi maximam partem meridiem versus commigrarint eam in terram, quam Graeciam vocamus; urbesque ad Pontum olim conditas a Milesiis tantum redintegratas fuisse. At vero haec omnia quantopere ab Herodoti verbis recte intellectis

τες, οἴκησαν ἐν τοῖσι Βουδίνοισι· καὶ γλώσσῃ τὰ
109 μὲν Σκυθικῇ, τὰ δὲ Ἑλληνικῇ χρέωνται. Βουδῖνοι
δὲ οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται καὶ Γελωνοί· ἀλλ' 70
2 οὐδὲ δίαιτα ἡ αὐτή. οἱ μὲν γὰρ Βουδῖνοι, ἐόντες
αὐτόχθονες, νομάδες τέ εἰσι, καὶ φθειροτραγέουσι
μοῦνοι τῶν ταύτῃ· Γελωνοὶ δὲ, γῆς τε ἐργάται,

---

abhorreant, nemo non videt. Mannerto III p. 14 probabile videtur, Graecos antiquissimos accolas orae Ponti septentrionalis communi *Gelonorum* nomine nuncupatos fuisse et eos, qui ad Tanain habitarint, multum differre ab iis, qui ab Istri ostiis ad interiora loca immigrarint. Ex Ephoro Scymnus Chius fragmm. vs. 124 Gelonos una cum Sauromatis atque Agathyrsis recenset, haud procul a Maeotide palude; ab aliis in Thracia collocantur aut Scythis accensentur, v. c. Virgil. Georg. II, 115. III, 461. Aen. VIII, 725. Horat. Od. III, 4, 35. — Quae sequuntur: ἐκ τῶν δὲ (sic enim cum recentt. dedi pro ἐκ δὲ τῶν) ἐμπορίων ἐξαναστάντες, οἴκησαν ἐν τοῖσι Βουδίνοισι, attigit idem Köppen. l. l. p. 14 seq. minus probabilia ab Herodoto referri statuens. De quo nunc disquirere non vacat; in Herodoti verbis, si quid video, acquiescendum. — Mox Ἑλληνικὴν dicit γλῶσσαν, quam IV, 78 dixerat Ἑλλάδα.

Cap. CIX.

Βουδῖνοι δὲ — καὶ Γελωνοὶ] Delevit haec verba Reiz. ex auctoritate cod. Sancrofti, ex quo eodem post verba ἀλλ' οὐδὲ δίαιτα ἡ αὐτὴ recepit: ἐστὶ Γελωνοῖσι καὶ Βουδίνοισι; quae ipsa a reliquis libris scriptis, quos equidem cum recentt. edd. secutus sum, absunt. Pro καὶ Γελωνοὶ, Valcken. monente, etiam scribi poterit τῇ καὶ Γελωνοὶ, quod, ut ab usu Herodoti non alienum est, ita etiam haud necessarium. Cf. Struve l. l. I pag. 24 — 27 et Herod. IV, 155.

φθειροτραγέουσι μοῦνοι τῶν ταύτῃ] Valcken. mavult φθειροτρηγέουσι et apud Arrian. Peripl. §. 18 T. III p. 73 Gail. (Ἡρόδοτος λέγει τούτους εἶναι τοὺς φθειροτρωκτέοντας) φθειροτρηγέοντας. Gatterer. in Commentt. societ. Gott. XIV p. 33 refingere placuit θηροτραγέουσι sive θειροτραγέουσι: *carnem ferinam edunt.* At Φθειροφάγους Caucasi in montibus commemorat Strabo XI p. 492 B. s. 754 et p. 499 s. 763 A., *Phthirophagos* inter Scythicas gentes Pompon. Mel. I, 19 ac Plinius H. N. VI, 4 ipseque Noster IV, 168 in Libya mulieres, quae pediculos mordeant, memorat; ubi Larcherus de gente Africae recentioris, quam Hottentotten vocant, similia refert e recentiorum peregrinatorum testimonio. Neque vero de *pediculis* hic cogitandum esse, sed de pini fructibus s. conis (nos vocamus *Tannzapfen*),

καὶ σιτοφάγοι, καὶ κήπους ἐκτημένοι, οὐδὲν τὴν
3 ἰδέην ὁμοῖοι, οὐδὲ τὸ χρῶμα. ὑπὸ μέντοι Ἑλλή-
νων καλέονται καὶ οἱ Βουδῖνοι, Γελωνοὶ, οὐκ ὀρ- 75
4 θῶς καλεόμενοι. Ἡ δὲ χώρη σφέων, πᾶσά ἐστι
δασέη ἴδῃσι παντοίῃσι· ἐν δὲ τῇ ἴδῃ τῇ πλείστῃ

---

quibus φθειρῶν nomen, contendit Ritter. Vorhalle. p. 154. 459 seq. itemque quod Cr. monuit, vir doct. in Gött. Anzeig. 1820 nr. 206 p. 2052 seq. Mihi hoc speciosius quam verius videtur. „Quod φθεὶρ (sunt verba Tzschuck. ad Mel. l. l. nott. exegg. p. 626 Vol. III P. I) de pediculo pisce intelligunt auctores Anglicanae historiae universalis T. IV p. 128, refragantur veterum narrationes adsuntque recentiorum de Tataris hodiernis testimonia.“ — Ad vocem ἰδέην in seqq. conf. nott. ad II, 77.

πᾶσά ἐστι δασέη ἴδῃσι παντοίῃσι] i. e. *omnis terra est frequens sylvis omni arborum genere refertis.* Quae eadem fere locutio IV, 21 coll. 175. VII, 111. Valcken. ad Ammon. pag. 141. In duobus libris cum exstet ἴδῃ τε παντοίῃ Koen. ad Gregor. Cor. §. 65 de dial. Ion. pag. 474 coniecit ἴδῃ παντοίῃ.

ἐν δὲ τῇ ἴδῃ τῇ πλείστῃ ἐστὶ λίμνη μεγάλη τε καὶ πολλὴ καὶ ἕλος κ. τ. λ.] Ante πλείστῃ cum recentt. edd. inserui τῇ, quod vulgo abest. Atque ἴδη πλείστη dicitur *sylva vastissima*, ut χῶρος πολλὸς IV, 39 *amplus, vastus locus*, monente Schweigh. ad IV, 123; qui h. l. quod verba λίμνη μεγάλη τε καὶ πολλὴ reddidit: *lacus magnus et altus*, rectius idem, opinor, in Lex. Herod. s. v. πολλός; *lacus magnus et amplus*. Cf. VII, 14 μέγας καὶ πολλὸς ἐγένεο. Et ita hunc locum reddi iubet Letronne Journal. d. Sav. 1817 pag. 98. 99. Heerenius (Ideen I, 2 pag. 279 seq.), quae ipsius est de Budinorum sedibus sententia, ad IV, 21 a nobis commemorata, densas sylvas ab Herodoto memoratas ad eas refert sylvas, quae hodieque per Russiam meridionalem atque potissimum in gubernio Saratow exstare dicantur vastissimae, optimam navibus fabricandis materiam suppeditantes. Qui idem l. l. pag. 280. 305 tractus superiores nunc a Wogulis atque Ostiacis occupatos in guberniis Perm ac Tobolsk ad utrumque latus montis Ural, unde maxima pellium, quae mercaturae inserviant, copia proveniat, respici vult eoque referri lacum vel potius paludem, cuius apud Herodotum fiat mentio, cum illae regiones stagnis paludibusque hodieque abundare, simulque animalium pretiosissima pelle indutorum copiam praebere dicantur. At Mannerto auctore III p. 9, Budinorum sedes si ad Vistulam mareque Balticum usque promoveantur, Poloniae sylvae,

ἐστὶ λίμνη μεγάλη τε καὶ πολλὴ, καὶ ἕλος καὶ κάλαμος περὶ αὐτήν· ἐν δὲ ταύτῃ ἐνύδριες ἁλίσκονται, καὶ κάστορες, καὶ ἄλλα θηρία τετραγωνοπρόσωπα, τῶν τὰ δέρματα περὶ τὰς σισύρνας παραῤῥάπτεται· καὶ οἱ ὄρχιες αὐτοῖσί εἰσι χρήσιμοι ἐς ὑστερέων ἄκεσιν. 330

---

quae etiamnum inveniantur, intelligendae erunt. Utut est, Gallo docto minime assentiri possum, qui lacum illum ad Volgam refert, quae circa ostia lacum maximi ambitus efficiat, optimis piscibus abundantem. Vid. De Guignes in Mém. de l'Acad. d. Inscript. T. XXXV p. 550.

ἐν δὲ ταύτῃ ἐνύδριες] Verba haecce et quae sequuntur, usque ad verba *ἐς ὑστερέων ἄκεσιν* a glossatore quodam Herodoteis adsuta censuit Gatterer. Commentt. soc. Gott. T. XII p. 120. Sed bene illa tuetur Schweigh. itemque Heeren. Ideen. I, 2 pag. 304, cum nulla eorum eiiciendorum sit causa iusta. *ἐνύδριες* sunt *lutrae* (*Otter, Fischotter*), ut II, 72, minime *canes marini*, ut placet Mannerto III pag. 7. Quod ad *castores* attinet, Köppen. Nordgest. d. Pont. pag. 17 affert urbem *Bobrow*, i. e. *castoream urbem*, in gubernio Woronjesh iisdem fere in regionibus sitam, in quibus Herodotus memoret castores.

καὶ ἄλλα θηρία τετραγωνοπρόσωπα] i. e. *animalia quadrato vultu;* quae qualia sint, equidem definire non ausim. Neque definiit Schweigh. (qui attulit Aristotel. locum Hist. An. VIII, 6) neque Heeren. Ideen I, 2 p. 305, ad doctos rerum naturalium perscrutatores provocans, nisi inde fama orta existimetur, quod capita in pellibus conspicua, retentâ cute, formam praebuerint quadratam.

περὶ τὰς σισύρνας παραῤῥάπτεται] i. e. *quorum pelles paenulis adsuuntur* s. *praetexuntur*, s., ut Ritter. Vorhall. p. 154 expressit: „*mit deren Balg sie ihre Pelze verbrämen.*" Mela II, 1, 130: Geloni hostium cutibus equos seque velant: illos reliqui corporis, se capitum. — *σισύρνας* cum Gronovio et Gaisf. scripsi pro vulg. *σισύρας*, quod Florentinus, alii praebent. Glossa Herodotea: *σισύρα· βαρβαρικὸς χιτών*, nec aliter Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 148 p. 540. Ac vulgo sane ita distinguunt, ut *σισύρνα* sit paenula e flocculis lanae concinnata s. consuta, *σισύρα* autem pallium s. tegmentum e pellibus confectum. Vid. Ammon. p. 128 et Valcken. Observv. pag. 205. Ruhnken. ad Tim. p. 231. — In seqq. *οἱ ὄρχιες* sunt *testiculi.* Ubi Ritter. l. l. cogitat de *Castoreo* s. *Bibergeil.*

110 Sauromatarum origo: Amazo- Σαυροματέων δὲ πέρι ὧδε λέγεται. Ὅτε Ἕλληνες Ἀμαζόσι ἐμαχέσαντο, (τὰς δὲ Ἀμαζόνας καλέουσι

Cap. CX.

Σαυροματέων] De his diximus ad IV, 21. Tu conf. cum Herodoteis Diodor. Sicul. II, 43 et Eustath. ad Dionys. Perieget. 653.

τὰς δὲ Ἀμαζόνας καλέουσι οἱ Σκύθαι Οἰόρπατα] Articulum *οἱ* cum Schweigh. et Gaisf. inserui. *Οἰόρπατα* meliores libri; reliqui *Αἰόρπατα.* Qua in voce priorem partem *Οἰορ* ad Latinorum *vir* accedere monet Ritter. Vorhall. pag. 318 vel ad Sanscridanum *viroh*, i. e. *heroem, virum.* Wachtero auctore in Praef. Gloss. §. 12 *Αἰρ* Scythis dicitur *vir.* De quo equidem non discernam. I. de Hammer. in Annall. Viennenss. IX p. 39, notante *Cr.*, statuit, adhuc in lingua Tartarica *Er* significare *virum.* In seqq. *δύναται* eodem sensu, quo II, 30. Ad *Ἑλλάδα* conf. IV, 78 et de *Thermodonte* nott. ad IV, 86. Ad Thermodontem enim aeque ac Tanain Amazonum sedes a veteribus constitui, post Tzschuck. ad Mel. I, 19 nott. exegg. p. 603 seq. (Vol. III P. I) bene monet Völcker. Myth. Geogr. I p. 209 de Amazonibus, qui nostra et patrum memoria disseruerint haud pauci, eos excitans pag. 216 seqq. not. 533. Qui ternas omnino Amazones distingui vult, inter quas primo loco ponit eas, quae ab Herodoto, aliis memorantur Scythicae s. Sauromaticae, quae et ipsae ternis reperiantur locis, ad paludem Maeotidem, ubi Sauromatae habitent, intra Caspium mare ac Pontum Euxinum, ubi Scytharum sedes, ac denique ad Themiscyram; famâ ipsa illarum in gentium institutis fundatâ; quamquam, si ad principem fabulae causam regredi velis, eam e Palladis Minervae sacris repetendam arbitratur, ita ut Amazonibus repraesentetur dea, tanquam Hippia atque Gorgo Amazonesque inde omnibus iis reperiantur locis, qui Minervae cultu insigniores perhibeantur, in Libya, Argolide, Boeotia, Attica. Tu conf. nott. ad IV, 188 et C. O. Müller. Orchomen. p. 357. Ac sane longum est, neque cum nostro instituto conveniens, pluribus de hac fabula, quae quam late pateat, nemo nescit, disserere, eiusque rationes reconditiores accuratius exponere. Qua in re maxime teneri volumus, quae Creuzer. monuit in Symbol. II p. 116. 171 seqq., qui toti fabulae subesse censuit ritus quosdam sacros gentium per Asiam bellicosarum ad sidera simul ac praesertim lunam spectantes, ut Amazones, in quibus viraginis vis ac notio potissimum eminuit, eundem fere locum hoc in cultu bellicoso obtinuisse perhibeantur, quem Hierodulae s. sacrae dearum ministrae, in aliorum numinum per Asiam cultu. Sed haec longius persequi, a nostro consilio, ut diximus, alienum. Nec magis vacat in ipsum *Ama-*

οἱ Σκύϑαι Οἰόρπατα· δύναται δὲ τὸ οὔνομα τοῦτο
κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν ἀνδροκτόνοι· Οἰὸρ γὰρ κα-
2 λέουσι τὸν ἄνδρα, τὸ δὲ Πατὰ, κτείνειν·) τότε λό-
γος, τοὺς Ἕλληνας, νικήσαντας τῇ ἐπὶ Θερμώδοντι
μάχῃ, ἀποπλέειν ἄγοντας τρισὶ πλοίοισι τῶν Ἀμα-
ζόνων ὅσας ἠδυνέατο ζωγρῆσαι· τὰς δὲ ἐν τῷ πε-
3 λάγεϊ ἐπιϑεμένας, ἐκκόψαι τοὺς ἄνδρας. πλοῖα δὲ
οὐ γινώσκειν αὐτὰς, οὐδὲ πηδαλίοισι χρῆσϑαι,
οὐδὲ ἱστίοισι, οὐδὲ εἰρεσίῃ· ἀλλ' ἐπεὶ ἐξέκοψαν
τοὺς ἄνδρας, ἐφέροντο κατὰ κῦμα καὶ ἄνεμον· καὶ
ἀπικνέονται τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος ἐπὶ Κρημνούς.
4 οἱ δὲ Κρημνοὶ, εἰσὶ γῆς τῆς Σκυϑέων τῶν ἐλευϑέ-
ρων. ἐνϑαῦτα ἀποβᾶσαι ἀπὸ τῶν πλοίων αἱ Ἀμα-
5 ζόνες, ὡδοιπόρεον ἐς τὴν οἰκεομένην. ἐντυχοῦσαι

num apud Scythas nomen Oeorpata: eae ad Thermodontem fluvium a Graecis victae: captivae, dominis interfectis, delatae in Cremnos, [c. 20.] e Scythis praedas agunt.

---

zonum inquirere nomen, de quo qui egerint, citat Creuzer. l. l. not. 223. Qui idem nunc haec addit: „Stanislaus Siestrrencewicz de Bohusz in libro inscripto: Recherches historiques sur l'origine des Sarmates, des Esclavons, des Slaves. Petropoli 1812. Amazonum originem sic explicat. Duos Principes Scytharum ex Bactriana deduxisse coloniam in Cappadociam, Medorum coloniam. Illos colonos Bactrianos duxisse Cappadocum virgines in matrimonium protulisseque sui imperii terminos, sed postea expulsos esse utpote rapaces et feroces. Quo facto ipsorum viduas in agmina coiisse et suam patriam esse tutatas easque dictas esse *Medorum* sermone *Samezony* sive *Muzinas*, unde fluxerit nomen *Amazonum.*" Idem *Cr.* praeterea conferri vult Inghirami Monumenti Etruschi Rag. VI de' Bronzi Etrusch. pag. 241 seqq. cap. II Osservazioni sul mito delle Amazoni. Nos addimus Hippocrat. De aer. aq. et locc. §. 90 ibique Coraëm pag. 264 seqq. T. II.

ὅσας ἠδυνέατο ζωγρῆσαι] ἠδυνέατο plerique codd. Cf. Matth. Gr. Gr. pag. 378. Aldina ed. ἠδυναίατο. Infra IV, 114 init. ἐδυνέατο, ubi Aldina ἐδυναίατο. Verba ἐν τῷ πελάγεϊ de *alto mari* equidem intellexerim, ut I, 24; εἰρεσίῃ de *remigio* intelligendum, ut I, 203. De *Cremnis* vid. nott. ad IV, 20. Völcker. Myth. Geogr. I pag. 177 auctore, hi Scythae liberi ad Cremnos iidem sunt atque regii, qui reliquos pro servis habent (IV, 20) et intra fossam (IV, 28) habitant perque glaciem ad Sindos transiiciunt. — Scripsi cum Schwgh. et Gaisf. εἰσὶ γῆς τῆς Σκυϑέων Florentini codicis auctoritate. Vulgo εἰσὶ τῆς γῆς τῶν Σκυϑέων.

δὲ πρώτῳ ἱπποφορβίῳ, τοῦτο διήρπασαν· καὶ ἐπὶ τούτων ἱππαζόμεναι, ἐληΐζοντο τὰ τῶν Σκυθέων.

111 *Scytharum de illis consilium.*

Οἱ δὲ Σκύθαι οὐκ εἶχον συμβαλέσθαι τὸ πρῆγμα· οὔτε γὰρ φωνὴν, οὔτε ἐσθῆτα, οὔτε τὸ ἔθνος ἐγίνωσκον, ἀλλ' ἐν θωύματι ἦσαν ὁκόθεν ἔλθοιεν. 2 ἐδόκεον δ' αὐτὰς εἶναι ἄνδρας τὴν αὐτὴν ἡλικίην ἔχοντας, μάχην τε δὴ πρὸς αὐτὰς ἐποιεῦντο· ἐκ δὲ τῆς μάχης τῶν νεκρῶν ἐκράτησαν οἱ Σκύθαι, καὶ 3 οὕτω ἔγνωσαν ἐούσας γυναῖκας. βουλευομένοισι ὦν αὐτοῖσι ἔδοξε κτείνειν μὲν οὐδενὶ τρόπῳ ἔτι αὐτὰς, ἑωυτῶν δὲ τοὺς νεωτάτους ἀποπέμψαι ἐς αὐτὰς, πλῆθος εἰκάσαντας ὅσαι περ ἐκεῖναι ἦσαν· τούτους δὲ στρατοπεδεύεσθαι πλησίον ἐκεινέων, καὶ ποιέειν τά περ ἂν καὶ ἐκεῖναι ποιέωσι· ἢν δὲ αὐτοὺς διώκωσι, μάχεσθαι μὲν μὴ, ὑποφεύγειν δέ· ἐπεὰν δὲ παύσωνται, ἐλθόντας αὐτοὺς πλησίον στρατοπεδεύεσθαι. ταῦτα ἐβουλεύσαντο οἱ Σκύθαι, βουλόμενοι ἐξ αὐτέων παῖδας ἐγγενήσεσθαι.

112 *Scythae iuvenes missi, cum Amazonibus consuescunt.*

Ἀποπεμφθέντες δὲ οἱ νεηνίσκοι, ἐποίευν τὰ ἐντεταλμένα. ἐπεὶ δὲ ἔμαθον αὐτοὺς αἱ Ἀμαζόνες ἐπ' οὐδεμιῇ δηλήσει ἀπι-

---

ἐπὶ τούτων] Spectat ad ἱπποφορβίῳ. Cf. Matth. p. 811. *Cr.* addit Porson. ad Homer. Od. XII, 181.

Cap. CXI.

συμβαλέσθαι τὸ πρῆγμα] „*assequi, coniectando intelligere rem*" *Cr.* Tu vid. nott. ad I, 68. IV, 45. Mox retinui θωύματι pro θώματι, quod Gaisf. induxerat (conf. nott. ad IV, 28) et cum eodem Gaisf. et hoc loco et paulo inferius ἦσαν pro ἔσαν. — τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἔχοντας equidem interpretor *viros eiusdem staturae atque aetatis.* Conf. nott. ad III, 16. In seqq. vocem τινὰς post μάχης vulgo insertam cum Schweigh. et Gaisf. delevi. — Pro εἰκάσαντας quod cui in mentem venit εἰκάσαντες, eo haud opus. De accusativi usu, ubi dativum exspectabas, dixi ad I, 37. In fine cap. pro ἐλθόντας αὐτοὺς πλησίον Stegero Praef. p. XV in mentem venit αὖτις pro αὐτούς.

Cap. CXII.

ἐπ' οὐδεμιῇ δηλήσει] Vid. I, 41 ibiq. Ad ἔων χαίρειν subintellig. αἱ Ἀμαζόνες. Ipsam dicendi formulam ἐᾶν χαίρειν (*missum facere*) in Platone, aliis, crebrius obviam, attigit Valcken. ad IX, 41. Cf. VI, 23. In seqq. ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ valet *quotidie*, *quoque die*. Ho-

γμένους, ἔων χαίρειν· προσεχώρεον δὲ πλησιαιτέρω
τὸ στρατόπεδον τῷ στρατοπέδῳ ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ.
2 εἶχον δὲ οὐδὲν οὐδ' οἱ νεηνίσκοι, ὥσπερ οὐδὲ αἱ
Ἀμαζόνες, εἰ μὴ τὰ ὅπλα καὶ τοὺς ἵππους· ἀλλὰ
ζόην ἔζωον τὴν αὐτὴν ἐκείνῃσι, θηρεύοντές τε καὶ
113 ληϊζόμενοι. Ἐποίευν δὲ αἱ Ἀμαζόνες ἐς τὴν μεσαμ-
βρίην τοιόνδε· ἐγίνοντο σποράδες, κατὰ μίαν τε
καὶ δύο, πρόσω δὴ ἀπ' ἀλληλέων, ἐς εὐμαρίην ἀπο-
2 σκιδνάμεναι. μαθόντες δὲ καὶ οἱ Σκύθαι, ἐποίευν 331
τὠυτὸ τοῦτο· καί τις μουνωθεισέων τινὶ αὐτέων
ἐνεχρίμπτετο, καὶ ἡ Ἀμαζὼν οὐκ ἀπωθέετο, ἀλλὰ
3 περιεῖδε χρήσασθαι. καὶ φωνῆσαι μὲν οὐκ εἶχε, οὐ

---

mer. Il. VIII, 529 ἐπὶ νυκτὶ, *nocte*. Add. Hesiod. Opp. 43. 102.

Cap. CXIII.

ἐς εὐμαρίην] Glossa Herodotea: εὐμάρεια· ἡσυχία καὶ ἀπόπατος. Suidas I pag. 895. εὐμαρέη· ἀπόπατος παρὰ Ἡροδότῳ. Tu vid. nott. ad II, 35. — Paulo ante μίαν cum Gaisf. et Matth. dedi pro μίην, et in seqq. τινὶ αὐτέων pro αὐτέων τινι, quod retinuit Matth.

ἐνεχρίμπτετο] i. e. *se admovit*, *accessit*, Veneris sc. fruendae causa. De equo ad equam admisso idem verbum III, 85 et apud Aelian. N. A. IV, 7; quod hic ad hominem translatum est non aliter atque συγχρωτίζεσθαι, ἐρείδειν, ut notat Valcken., qui in hoc loco omnino Theocriteum quid inesse iudicat nativam simplicitatem et elegantiam in hac Herodoti narratione iusta laude afficiens. Haud discolor, monente *Cr.*, locus Philonis de Mundi opificio pag. 104 Pfaff. ἐπεὶ δὲ ἐπλάσθη γυνὴ, θεασάμενος ἀδελφὸν εἶδος καὶ συγγενῆ μορφὴν, ἐνησμένισε τῇ θέᾳ καὶ προσιὼν ἠσπάζετο. Ἡ δὲ οὐδὲν ἐκείνου προσβλέπουσα ζῶον ἐμφερέστερον ἑαυτῇ γάνυνταί τε καὶ ἀντιπροσφθέγγεται μετ' αἰδοῦς. Haud absimilem colorem habet locus Platonis in Convivio pag. 192., pag. 407 Bekker., multorum ille mentionibus imitationibusque frequentatus. Ut ad Herodotum redeam, Herod. Vit. Homer. 30: ἐγχρίμπτεται γυναιξὶ θυούσαις. Zonarae verba p. 610 ἐγχρίψαι ἐμπεσεῖν, παραπολαῦσαι παρ' Ἡροδότῳ huc referri vult doctissimus editor. De huius verbi forma conf. nott. ad II, 70. De infinitivo, qui verbo περιεῖδε hic additur, conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1086, qui idem consulendus §. 349 ad verba συνίεσαν ἀλλήλων, quae recurrunt, IV, 114. Ipsum verbum χρήσασθαι de re Venerea similem in modum apud Demosth. advs. Neaer. pag. 1367.

γὰρ συνίεσαν ἀλλήλων, τῇ δὲ χειρὶ ἔφραζε ἐς τὴν
ὑστεραίην ἐλθεῖν ἐς τὠυτὸ χωρίον, καὶ ἕτερον
ἄγειν· σημαίνουσα δύο γενέσθαι, καὶ αὐτὴ ἑτέρην
4 ἄξειν. ὁ δὲ νεηνίσκος ἐπεὶ ἀπῆλθε, ἔλεξε ταῦτα
πρὸς τοὺς λοιπούς· τῇ δὲ δευτεραίῃ ἦλθε ἐς τὸ
χωρίον αὐτός τε οὗτος, καὶ ἕτερον ἦγε, καὶ τὴν
5 Ἀμαζόνα εὗρε, δευτέρην αὐτὴν ὑπομένουσαν. οἱ δὲ
λοιποὶ νεηνίσκοι ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, καὶ αὐτοὶ
114 ἐκτιλώσαντο τὰς λοιπὰς τῶν Ἀμαζόνων. Μετὰ δὲ,
συμμίξαντες τὰ στρατόπεδα, οἴκεον ὁμοῦ, γυναῖκα
2 ἔχων ἕκαστος ταύτην τῇ τὸ πρῶτον συνεμίχθη. τὴν
δὲ φωνὴν τὴν μὲν τῶν γυναικῶν, οἱ ἄνδρες οὐκ
ἐδυνέατο μαθεῖν, τὴν δὲ τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες
3 συνέλαβον. Ἐπεὶ δὲ συνῆκαν ἀλλήλων, ἔλεξαν πρὸς

Amazones discunt linguam Scythicam: nolunt cum viris abire in Scythicas habitationes.

τῇ χειρὶ ἔφραζε] i. e. *manu significabat*, *indicabat*. Ubi ἔφραζε idem quod ἐδείκνυε, ut recte notat Wesseling., citans Diodor. III, 18 et Aeschyl. Agamemn. 1070 (1028), ubi Herodotei loci non immemor fuit Blomfield. Ad δύο γενέσθαι (i. e. *adfuturas esse*) *Cr.* ob infinitivi aoristi usum conf. Wyttenbach Eclog. p. 42 seq. — In seqq. cum recentt. edd. scripsi τῇ δὲ δευτεραίῃ, ubi vulgo τῇ δὲ ὑστεραίῃ. Dixit Noster δευτέρῃ ἡμέρῃ IX, 32. 83. Ad usum pronominis αὐτὸς in verbis δευτέρην αὐτὴν (ubi nihil mutandum) conf. Hogeveen. ad Viger. pag. 73, ubi h. l. sic interpretatur: „*Amazonem ipsam cum comite, quam unam secum duxerat, exspectantem;* sic ut ipsa esset altera.“ Add. Diodor. XIX, 17 ibique Wesseling. Wetsten. ad Ep. II Petr. 2, 5, quem *Cr.* laudat.

καὶ αὐτοὶ ἐκτιλώσαντο τὰς λοιπὰς τῶν Ἀμαζόνων] Pervenuste hoc dici monet Valcken. ita interpretans: *torvas viragines mansuefactas sibi fecere morigeras*, ἐτιθάσσευον, χειροήθεις αὐτοῖς ποιήσαντες. Qui idem Athen. V p. 219 F., alia excitavit. Nam κτιλοῦν *cicurare*, *mansuetum reddere*, de iuvenibus hic dicitur, qui ad concubitum puellas seduxerint. Wesseling. confert κτίλον in Pind. Pyth. II, 30 (17), ubi nunc vid. Dissenii annotat., et Schol. Nicandr. Theriacc. 452.

Cap. CXIV.

αἱ γυναῖκες συνέλαβον] i. e. *virorum linguam uxores comprehenderunt*, *intellexerunt*. Cf. I, 91. II, 49. 56. III, 64. — διαιτώμεθα est: *vitam agamus cum reliquis;* conf. I, 120. — Pro οὐδαμέας alii libri οὐδαμάς.

τὰς Ἀμαζόνας τάδε οἱ ἄνδρες· „Ἡμῖν εἰσὶ μὲν το-
4 κέες, εἰσὶ δὲ κτήσιες. νῦν ὦν μηκέτι πλεῦνα χρό-
νον ζόην τοιήνδε ἔχωμεν· ἀλλ' ἀπελθόντες ἐς τὸ
πλῆθος διαιτώμεθα. γυναῖκας δὲ ἕξομεν ὑμέας, καὶ
5 οὐδαμέας ἄλλας.“ Αἱ δὲ πρὸς ταῦτα ἔλεξαν τάδε·
„Ἡμεῖς οὐκ ἂν δυναίμεθα οἰκέειν μετὰ τῶν ὑμετέ-
6 ρων γυναικῶν· οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ νόμαια ἡμῖν τε
καὶ κείνῃσί ἐστι. ἡμεῖς μὲν τοξεύομέν τε καὶ ἀκον-
τίζομεν καὶ ἱππαζόμεθα, ἔργα δὲ γυναικήϊα οὐκ
ἐμάθομεν· αἱ δὲ ὑμέτεραι γυναῖκες τούτων μὲν οὐ-
δὲν τῶν ἡμεῖς κατελέξαμεν ποιεῦσι, ἔργα δὲ γυναι-
κήϊα ἐργάζονται, μένουσαι ἐν τῇσι ἁμάξῃσι, οὔτ'
7 ἐπὶ θήρην ἰοῦσαι, οὔτε ἄλλῃ οὐδαμῇ. οὐκ ἂν ὦν
δυναίμεθα ἐκείνῃσι συμφέρεσθαι. Ἀλλ' εἰ βούλε-
σθε γυναῖκας ἔχειν ἡμέας, καὶ δοκέειν εἶναι δικαιό-
τατοι, ἐλθόντες παρὰ τοὺς τοκέας, ἀπολάχετε τῶν
κτημάτων τὸ μέρος· καὶ ἔπειτα ἐλθόντες, οἰκέωμεν
115 ἐπὶ ἡμέων αὐτέων.“ Ἐπείθοντο καὶ ἐποίησαν ταῦτα
οἱ νεηνίσκοι. ἐπεί τε δὲ ἀπολαχόντες τῶν κτημά-
των τὸ ἐπιβάλλον, ἦλθον ὀπίσω παρὰ τὰς Ἀμαζό-
2 νας, ἔλεξαν αἱ γυναῖκες πρὸς αὐτοὺς τάδε· „Ἡμέας 332

Viri, portione accepta bonorum paternorum,

μένουσαι ἐν τῇσι ἁμάξῃσι] „Atque adeo velut *οἰκουροῦσι*. Civitatum Graecarum morem in Scythiam transtulit; nam Graecae mulieris prima virtus habebatur *τὸ ἔνδον μένειν καὶ οἰκουρεῖν*.“ *Valcken.* haud pauca testimonia afferens. De Scytharum more in plaustris vivendi conf. nott. ad IV, 46. 121. — *συμφέρεσθαι* valet *convenire cum illis*, *concordes cum illis vivere*. Conf. IV, 13 ibiq. laudd. — In fine cap. ad verba *οἰκέωμεν ἐπὶ ἡμέων αὐτέων* (i. e. *separatim*, *seorsim ab aliis*, *privatim*) cf. I, 143. IX, 37. 17.

Cap. CXV.

τὸ ἐπιβάλλον] Cf. nott. ad II, 180. Larcher. citat VII, 23, alia. Attigit, monente *Cr.*, Damm. in Lex. Homeric. pag. 1407, ubi vertit: „*accepta facultatum parte*, *quae illis conveniebat.*“ Ad verba *φόβος καὶ δέος* conf. Ammon. pag. 39, ibiq. Valck. Nam *δέος* est *πολυχρόνιος κακοῦ ὑπόνοια*, *φόβος ἡ παραυτίκα πτόησις*. — In fine cap. *φέρετε* (*agedum*) eodem modo, quo IV, 127. Plura Hoogeveen. Doctr. Partt. cp. 55 §. 30.

ἔχει φόβος τε καὶ δέος, ὅκως χρὴ οἰκέειν ἐν τῷδε
τῷ χώρῳ· τοῦτο μὲν, ὑμέας ἀποστερήσάσας πατέ-
ρων· τοῦτο δὲ, τὴν γῆν τὴν ὑμετέρην δηλησαμένας
3 πολλά. ἀλλ' ἐπεί τε ἀξιοῦτε ἡμέας γυναῖκας ἔχειν,
τάδε ποιέετε ἅμα ἡμῖν· φέρετε, ἐξαναστέωμεν ἐκ
τῆς γῆς τῆσδε, καὶ περήσαντες Τάναϊν ποταμὸν οἰ-
116 κέωμεν.“ Ἐπείθοντο καὶ ταῦτα οἱ νεηνίσκοι. δια-
βάντες δὲ τὸν Τάναϊν, ὡδοιπόρεον πρὸς ἥλιον
ἀνίσχοντα τριῶν μὲν ἡμερέων ἀπὸ τοῦ Τανάϊδος
ὁδὸν, τριῶν δὲ ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος πρὸς
2 βορῆν ἄνεμον. ἀπικόμενοι δὲ ἐς τοῦτον τὸν χῶ-
ρον, ἐν τῷ νῦν κατοίκηνται, οἴκησαν τοῦτον. καὶ
διαίτῃ ἀπὸ τούτου χρέωνται τῇ παλαιῇ τῶν Σαυ-
ροματέων αἱ γυναῖκες, καὶ ἐπὶ θήρην ἐπὶ ἵππων
ἐκφοιτῶσαι ἅμα τοῖσι ἀνδράσι καὶ χωρὶς τῶν ἀν-
δρῶν, καὶ ἐς πόλεμον φοιτῶσαι, καὶ στολὴν τὴν
117 αὐτὴν τοῖσι ἀνδράσι φορέουσαι. Φωνῇ δὲ οἱ Σαυ-
ρομάται νομίζουσι Σκυθικῇ, σολοικίζοντες αὐτῇ

116 cum uxoribus Tanain transeunt: quam longe a Tanai constiterint: [postea latius habitarunt cap. 21.] mos feminis idem qui viris.

117 Lingua Sauromatarum corrupta Scythica:

Cap. CXVI.

καὶ διαίτῃ ἀπὸ τούτου χρέωνται] *ἀπὸ τούτου* hic accipio: *ab hoc inde tempore.* — De Sauromatarum sedibus conf. nott. ad IV, 21.

καὶ ἐπὶ θήρην ἐπὶ ἵππων ἐκφοιτῶσαι] Eadem, teste Wesselingio, tradit Hippocrat. De aer. aq. et locc. pag. 290 [§. 94 Cor.] coll. Platon. De legg. VII pag. 805 A.

Cap. CXVII.

νομίζουσι] Vid. nott. ad II, 42. Verba proxime sequentia *σολοικίζοντες αὐτῇ* valent: *soloece*, i. e. *vitiose illam* (linguam) *loquentes, illâ utentes.* De ipso more Wess. conf. Nicol. Damasc. ap. Stob. Serm. 42 pag. 292 [pag. 224 Tom. II Gaisf.]. Atque Hippocrat. De aer. aq. et locc. §. 89 T. I p. 84 ed. Cor. de Sarmatarum feminis, quae equis vehantur, arcum tractent pugnentque cum hostibus enarrans, haec subiicit: *οὐκ ἀποπαρθενεύονται δὲ μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι*, ubi Coraes Annott. p. 262 (T. II), quo Hippocratem cum Herodoto conciliat, coniicit: *μέχρις ἂν ἄνδρα πολεμίων ἀποκτείνωσι*, simulque Diodorum Sic. III, 52. 53 excitat de Amazonibus simile quid enarrantem. Neque prorsus aliena sunt, quae apud ipsum Herodotum IV, 64. 66 memoriae produntur. Propius huc spectant, quae Mela I, 19 §. 130 seq. tradit de *Ixamatis* eadem, quae Hippocrates de *Sarmatis*, ubi haec quoque le-

ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου, ἐπεὶ οὐ χρηστῶς ἐξέμαθον αὐτὴν
2 αἱ Ἀμαζόνες. Τὰ περὶ γάμων δὲ ὧδέ σφι διακέεται· οὐ γαμέεται παρθένος οὐδεμία, πρὶν ἂν τῶν πολε-
3 μίων ἄνδρα ἀποκτείνῃ. αἱ δέ τινες αὐτέων καὶ τελευτῶσι γηραιαὶ πρὶν γήμασθαι, οὐ δυνάμεναι τὸν νόμον ἐκπλῆσαι.

virginibus antequam hostem occiderint, non licet nubere.

118 Ἐπὶ τούτων ὦν τῶν καταλεχθέντων ἐθνέων τοὺς βασιλέας ἁλισμένους ἀπικόμενοι τῶν Σκυθέων οἱ ἄγγελοι, ἔλεγον ἐκδιδάσκοντες ὡς ὁ Πέρσης, ἐπειδή οἱ τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ τῇ ἑτέρῃ πάντα κατέστραπται, γέφυραν ζεύξας ἐπὶ τῷ αὐχένι τοῦ Βοσπόρου, διαβέβηκε ἐς τήνδε τὴν ἤπειρον· διαβὰς δὲ, καὶ καταστρεψάμενος Θρήϊκας, γεφυροῖ ποταμὸν Ἴστρον, βουλόμενος καὶ τάδε πάντα ὑπ' ἑωυτῷ
2 ποιήσασθαι. „Ὑμεῖς ὦν μηδενὶ τρόπῳ ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι περιΐδητε ἡμέας διαφθαρέντας· ἀλλὰ
3 τώυτὸ νοήσαντες, ἀντιάζωμεν τὸν ἐπιόντα. οὔκων

Scytharum legatio ad reges horum populorum.

---

gimus: „nubunt tamen; verum ut nubiles habeantur, non in aetate modus est. Nisi quae hostem interemêre, virgines manent.“ Add. III, 4 fin., ubi haec ipsa de *Sarmatis* refert Mela. — ἐξέμαθον paulo fortius, opinor, dictum atque ἔμαθον. Cf. I, 107. 124. IX, 7. 11. — οὐδεμία cum Gaisf. et Matth. dedi pro οὐδεμίη.

Cap. CXVIII.

τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ τῇ ἑτέρῃ] Asiam intelligit, alteram orbis terrarum partem, quam Noster statuit. Conf. nott. ad II, 16. Paulo ante scripsi βασιλέας pro βασιλῆας. — Ad verba ἐπὶ τῷ αὐχένι τοῦ Βοσπόρου cf. nott. ad IV, 85 et ad locutionem ὑπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι I, 201. III, 45 ibiq. citt. In fin. cap. ἔχειν ὑπ' ἑωυτῷ.

ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι] „κατῆσθαι s. ἕζεσθαι ἐκ τοῦ μέσου de illis, *qui rei se non miscent et ex eius medio quasi otiosi sedent*, Herodotea sunt.“ *Wesseling.* ad VIII, 22. Tu add. III, 83. IV, 97 ibique nott. — Mox scripsi cum recentt. edd. τώυτὸ νοήσαντες pro τώυτὸ νομίσαντες, quod Matth. retinuit. Cf. I, 59 τώυτὸ φρονήσαντες.

ἀντιάζωμεν τὸν ἐπιόντα] Conf. III, 45 ibiq. nott. et ad seqq. οὔκων ποιήσετε κ. τ. λ. Matth. Gr. Gr. p. 1291, qui idem pag. 985 consulendus ad verba *τί γὰρ πάθωμεν* et pag. 850 ad verba ἐπὶ τούτῳ ἔσται, itemque §. 455, 3, d. ad verba ἤ οὐ καὶ ἐπὶ ὑμέας, ubi Schweigh. conferri vult V, 94. VII, 16. Gregor. Cor. de dial.

ποιήσετε ταῦτα, ἡμεῖς μὲν πιεζόμενοι, ἢ ἐκλείψομεν
4 τὴν χώρην, ἢ μένοντες, ὁμολογίῃ χρησόμεθα. τί 333
γὰρ πάθωμεν, μὴ βουλομένων ὑμέων τιμωρέειν;
5 Ὑμῖν δὲ οὐδὲν ἐπὶ τούτῳ ἔσται ἐλαφρότερον. ἥκει
γὰρ ὁ Πέρσης οὐδέν τι μᾶλλον ἐπ' ἡμέας ἢ οὐ καὶ
ἐπὶ ὑμέας· οὐδέ οἱ καταχρήσει ἡμέας καταστρεψα-
6 μένῳ, ὑμέων ἀπέχεσθαι. μέγα δὲ ὑμῖν λόγων τῶνδε
μαρτύριον ἐρέομεν· εἰ γὰρ ἐπ' ἡμέας μούνους
ἐστρατηλάτεε ὁ Πέρσης, τίσασθαι τῆς πρόσθε δου-
λοσύνης βουλόμενος, χρῆν αὐτὸν πάντων τῶν ἄλ-
λων ἀπεχόμενον, οὕτω ἰέναι ἐπὶ τὴν ἡμετέρην· καὶ
ἂν ἐδήλου πᾶσι, ὡς ἐπὶ Σκύθας ἐλαύνει, καὶ οὐκ
7 ἐπὶ τοὺς ἄλλους. νῦν δὲ ἐπεί τε τάχιστα διέβη
τήνδε τὴν ἤπειρον, τοὺς αἰεὶ ἐμποδὼν γινομένους
ἡμεροῦται πάντας· τούς τε δὴ ἄλλους ἔχει ὑπ' ἑωυ-
τῷ Θρήϊκας, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἡμῖν ἐόντας πλησιο-

Att. §. 44 ibique Koen. et Schaef. pag. 103. Ad καταχρήσει vid. I, 164 ibique nott.

τίσασθαι τῆς πρόσθε δουλοσύνης βουλόμενος] De genitivi structura conf. Matth. Gr. Gr. §. 368 a. Quo eodem modo Alexandrum ait Ritter. Erdk. II p. 839 Persas esse aggressum, ut iniurias olim a Dario illatas Buddhae sectatoribus ad Volgam habitantibus ulcisceretur. Propius huc spectant, quae Dahlmann. Herod. p. 160 seq. protulit, veram belli causam non ultionem fuisse ratus, sed gloriae comparandae regnique augendi studium. Neque vero quaecunque de expeditione a Dario suscepta hic narrantur (qualia sc. Herodotus ab aliis accepisse fandoque audivisse putandus est), ea prorsus vera esse idem contendit. De qua re singulis deinceps videbimus locis; ut quid de Herodoti fide omnino statuendum sit, appareat. — Ad χρῆν conf. nott. ad I, 40 ob ellipsin voculae ἄν.

διέβη τήνδε τὴν ἤπειρον] *Europam* intelligit, alteram orbis terrarum partem. Qui simplicem verbo διέβη hic adiecit accusativum, is supra scripsit: διαβέβηκε ἐς τήνδε τὴν ἤπειρον, coll. V, 12. VIII, 62 et VII, 20, ubi ex uno Sancrofti libro praepositio, quae vulgo abest, nunc addita est. — Ad sequentia verba τοὺς αἰεὶ ἐμποδὼν κ. τ. λ. conf. Suidas s. v. ἐμποδὼν I p. 728. Ad verbum ἡμεροῦται (*pacat*) Wessel. laudat V, 2. Philon. Vit. Mos. I p. 606 D. Aeschyl. Eumen. 14.

Gelonus, Budinus et Sauromates auxilium promittunt; caeteri reges negant.

119 χώρους Γέτας.“ Ταῦτα Σκυθέων ἐπαγγελλομένων,
ἐβουλεύοντο οἱ βασιλέες οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνέων ἥκον-
2 τες· καί σφεων ἐσχίσθησαν αἱ γνῶμαι· ὁ μὲν γὰρ
Γελωνὸς, καὶ ὁ Βουδῖνος, καὶ ὁ Σαυρομάτης, κατὰ
τὠυτὸ γενόμενοι, ὑπεδέκοντο Σκύθῃσι τιμωρήσειν·
ὁ δὲ Ἀγάθυρσος, καὶ Νευρὸς, καὶ Ἀνδροφάγος,
καὶ οἱ τῶν Μελαγχλαίνων καὶ Ταύρων, τάδε Σκύ-
3 θῃσι ὑπεκρίναντο· „Εἰ μὲν μὴ ὑμεῖς ἔατε οἱ πρό-
τερον ἀδικήσαντες Πέρσας καὶ ἄρξαντες πολέμου,
τούτων δεόμενοι τῶν νῦν δέεσθε, λέγειν τε ἂν ἐφαί-
νεσθε ἡμῖν ὀρθὰ, καὶ ἡμεῖς ὑπακούσαντες, τὠυτὸ
4 ἂν ὑμῖν ἐπρήσσομεν. νῦν δὲ ὑμεῖς τε ἐς τὴν ἐκεί-
νων ἐσβαλόντες γῆν, ἄνευ ἡμέων, ἐπεκρατέετε Περ-
σέων, ὅσον χρόνον ὑμῖν ὁ θεὸς παρεδίδου· καὶ
ἐκεῖνοι, ἐπεί σφεας ὡυτὸς θεὸς ἐγείρει, τὴν ὁμοίην
5 ὑμῖν ἀποδιδοῦσι. ἡμεῖς δὲ οὔτε τι τότε ἠδικήσαμεν
τοὺς ἄνδρας τούτους οὐδὲν, οὔτε νῦν πρότεροι
πειρησόμεθα ἀδικέειν. Ἢν μέντοι ἐπίῃ καὶ ἐπὶ τὴν

Cap. CXIX.

Ταῦτα — ἐπαγγελλομένων] *Scythis haec exponentibus et quasi postulantibus;* ut IV, 200. VII, 1. VIII, 30. Apud Suidam I pag. 782 ἐπαγγέλλεται· παρακαλεῖ· ἀξιοῖ· οὕτως παρ' Ἡροδότῳ, ubi haud scio an respexerit locos, quales sunt III, 142. V, 98. Mox cum Gaisf. edidi βασιλέες et ante Γελωνὸς inserui γάρ. Est vero ὁ Γελωνὸς *Gelonorum rex*, ut I, 2 ὁ Κόλχος, ne plura. Attigit Dorvill. ad Chariton. pag. 573. — In seqq. ὑποδέκεσθαι valet *in se recipere, promittere,* ut I, 24. III, 69. 138. IV, 133 fin. Ad ἐᾶτε conf. Matth. Gr. Gr. §. 216 not. 4 p. 412.

ὅσον χρόνον — παρεδίδου] i. e. *quamdiu deus vobis permittebat s. concedebat.* Ad verbum παραδιδόναι conf. V, 67. VI, 103. VII, 18. IX, 78, quae Schweigh. in Lex. Herod. attulit.

τὴν ὁμοίην ὑμῖν ἀποδιδοῦσι] i. e. *par pari referunt, paria vobis reddunt.* Ad locutionem τὴν ὁμοίην conf. VI, 21 et Schaefer. ad Lambert. Bos. De ellipss. pag. 42. In proxime seqq. retinui δέ post ἡμέας, quamvis illa pluribus a libris absit.

Ἢν μέντοι ἐπίῃ — ἀδικέων] i. e. *si tamen hostis nostram quoque terram invaserit iniuriarumque initium fecerit.* Ex antecedentt. suppl. ὁ Πέρσης s. ὁ Δαρεῖος. ἀδικέων participium est; aliis locis genitivum in hac locutione invenias ἀδίκων; de

ἡμετέρην, ἄρξῃ τε ἀδικέων, καὶ ἡμεῖς οὐ πεισόμεσθα. μέχρι δὲ τοῦτο ἴδωμεν, μενέομεν παρ' ἡμῖν αὐτοῖσι. ἥκειν γὰρ δοκέομεν οὐκ ἐπ' ἡμέας Πέρσας, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς αἰτίους τῆς ἀδικίης γενομένους."

120 Scythae belli gerendi modum

Ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἐπύθοντο οἱ Σκύθαι, ἐβουλεύοντο ἰθυμαχίην μὲν μηδεμίαν ποιέεσθαι ἐκ

---

quo cf. Sturz. in Lex. Xenoph. IV p. 541 nr. 3 et Herod. IV, 1. — In seqq. retinui vulgatam: καὶ ἡμεῖς οὐ πεισόμεθα, i. e. *nos quoque* (hanc invasionem) *non tolerabimus s. sinemus.* Displicuit Wesselingio: οὐ πεισόμεθα, cuius loco in Sancrofti libro exstat οὐκ οἰσόμεθα. Valcken. coniecerat: σφε τισόμεθα, probante Larchero. Schweighaeuser. de suo dederat οὐ παυσόμεθα, *ne nos quidem otiosi sedebimus*, citans I, 83. IX, 52. At mox eum poenituit. Gaisfordio in mentem venerat οὐκ ὑπησόμεθα, Stegero (Praef. pag. XV) οὐ κατακεισόμεθα, cum κατακεῖσθαι dicantur, qui *otiosi* sint, ap. Xenoph. Anab. III, 1, 14. Et sane, si quid omnino mutandum, pro οὐ πεισόμεθα sive οὐκ οἰσόμεθα melius legi οὐ κεισόμεθα, („*nous ne resterons pas dans l'inaction*") monet Letronne Journ. d. Sav. 1817 p. 90, quamquam nihil prorsus novandum esse rectissime idem statuere videtur, afferens Demosthenis locum ex orat. contr. Timocrat. p. 745, 23 Reisk., ubi plane eodem modo οὐ πείσομαι („*je n' obéirai pas, je ne céderai pas, je ne me soumettrai pas, je m'y opposerai;* ita ut in Herodoteo loco οὐ πείσομαι idem fere valeat atque ἐναντιωθησόμεθα vel μαχεσόμεθα (ut v. apud Xenoph. Cyrop. VII, 4, 1 et VII, 4, 3). Quare Herodoti locum sic Gallice interpretatur: „*Si l'ennemi s' avance contre notre territoire, s'il commence les hostilités, et nous aussi, nous lui resisterons.*" Rectissime, meâ quidem ex sententia. Hoeger. in Actt. philoll. Monacc. III, 4 pag. 490 seqq. hunc locum ita constituere vult, ut pro καὶ ἡμεῖς οὐ πεισόμεθα legatur: καὶ ἡμεῖς ἀπωσόμεθα (sc. αὐτόν): *et nos repellere* (eum) *conabimur;* erui quoque posse ἀμυνεύμεθα, et ipsum Herodoteum, nisi id paulo longius a vulgatae lectionis vestigiis abesse videretur. Mihi in ea, quam supra proposui sententia, persistere placet. — Ad verba μέχρι δὲ τοῦτο ἴδωμεν conf. Matth. Gr. Gr. §. 623, init. pag. 165.

Cap. CXX.

ἐβουλεύοντο ἰθυμαχίην] Vox ἰθυμαχίη supra IV, 102. Mox scripsi cum Gaisf. et Matth. μηδεμίαν pro μηδεμίην et paulo inferius μίαν, μία pro μίην, μίη. Ad locutionem ἐκ τοῦ ἐμφανέος conf. III, 150. In seqq. cum Schweigh. et Gaisf. reduxi προσεγίνοντο pro vulg. προσεγένοντο, quod Matth. retinuit.

τοῦ ἐμφανέος, ὅτι δή σφι οὗτοί γε σύμμαχοι οὐ προσεγίνοντο· ὑπεξιόντες δὲ, καὶ ὑπεξελαύνοντες, τὰ φρέατα, τὰ παρεξίοιεν αὐτοὶ, καὶ τὰς κρήνας συγχοῦν, τὴν ποίην τε ἐκ τῆς γῆς ἐκτρίβειν, διχοῦ

constituunt: eorum tres exercitus, et reges, qui singulis praesunt, Scopasis, Idanthyrsus, Taxacis. 334

2 σφέας διελόντες. καὶ πρὸς μὲν τὴν μίαν τῶν μοιρέων, τῆς ἐβασίλευε Σκώπασις, προσχωρέειν Σαυρομάτας· τούτους μὲν δὴ ὑπάγειν, ἢν ἐπὶ τοῦτο τράπηται ὁ Πέρσης, ἰθὺ Ταναΐδος ποταμοῦ παρὰ τὴν Μαιῆτιν λίμνην ὑποφεύγοντας· ἀπελαύνοντός
3 τε τοῦ Πέρσεω, ἐπιόντας διώκειν. αὕτη μέν σφι μία ἦν μοῖρα τῆς βασιληΐης, τεταγμένη ταύτην τὴν ὁδὸν ἧπερ εἴρηται. τὰς δὲ δύο τῶν βασιληΐων, τήν τε μεγάλην, τῆς ἦρχε Ἰδάνθυρσος, καὶ τὴν τρίτην τῆς ἐβασίλευε Τάξακις, συνελθούσας ἐς τὠυτὸ, καὶ Γελωνῶν τε καὶ Βουδίνων προσγενομένων, ἡμέρης καὶ τούτους ὁδῷ προέχοντας τῶν Περσέων,

---

ὑπεξιόντες δὲ, καὶ ὑπεξελαύνοντες] i. e. *recedentes et retro agentes* (armenta sc. aliamque rem suam familiarem). Atque hoc loco monebo, Nostrum omnino frequenter uti verbis cum ὑπὸ compositis ad id indicandum, quod vel *sensim* tecteque fiat vel *retro*, *retrorsum*. Sic ὑπάγειν (IV, 125. 121 coll. Bekker. Anecdd. I p. 114. 31, ubi e quarto Herodoti libro citatur ὑπάγειν pro πορεύεσθαι) *regredi*, *recedere*, ὑποφεύγειν (IV, 124) *sensim tecteque refugere*, ὑπιέναι (*regredi*), ὑποστρέφειν (*reverti*, ut IV, 124. 128. 129. 140. VII, 211), ὑπεξελαύνειν (IV, 130), ὑπαντιάζειν (IV, 121), ὑπεκφέρειν (IV, 125 ibiq. nott.), ὑπεκχωρέειν (IX, 13. 14), ὑπεξέρχεσθαι (I, 73), ὑπεξιέναι (VII, 211. 223). In seqq. retinui διχοῦ pro olim vulg. διχῇ. Pro ἧπερ εἴρηται Struvio placet reponere ᾗπερ εἴρηται, l. l. I pag. 30. τῶν βασιληΐων Schweigh. mutatum vult in τῶν βασιληΐέων, libris invitis. Intelliguntur autem, si recte video, *regii*, qui dicuntur, *Scythae*. Cf. IV, 6. — De *Idanthyrsi* nomine conf. nott. ad IV, 76. — In seqq. cum Matthiae. et censore Ienensi (1827 nr. 164 p. 374) retinui vulgatam lectionem καὶ Γελωνῶν τε καὶ Βουδίνων προσγενομένων, a Gaisfordio duorum librorum ex auctoritate mutatam in προσγινομένων. Nam loci ratio praeteritum flagitare videtur.

ἡμέρης καὶ τούτους ὁδῷ προέχοντας τῶν Περσέων] „*unius diei itinere inter se et Persas interiecto.*“ Ita Schwgh.

ὑπεξάγειν, ὑπιόντας τε καὶ ποιεῦντας τὰ βεβουλευ-
4 μένα. πρῶτα μέν νυν ὑπάγειν σφέας ἰθὺ τῶν χωρέων τῶν ἀπειπαμένων τὴν σφετέρην συμμαχίην, ἵνα καὶ τούτους ἐκπολεμώσωσι· εἰ δὲ μὴ ἑκόντες γε ὑπέδυσαν τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Πέρσας, ἀλλ' ἄκον-
5 τας ἐκπολεμῶσαι. μετὰ δὲ τοῦτο, ὑποστρέφειν ἐς τὴν σφετέρην, καὶ ἐπιχειρέειν, ἢν δὴ βουλευομένοισι
121 δοκέῃ. Ταῦτα οἱ Σκύθαι βουλευσάμενοι, ὑπηντία-
Praecursores missi obviam ζον τὴν Δαρείου στρατιὴν, προδρόμους ἀποστείλαν-

---

Ad sensum recte. Ad verba propius: *unius diei itinere et hos Persis progressos.* Tu conf. IV, 122. IX, 22, ubi Masistii equus προέχων τῶν ἄλλων, i. e. *prae aliis longius provectus, progressus* dicitur, recte interpretante Wesseling., qui Homer. citat Il. XXIII, 453, ad quem locum Eustath. προέχειν exponit προελαύνειν. Caeterum videtur impeditior loci structura nec nisi per sensus structuram, quae dicitur, expedienda, cum accusativi τούτους — προέχοντας, ὑπιόντας τε καὶ ποιεῦντας non nisi sensu conveniant praegressis τὰς δὲ δύο sc. μοίρας, nisi accusativos τὰς δὲ δύο κ. τ. λ. a verbo pendere tanquam obiecti accusativos, qui dicuntur, statuas.

In seqq. ἀπείπασθαι τὴν συμμαχίην valet *detrectare societatem, renuntiare,* ut IV, 125. Cf. ad Plutarch. Flamin. 5 pag. 91 nott. — De verbo ἐκπολεμοῦν cf. nott. ad III, 66.

εἰ δὲ μὴ ἑκόντες γε — ἐκπολεμῶσαι] Schweigh. „*ut, qui noluissent sponte fortunam belli subire, inviti bellare cogerentur;*" vel potius: „*Namque sponte si bellum cum Persis suscipere nollent, iam fore ut ad id cogerentur.*" Sunt autem haec verba per parenthesin dicta accipienda, quibus antecedens sententia explicatur et causa quodammodo subiicitur per particulam δὲ (quae hic minime respondet verbis πρῶτα μέν νυν, ad quae potius respiciunt sequentia: μετὰ δὲ τοῦτο κ. τ. λ.); de quo Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 113. Verba ἄκοντας ἐκπολεμῶσαι non aliter atque infinitivi, qui antecedunt, ad verbum ἐβουλεύοντο init. cap. erunt referenda. De usu atque vi particulae ἀλλά monui in Creuzer. Melett. III p. 26. — In fin. cap. pro βουλευομένοισι plures codd. βουλομένοισι; confusione haud rara. Ad argumentum capitis quod attinet, Italus interpres haud male meminit expeditionis a Napoleonte nostra memoria in Russiam susceptae prudentisque Russorum consilii in defendenda terra patria, a Scytharum hoc consilio minime alieni.

Cap. CXXI.

ὑπηντίαζον] Conf. IV, 118. Ctes. Excerptt. Perss. §. 18.

2 τες τῶν ἱππέων τοὺς ἀρίστους. τὰς δὲ ἁμάξας, ἐν τῇσί σφι διαιτᾶτο τὰ τέκνα τε καὶ αἱ γυναῖκες πᾶσαι, καὶ τὰ πρόβατα [πάντα,] πλὴν ὅσα σφι ἐς φορβὴν ἱκανὰ ἦν, τοσαῦτα ὑπολιπόμενοι, τὰ ἄλλα ἅμα τῇσι ἁμάξῃσι προέπεμψαν, ἐντειλάμενοι αἰεὶ τὸ πρὸς βορέω ἐλαύνειν. ταῦτα μὲν δὴ προεκομίζετο.

Dario: liberi et uxores ablegatae cum pecoribus in septentrionem.

122 Τῶν δὲ Σκυθέων οἱ πρόδρομοι ὡς εὗρον τοὺς
Πέρσας ὅσον τε τριῶν ἡμερέων ὁδὸν ἀπέχοντας ἀπὸ
τοῦ Ἴστρου, οὗτοι μὲν τούτους εὑρόντες, ἡμέρῃς
2 ὁδῷ προέχοντες, ἐστρατοπεδεύοντο, τὰ ἐκ τῆς γῆς
φυόμενα λεαίνοντες, οἱ δὲ Πέρσαι ὡς εἶδον ἐπιφανεῖσαν τῶν Σκυθέων τὴν ἵππον, ἐπήϊσαν κατὰ στίβον αἰεὶ ὑπαγόντων· καὶ ἔπειτα, πρὸς γὰρ τὴν μίαν τῶν μοιρέων ἴθυσαν, οἱ Πέρσαι ἐδίωκον πρὸς
3 ἠῶ τε καὶ τοῦ Ταναΐδος. διαβάντων δὲ τούτων

Praecursores itineris diurni spatio absentes a Persis, tridui iter progressis ab Istro, terram vastant: Persae fugientibus instantes, ultra Tanain per Sauromaticum agrum in Budinicum tracti.

Quae sequuntur verba: *τὰς δὲ ἁμάξας κ. τ. λ.* sanequam congruunt genti, quae nullas fixas habuit sedes, in desertis palans vitamque pastoritiam degens. Cf. IV, 46 ibiq. nott. Atque observat Ritter. Erdkunde II pag. 690, ubi h. l. tangit, hodieque Tartaricas gentes, quales sunt Usbecci, Nogaei, Trachmeni, eodem modo terras planas desertasque peragrare, omni sua re familiari ipsaque familia plaustris imposita, nec ullibi domicilium firmum certasque capientes sedes. In seqq. cum Gaisf. inserui *τὰ* ante *πρόβατα*, uncisque inclusi vocem *πάντα*, quam Matth. prorsus abiecit.

Cap. CXXII.

οὗτοι μὲν τούτους] Pronomen *οὗτοι* ad antecedentia *τῶν δὲ Σκυθέων οἱ πρόδρομοι* spectat. Cf. Matth. §. 472 et conf. IV, 145. 154. 204, alia, quae larga manu suppeditat Struve I p. 29 seq. Quin ipsum nomen repeti vidimus IV, 97. — Ad *προέχοντες* conf. IV, 120. — In seqq. *λεαίνοντες*, interprete Hesych., valet *ἐκτρίβοντες*, quo ipso Noster utitur IV, 120. Est enim *minutatim commolentes, conterentes, deglabrantes*, ut pluribus ad h. l. monuit Wessel. — Ad locutionem *κατὰ στίβον* cf. IV, 123 coll. 140. V, 120. IX, 59. Namque Persae ita accessisse putandi sunt, ut Scytharum semper retrogredientium vestigia legerent s. vestigiis insisterent. — Contra *ἰθύειν* valet: *rectâ via tendere, ire.* Cf. IV, 134. Paulo aliter III, 39, ubi conf. nott.

πρὸς ἠῶ τε καὶ τοῦ Ταναΐδος] i. e. *orientem versus atque Tanain.* De hac structura, ubi et quartus et secundus casus eadem significatione praeposi-

τὸν Τάναϊν ποταμὸν, οἱ Πέρσαι ἐπιδιαβάντες ἐδίωκον· ἐς ὃ τῶν Σαυροματέων τὴν χώρην διεξελθόντες, ἀπίκοντο ἐς τὴν τῶν Βουδίνων.

123 Ὅσον μὲν δὴ χρόνον οἱ Πέρσαι ἤϊσαν διὰ τῆς Σκυθικῆς καὶ τῆς Σαυρομάτιδος χώρης, οἱ δὲ εἶχον οὐδὲν σινέεσθαι,

Urbem ligneam [c. 108.] incendunt: in solitudinem [c. 21.]

---

tionem sequitur, conf. Matth. §. 591 a. p. 1180. Add. nott. ad Herod. II, 121 et Passow. in Iahn. Annall. philoll. 1827 II p. 65 seq., ubi etiam de locutione πρὸς ἠῶ, Homericâ illâ quidem, admonuit. De qua Tu conf. nott. ad IV, 44. In seqq. ἐπιδιαβάντες est: *post illos traiecti.* Cf. similia quae attuli ad Plutarch. Philopoem. p. 6. Exoritur vero h. l. gravior quaestio, quî scilicet fieri potuerit, ut tam brevi tempore Persarum copiae Tanain traiecerint, cum ab Istro ad Maeotidem usque viginti dierum sit iter viro satis expedito, teste Herodoto IV, 101, multoque igitur longius iter agmini, multis impedimentis non minus quam perpetuo fere timore hostium advenientium retento indeque minus velociter, ut credibile est, progredienti. Itaque Palmerius Exercitt. ad Graec. Auct. p. 21: „Darius, inquit, *Hypanin* aut forte *Borysthenem, Tanaim* esse credidit, vel credere se simulavit, ut suae gloriae audaci mendacio velificaretur.“ Nec magis probabile videtur Rennelio l. l. pag. 424 seq. et Dahlmanno pag. 161 fieri potuisse, ut Darius sexaginta dierum itinere immensa haec spatia ab Istri ostiis usque ad Volgam prope Saratow bis permearit progrediendo ac regrediendo, idque non recta via, sed ambagum plena ac tortuosa. Addunt porro victus inopiam, vitaeque sustentandae difficultatem in tam immenso exercitu, alia, quae singula referre non vacat. Equidem in talibus, quae vix unquam ad liquidum perduci posse putem, decernere nolim eaque malim in medio relinquere, quam incertis coniecturis incertiora adeo reddere atque obscuriora. Hoc unum addam, videri Darii exercitum solito velocius progressum, si quidem e locutione πανσάμενος τοῦ δρόμου IV, 124. 126 tale quid colligere licebit. — Pro ἐς τὸ, quod Schweigh. et Gaisf. e Florentino dederant, reduxi ἐς ὅ. Tu vid. nott. ad IV, 12.

Cap. CXXIII.

οἱ δὲ εἶχον οὐδὲν σινέεσθαι] De particula δὲ, quae hic in locum repetitae particulae μὲν successit, cf. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I p. 95 ibique allata ex Herodoto. — σινέεσθαι cum Schwgh. et Gaisf. dedi pro σίνεσθαι, quod retinuit Matth. Infra V, 81: ἐσινέοντο. IX, 13: ἐσινέετο. — In seqq. χέρσος, interprete Hesychio II p. 1550, dicitur ἡ ἐρῆμος γῆ καὶ τραχεῖα, καὶ πᾶσα γῆ ἄκαρπος καὶ ἀνέργαστος. Item in Ms. Bibl. Coisl. p. 454 χέρσα· τὰ

2 ἅτε τῆς χώρης ἐούσης χέρσου· ἐπεί τε δὲ ἐς τὴν
τῶν Βουδίνων χώρην ἐσέβαλον, ἐνθαῦτα δὴ ἐντυ-
χόντες τῷ ξυλίνῳ τείχεϊ, ἐκλελοιπότων τῶν Βουδί-
νων, καὶ κεκενωμένου τοῦ τείχεος πάντων, ἐνέπρη-
3 σαν αὐτό. τοῦτο δὲ ποιήσαντες, εἵποντο αἰεὶ τὸ
πρόσω κατὰ στίβον· ἐς ὃ διεξελθόντες ταύτην, ἐς
4 τὴν ἐρῆμον ἀπίκοντο. ἡ δὲ ἐρῆμος αὕτη ὑπὸ οὐ-
δαμῶν νέμεται ἀνδρῶν, κέεται δὲ ὑπὲρ τῆς Βουδίνων
5 χώρης, ἐοῦσα πλῆθος ἑπτὰ ἡμερέων ὁδοῦ. ὑπὲρ δὲ
τῆς ἐρήμου Θυσσαγέται οἰκέουσι· ποταμοὶ δὲ ἐξ αὐτῶν
τέσσερες μεγάλοι ῥέοντες διὰ Μαιητέων ἐκδιδοῦσι ἐς
τὴν λίμνην τὴν καλεομένην Μαιῆτιν· τοῖσι οὐνό-
ματα κέεται τάδε, Λύκος, Ὄαρος, Τάναϊς, Σύργις.

deveniunt: per eam IV labuntur e Thyssagetis flumina, exonerantia se per Maeotas in Maeotidem, Lycus, Oarus, Tanais, Syrgis.

μὴ γεωργούμενα et quae alia attulit Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. S. c. Th. 64. — De *urbe lignea* cf. IV, 108. Ad τὸ πρόσω conf. §. 283 p. 572 et ad κατὰ στίβον nott. ad IV, 122.

ἐς τὴν ἐρῆμον ἀπίκοντο] Conf. IV, 22, ubi etiam de *Thyssagetis*. Ad verba ἐοῦσα πλῆθος conf. Herod. I, 203. Matth. Gr. Gr. §. 428, 5 pag. 794. — Mox αὐτῶν dedi pro αὐτέων.

διὰ Μαιητέων] *Maeotae* commemorantur apud Scylac. Peripl. §. 71. Scymn. Ch. fragmm. 126. 139. Orph. Argon. 1062, alios, quos citat Tzschucke ad Pompon. Mel. I, 19 nott. exegg. (Vol. III P. I) pag. 637. Apud Herodotum non nisi uno hoc loco commemorantur; nisi, quod perquam credibile est, hoc nomen latius patuit iisque gentibus, quotquot Maeoticae paludis accolae sunt, commune fuit. Conf. Ritter. Vorhalle p. 294. Köppen Nordgestade d. Pont. pag. 18.

Λύκος, Ὄαρος, Τάναϊς, Σύργις] De Guignes (Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXXV p. 546) hos fluvios (excepto Tanai) sibi cognitos esse negat; *Oarum* dein coniicit esse *Wardan* fluvium, qui e terra Kuban Caucasique tractibus decurrens in Maeotidem influit. Mannerto IV p. 79 probabile videtur, fluvios *Lycum*, *Oarum* et *Syrgin* eos esse, qui nunc vocentur *Volga*, *Uzen* et *Ural*. Supra IV, 57 *Hygris* fluvius, quem pro fluvio *Donetz* haberi et cum *Syrgi* confundi, nisi diversi omnino fuerint amnes, supra monuimus. Et quum his in regionibus nulli enotentur fluvii in mare Asovicum influentes, Rennel. p. 417, eam in opinionem incidit, ut singula Tanais brachia pro ipsis fluviis olim habita suisque nominibus designata esse contenderet. Itaque *Oarum* su-

Darius ad Oarum subsistens, et castella VIII faciens, hostes circumitu elapsos fugisse ad occasum ratus, eo pergit.

124 Ἐπεὶ ὦν ὁ Δαρεῖος ἦλθε ἐς τὴν ἐρῆμον, παυσάμενος τοῦ δρόμου, ἵδρυσε τὴν στρατιὴν ἐπὶ 2 ποταμῷ Ὀάρῳ. τοῦτο δὲ ποιήσας, ὀκτὼ τείχεα ἐτείχεε μεγάλα, ἴσον ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχοντα, σταδίους ὡς ἑξήκοντα μάλιστά κῃ· τῶν ἔτι ἐς ἐμὲ τὰ 3 ἐρείπια σῶα ἦν. Ἐν ᾧ δὲ οὗτος πρὸς ταῦτα ἐτράπετο, οἱ διωκόμενοι Σκύθαι περιελθόντες τὰ κατύ-

---

spicatur esse Volgam, *Lycum* et *Syrgin* ea Tanais brachia, quibus nunc nomen *Medweditza* et *Choper*. Ritter. Erdkunde II p. 765 cum Bayero *Oarum* pro *Volga* s. *Rha* habet; de quo dubitat Köppen. l. l. pag. 18. De *Tanai* conf. IV, 57.

Cap. CXXIV.

παυσάμενος τοῦ δρόμου] Conf. nott. ad IV, 122. Pro παυσάμενος, quod plures tuentur codd., olim παυσαμένου quod et ipsum codicum quorundam auctoritate nititur. At vid. II, 159. IV, 126, recteque monuit Dorvill. ad Charit. pag. 254, legendum esse παυσάμενος; quo participio non eum tantum, qui *sua sponte* cessat, verum etiam eum, qui *ab causa externa inductus, coactus cessat*, ut speciem patientis adsumat, significari observat, verbi natura minime inde mutatâ.

ὀκτὼ τείχεα ἐτείχεε μεγάλα] τείχεα *arces munitae* sunt, *castella*. Conf. IV, 46. Quae castella quo loco quove consilio a Dario fuerint exstructa, multum inter viros doctos quaeritur. Des Guignes (l. l. p. 547) in montibus, unde in Caucasum interiorisque Asiae campos aditus pateat, in terra Circassiorum, aliorum, haec castella exstructa esse putat, quo minus Scythae in Asiae provincias Persis subditas incurrere possent. Simili consilio postera aetate similes exstructas illic esse arces, ab hisce bene distinguendas. Add. Danvill. ibid. p. 587. Rennelio auctore p. 420 Darius orientem versus ad eam Volgae partem usque pervenit, quà circa regionem Zaritzin occidentem versus multum curvatur, prope Saratow sub gradu quinquagesimo primo latitudinis borealis. Quo usque progressus rex, veloci Volgae cursu ad reditum fuit coactus, si Rennelium audias. Dahlmann. (Herod. p. 161) de ipsis arcibus, quarum reliquias Herodotus se vidisse testatur, ut dubitari posse negat, ita hoc potius quaerendum existimat, utrum a Dario illae fuerint exstructae, praesertim cum intelligi nequeat, quo consilio et quemnam in finem commodumve haec castella erigi rex voluerit.

Ἐν ᾧ δὲ οὗτος — ἐτράπετο] In una temporis significatione (nos: *während*) apud Herodotum dici ἐν ᾧ neque ἐν τῷ, multis exemplis probare studuit Struve I p. 39. — In seqq. ad

4περθε, ὑπέστρεφον ἐς τὴν Σκυθικήν. ἀφανισθέν-1
των δὲ τούτων τὸ παράπαν, ὡς οὐκέτι ἐφαντάζοντό
σφι, οὕτω δὴ ὁ Δαρεῖος τείχεα μὲν ἐκεῖνα ἡμίεργα
μετῆκε· αὐτὸς δὲ ὑποστρέψας ἤϊε πρὸς ἑσπέρην·
δοκέων τούτους τε πάντας τοὺς Σκύθας εἶναι, καὶ
πρὸς ἑσπέρην σφέας φεύγειν.

125 Ἐλαύνων δὲ τὴν ταχίστην τὸν στρατὸν, ὡς ἐς
τὴν Σκυθικὴν ἀπίκετο, ἐνέκυρσε ἀμφοτέρῃσι τῇσι
μοίρῃσι τῶν Σκυθέων· ἐντυχὼν δὲ, ἐδίωκε ὑπεκ-
2φέροντας ἡμέρης ὁδῷ. καὶ, οὐ γὰρ ἀνίεε ἐπιὼν ὁ
Δαρεῖος, οἱ Σκύθαι κατὰ τὰ βεβουλευμένα ὑπέφευ-
γον ἐς τῶν ἀπειπαμένων τὴν σφετέρην συμμαχίην·
3πρώτην δὲ, ἐς τῶν Μελαγχλαίνων τὴν γῆν. ὡς δὲ
ἐσβαλόντες τούτους ἐτάραξαν οἵ τε Σκύθαι καὶ οἱ
Πέρσαι, κατηγέοντο οἱ Σκύθαι ἐς τῶν Ἀνδροφά-
4γων τοὺς χώρους. ταραχθέντων δὲ καὶ τούτων,
ὑπῆγον ἐπὶ τὴν Νευρίδα. ταρασσομένων δὲ καὶ
τούτων, ἤϊσαν ὑποφεύγοντες οἱ Σκύθαι ἐς τοὺς
5Ἀγαθύρσους. Ἀγάθυρσοι δὲ ὁρέοντες καὶ τοὺς
ὁμούρους φεύγοντας ὑπὸ Σκυθέων, καὶ τεταραγμέ-
νους, πρὶν ἤ σφι ἐμβαλέειν τοὺς Σκύθας, πέμψαν-
τες κήρυκα, ἀπηγόρευον Σκύθῃσι μὴ ἐπιβαίνειν

Delatus in Scythiam, exercitus alteros duos nactus, persequitur fugientes per Melanchlaenorum, Androphagorum et Neurorum terram, omnium petentium solitudinem: [c. 17. 18. 53.] Agathyrsi aditu Scythis interdicunt: Scythae in suam regionem e Neuride transeunt.

---

verbum φαντάζεσθαι conf. VII, 15 coll. 10.

Cap. CXXV.

ὑπεκφέροντας] „*semet ex conspectu auferentes*, illustrat Eustath. in Homer. Od. pag. 1478, 7 s. 142, 11.“ *Wessel.* Unus liber ὑπερφέροντας, de quo idem Wess. conferri vult VIII, 144. IX, 95. Loci sensum recte expressit Schweigh. hunc in modum: „*quas* (sc. Scytharum partes) *ibi nactus persecutus est ita, ut illi sese recipientes, semper unius diei itinere ipsum antecederent.*“ Ad sequens ἀνίεε conf. Matth. Gr. Gr. §. 212, 7. Herod. II, 113. IV, 28. 152 et de eius structura cum participio ibid. §. 551. Ad ἀπειπαμένων conf. nott. ad IV, 121.

κατηγέοντο] Apud Zonar. p. 1168 καθηγέοντο. Valet hoc verbum *praeire alicui, viam monstrare praeeundo*, et dativo iungitur, de quo Matth. §. 360, a. pag. 675. Conf. Herod. VI, 135. 102. 107. VII, 215. IX, 73.

ἀπηγόρευον Σκύθῃσι μὴ κ. τ. λ.] Cf. nott. ad III, 128 et de verbi ἐπιβαίνειν structura cum genitivo nott. ad I, 84. Ad

τῶν σφετέρων οὔρων· προλέγοντες ὡς εἰ πειρήσονται ἐσβαλόντες, σφίσι πρῶτα διαμαχήσονται. Ἀγάθυρσοι μὲν προείπαντες ταῦτα, ἐβοήθεον ἐπὶ τοὺς
7 οὔρους, ἐρύκειν ἐν νῷ ἔχοντες τοὺς ἐπιόντας. Μελάγχλαινοι δὲ καὶ Ἀνδροφάγοι καὶ Νευροὶ, ἐσβαλόντων τῶν Περσέων ἅμα Σκύθῃσι, οὔτε πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο, ἐπιλαθόμενοί τε τῆς ἀπειλῆς, ἔφευγον αἰεὶ τὸ πρὸς βορέω ἐς τὴν ἐρῆμον τεταραγμέ- 336
νοι· οἳ δὲ Σκύθαι ἐς μὲν τοὺς Ἀγαθύρσους οὐκέτι ἀπείπαντας ἀπικνέοντο· οἳ δὲ ἐκ τῆς Νευρίδος χώρης ἐς τὴν σφετέρην κατηγέοντο τοῖσι Πέρσῃσι.

126

Darius Idanthyrsum poscit praelium aut deditionem.

Ὡς δὲ πολλὸν τοῦτο ἐγίνετο, καὶ οὐκ ἐπαύετο, πέμψας Δαρεῖος ἱππέα παρὰ τὸν Σκυθέων βασιλέα Ἰδάνθυρσον, ἔλεγε τάδε· „Δαιμόνιε ἀνδρῶν, τί φεύγεις αἰεὶ, ἐξόν τοι τῶνδε τὰ ἕτερα ποιέειν;

---

verba εἰ πειρήσονται cf. Matth. p. 1091. Verbum διαμάχεσθαι cum quadam vi adhibitum videtur, ut IV, 11. IX, 48. 67, quâ fere est: *strenue pugnare, decertare.* Cf. Plut. Pericl. 26.

ἐβοήθεον ἐπὶ τοὺς οὔρους] Schweigh.: „*ad fines suae ditionis praesto fuerunt.*“ Sic βοηθεῖν I, 62. VI, 103. VII, 158, alibi. Cf. Sturz. in Lex. Xenoph. I p. 543 seq. ἐρύκειν (*arcere, propellere*) ex Homeri usu videtur repetendum; cf. Od. I, 14. IV, 594. Il. XV, 295 etc.

πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο] i. e. *ad vim propulsandam se converterunt*, ut interpretatur Wessel. nonnulla de hac dicendi formula citans, quam attigimus ad II, 45. De particulis οὔτε — τε cf. IV, 94. Ad ἀπείπαντας cf. III, 53, ubi simili modo ἀπείπας.

Cap. CXXVI.

Ὡς δὲ πολλὸν τοῦτο ἐγίνετο, καὶ οὐκ ἐπαύετο] i. e. *cum multum traheretur temporis neque finis appareret perpetuae profectionis.* — De *Idanthyrso* conf. nott. ad IV, 76.

Δαιμόνιε] Schweigh. reddit: *miser, miserrime hominum, male feriate homo.* At compellandi ac blandiendi vim habere videtur vocula frequentius hoc sensu apud Platonem adhibita; de qua, ne plura, conf. Buttmann. in Ind. ad Plat. IV dialogg. p. 226. Gorg. p. 489 C. 517 B. etc. Ex Homero, opinor, fluxit; conf. Il. II, 190. VI, 407. Aristoph. Av. 962 et ipsum Herodot. VIII, 84. Lange reddidit: *du wunderlicher Mensch.* Italus interpres: „*O stravagantissimo degli homini.*“ — Ad ἐξόν cf. Matth. Gr. Gr. §. 564.

2 *εἰ μὲν γὰρ ἀξιόχρεος δοκέεις εἶναι σεωυτῷ τοῖσι*
ἐμοῖσι πρήγμασι ἀντιωθῆναι, σὺ δὲ στάς τε καὶ
παυσάμενος πλάνης μάχεσθαι· εἰ δὲ συγγινώσκεαι
εἶναι ἥσσων, σὺ δὲ καὶ οὕτω παυσάμενος τοῦ δρό-
μου, δεσπότῃ τῷ σῷ δῶρα φέρων γῆν τε καὶ ὕδωρ,
127 *ἐλθὲ ἐς λόγους.“ Πρὸς ταῦτα ὁ Σκυθέων βασιλεὺς* **Responsio plena Scythicae simplicitatis.**
Ἰδάνθυρσος ἔλεγε τάδε· „Οὕτω τὸ ἐμὸν ἔχει, ὦ

εἰ μὲν γὰρ ἀξιόχρεος] i. e. *quodsi satis virium Tibi habere videris, si mihi parem Te iudicas.* Cum Schweigh. et Gaisf. rescripsi *ἀξιόχρεος* pro *ἀξιόχρεως*, quod Matth. retinuit. Cf. IV, 23, ad vocis significationem conf. I, 156. V, 111. — Ad *πρήγμασιν* conf. IV, 164 ibique nott.

σὺ δὲ στάς — μάχεσθαι] Similes allocutiones III, 134. VII, 159 obvias citat Wesseling. — De usu particulae *δέ*, diximus ad IV, 123. De infinitivo *μάχεσθαι* conf. Matth. Gr. Gr. §. 546, eundemque §. 551 p. 1079 ad verba *εἰ δὲ συγγινώσκεαι εἶναι ἥσσων.*

γῆν τε καὶ ὕδωρ] Aristoteles Rhett. II, 23 §. 18: *τὸ διδόναι γῆν καὶ ὕδωρ δουλεύειν ἐστί.* Unde Plinius H. N. XXII, 4 (3). „Summum apud antiquos signum victoriae erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra et altrice ipsa humo et humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio.“ Quibuscum conf. Serv. ad Virgil. Aen. VIII, 128. Et duravit sane iste mos mediam per aetatem in terris tradendis, ut e Ducangii glossario perspicitur s. v. Investitura (T. II p. 103 seqq.). In *aquae* locum haud raro invenias *herbam*, antiquo more. Plura de his Germanorum symbolis, quibus victi obedientiam declararent aut suas res aliorum in dominium transferrent Grimm. Deutsch. Rechtsalterth. I pag. 120 seq.

Cap. CXXVII.

Πρὸς ταῦτα ὁ Σκυθέων βασιλεὺς κ. τ. λ.] „Quae dicentem facit Idanthyrsum, illa Scythae regi mirabiliter congruunt artisque sunt Herodoteae plena, quâ semper *τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις καὶ πράγμασι τοὺς πρέποντας ἐφαρμόττει λόγους.* Hanc historici huius virtutem omnes agnoverunt artis bene dicendi magistri veteres, quam, inimitabilem plerisque, expresserunt accurate Lysias et Demosthenes. Hic locum quoque Theonis invenit observatum Progymn. pag. 114. Quoniam haec etiam insignita sunt *τῷ ἀφελεῖ αὐτοφυεῖ*, in exemplum *τῆς Σκυθικῆς ἁπλότητος* designat Strabo VII p. 301 s. 461 C.“ *Valcken.*

Οὕτω τὸ ἐμὸν ἔχει] i. e. *ita mihi res habet, talis fere ego sum.* Cf. Matth. Gr. Gr. §. 466, 3. Mox cum Dorvill. ad Charit. p. 573 ed. Lips. retinui *Πέρσα*, pro *Πέρσαι*, quod plures libri

Πέρσα· ἐγὼ οὐδένα κω ἀνθρώπων δείσας ἔφυγον, οὔτε πρότερον, οὔτε νῦν σε φεύγω· οὐδέ τι νεώτερόν εἰμι ποιήσας νῦν ἢ καὶ ἐν εἰρήνῃ ἐώθεα
2 ποιέειν. ὅ τι δὲ οὐκ αὐτίκα μάχομαί τοι, ἐγὼ καὶ τοῦτο σημανέω. ἡμῖν οὔτε ἄστεα, οὔτε γῆ πεφυτευμένη ἐστὶ, τῶν πέρι δείσαντες μὴ ἁλῴη ἢ καρῇ,
3 ταχύτερον συμμίσγοιμεν ἂν ἐς μάχην ὑμῖν· εἰ δὲ δέοι πάντως ἐς τοῦτο κατὰ τάχος ἀπικνέεσθαι, τυγχάνουσι ἡμῖν ἐόντες τάφοι πατρώϊοι, φέρετε, τούτους ἀνευρόντες, συγχέειν πειρᾶσθε αὐτούς· καὶ γνώσεσθε τότε, εἴτε ὑμῖν μαχησόμεθα περὶ τῶν τάφων, εἴτε καὶ οὐ μαχησόμεθα. πρότερον δὲ, ἢν μὴ
4 ἡμέας λόγος αἱρῇ, οὐ συμμίξομέν τοι. ἀμφὶ μὲν μάχῃ τοσαῦτα εἰρήσθω. Δεσπότας δὲ ἐμοὺς Δία τε ἐγὼ νομίζω, τὸν ἐμὸν πρόγονον, καὶ Ἱστίην τὴν
5 Σκυθέων βασίλειαν, μούνους εἶναι. Σοὶ δὲ ἀντὶ μὲν δώρων γῆς τε καὶ ὕδατος, δῶρα πέμψω τοιαῦτα οἷά σοι πρέπει ἐλθεῖν· ἀντὶ δὲ τοῦ

---

afferunt. Nam *Persarum regem*, non *Persas* Scytha alloquitur. Ad νεώτερον conf. nott. ad III, 62.

ἡμῖν οὔτε ἄστεα κ. τ. λ.] Eadem Valer. Max. V, 4, Ext. 5 coll. quae ad Herod. IV, 46 fin. citavimus. — „Hoc nihil audientem Darium iam ante frater monuerat Artabanus, καταλέγων τῶν Σκυθέων τὴν ἀπορίην IV, 83 [coll. IV, 134]. Permanserant idcirco semper *invicti*, οὐδὲν ἔχοντες ὑπὲρ οὗ δουλεύσουσι, secundum Ephorum apud Strabon. VII p. 303 s. 464 A., et Aegyptii regis legatis dixisse perhibentur Iustino II, 3: *tam opulenti populi ducem stolide adversus inopes occupasse bellum.* Cf. apud eundem IX, 2 et Strabon. p. 463 A." *Valcken.* Unde ductum volunt proverbium Σκυθῶν ἐρημία de *maximis calamitatibus*, sive *exitio*; conf. Interprett. ad Aristoph. Acharn. 704. Freinshem. ad Curt. VII, 8, 23. — Ad comparativum ταχύτερον cf. Matth. §. 130. — De *regiis sepulcris* conf. nott. ad IV, 71 et ad φέρετε, cuius loco in duobus libris exstat φέρε, IV, 115.

ἢν μὴ ἡμέας λόγος αἱρῇ] Conf. I, 132. II, 33. III, 45 ibiq. nott. et ad ἀμφὶ μὲν μάχῃ I, 140 ibiq. nott. — Ad verba: Δία τε ἐγὼ νομίζω cf. IV, 59 et ad verba ἀντὶ δὲ τοῦ, ubi male articulus τοῦ in Sancrofti libro desideratur, Matth. pag. 569.

ὅτι δεσπότης ἔφησας εἶναι ἐμὸς, κλαίειν λέγω.“ 6(Τοῦτό ἐστι ἡ ἀπὸ Σκυθέων ῥῆσις.) Ὁ μὲν δὴ κῆρυξ οἰχώκεε ἀγγελέων ταῦτα Δαρείῳ. 337

128 Οἱ δὲ Σκυθέων βασιλέες, ἀκούσαντες τῆς δου- 2λοσύνης τὸ οὔνομα, ὀργῆς ἐπλήσθησαν. τὴν μὲν δὴ μετὰ Σαυροματέων μοῖραν ταχθεῖσαν, τῆς ἦρχε Σκώπασις, πέμπουσι, Ἴωσι κελεύοντες ἐς λόγους ἀπικέσθαι τούτοισι, οἳ τὸν Ἴστρον ἐξευγμένον ἐφρούρεον· αὐτῶν δὲ τοῖσι ὑπολειπομένοισι ἔδοξε πλανᾶν

Mittitur Scopasis ad colloquium cum Ionibus: crebrae Scythici equitatus incursiones, Persicum fugantis.

κλαίειν λέγω] Haec locutio Atticis scriptoribus haud infrequens calamitatem, mala, damna perpetienda ac deploranda per euphemismum quendam declarat. Sic v. c. Aristoph. Acharn. 1131. Eqq. 433. Plut. 62. 612. Av. 341, ne plura. De verbo *οἰχώκεε* vid. Buttmann. Gr. Gr. maior. I p. 388. II p. 197. Et conf. ipsum Herodotum I, 189. IV, 165.

Τοῦτό ἐστι ἡ ἀπὸ Σκυθέων ῥῆσις] Omnes codd. haec verba exhibent, itemque Vatic. Prov. Append. p. 280. Suidas s. v. *ἡ ἀπὸ Σκ.* II p. 39 coll. Athen. XII p. 524 E. (ubi conf. Casaubon. et Schweigh. T. VI p. 393 seqq.) Demetr. De elocut. §. 216 in Ctes. fragmm. p. 233 seq. Quare non erat, quod e glossa marginali ea in textum irrepsisse statueret Valckenaer., quae Valcken. secuti Borheck, Reizius, Schaefer. et Matth., ut suspecta, uncis incluserunt, quibus merito nunc liberata sunt. Indicat proverbialis locutio simplicitatem genuinam nec fucatam in dicendo, si quis aperte nec tecte, nec ullis verborum ambagibus usus animi sensa libere proferat; ut h. l., ubi Idanthyrsus Darium minime reveritus plorare iubet, i. e. magna ipsum mala passurum gravissimeque laturum edicit. Spectat igitur haec formula non ad verba proxime antecedentia *κλαίειν λέγω*, sed ad omnem Idanthyrsi sententiam sive responsum liberum coram potentissimo orbis terrarum rege. Originem locutionis ab Anacharside repetunt, teste Diogen. Laert. I, 101. Cf. Walz. ad Arsen. Violet. p. 270 seq.

Cap. CXXVIII.

αὐτῶν δὲ τοῖσι ὑπολειπομένοισι κ. τ. λ.] i. e. *iis Scythis, qui relinquebantur, visum est, non amplius Persas circumducere, sed eos aggredi prandium dum sumerent.* Ad verbum *πλανᾶν* cf. Matth. Gr. Gr. §. 491, a. pag. 923. — *σῖτα ἀναιρεῖσθαι* s. *αἱρεῖσθαι* (*prandere, cibum sumere*) invenitur III, 26. VII, 120. Quare non est, quod cum Abreschio scribamus *ἂν ἀναιρεομένοισι*, nec magis Schweighaeuseri placet ratio in Addend. verba *σῖτα ἀναιρεόμενοι* interpretantis: *frumentantes, cibaria avehentes;* quamquam

μὲν μηκέτι Πέρσας, σῖτα δὲ ἑκάστοτε ἀναιρεομέ-
3 νοισι ἐπιτίθεσθαι. νωμῶντες ὦν σῖτα ἀναιρεομέ-
4 νους τοὺς Δαρείου, ἐποίευν τὰ βεβουλευμένα. ἡ μὲν
δὴ ἵππος τὴν ἵππον αἰεὶ τρέπεσκε ἡ τῶν Σκυθέων·
οἱ δὲ τῶν Περσέων ἱππόται φεύγοντες ἐσέπιπτον
5 ἐς τὸν πεζόν. ὁ δὲ πεζὸς ἂν ἐπεκούρεε. οἱ δὲ
Σκύθαι ἐσαράξαντες τὴν ἵππον ὑπέστρεφον, τὸν
πεζὸν φοβεύμενοι. ἐποιεῦντο δὲ καὶ τὰς νύκτας
παραπλησίας προσβολὰς οἱ Σκύθαι.

129 *Vox rudientium asinorum et species mulorum Scythicos equos insuetos consternat. [c. 28.]*

Τὸ δὲ τοῖσι
Πέρσῃσί τε ἦν σύμμαχον, καὶ τοῖσι Σκύθῃσι ἀντί-
ξοον, ἐπιτιθεμένοισι τῷ Δαρείου στρατοπέδῳ, θῶυμα
μέγιστον ἐρέω· τῶν τε ὄνων ἡ φωνὴ, καὶ τῶν ἡμιό-
2 νων τὸ εἶδος. οὔτε γὰρ ὄνον οὔτε ἡμίονον γῆ ἡ
Σκυθικὴ φέρει, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται·
οὐδὲ ἔστι ἐν τῇ Σκυθικῇ πάσῃ χώρῃ τὸ παράπαν
3 οὔτε ὄνος, οὔτε ἡμίονος, διὰ τὰ ψύχεα. ὑβρίζοντες

---

in Lex. Herod. vulgatam verbi interpretationem retinuit, a quâ denuo recessit Gallus interpres, sic vertens: „*toutes les fois qu'ils vouloient enlever des vivres.*" — In seqq. νωμᾶν valet *mente attendere*, *observare*, ut in Plat. Cratyl. pag. 411. D. Add. Sophocl. Oed. R. 300. Aeschyl. S. c. Th. 25. Quibus *Cr.* addit Matthiae. Hymn. Homer. p. 404. — Ad imperfecta τρέπεσκε et ἐπεκούρεε conf. IV, 130 et nott. ad III, 117. — Ἐσαράξαντες interpretor: *in fugam versis Persarum equitibus*, s. *ubi Persarum equitatum repulerunt.* Cf. V, 116 et ad ὑποστρέφειν IV, 120.

Cap. CXXIX.

ἀντίξοον] Conf. nott. ad I, 174. Mox reposui θώυμα et θωύματι, a Gaisf. mutatum in θῶμα et θώματι. Conf. IV, 28. 111. 199. — Ad argumentum *Cr.* confert Gesen. ad Ies. XXI, 7 pag. 660, qui plura attulit de asinis, quos Persae aeque atque aliae gentes non ad onera tantum ferenda, sed ad bellum quoque adhibuerint pro equis.

ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται] Vid. IV, 28. Clement. Alexandr. Cohortt. ad Gent. T. I p. 25, 11 Pott. si audis, asinos Scythae immolarunt; nisi quod valde credibile est, Scythas cum Hyperboreis, quos Apollini asinos mactasse Pindarus testatur Pyth. X, 51, ille confuderit.

ὑβρίζοντες] Glossa reddit σκιρτῶντας, nec aliter fere Suidas T. III pag. 523. Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 149 pag. 542. At de *ruditu* rectius accipi monet Wesseling. conferens Xenoph. Anab. V, 8, 8. Pind. Pyth. X, 55. Schweigh. auctore

ὦν οἱ ὄνοι ἐτάρασσον τὴν ἵππον τῶν Σκυθέων· πολλάκις δὲ, ἐπελαυνόντων ἐπὶ τοὺς Πέρσας, μεταξὺ ὅκως ἀκούσειαν οἱ ἵπποι τῶν ὄνων τῆς φωνῆς, ἐταράσσοντό τε ὑποστρεφόμενοι, καὶ ἐν θώυματι ἔσκον, ὀρθὰ ἱστάντες τὰ ὦτα· ἅτε οὔτε ἀκούσαντες πρότερον φωνῆς τοιαύτης, οὔτε ἰδόντες τὸ εἶδος. ταῦτα μέν νυν ἐπὶ σμικρόν τι ἐφέροντο τοῦ πολέμου.

130 Οἱ δὲ Σκύθαι, ὅκως τοὺς Πέρσας ἴδοιεν τεθορυβημένους, ἵνα παραμένοιέν τε ἐπὶ πλέω χρόνον

Scytharum astus Persis praedae quid subinde ob-

---

omnino vocem Latine reddes *lascivientes.* Et sane videtur esse: *lascivientes lasciviamque suam ut aliis rebus signisve, ita ruditu maxime declarantes.* — Ad ὅκως ἀκούσειαν conf. ob usum particulae ὅπως I, 11 ibiq. nott. IV, 130 et ad formam ἀκούσειαν Matth. Gr. Gr. §. 198 pag. 361. — Ad ἔσκον conf. nott. ad I, 196.

ὀρθὰ ἱστάντες τὰ ὦτα] E Sophoclis Electr. 25 haec ducta esse videbantur Valcken., qui Philostratea quoque excitavit p. 687, 2. 750, 2. At quod attinet ad Sophoclea, Tu conf. nott. ad III, 119 et quae de his ad h. l. in Excursu disputavit C. Fr. Hermann.

ταῦτα μέν νυν — τοῦ πολέμου] Valla, probante Wessel., sic vertit: *Atque hoc quidem paululum quiddam momenti ad bellum afferebat;* cum scil. profuerit Persis non nihil in Scytharum equestri incursu asinorum is clamor, nec multum tamen ad belli successum. Quod Wessel. huc refert VII, 211, id commodius huc trahi posse negat Schweigh., qui ipse conferens III, 134 (ubi vid. nott.), hunc in modum interpretatur: *et haec quidem res pauxillum quidpiam ad belli fortunam conferebat;* ubi ταῦτα pro pluralis nominativo habet, quem sane excipiat verbum plurale. Gaisfordio ac Stegero ad ἐφέροντο placet subintelligere οἱ Πέρσαι, ut hic fere loci sit sensus: *Atque hoc, leve quidem, sed aliquid tamen ad belli successum Persae adepti sunt.*

Cap. CXXX.

τεθορυβημένους] Stegerus subintelligi vult: οἷα δὴ ὡρμημένους ἐκ τῆς χώρας Σκυθικῆς ἐξιέναι. Mox cum recentt. scripsi ἀνιῴατο pro ἀνιῷατο et ἐπιδευέες pro ἐπιδεέες. Verba seqq.: ὅκως τῶν προβάτων τῶν σφετέρων αὐτῶν καταλίποιεν μετὰ τῶν νομέων valent: *quoties* pecudum suarum nonnullas una cum *pastoribus reliquerant.* Moneo, ne cui refingere placeat ὅκως — μὴ καταλάβοιεν, de quo iam satis disputavit Larcher. h. l. — Ad imperfecta ἂν ὑπεξήλαυνον et ἂν ἐλάβεσκον, ἐπήροντο ἂν conf. nott. ad III, 117.

iicientium, ut manentes diutius inopia vexentur.

ἐν τῇ Σκυθικῇ, καὶ παραμένοντες ἀνιῴατο, τῶν 2 πάντων ἐπιδευέες ἐόντες, ἐποίευν τοιάδε. ὅκως τῶν 338 προβάτων τῶν σφετέρων αὐτῶν καταλίποιεν μετὰ τῶν νομέων, αὐτοὶ ἂν ὑπεξήλαυνον ἐς ἄλλον χῶρον· οἱ δὲ ἂν Πέρσαι ἐπελθόντες ἐλάβεσκον τὰ πρόβατα, καὶ λαβόντες, ἐπήροντο ἂν τῷ πεποιημένῳ.

131 Πολλάκις δὲ τοιούτου γινομένου, τέλος Δαρεῖός τε ἐν ἀπορίῃσι εἴχετο· καὶ οἱ Σκυθέων βασιλέες μαθόντες τοῦτο, ἔπεμπον κήρυκα, δῶρα Δαρείῳ φέροντα, ὄρνιθά τε, καὶ μῦν, καὶ βάτραχον, 2 καὶ ὀϊστοὺς πέντε. Πέρσαι δὲ τὸν φέροντα τὰ δῶρα ἐπειρώτεον τὸν νόον τῶν διδομένων· ὁ δὲ οὐδὲν ἔφη οἱ ἐπεστάλθαι ἄλλο ἢ δόντα τὴν ταχίστην

Dario malis impedito caduceator a Scythis missus quae dona tulerit.

ἐπήροντο ἂν τῷ πεποιημένῳ] i. e. *efferebantur re peracta, praeda coacta.* „Scilicet hoc fuit Scytharum consilium, ut spe Dario facta praedae identidem, unde exercitum aleret, faciendae, retineretur rex cis Istrum fluvium, donec ad extremum, ponte Istri ab Ionibus rescisso (coll. c. 33) reditu exclusus exercitus fame esset periturus.“ *Schweigh.*

Cap. CXXXI.

ἐν ἀπορίῃσι εἴχετο] i. e. *consilii inopia tenebatur, anceps haerebat, quid consilii caperet.* Ad locutionem conf. I, 190 fin. Mox pro βασιλῆες exhibui βασιλέες. Fugit, ut videtur, et Gaisf. et Struv. Spec. II pag. 14. 16.

ὄρνιθά τε, καὶ μῦν κ. τ. λ.] Exscripsit Athen. VIII, 9 pag. 334 A. E Pherecyde Syr. haec Scytharum dona sed auctiora enumerat Clemens Alexandr. Stromat. V p. 671 (pag. 57 fragmm. Pherecyd. ed. Sturz.). Ad βάτραχον conf. Eustath. ad Homer. Iliad. p. 468, 31 s. 356 extr. ad Odyss. pag. 1570 s. 271, 46. — „*Quid sibi vellent ista dona*, primum dicit τὸν νόον τῶν διδομένων, tum τὸ ἐθέλει τὰ δῶρα λέγειν; id est, τί διανοηθέντες aut πρὸς τί ἀφορῶντες, sive τίνι ποτὲ γνώμῃ χρώμενοι ἔπεμπον. Verbum Noster in talibus adhibet ἐθέλει, Homer. secutus. Euripid. Hippol. 865. Herod. II, 13. V, 86. VI, 37. Homil. Clement. XIV, 9. Magis usitata sunt τί τοῦτο βούλεται, et βούλεται λέγειν vel εἶναι. Etiam apud Herod. II, 30 [ubi vid. nott. IV, 110] δύναται in talibus adhibetur.“ *Valcken.* Attigit Herodotea Gallus philosophus, Rousseau Emil IV, commonstraturus, quanta in eiusmodi signis s. symbolis insit vis, omni scripto, omnibus literis, maior.

ἀπαλλάσσεσθαι· αὐτοὺς δὲ τοὺς Πέρσας ἐκέλευε, εἰ σοφοί εἰσι, γνῶναι τὸ ἐθέλει τὰ δῶρα λέγειν. ταῦτα
132 ἀκούσαντες οἱ Πέρσαι, ἐβουλεύοντο. Δαρείου μέν
νυν ἡ γνώμη ἦν, Σκύθας ἑωυτῷ διδόναι σφέας τε
αὐτοὺς, καὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ· εἰκάζων τῇδε, ὡς
μῦς μὲν ἐν γῇ γίνεται, καρπὸν τὸν αὐτὸν ἀνθρώ-
πῳ σιτεόμενος· βάτραχος δὲ ἐν ὕδατι· ὄρνις δὲ
μάλιστα ἔοικε ἵππῳ· τοὺς δὲ ὀϊστοὺς, ὡς τὴν ἑωυ-
2 τῶν ἀλκὴν παραδιδοῦσι. αὕτη μὲν Δαρείῳ ἡ γνώμη
ἀπεδέδεκτο. Συνεστήκεε δὲ ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἡ Γω-
βρύεω, τῶν ἀνδρῶν τῶν ἑπτὰ ἑνὸς τῶν τὸν Μάγον
3 κατελόντων, εἰκάζοντος τὰ δῶρα λέγειν· „Ἢν μὴ
ὄρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε ἐς τὸν οὐρανὸν, ὦ
Πέρσαι, ἢ μύες γενόμενοι κατὰ τῆς γῆς καταδύητε,
ἢ βάτραχοι γενόμενοι ἐς τὰς λίμνας ἐσπηδήσητε,
οὐκ ἀπονοστήσετε ὀπίσω, ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμά-
των βαλλόμενοι.“ Πέρσαι μὲν δὴ οὕτω τὰ δῶρα
εἴκαζον.

Diversa eorum interpretatio Darii et Gobryae.

133 Ἡ δὲ Σκυθέων μία μοῖρα ἡ ταχθεῖσα πρότε-

Hortatur Scopasis [c. 12.] Io-

Cap. CXXXII.

εἰκάζων τῇδε] Per quandam sensus structuram refertur hoc ad: *Δαρείου γνώμη ἦν*. Minus differt sensu, quod III, 68 exstat: *τῇδε συμβαλλεόμενος*, coll. I, 68. — Ad verba *τὸν αὐτὸν ἀνθρώπῳ* conf. Matth. Gr. Gr. §. 385, 1.

αὕτη μὲν Δαρείῳ ἡ γνώμη ἀπεδέδεκτο] i. e. *Haec a Dario enuntiata erat sententia*, s. *hanc dixerat Darius sententiam.* Haud infrequens *ἀποδείκνυσθαι γνώμην* I, 207. II, 24. III, 74. 82. 160. IV, 97. 137. — Quod continuo sequitur: *συνεστήκεε δὲ ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἡ Γοβρύεω*, valet: *opposita, contraria huic erat Gobryae* (de quo cf. III, 70) *sententia.* Ad *συνεστήκεε* cf. nott. ad I, 208. — In seqq. voces *ἑνὸς τῶν* a duobus codd. absunt. Conf. III, 153.

Ἢν μὴ ὄρνιθες κ. τ. λ.] Ad sententiam Valcken. excitavit Eurip. Phoeniss. 1222. Plaut. Amph. I, 1, 294. Add. Bergler. ad Aristoph. Av. 348. Ad *ἀναπτῆσθε* conf. Matth. Gr. Gr. p. 481 et ad *ἀπονοστήσετε ὀπίσω* nott. ad III, 16.

Cap. CXXXIII.

μία μοῖρα] *μία* cum Gaisf. et Matth. dedi pro *μίη*. — In seqq. ad verba *ἑξήκοντα ἡμέρας κ. τ. λ.* conf. IV, 98. Intactum reliqui *προσγενομένου* a Schweigh. et Gaisf. ex aucto-

nes, ut custodiam pontis deserant.

ρον μὲν παρὰ τὴν Μαιῆτιν λίμνην φρουρέειν, τότε δὲ ἐπὶ τὸν Ἴστρον Ἴωσι ἐς λόγους ἐλθεῖν, ὡς ἀπί-2κετο ἐπὶ τὴν γέφυραν, ἔλεγε τάδε· „Ἄνδρες Ἴω- 339 νες, ἐλευθερίην ὑμῖν ἥκομεν φέροντες, ἤνπερ γε ἐθέλητε ἐσακούειν. πυνθανόμεθα γὰρ Δαρεῖον ἐντείλασθαι ὑμῖν, ἑξήκοντα ἡμέρας μούνας φρουρήσαντας τὴν γέφυραν, αὐτοῦ μὴ παραγενομένου ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἀπαλλάσσεσθαι ἐς τὴν ὑμετέρην. 3νῦν ὦν ὑμεῖς τάδε ποιεῦντες, ἐκτὸς μὲν ἔσεσθε πρὸς ἐκείνου αἰτίης, ἐκτὸς δὲ πρὸς ἡμέων· τὰς προκειμένας ἡμέρας παραμείναντες, τὸ ἀπὸ τούτου 4ἀπαλλάσσεσθε.“ Οὗτοι μέν νυν, ὑποδεξαμένων Ἰώνων ποιήσειν ταῦτα, ὀπίσω τὴν ταχίστην ἐπείγοντο.

134

Scythae in acie stantes, leporem conspicati, eum persequuntur: Darius abire quaerit: consilium Gobryae.

Πέρσῃσι δὲ, μετὰ τὰ δῶρα τὰ ἐλθόντα Δαρείῳ, ἀντετάχθησαν οἱ ὑπολειφθέντες Σκύθαι πεζῷ καὶ 2ἵπποισι, ὡς συμβαλέοντες. τεταγμένοισι δὲ τοῖσι Σκύθῃσι λαγὸς ἐς τὸ μέσον διήϊξε· τῶν δὲ ὡς ἕκα-3στοι ὥρεον τὸν λαγὸν, ἐδίωκον. ταραχθέντων δὲ τῶν Σκυθέων, καὶ βοῇ χρεωμένων, εἴρετο ὁ Δαρεῖος τῶν ἀντιπολεμίων τὸν θόρυβον· πυθόμενος δέ σφεας τὸν λαγὸν διώκοντας, εἶπε ἄρα πρὸς 4τούσπερ ἐώθεε καὶ τὰ ἄλλα λέγειν· „Οὗτοι ὦνδρες ἡμέων πολλὸν καταφρονέουσι· καί μοι νῦν φαίνεται Γωβρύης εἶπαι περὶ τῶν Σκυθικῶν δώ-5ρων ὀρθῶς. ὡς ὦν οὕτως ἤδη δοκεόντων καὶ

---

ritate codicis Florentini mutatum in προσγινομένου. At facit mecum Matthiae et censor Ienensis 1817 nr. 164 pag. 374. — Verba ἐκτὸς μὲν ἔσεσθε πρὸς ἐκείνου αἰτίης, ἐκτὸς δὲ πρὸς ἡμέων (*extra omnem eritis culpam et ab illo et a nobis*) adhibui ad III, 80. De usu praepositionis πρὸς cf. Matth. §. 590, 6, a.

Cap. CXXXIV.

λαγὸς ἐς τὸ μέσον διήϊξε] i. e. *Lepus in medium* (coram ipsis) *prosiluit.* Eadem Polyaen. VII, 10, 1 ex Herodoto probabiliter. Ad vocem λαγὸς conf. nott. ad III, 108 et de verbo διαΐσσειν, quae protulit Dorvill. ad Chariton. p. 356, nec hoc loco praetermisso. — Paulo infra cum Schweigh. et Gaisf. dedi ὦνδρες pro ὤνδρες.

ὡς ὦν οὕτως ἤδη δοκεόντων καὶ αὐτῷ μοι ἔχειν] i. e. *Quum igitur et ipsi mihi haec ita sese habere videantur.* Ubi genitivus subiecti, qui dicitur, omitti-

αὐτῷ μοι ἔχειν, βουλῆς ἀγαθῆς δεῖ, ὅκως ἀσφαλέως ἡ κομιδὴ ἡμῖν ἔσται τὸ ὀπίσω.“ Πρὸς ταῦτα Γωβρύης εἶπε· „Ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ σχεδὸν μὲν καὶ λόγῳ ἠπιστάμην τούτων τῶν ἀνδρῶν τὴν ἀπορίην· ἐλθὼν δὲ, μᾶλλον ἐξέμαθον, ὁρέων αὐτοὺς ἐμπαί-
7 ζοντας ἡμῖν. Νῦν ὦν μοι δοκέει, ἐπὴν τάχιστα νὺξ ἐπέλθῃ, ἐκκαύσαντας τὰ πυρὰ, ὡς καὶ ἄλλοτε ἐώθαμεν ποιέειν, τῶν στρατιωτέων τοὺς ἀσθενεστάτους ἐς τὰς ταλαιπωρίας ἐξαπατήσαντας, καὶ τοὺς ὄνους πάντας καταδήσαντας, ἀπαλλάσσεσθαι, πρὶν ἢ καὶ ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἰθῦσαι Σκύθας λύσοντας τὴν γέφυραν, ἢ καί τι Ἴωσι δόξαι τὸ ἡμέας οἷόν τε ἔσται ἐξεργάσασθαι.“ Γωβρύης μὲν ταῦτα
135 συνεβούλευε. Μετὰ δὲ, νύξ τε ἐγένετο, καὶ Δαρεῖος ἐχρᾶτο τῇ γνώμῃ ταύτῃ. τοὺς μὲν καματηροὺς τῶν ἀνδρῶν, καὶ τῶν ἦν ἐλάχιστος ἀπολλυμένων λόγος, καὶ τοὺς ὄνους πάντας καταδήσας, κατέ-

Darius, militibus infirmis et asinis relictis, abit noctu ad Istrum.

---

tur. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 563. Ad verba αὐτῷ μοι conf. ibid. p. 278.

ὅκως ἀσφαλέως ἡ κομιδὴ ἡμῖν ἔσται τὸ ὀπίσω] Articulum τὸ vulgo omissum recepi cum Schweigh. et Gaisf. κομιδὴ Glossa Herod. exponit ἡ ἀνάσωσις, ἐπιμέλεια. Adverbium ἀσφαλέως suam h. l. vim retinet, ut ἀληθέως III, 17 (ubi vid.), 23 et IV, 195, quo loco utitur Schaefer. ad Dionys. Halicarn. De compos. verbb. pag. 76. Et faciunt huc quoque ea, quae ad I, 8 notata sunt.

τὴν ἀπορίην] Conf. IV, 83. 127. Mox retinui ἐπέλθῃ; quod verbum de ingruente nocte VIII, 11. Ad ἐώθαμεν cf. Matth. Gr. Gr. p. 345. Quae continuo sequuntur verba, eum in modum accipio: *Postquam eos milites, qui laboribus sustinendis minime pares*, s. *idonei sint*, *deceperimus* (ut scil. nostrum consilium ipsos prodendi haud sentiant). Ad ἰθῦσαι cf. IV, 122 et ad ἐξεργάσασθαι (*perdere*) III, 52 coll. V, 19.

Cap. CXXXV.

νύξ τε ἐγένετο, καὶ Δαρεῖος] De particulis τε — καὶ conf. nott. ad IV, 53. Ad verba τῶν ἦν ἐλάχιστος ἀπολλυμένων λόγος (i. e. *quorum minimam habebat rationem*, s. *quorum iacturam minime faciebat*) conf. VII, 223 et ad locutionem αὐτοῦ ταύτῃ, ubi mox ipse subiicitur locus, Thucydid. III, 81, alia a Valcken. excitata. Add. Herod. I, 210. IV, 84 ibique laudd.

2 λιπε αὐτοῦ ταύτῃ ἐν τῷ στρατοπέδῳ. κατέλιπε δὲ
τούς τε ὄνους καὶ τοὺς ἀσθενέας τῆς στρατιῆς,
τῶνδε εἵνεκεν· ἵνα οἱ μὲν ὄνοι βοὴν παρέχωνται,
οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀσθενείης μὲν εἵνεκεν κατελίποντο,
προφάσιος δὲ τῆσδε δηλαδὴ αὐτὸς μὲν σὺν τῷ κα-
θαρῷ τοῦ στρατοῦ ἐπιθήσεσθαι μέλλοι τοῖσι Σκύ- 340
θῃσι, οὗτοι δὲ τὸ στρατόπεδον τοῦτον τὸν χρόνον
3 ῥυοίατο. ταῦτα τοῖσι ὑπολειπομένοισι ὑποθέμενος
ὁ Δαρεῖος, καὶ πυρὰ ἐκκαύσας, τὴν ταχίστην ἐπεί-
4 γετο ἐπὶ τὸν Ἴστρον. οἱ δὲ ὄνοι, ἐρημωθέντες τοῦ
ὁμίλου, οὕτω μὲν δὴ μᾶλλον πολλῷ ἵεσαν τῆς φω-
νῆς· ἀκούσαντες δὲ οἱ Σκύθαι τῶν ὄνων, πάγχυ

οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀσθενείης μὲν εἵνεκεν κ. τ. λ.] Impeditior loci structura, de qua conf. Matth. Gr. Gr. §. 631, 3 pag. 1299. Sunt enim potissimum verba οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀσθενείης μὲν εἵνεκεν κατελίποντο, quae structuram turbant; quae si per parenthesin quasi iniecta putemus, facilior procedet orationis structura, in qua optativi μέλλοι et ῥυοίατο ab eadem pendent particula ἵνα; unde pendet coniunctivus παρέχωνται; de quo vid. nott. ad I, 185 coll. IV, 139. Quare minime opus particula ὡς, quam libris invitis post δηλαδὴ textui inseruit Reizius, quamque et ipse Matth. in textu retinuit, nec magis opus distinctionem, quae vulgo post δηλαδὴ ponitur, quaeque nobis prorsus supervacua videtur, cum Schwgh. transferre ante δηλαδή. Iam haec inde enascitur loci sententia: *reliquit asinos et infirmos milites hac de causa, ut et asini clamorem ederent, hominibus vero infirmitatis causa relictis, ipse rex* (*hoc nimirum praetextu usus*) *cum exercitus flore Scythas aggredi posset, isti vero homines* (relicti) *castra per hoc tempus servarent.* τὸ καθαρὸν τοῦ στρατοῦ quid sit, diximus ad I, 211. Wesseling. confert Thucyd. V, 8, ubi vid. Schol., alia. — In seqq. ὑποτίθεσθαι valet *praecipere*, *praescribere*, alias *consilium dare*, *suadere*, ut diximus ad I, 107.

οὕτω μὲν δὴ μᾶλλον πολλῷ ἵεσαν τῆς φωνῆς] i. e. *multo maiorem edebant ruditum.* Ubi genitivum τῆς φωνῆς refero ad μᾶλλον, quod substantivi quasi vices induere videtur, non aliter fere atque in illa formula ἐπὶ μᾶλλον, de qua vid. nott. ad III, 104. — φωνὴν ἱέναι frequens Nostro, ut II, 2. IV, 23. IX, 16 coll. II, 15. — In fine cap. pro κατὰ χώρην — εἶναι Valcken. legi vult κατὰ χώρην — μένειν s. μεῖναι *suo loco manere*, ut apud Aristoph. Eqq. 1351. Thucyd. IV, 75. Herod.

Proditi milites salutem Scythas orant: Scythae omnibus copiis insecuti Persas, delati ad pontem priores, eius custodiam Ionibus exprobrant.

136 κατὰ χώρην ἤλπιζον τοὺς Πέρσας εἶναι. Ἡμέρης
δὲ γενομένης, γνόντες οἱ ὑπολειφθέντες ὡς προδε-
δομένοι εἶεν ὑπὸ Δαρείου, χεῖράς τε προετείνοντο
2 τοῖσι Σκύθῃσι, καὶ ἔλεγον τὰ κατήκοντα. οἱ δὲ ὡς
ἤκουσαν ταῦτα, τὴν ταχίστην συστραφέντες, αἵ τε
δύο μοῖραι τῶν Σκυθέων καὶ ἡ μία, Σαυρομάται
καὶ Βουδῖνοι καὶ Γελωνοὶ, ἐδίωκον τοὺς Πέρσας
3 ἰθὺ τοῦ Ἴστρου. ἅτε δὲ τοῦ Περσικοῦ μὲν τοῦ
πολλοῦ ἐόντος πεζοῦ στρατοῦ, καὶ τὰς ὁδοὺς οὐκ
ἐπισταμένου, ὥστε οὐ τετμημένων τῶν ὁδῶν· τοῦ
δὲ Σκυθικοῦ, ἱππότεω, καὶ τὰ σύντομα τῆς ὁδοῦ
ἐπισταμένου· ἁμαρτόντες ἀλλήλων, ἔφθησαν πολλῷ

I, 17. IV, 201. At proba, si quid video, locutio *κατὰ χώρην — εἶναι*, nec ullo modo sollicitanda. Vid. III, 135 ibique laudd. Steger. citat Xenoph. Anab. I, 5, 17.

Cap. CXXXVI.

ἔλεγον τὰ κατήκοντα] i. e. *dicebant, quod par erat.* — In seqq., ubi post *συστραφέντες* (i. e. *collectis copiis, in unum coniunctis;* cf. I, 101 ibiq. nott. IX, 18) continuo sequitur *αἵ τε δύο — καὶ ἡ μία*, similis ad sensum videtur obtinere structura atque cap. 120, nisi potius, haec appositionis loco antecedentibus addita putes. Sunt vero *αἵ τε δύο* partes illae, quibus Idanthyrsus et Taxacis imperabant; *ἡ μία* illa est, cui praeerat Scopasis cuique Sauromatae accesserant, teste Herodoto, 120 coll. 133. 128. Quare duorum librorum lectionem *Σαυροματέων* (ut scil. scribatur, distinctione sublata: *καὶ ἡ μία Σαυροματέων et una illa Sauromatarum portio*) haud receperim, in vulgata *Σαυρομάται* acquiescens, cui quod Pauw. subiecit *τε*, id, libris scriptis repugnantibus, recipere non sum ausus, quamquam receptum video a Schweigh. et Gaisf. Scythae igitur (haec enim Herodoti videtur esse sententia) copiis suis coniunctis (tribus Scytharum partibus et Sauromatarum, Budinorum, Gelonorum copiis, quae ad Scythas accesserant) Persas rectâ Istrum versus persequi coeperunt. Nam in Imperfecto *ἐδίωκον* subest vis actionis inceptae necdum absolutae.

ὥστε οὐ τετμημένων τῶν ὁδῶν] Schweigh. reddit: *utpote viis non tritis.* Accuratius: *sectis.* Nam *τέμνειν ὁδοὺς* est *vias secare*, i. e. *signare*, *munire*, ut ap. Thucyd. II, 100, et duobus apud Philonem locis, quos attulit Wesseling. *τὰ σύντομα τῆς ὁδοῦ* sunt *itineris compendia;* cf. I, 185. Ad *ἔφθησαν — ἀπικόμενοι* conf. Matth. Gr. Gr. §. 553.

οἱ Σκύθαι τοὺς Πέρσας ἐπὶ τὴν γέφυραν ἀπικόμε-4νοι. Μαθόντες δὲ τοὺς Πέρσας οὔ κω ἀπιγμένους, ἔλεγον πρὸς τοὺς Ἴωνας ἐόντας ἐν τῇσι νηυσί· „Ἄνδρες Ἴωνες, αἵ τε ἡμέραι ὑμῖν τοῦ ἀριθμοῦ διοίχηνται· καὶ οὐ ποιέετέ γε δίκαια ἔτι παραμέ-5νοντες. ἀλλ', ἐπεὶ πρότερον δειμαίνοντες ἐμένετε, νῦν λύσαντες τὸν πόρον, τὴν ταχίστην ἄπιτε χαίροντες ἐλεύθεροι, θεοῖσί τε καὶ Σκύθῃσι εἰδότες 6χάριν. τὸν δὲ πρότερον ἐόντα ὑμέων δεσπότην ἡμεῖς παραστησόμεθα οὕτω, ὥστε ἐπὶ μηδαμοὺς ἔτι ἀνθρώπους αὐτὸν στρατεύσασθαι."

137 Miltiadis Atheniensis consilio diversum, Histiaei Milesii, probatum a caeteris principibus.

Πρὸς ταῦτα οἱ Ἴωνες ἐβουλεύοντο. Μιλτιάδεω μὲν τοῦ Ἀθηναίου στρατηγέοντος καὶ τυραννεύοντος Χερσονησιτέων τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ ἦν γνώμη, 2πείθεσθαι Σκύθῃσι, καὶ ἐλευθεροῦν Ἰωνίην· Ἱστιαίου δὲ τοῦ Μιλησίου ἐναντίη ταύτῃ, λέγοντος „ὡς νῦν 1
μὲν διὰ Δαρεῖον ἕκαστος αὐτῶν τυραννεύει πόλιος· 341

διοίχηνται] De forma vid. Buttmann. Gr. Gr. mai. II pag. 197. Ad argumentum loci conf. IV, 98 et de sexaginta dierum spatio quae diximus ad IV, 122. — Post οὐ ποιέετε cum Schwgh. et Gaisf. recepi γε, quod vulgo abest, nec apud Matth. invenitur ad χαίροντες conf. nott. ad III, 29.

παραστησόμεθα οὕτω] i. e. *eo redigemus, compellemus.* Non valde dispar ea notio, quà hoc verbum invenimus III, 13. 14, ubi vid.

Cap. CXXXVII.

Μιλτιάδεω] De *Miltiade* plura IV, 39 seqq. Ac videtur Cornelius Nepos in Miltiad. c. 3 Herodoti locum expressisse, ut observat Lambinus. De *Histiaeo Milesio* plura libro quinto narrantur. — Χερσονησιτέων cum recentt. edd. exhibui meliorum codd. ex auctoritate. In Sancrofti libro exstat Χερσονησιέων, quod Schweigh. non displicet, si quidem ita dicti fuerint Chersonesi huius incolae, teste Stephano Byzantino. Nimirum a voce Χερσονήσιος, de quo sane Stephanus p. 756 Berk. Sed tum scriptum oportebat Χερσονησίων; cum haec forma genitivi pluralis secundae declinationis in εων ab Herodoto sit aliena.

ὡς νῦν μὲν διὰ Δαρεῖον κ. τ. λ.] Apte hunc in modum Histiaeus atque e re sua locutus est; qui bene vidit non nisi Persarum imperio stante stare se ipsos posse, Graecis impa-

τῆς Δαρείου δὲ δυνάμιος καταιρεθείσης, οὔτε αὐτὸς Μιλησίων οἷός τε ἔσται ἄρχειν, οὔτε ἄλλον οὐδένα οὐδαμῶν· βουλήσεσθαι γὰρ ἑκάστην τῶν πολίων δημοκρατέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννεύεσθαι.“
3 Ἱστιαίου δὲ γνώμην ταύτην ἀποδεικνυμένου, αὐτίκα πάντες ἦσαν τετραμμένοι πρὸς ταύτην τὴν γνώμην,
138 πρότερον τὴν Μιλτιάδεω αἱρεόμενοι. Ἦσαν δὲ Eorum nomina.
οὗτοι οἱ διαφέροντές τε τὴν ψῆφον, καὶ ἐόντες λόγου πρὸς βασιλέος· Ἑλλησποντίων μὲν τύραννοι·

---

tientissime pro libertatis sensu ingenito ferentibus iugum a Persis impositum. Namque Persae Graecis in civitatibus singulis, quas imperio suo addiderant, tyrannos constituerant, qui arctius cum Persis coniuncti, quorumque salus suspensa a Persis, qui ipsi in subiectorum Graecorum rempublicam minime se immiscere solebant. Hinc cap. 139 tyrannorum recensus, qui a Persis victoribus in Graecis civitatibus olim liberis popularique imperio maximam partem fruentibus constituti erant. — αὐτῶν cum Gaisf. dedi pro αὐτέων.

οἷός τε ἔσται ἄρχειν, οὔτε ἄλλον οὐδένα οὐδαμῶν] Reduxi ἔσται, cuius loco apud Reiz., Borheck. et Matth. ἔσεσθαι. Neque enim offendere debet subitus orationis transitus e directa in indirectam orationem, de qua Wessel. citat I. Fr. Gronov. ad Senec. de Benefic. IV, 32. Tu conf., ne plura, Matth. §. 539. — Ad locutionem γνώμην ἀποδείκνυσθαι cf. IV, 132 ibique nott.

Cap. CXXXVIII.

Ἦσαν δὲ οὗτοι οἱ διαφέροντές τε τὴν ψῆφον] i. e. *Fuere autem hi, qui in illa deliberatione suffragia ferebant.* Ita Schweigh., qui idem in Lex. Herod. sic vertit: *suffragia ultro citroque* (pro sua quisque sententia) *ferentes;* ut διαφέρειν vix quidquam differat a simplici φέρειν, ut in Eurip. Orest. 48. Nec aliter Lange, vernaculus interpres, atque Italus interpres. Malim equidem: *qui hanc sententiam* (a Miltiadis sententia) *alienam s. contrariam ferebant.* Quae sequuntur: καὶ ἐόντες λόγου πρὸς βασιλέος (i. e. qui multum valebant auctoritate apud regem) attigit Matth. §. 316. pag. 623. Add. Siebelis ad Pausan. X, 9 §. 1.

Ad praepositionis πρὸς usum conf. IV, 134 βασιλέος dedi pro βασιλῆος, quod Gaisf. et Matth. hic retinuerunt. Vid. Struve l. l. II p. 16. — In seqq. dedi ἦσαν, quod a duobus libris prorsus abest. Cf. Matth. p. 414. — *Strattis* tyrannus memoratur VIII, 132; *Aeaces* Sami tyrannus IV, 13. Pro Αἰάκης quod plures libri exhibent Αἰακίδης s. Αἰακίδας, ad illam primitivae atque patronymicae vocis confusionem haud raro ob-

Δάφνις τε Ἀβυδηνὸς, καὶ Ἵπποκλος Λαμψακηνὸς, καὶ Ἡρόφαντος Παριηνὸς, καὶ Μητρόδωρος Προκοννήσιος, καὶ Ἀρισταγόρης Κυζικηνὸς, καὶ Ἀρίστων Βυζάντιος· οὗτοι μὲν ἦσαν οἱ ἐξ Ἑλλησπόν-
2 *του. ἀπ' Ἰωνίης δὲ, Στράττις τε Χῖος, καὶ Αἰάκης Σάμιος, καὶ Λαοδάμας Φωκαιεὺς, καὶ Ἱστιαῖος Μιλήσιος, τοῦ ἦν γνώμη ἡ προκειμένη ἐναντίη τῇ Μιλτιάδεω. Αἰολέων δὲ παρῆν λόγιμος μοῦνος Ἀρισταγόρης Κυμαῖος.*

139 *Οὗτοι ὦν ἐπεί τε τὴν Ἱστιαίου αἱρέοντο γνώμην, ἔδοξέ σφι πρὸς ταύτῃ τάδε ἔργα τε καὶ ἔπεα προσθεῖναι· τῆς μὲν γεφύρης λύειν τὰ κατὰ τοὺς Σκύθας ἐόντα, λύειν δὲ ὅσον τόξευμα ἐξικνέεται· ἵνα καὶ ποιέειν τι δοκέωσι, ποιεῦντες μηδὲν, καὶ οἱ Σκύθαι μὴ πειρῴατο βιώμενοι καὶ βουλόμενοι διαβῆναι τὸν Ἴστρον κατὰ τὴν γέφυραν· εἰπεῖν τε, λύοντας τῆς γεφύρης τὸ ἐς τὴν Σκυθικὴν ἔχον, ὡς πάντα ποιήσουσι τὰ Σκύθῃσί ἐστι ἐν ἡδονῇ.*
2 *ταῦτα μὲν προσέθηκαν τῇ γνώμῃ. Μετὰ δὲ, ἐκ πάντων ὑπεκρίνατο Ἱστιαῖος, τάδε λέγων· „Ἄνδρες Σκύθαι, χρηστὰ ἥκετε φέροντες, καὶ ἐς καιρὸν ἐπείγεσθε· καὶ τά τε ἀπ' ὑμέων ἡμῖν χρηστῶς ὁδοῦται, καὶ τὰ ἀπ' ἡμέων ἐς ὑμέας ἐπιτηδέως*

Dolus Ionum, et responsum Scythis datum.

---

viam teste Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 325 et ad Lucian. I p. 414 ed. Bip., retuleris.

Cap. CXXXIX.

ὅσον τόξευμα ἐξικνέεται] i. e. *quantum uno teli iactu assequi possent*, s. *ad teli iactum.* De verbo *ἐξικνέεσθαι* conf. II, 34. IV, 10. Ad verba: *πειρῴατο βιώμενοι* conf. citata ad IV, 125 et ad verba: *τὰ Σκύθῃσί ἐστι ἐν ἡδονῇ* (*quae grata forent Scythis*) VII, 15 coll. VIII, 160. Nec valde distat, quod attigimus ad IV, 97: *φίλον ἐστί.* — *ἐς καιρὸν* valet *opportune*, *commode*, ut I, 206. VII, 144.

καὶ τά τε ἀπ' ὑμέων ἡμῖν χρηστῶς ὁδοῦται] Schweigh. ita reddidit: „*ut autem, quae a vobis proficiscuntur, benigna sunt, sic etc.*“ Valla: „*ut vos nobis probe viam ostenditis.*“ Nam *ὁδοῦν*, quod proprie est *viam munire*, *monstrare*, latius dein patuit planeque valuit: *indicare, ostendere.* Confert Wesseling. Aeschyl. Prometh. 497

3 ὑπηρετέεται. ὡς γὰρ ὁρᾶτε, καὶ λύομεν τὸν πόρον,
καὶ προθυμίην πᾶσαν ἕξομεν, θέλοντες εἶναι ἐλεύ-
4 θεροι. Ἐν ᾧ δὲ ἡμέες τάδε λύομεν, ὑμέας καιρός
ἐστι δίζησθαι ἐκείνους· εὑρόντας δὲ, ὑπέρ τε ἡμέων
καὶ ὑμέων αὐτῶν τίσασθαι οὕτως ὡς κείνους πρέ-
πει.“

140 Σκύθαι μὲν τὸ δεύτερον Ἴωσι πιστεύσαντες
λέγειν ἀληθέα, ὑπέστρεφον ἐπὶ ζήτησιν τῶν Περ-
σέων, καὶ ἡμάρτανον πάσης τῆς ἐκείνων διεξόδου.
2 αἴτιοι δὲ τούτου αὐτοὶ οἱ Σκύθαι ἐγένοντο, τὰς
νομὰς τῶν ἵππων τὰς ταύτῃ διαφθείραντες, καὶ τὰ
3 ὕδατα συγχώσαντες. εἰ γὰρ ταῦτα μὴ ἐποίησαν,
παρεῖχε ἄν σφι, εἰ ἐβούλοντο, εὐπετέως ἐξευρέειν
τοὺς Πέρσας· νῦν δὲ, τά σφι ἐδόκεε ἄριστα βεβου-
4 λεῦσθαι, κατὰ ταῦτα ἐσφάλησαν. Σκύθαι μέν νυν
τῆς σφετέρης χώρης τῇ χιλός τε τοῖσι ἵπποισι καὶ
ὕδατα ἦν, ταύτῃ διεξιόντες, ἐδίζηντο τοὺς ἀντιπο-
λεμίους, δοκέοντες καὶ ἐκείνους διὰ τοιούτων τὴν 342
5 ἀπόδρησιν ποιέεσθαι. οἱ δὲ δὴ Πέρσαι τὸν πρότε-
ρον ἑωυτῶν γενόμενον στίβον, τοῦτον φυλάσσον-
6 τες ἤϊσαν· καὶ οὕτω μόγις εὗρον τὸν πόρον. Οἷα
δὲ νυκτός τε ἀπικόμενοι, καὶ λελυμένης τῆς γεφύ-
ρης ἐντυχόντες, ἐς πᾶσαν ἀῤῥωδίην ἀπίκατο μή

Scythae reversi ad Persas inquirendos, cur iterum aberrarint: Darii terror, quum pontem noctu assecutus, Iones abiisse crederet.

---

(505). Agamemn. 184 (169), ubi Blomfield. nostri loci haud fuit immemor. Et conf. Herod. VI, 73. — Mox pro δίζεσθαι reposui δίζησθαι (conf. IV, 9) itemque αὐτῶν pro αὐτέων et ὡς κείνους pro ὡς ἐκείνοισι, quod Matth. retinuit. Par confusio VIII, 68. De accusativi ratione cf. Matth. Gr. Gr. §. 386 not. 1.

Cap. CXL.

τὸ δεύτερον] Conf. IV, 133. In seqq. ad διέξοδος conf. III, 117. IV, 199 et ad παρεῖχε III, 73 ibiq. nott.

τῆς σφετέρης χώρης] Apud Suid. s. v. χιλή T. III pag. 670 exstat: διὰ τῆς ἑτέρης χώρης. — In seqq. pro ἀντιπολεμίους duo libri ἀντιπολέμους, quod non displicet Schweigh. et Schneid., qui citant VII, 236. VIII, 68. At vide quoque VI, 134.

τοῦτον φυλάσσοντες] Cf. Suidas s. v. στιβία T. III pag. 376. De pronomine τοῦτον interposito conf. nott. ad IV, 122 et de significatione verbi φυλάσσειν II, 62. Ad verba οἷα δὲ νυκτὸς κ. τ. λ. conf. II, 28.

καὶ λελυμένης τῆς γεφύρης ἐντυχόντες] Genitivum verbo

141 σφεας οἱ Ἴωνες ἔωσι ἀπολελοιπότες. Ἦν δὲ περὶ Δαρεῖον ἀνὴρ Αἰγύπτιος, φωνέων μέγιστον ἀνθρώπων· τοῦτον δὴ τὸν ἄνδρα καταστάντα ἐπὶ τοῦ χείλεος τοῦ Ἴστρου, ἐκέλευε Δαρεῖος καλέειν Ἱστιαῖον 2 Μιλήσιον. ὁ μὲν δὴ ἐποίεε ταῦτα· Ἱστιαῖος δὲ, ἐπακούσας τῷ πρώτῳ κελεύσματι, τάς τε νέας ἁπάσας παρεῖχε διαπορθμεύειν τὴν στρατιὴν, καὶ τὴν

Aegyptius quidam vocalissimus: eius clamore audito Histiaeus pontem iungit.

142 γέφυραν ἔζευξε. Πέρσαι μὲν ὦν οὕτω ἐκφεύγουσι· Σκύθαι δὲ διζήμενοι, καὶ τὸ δεύτερον ἥμαρτον 2 τῶν Περσέων. καὶ τοῦτο μὲν, ὡς ἐόντας Ἴωνας

Scytharum in Iones opprobria.

ἐντυχόντες hic additum eo ex usu repetit Wesseling., quo verba composita haud raro simplicium structuram servare soleant. Et conf. Matth. Gr. Gr. §. 379 pag. 698. At hoc loco haud scio equidem an ea praestet ratio, quâ verba λελυμένης τῆς γεφύρης pro genitivis absolutis habeantur et ad ἐντυχόντες mente subaudiatur τῷ πόρῳ vel simile quid, hoc fere sensu: *ad traiectum pervenerunt, ponte iam rescisso.* De forma ἀπίκατο conf. nott. ad I, 2.

Cap. CXLI.

φωνέων μέγιστον ἀνθρώπων] i. e. *qui validissima omnium utebatur lingua.* Eadem locutio VII, 117. Livius VIII, 9: „Valerium magna voce inclamat.“ Attigit Herodotea Eustath. ad Il. p. 463, 38 s. 607, 33. — In seqq. ἐπὶ τοῦ χείλεος est: *in ripa* (Istri stantem). De praepositione ἐπὶ iam supra monuimus.

κελεύσματι] In duobus libris exstat κελεύματι; quae eadem varietas VII, 16. Atque notante Wesseling. apud Dion. Cass. 4 pag. 51 E [cp. 32 s. p. 626 Reim.] exstat κελεύματα itemque *celeuma* apud Christianos scriptores. In re nautica memoratur ὁ κελευστής; de quo dixi ad Plutarch. Alcib. pag. 231. Add. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Pers. 403, ubi κέλευσμα. Quae reputanti a lectione recepta κελεύσματι, haud recedendum videtur. Et conf. etiam Forcellini Lex. s. v. *celeusma.* T. I p. 419.

παρεῖχε διαπορθμεύειν] i. e. naves exhibuit ad exercitum traiiciendum. Additur verbo infinitivus, qui finem et consilium indicat. Cf. nott. ad Plutarch. Philop. 18 p. 65.

Cap. CXLII.

καὶ τοῦτο μὲν κ. τ. λ.] i. e. *Scythae iudicant, Iones, quâ liberos homines, omnium mortalium pessimos et mollissimos esse; quâ servos, mancipia esse dominorum amantissima et fidelissima.* Unde patet ἀνελευθέρους, quod duo libri afferunt, reiiciendum unumque ἐλευθέρους tenendum esse. Verba ὡς δούλων Ἰώνων τὸν λόγον

ἐλευθέρους, κακίστους τε καὶ ἀνανδροτάτους κρίνουσι εἶναι ἁπάντων ἀνθρώπων· τοῦτο δὲ, ὡς δούλων Ἰώνων τὸν λόγον ποιεύμενοι, ἀνδράποδα φιλοδέσποτά φασι εἶναι, καὶ ἄδρηστα μάλιστα. ταῦτα μὲν δὴ Σκύθῃσι ἐς Ἴωνας ἀπέῤῥιπται.

143 Δαρεῖος δὲ διὰ τῆς Θρηΐκης πορευόμενος, ἀπίκετο ἐς Σηστὸν τῆς Χερσονήσου. ἐνθεῦτεν δὲ αὐτὸς μὲν διέβη τῇσι νηυσὶ ἐς τὴν Ἀσίην, λείπει δὲ στρατηγὸν ἐν τῇ Εὐρώπῃ Μεγάβαζον, ἄνδρα Πέρσην· τῷ Δαρεῖός κοτε ἔδωκε γέρας, τοιόνδε εἴπας ἐν Πέρ-
2 σῃσι ἔπος. ὡρμημένου Δαρείου ῥοιὰς τρώγειν, ὡς

Darius apud Sestum in Asiam transit: Megabazus Persa exercitus in Europa dux relictus, maxime omnium carus Dario.

ποιεύμενοι proprie valent: de *Ionibus ut servis verba facientes* (ut antea de iis tanquam liberis hominibus sententiam tulerant); et frequens apud Nostrum locutio λόγον τινὸς ποιεῖσθαι, ut I, 213. III, 25 etc. ἄδρηστος est servus hero fidelis minimeque δραπέτης (Herod. VI, 11) s. *fugitivus*, ut bene observat Valcken. Eadem vox apud Plutarch. II p. 174 E. et apud Dion. Chrysost. in Corinth. p. 457 B. — φιλοδέσποτα hinc citat Pollux III, 74. — Ac denique ad ipsum Scytharum de Ionibus iudicium conf. Plutarch. II pag. 222 D.

ταῦτα — ἀπέῤῥιπται] i. e. *Haec a Scythis in Iones dicuntur*, s. *proiiciuntur dicteria*. Cf. I, 153 ibiq. laudd. Idem verbum apud Pausan. IX. 5, 4.

Cap. CXLIII.

Μεγάβαζον] Μεγάβυζον unus Parisinus liber itemque Eustath. ad Il. p. 182, 27 s. 270, accedente Valla. Quod lubens amplecterer, nisi illum *Megabyzum*, cuius III, 70 (ubi crebrius obviam hanc lectionis varietatem attigimus) mentio fit, ab hocce *Megabazo* sive *Megabyzo* diversum esse perquam esset probabile. — Quod vero h. l. de Megabazo effatus est Darius, idem in Zopyrum dixisse fertur III, 160 coll. Plutarch. II p. 173 A. et Eustath. ad Il. II p. 182, 27, qui Herodotea paulo aliter expressit, et ad Dionys. Perieg. 764. (ubi alium Herodoti locum tangens IV, 144 exhibet Μεγάβυζος quamquam in ipso Herodoto legitur Μεγάβαζος). Μεγάβυζος Zopyri filius dicitur III, 160, quem et ipsum alium esse, atque eum, de quo hic sermo, crediderim. Nam sane frequens in Persarum rebus hoc nomen occurrit. — In seqq. γέρας s. *honorem*, *munus* dicit ipsam illam sententiam laudis atque honoris plenam, quam rex tulerat.

ῥοιὰς τρώγειν] i. e. *malis vesci granatis*. Quod fructuum genus omnino haud ingratum fuisse colligimus ex Plut. Artax. 4, ubi exstat ῥόα, non ῥοιά, quae forma haud scio an priori-

ἄνοιξε τάχιστα τὴν πρώτην τῶν ῥοιέων, εἴρετο αὐτὸν ὁ ἀδελφεὸς Ἀρτάβανος, ὅ τι βούλοιτ' ἄν οἱ τοσοῦτο πλῆθος γενέσθαι, ὅσοι ἐν τῇ ῥοιῇ κόκκοι.
3 Δαρεῖος δὲ εἶπε, Μεγαβάζους ἄν οἱ τοσούτους ἀριθμὸν γενέσθαι βούλεσθαι μᾶλλον ἢ τὴν Ἑλλάδα
4 ὑπήκοον. ἐν μὲν δὴ Πέρσῃσι ταῦτά μιν εἴπας ἐτίμα· τότε δὲ αὐτὸν ὑπέλιπε στρατηγὸν, ἔχοντα
144 τῆς στρατιῆς τῆς ἑωυτοῦ ὀκτὼ μυριάδας. Οὗτος δὲ 343
ὁ Μεγάβαζος, εἴπας τόδε τὸ ἔπος, ἐλείπετο ἀθάνα-
2 τον μνήμην πρὸς Ἑλλησποντίων. γενόμενος γὰρ ἐν Βυζαντίῳ, ἐπύθετο ἑπτακαίδεκα ἔτεσι πρότερον Καλχηδονίους κτίσαντας τὴν χώρην Βυζαντίων· πυ-

Byzantium a. 672 condita: Megabazi dictum celebre in Chalcedonios: arma in Hellespontiis circumfert.

---

bus scriptoribus magis fuerit in usu, accentu in ultima posito syllaba, cum iisdem grammaticis docentibus ῥόα in penultimâ accipiendum. Vid. quae dixi in Creuzeri Melett. III p. 31 seq. Add. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Prometh. 23. Lobeck. ad Phrynich. p. 495 seq. Quod vero iidem praecipiunt veteres grammatici, ῥοιά dici de arbore, ῥόα de fructu, id stare non posse vel hic ipse locus ostendit. — τοσοῦτο dedi cum recentt. edd. pro τοσοῦτον.

Cap. CXLIV.

ἐλείπετο] Vulgo ἐλίπετο, quod retinuit Matth. quodque etiam retineri vult censor Ienensis ad IV, 133 laudatus. Articulum τὸ ante ἔπος cum recentt. edd. inserui. — Ad verba πρὸς Ἑλλησποντίων conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1179, qui idem pag. 1243 consulendus ad verba γενόμενος γὰρ κ. τ. λ.

Καλχηδονίους] Ita recepi cum Schweigh. et Gaisf. auctoritate cod. Florentini et aliorum. Vulgo Χαλκηδονίους, quod Matth. retinuit. Conf. IV, 85. V, 26 et quae ex numis aliisque veterum testimoniis allata dicit Wesseling. ab Holsten. ad Καρχηδὼν Steph. Byz. et Sirmond. in Sidonii Carm. II p. 666 ed. Venet. Schweigh. conferri vult, quae ad Polyb. V, 39, 5, ad Athen. III, 92 E. et VII, 320 A. notaverit. Et plurima de hac confusione attulit Tzschucke ad Melam I, 19 §. 5 nott. critt. (Vol. II P. I) pag. 573 seqq., qui idem in nott. exegg. (Vol. III P. I) pag. 571 seqq. de ipsa urbe copiosius disseruit. — Ad argumentum loci praeter Eustath. Herodotea citantem ad Dionys. Perieg. 764 cf. Strab. VII p. 320 s. 494 et, ubi ex Apollinis oraculo *caeci* dicuntur Chalcedonii ob neglectum aptiorem in urbe fundanda locum, Tacit. Annall. XII, 63 et Polyb. IV, 43. Nec prorsus iustum videtur oraculi effatum Mannerto VII p. 155, cum Megarenses, condita Chalcedone ac Selymbriâ,

θόμενος δὲ, ἔφη Καλχηδονίους τοῦτον τὸν χρόνον
τυγχάνειν ἐόντας τυφλούς· οὐ γὰρ ἂν τοῦ καλλίο-
νος παρεόντος κτίζειν χῶρον, τὸν αἰσχίονα ἑλέ-
3 σθαι, εἰ μὴ ἦσαν τυφλοί. οὗτος δὴ ὦν τότε ὁ Με-
γάβαζος στρατηγὸς λειφθεὶς ἐν τῇ χώρῃ Ἑλλησπον-
τίων, τοὺς μὴ μηδίζοντας κατεστρέφετο. οὗτος μέν
νυν ταῦτα ἔπρησσε.

Expeditio Libyca, eodem a. 514: Minyae, Argonautarum posteri, circa a. 1180. Lemno eiecti a Pelasgis, a Lacedaemoniis recepti.

145 Τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον χρόνον ἐγίνετο ἐπὶ Λιβύην
ἄλλος στρατιῆς μέγας στόλος, διὰ πρόφασιν τὴν
ἐγὼ ἀπηγήσομαι, προδιηγησάμενος πρότερον τάδε.
2 Τῶν ἐκ τῆς Ἀργοῦς ἐπιβατέων παίδων παῖδες, ἐξε-

---

tum demum in Byzantium condendam incidere consentaneum fuerit, praesertim cum mercatura ad boreales regiones Ponti magis magisque florere incoepisset, ipseque Byzantii portus e meridie accedentibus difficilior esset aditu, quam et Chalcedonis et Selymbriae portus; unde perspici posse existimat, cur in Chalcedonem condendam Graeci ad has regiones conversi et a meridie advecti prius inciderint. At de situ Byzantii commodisve loci huius, quae refert Polyb. IV, 44, qui respexerit, confiteatur necesse est, loco multo aptiore multoque plura praebente commoda Byzantium fuisse conditum; id quod vulgo referunt ad Olymp. XXX, 3, cum Chalcedon condita perhibeatur Olymp. XXVI, 2. Cf. etiam C. O. Müller. Dor. I pag. 120. — Dissentit autem in *septendecim* annorum numero, qui ab Herodoto proditur, Hesych. Milesius Rerr. Constantinop. pag. 48, ponens annos XIX, ut Wesseling. annotat. Herodoti auctoritatem tuetur Eustath. h. l.

Cap. CXLV.

Τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον χρόνον κ. τ. λ.] Incidit igitur haec Persarum expeditio in Libyam adversus Barcen suscepta in idem fere tempus, quo Megabyzus, in Thracia relictus post infelicem Darii in Scythas expeditionem, Thraciae gentes subigebat. Quae Darii expeditio cum ad annum 508 a. Chr. n. referatur, haec ipsa in Barcen expeditio continuo post instituta videri debet. Sed cf. nott. ad IV, 162.

προδιηγησάμενος πρότερον] Eadem sermonis abundantia, quam supra ad III, 16 advertimus. Sequitur hoc loco longior de Cyrenes rebus disputatio, in quam Herodotus, de altera Persarum expeditione (quae Scythicum bellum continuo excipiebat tempore) in Libyam suscepta relaturus (vid. IV, 167), sponte inciderat. Quales digressiones ab Herodoti more non abhorrere aliquoties monuimus. Et cf. in universum notata ad I, 23.

Τῶν ἐκ τῆς Ἀργοῦς ἐπιβατέων παίδων παῖδες] i. e. *ne-*

λασθέντες ὑπὸ Πελασγῶν τῶν ἐκ Βραυρῶνος ληϊσαμένων τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας, ὑπὸ τούτων ἐξελα-

---

potes Argonautarum, s. *eorum, qui navi Argo vecti erant.* Ubi in verbis ἐκ τῆς Ἀργοῦς ea valet praepositionis ratio, quam in nott. ad Plutarch. Pyrrh. cap. 11 pag. 169 attigimus. Add. Krüger. ad Xenoph. Anab. I, 2, 3. Apud Schweighaeuser. in Lex. Herod. s. v. ἐπιβάτης p. 250 invenio: „οἱ τῆς Ἀργοῦς ἐπιβάται *Argonautae*;“ minus accurate: Valckenaerio in mentem venerat ἐκ τῶν τῆς Ἀργοῦς ἐπιβατέων; quo vix opus. Sunt autem, monente C. O. Müllero (Orchomen. p. 307), haec verba sensu latiori nec definito accipienda. — Mox cum recentt. scripsi ἐξελασθέντες pro ἐξελαθέντες, ut I, 168. 173. III, 46. 51, itemque ὑπὸ τούτων pro ὑπὸ τουτέων; de ipsius pronominis usu conf. nott. ad IV, 122.

ὑπὸ Πελασγῶν τῶν ἐκ Βραυρῶνος ληϊσαμένων τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας] *Brauron* Atticae est oppidum non procul ab Hymetto mare versus situm; ubi nunc, vetere oppido dudum deleto, *Palaeobraona*, paulo magis occidentem ac meridiem versus. Qui locus olim insignis festo Dianae Tauricae, quae inde etiam Brauronicae nomen acceperat, cuiusque templum nonnihil remotum ab urbe propius ipsum mare situm fuisse perhibetur. Hic enim Iphigeniam e Taurica terra redeuntem appulisse ferebant unâ cum Dianae statua indeque Athenas petiisse. Plura Kruse Hellas II, 1 pag. 258 seq. [„De Dianae Tauricae religionibus nuper exposuerunt De Stackelberg. in opere: Der Apollotempel zu Bassae p. 135 seqq. et Broendsted in Reisen und Untersuchungen in Griechenland. Vol. II pag. 265 — 269.“ *Cr.*] Atque per huius festi opportunitatem virgines illud celebrantes Pelasgi, Hymetti accolae, per insidias simulque etiam ultionis capiendae causa, rapuisse Lemnumque (ab Atheniensibus nimirum cum eiecti essent) abduxisse narrantur, teste Herodoto VI, 138; quâ in insula qui olim consederant Minyae Argonautae, ab iisdem Pelasgis pulsi Lacedaemonem se convertisse dicuntur. Argonautae enim Lemnum ubi appulerunt, mulierum rem publicam, quam ibi constitutam repererant, maritis per uxorum furorem interfectis, indignati, Lemnicas mulieres matrimonio sibi iunxerunt prolemque inde susceperunt, quam h. l. verbis: τῶν ἐκ τῆς Ἀργοῦς ἐπιβατέων παίδων παῖδες indicari putem. Conf. C. O. Müller. Orchomen. pag. 302 — 307. Ac Minyas s. Argonautarum posteros Lemno eiectos esse a Pelasgis, praeter Herodotum testantur Pausan. VII, 2, 2. Apollon. Rhod. IV, 1760, alii. Neque poenitebit hac de re contulisse Polyaen. VII, 49. VIII, 71. Valer. Maxim. IV, 6. 4 (quem ex Herodoto sua hau-

σθέντες ἐκ Λήμνου, οἴχοντο πλέοντες ἐς Λακεδαίμονα· ἱζόμενοι δὲ ἐν τῷ Τηϋγέτῳ, πῦρ ἀνέκαιον.

---

sisse veri est simillimum). Schol. ad Pindar. Pyth. IV, 88 et copiosiorem Plutarchi narrationem Opp. II p. 247, ab Herodotea in quibusdam recedentem, quae accurate enotavit Larcher. in nota ad h. l. Quae ipsa singula persequi hic non vacat, nec magis quaerere attinet, cur, qui *Pelasgi* in hac narratione appellantur, ab aliis vocentur *Tyrrheni*. Hoc enim alienum ducimus ab Herodoti interpretatione.

ἱζόμενοι δὲ ἐν τῷ Τηϋγέτῳ] Pro *ἱζόμενοι* in Sancrofti libro et duobus aliis invenitur *ἑζόμενοι*. De quo Schweigh., comparans hos locos: II, 113. III, 64. 65. IV, 165 ita pronuntiat, ut *ἕζεσθαι* dicatur de *singulis*, *ἵζεσθαι* de *multitudine hominum*, qui alicubi considant. Quod discrimen vereor, ut stare possit. Infra IV, 145 omnes libri conspirant in *ἵζοντο*. — Cui verbo quod h. l. Noster adstruxit praepositionem *ἐν*, Idem infra IV, 146. 148 adhibuit praepositionem *ἐς*, nec aliter fere I, 14 (ubi in annotat. pag. 39 pro IV, 46 scribendum IV, 146), III, 14. Ac supra IV, 83 adhibuit *ἐπὶ* cum dativo, cuius loco IV, 203 praepositionem eandem excipit accusativus. Ipsum montis *Taygeti* nomen triplici genere apud veteres inveniri monet Stephan. Byz. s. v. p. 697. Eodem genere, quo Noster, nomen proferunt Strabo VIII pag. 362 s. 557 C., et Pausan. III, 20; *τὰ Ταυγετα* apud Plutarchum ac Polyaenum l. l. exstat. Post Wesselingium monuit, allatis veterum de hoc monte testimoniis Tzschucke ad Mel. II, 3 §. 4 nott. exegg. p. 235. Vol. III P. II. Postera aetate monti nomen inditum *Pentedactylos;* nunc vocatur *St. Elias*, teste Kruse Hellas I pag. 286.

πῦρ ἀνέκαιον] Mediceus, Florentinus *πυρὴν ἔκαιον*, Gronovio probatum; vulgata lectio *πῦρ ἀνέκαιον* ex Aldina fluxit verbisque sqq. *καὶ πῦρ αἴθοιεν* et Homer. Od. VII, 13, satis firmatur, monente Wessel., qui praeterea citat Heliodor. Aethiop. II pag. 96 [II, 22 p. 82 Cor., quem conf. T. II pag. 84] et D'Orvill. ad Chariton. p. 633 [p. 588 Lips.], qui ipse Medicei libri lectionem ob huius ipsius codicis auctoritatem praeferendam ratus, alteram lectionem *πῦρ ἀνέκαιον* alioqui et ipsam stare posse censet, cum sequatur *πῦρ αἴθειν*. Similis confusio in Homer. Hymn. in Cerer. 287, ubi nunc editur *πῦρ ἀνέκαι'*, cum in codice scripto exstet *πυρὰν ἔκαι'*. Infra VIII, 19 meliores codd. praebent *πῦρ ἀνακαίειν*, Aldina ac Vulcobii liber: *πυρὴν ἀνακαίειν*. Et confer supra quoque I, 202 Vit. Homer. 21, ubi *πῦρ ἀνακαίειν* eodem sensu: *ignem accendere.* Quo eodem sensu infra *πῦρ αἴθειν*, quod, observante Valckenaerio,

3 Λακεδαιμόνιοι δὲ ἰδόντες, ἄγγελον ἔπεμπον, πευ-
4 σόμενοι τίνες τε καὶ ὁκόθεν εἰσί. οἱ δὲ τῷ ἀγγέ-
λῳ εἰρωτέοντι ἔλεγον, ὡς „εἴησαν μὲν Μινύαι, παῖδες δὲ εἶεν τῶν ἐν τῇ Ἀργοῖ πλεόντων ἡρώων· προσχόντας δὲ τούτους ἐς Λῆμνον, φυτεῦσαί σφεας.“
5 Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, ἀκηκοότες τὸν λόγον τῆς γενεῆς τῶν Μινυέων, πέμψαντες τὸ δεύτερον, εἰρώτεον τί θέλοντες ἥκοιέν τε ἐς τὴν χώρην, καὶ πῦρ
6 αἴθοιεν. οἱ δὲ ἔφασαν, ὑπὸ Πελασγῶν ἐκβληθέν- 344
τες, ἥκειν ἐς τοὺς πατέρας· δικαιότατον γὰρ εἶναι οὕτω τοῦτο γίνεσθαι· δέεσθαί τε οἰκέειν ἅμα τούτοισι, μοῖράν τε τιμέων μετέχοντες, καὶ τῆς γῆς

---

apud Atticos poetas aliquoties reperitur; cum nuspiam exstet πυρὰν αἴθειν. Quin intransitive αἴθειν *fulgere* dici apud Sophocl. Aj. 285. Aeschyl. Choeph. 534 [529 ed. Blomf., quem vid.], idem monet. At in Sophocl. Philoct. 789 αἴθειν ἱερά; quocum conf. Euripid. Rhes. 53. 107. — In seqq. ad verba τίνες τε καὶ ὁκόθεν εἰσὶ conf. nott. ad I, 35 et ad formam προσχόντας nott. ad I, 2 pag. 8. 926.

ἥκειν ἐς τοὺς πατέρας] „An quia Minyae per Halmum a Sisipho et *Merope*, Atlantis filia (Apollodor. III, 10, 1 pag. 309 Heyn. Schol. Apollon. Rhod. III, 109 coll. Heynii Observv. ad Apollodor. p. 57) originem ducebant (conf. Saxii Tabb. geneall. Nro. VI et C. O. Müller. Orchomen. p. 464), cuius (Meropes) Taygete soror erat, quae ex Iove Lacedaemonem peperit (Apollodor. III, 10. 3 pag. 312 conf. Sax. Tabb. nr. XIII)? Vel siccine explicandus locus est, ut dicas, *Argonautas* et *Minyas* pro iisdem haberi et usurpari [vid. Loers. ad Ovidii Heroid. VI, 47. XII, 64] ac proinde, quoniam *Dioscurorum*, qui in Argonautis fuerant, aedes Lacedaemone erat, Minyas, cum Spartam tenderent, recte dicere potuisse: „*ad patres suos se venire?*“ *Cr.*, qui idem postea haec adiecit: „Res sic expedienda: Tyndaridae s. Dioscuri Iasoni adeoque Minyis coniuncti erant sanguine et familiam Aeolidarum attingebant, nimirum per avum patremque Ledae Thestium. Vid. Apollodor. I, 7, 5 et 8 p. 48 seq. ed. II Heyn. et conf. Burmann. Catalog. Argonautt. p. CVIII ed. Harles.“ Ad ipsam rem conf. quoque Pausan. VII, 2 §. 2 ibique Siebelis pag. 106.

μοῖράν τε τιμέων μετέχοντες] Ad structuram conf. Matth. Gr. Gr. §. 325 not. 1 p. 633, et Schorn. ad Anaxagor. fragmm. (Bonn. 1829) pag. 26, et ad ἕαδε in seqq. §. 161 pag. 297.

7 ἀπολαχόντες. Λακεδαιμονίοισι δὲ ἕαδε δέκεσθαι τοὺς Μινύας ἐπ' οἷσι θέλουσι αὐτοί· μάλιστα δὲ ἐνῆγέ σφεας ὥστε ποιέειν ταῦτα τῶν Τυνδαριδέων ἡ ναυτιλίη ἐν τῇ Ἀργοῖ. δεξάμενοι δὲ τοὺς Μινύας, γῆς τε μετέδοσαν, καὶ ἐς φυλὰς διεδάσαντο.

Ad verba ἐπ' οἷσι conf. nott. ad I, 141.

γῆς τε μετέδοσαν, καὶ ἐς φυλὰς διεδάσαντο] Aliam causam, cur advenas civitatis iure donarint, afferunt Plutarchus ac Polyaenus l. l., qui Tyrrhenorum s. Pelasgorum filios, ab Atheniensibus pulsos Imbro Lemnoque, Taenarum appulisse tradunt ac Spartanis in bello cum Helotis opem tulisse eamque ob causam civitate ac matrimonio dignatos esse. Cum vero neque ad magistratus neque in senatum admitterentur, in suspicionem eos venisse rerum novarum indeque comprehensos a Lacedaemoniis vinculis atque custodiâ retentos fuisse. Qua de re eadem sic Valerius Maximus l. l. „Quos Spartana civitas respectu Tyndaridarum — deductos inde (e Taygeto) legibus commodisque suis immiscuit; sed hoc tantum beneficium in iniuriam bene meritae urbis regnum affectantes, verterunt;" quae ipsa ex Herodoteis expressa arbitratur Valckenaerius, cui a Plutarcho et Polyaeno allata ratio magis videtur probabilis. Cum autem illi *per tribus distributi* esse dicantur, hoc C. O. Müllerus Orchomen. pag. 313 seqq. de ternis istis Dorum Spartanorum tribubus intelligi posse negat cum nullum unquam omnino inter Spartanos atque advenas connubii ius fuerit. Tres enim illas in tribus, quibus antiquissimo inde ex aevo Spartanorum constitit respublica (conf. citata ab C. F. Hermann. in Handb. der hellen. Staatsalterth. §. 20 not. 3), neminem recipi potuisse pronuntiat, nisi qui revera Dorica stirpe se oriundum plane probasset, Minyarumque stirpem Doricam cognationemque cum Spartanis Doribus, quam Herodotus proferat, eam multo post fictam fuisse videri ab his ipsis, ut probabile videatur Minyarum posteris. Quae cum ita sint, per Perioecorum potius tribus atque Laconum indigenarum Minyas distributos esse arbitratur, nisi, id quod vel magis ad verum illi accedere videtur, sedes prorsus seiunctas a reliquis Laconiae incolis in Taenari promontorio atque insula Cranae, non valde remota (quippe quae loca Minyis, quae fuerit gens rebus navalibus dedita, maxime convenisse consentaneum), atque etiam in Amyclaea ditione inter hos ipsos Achaeos Perioecos, quorum in tribus fuerint recepti, acceperint. Quibus quo minus accedam, obstant ipsa Patris Hi-

8 οἱ δὲ αὐτίκα μὲν γάμους ἔγημαν, τὰς δὲ ἐκ Λή-
146 μνου ἤγοντο, ἐξέδοσαν ἄλλοισι. Χρόνου δὲ οὐ

---

storiae verba: ἐς φυλὰς διεδάσαντο (*per tribus distribuerunt*); quae cur de Perioecorum tribubus, nec vero, quod ipsa fert res ipsiusque sententiae connexus, de Spartanorum tribubus accipienda sint, equidem non intelligo. Nec magis intelligo, quo iure cognatio Minyis quae cum Spartanis intercesserit, ficta perhibeatur atque hoc modo Herodoti de fide detrahatur, quam mihi in talibus praesertim, ubi meliora antiquitas nos minime edocuit, summam esse haud uno loco edixi. Nec abhorret temporum ratio, quo minus Minyas a Tyrrhenis Pelasgis Lemno eiectos Lacedaemonem venisse vere prodi existimemus. Qui Pelasgi octoginta post Troiam captam annis si e Boeotia in Atticam discesserunt ibique unam certe per γενεὰν commorati sunt, antequam Lemnum et Imbrum peterent; hoc convenit cum eo fere tempore, quo Minyae in Laconiam pervenisse feruntur, anno scil. 1140 a. Chr. n. e Larcheri calculis; cf. Tab. chronolog. pag. 586. Iam denique quod ad locutionem attinet: ἐς φυλὰς διεδάσαντο (*per tribus distribuerunt*), ea simul, opinor, indicatur, illos, in tribus cum reciperentur, in civitatem quoque esse receptos civiumque ad iura admissos. „Plataeenses (Valckenaerii sunt verba) in Atticam receptos καταvεῖμαι εἰς τοὺς δήμους καὶ τὰς φυλὰς, *in demos et in certas tribus referre*, psephisma iubet apud Demosthen. p. 741 [p. 1380 Reisk.]. Attigit istam non sane protritam antiquitatis Graecae partem Hemsterhus. in Miscell. Obss. VII p. 325 et ad Aristoph. Plut. p. 368. Cicero pro Balb. 12: *Vidi egomet nonnullos — nostros cives Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero* (nisi malis *certo demo*)." Add. C. F. Hermann. Handb. der Hell. Staatsalterth. §. 117 not. 6. Quod ipsum, ut peregrini in civitatem reciperentur atque inde tribui alicui adscriberentur, Athenis frequentius, Dorum in civitatibus rarissime, nec nisi probata stirpis cognatione factum esse, dubio caret.

τὰς δὲ ἐκ Λήμνου ἤγοντο, ἐξέδοσαν ἄλλοισι] i. e. *quas vero Lemni duxerant uxores, eas aliis elocarunt.* Vocula ἤγοντο, quae a duobus libris abest, e glossemate invecta videtur viro docto in Ephemer. Lipss. 1829 nr. 136 p. 1087, qui τὰς δὲ haudquaquam pro relativo pronomine, sed pro articulo, cui adnectantur verba ἐκ Λήμνου, accipi voluit. Quod certe praestat emendationi Stegeri (in Praefat. p. XV), ἠγάγοντο, i. e. *abduxerunt*, corrigentis. De ipsis verbis ἄγεσθαι, ἐκδιδόναι conf. notata ad I, 34. 93. 59. 196. II, 47.

πολλοῦ διεξελθόντος, αὐτίκα οἱ Μινύαι ἐξύβρισαν, τῆς τε βασιληΐης μεταιτέοντες, καὶ ἄλλα ποιεῦντες
2οὐκ ὅσια. τοῖσι ὦν Λακεδαιμονίοισι ἔδοξε αὐτοὺς ἀποκτεῖναι· συλλαβόντες δέ σφεας κατέβαλον ἐς ἑρ-
3κτήν· κτείνουσι δὲ τοὺς ἂν κτείνωσι Λακεδαιμόνιοι, νυκτός· μετ' ἡμέρην δὲ, οὐδένα. ἐπεὶ ὦν ἔμελλόν σφεας καταχρήσεσθαι, παραιτήσαντο αἱ γυ-

Regnum affectantes, in carcerem coniecti, uxorum opera vadunt.

Cap. CXLVI.

ἐξύβρισαν, τῆς τε βασιληΐης μεταιτέοντες] i. e. *insolenter agere coeperunt Minyae, qui et regnum affectabant* (s. regni participes ut fierent, postulabant) *et alia perpetrabant nefaria.* Quod congruit cum Valerii Maximi verbis supra allatis. Ad structuram verbi μεταιτέοντες conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1314.

συλλαβόντες δέ σφεας κατέβαλον ἐς ἑρκτήν] i. e. *comprehensos vero illos in carcerem coniecerunt*, „*in proximam* nempe *noctem custodiendos*, quâ de illis supplicium sumeretur; hunc enim in finem subdit ista Herodotus: κτείνουσι δὲ τοὺς ἂν κτείνωσι Λακεδαιμόνιοι νυκτὸς, μετ' ἡμέρην δὲ οὐδένα; conf. huius insistens vestigiis Valer. Max. l. l. Morem tangunt Cragius De rep. Lac. p. 457 et Meurs. Misc. Lac. pag. 139. Diutius Tyrrhenos in vinculis custodivisse dicuntur Plutarcho l. l.: ζητοῦντες ἑλεῖν σαφέσι καὶ βεβαίοις ἐλέγχοις, atque interea temporis uxores ipsorum Spartanae carceris exorasse custodes, ut sibi liceret ingressis morituros alloqui: πολλαῖς ἱκεσίαις καὶ δεήσεσι παρείθησαν ὑπὸ τῶν φυλάκων ὅσον ἀσπάσασθαι καὶ προσειπεῖν τοὺς ἄνδρας. Apud Herodotum mulieres in carcerem dicuntur intromisisse custodes, οὐδένα δόλον δοκέοντες ἐξ αὐτέων ἔσεσθαι. In enarrando dolo cum Herodoto conspirant Plutarchus, Polyaenus et Valerius Maximus, qui non absurde addidit ista: *per simulationem doloris velatis capitibus eos abire passi sunt*, nempe custodes carceris viros velatis capitibus, vestibus indutos muliebribus, quos et ἀπιέναι περικαλυψαμένους scribunt Plutarchus et Polyaenus.“ Haec *Valckenaerius;* alios veterum, qui mulierum facinus commemorarunt, citavit Wyttenbach. ad Plutarchi l. l. Animadverss. II, 1 p. 8 a *Cr.* allatus. Nec vero tales fraudes ab omni fere aetate alienas esse, docent rerum scriptores; ut sane non opus sit admonere recentissimi exempli, quod Franco Gallorum suppeditat historia. — De voce καταχρήσασθαι conf. nott. ad I, 82. 117. III, 36. Verbum παραιτεῖσθαι h. l. simpliciter valet *precari*, *veniam sibi petere*, s. *facultatem.* Conf. I, 90. III, 132 ibique nott. IV, 148. 158.

ναῖκες τῶν Μινυέων, ἐοῦσαι ἀσταί τε καὶ τῶν πρώτων Σπαρτιητέων θυγατέρες, ἐσελθεῖν τε ἐς τὴν ἑρκτὴν, καὶ ἐς λόγους ἐλθεῖν ἑκάστη τῷ ἑωυτῆς
4 ἀνδρί. οἱ δέ σφεας παρῆκαν, οὐδένα δόλον δοκέοντες ἐξ αὐτέων ἔσεσθαι. αἱ δὲ ἐπεί τε ἐσῆλθον, ποιεῦσι τοιάδε· πᾶσαν τὴν εἶχον ἐσθῆτα παραδοῦσαι τοῖσι ἀνδράσι, αὐταὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἔλαβον.
5 οἱ δὲ Μινύαι, ἐνδύντες τὴν γυναικηΐην ἐσθῆτα, ἅτε γυναῖκες, ἐξήϊσαν ἔξω, ἐκφυγόντες δὲ τρόπῳ τοιούτῳ, ἵζοντο αὖτις ἐς τὸ Τηΰγετον.

147 Theras, decimus a Cadmo, tutela regni Spartani

Τὸν δὲ αὐτὸν τοῦτον χρόνον Θήρας ὁ Αὐτεσίωνος, τοῦ Τισαμενοῦ, τοῦ Θερσάνδρου, τοῦ Πο- 345

οἱ δέ σφεας παρῆκαν] i. e. *hi vero* (custodes Spartani) *eas introire sunt passi*, s. *introitum illis permiserunt.* Hoc significatu παριέναι III, 72, ubi conf. nott. III, 77. 88. IX, 1. — De *Taygeto* monui ad IV, 145.

Cap. CXLVII.

Θήρας ὁ Αὐτεσίωνος] De *Therae* genere testantur Pausan. III, 1 §. 7. IV, 3 §. 3. Callimach. in Apollin. 74 (ubi conf. Spanhem. pag. 127). Apollon. Rhod. IV, 1759 seqq., ex Herodoto probabiliter sua qui sumsit; coll. Boeckh. ad Pind. Olympp. II p. 115. Unde tale generis stemma confecit Larcher. in nott. ad h. l. coll. C. O. Müller. Orchomen. pag. 468: *Cadmus* (qui in Boeotiam venisse putatur anno 1549 a. Chr.) — *Polydorus* (anno 1497 a. Chr. n.). *Labdacus* (1450). — *Laius* (a Lyco eiectus 1416, ac dein ad regnum evectus 1390). — *Oedipus* (1354). — *Polynices* (anno 1318). — *Thersander* (1299; interfectus 1287). — *Tisamenes* (ad regnum evectus 1269). — *Autesion* (a Damasichthone eiectus 1249). — *Theras* (natus anno 1214, tutor Proclis atque Eurysthenis anno 1178). In ipsam narrationem nuper inquisivit C. O. Müller. l. l. pag. 336 cognationem illam, quae Therae Aegidae intercesserit cum Heraclidarum stirpe regiâ, prorsus fictam e carminibus Dorum epicis repetendam esse statuens, cum iam ante Laconiam ab Heraclidis s. Spartanis occupatam et Achaei et Minyae hac ipsa in terra ac praesertim in agro Amyclaeo fixas habuerint sedes, unde et alias colonias emiserint et eam, quae Theras conderet; ita ut quaecunque de Therâ ad Heraclidarum stirpem relato cecinerint, ea postmodo ficta videri debeant ad gentis splendorem ac gloriam augendam; praesertim cum utraque colonia et Thera et Melos mature Spartanorum auctoritatem atque imperium agnoverit. Mihi de talibus pronuntiare velle, quae certis veterum testimoniis sive

λυνείκεος, ἔστελλε ἐς ἀποικίην ἐκ Λακεδαίμονος.
2 *ἦν δὲ ὁ Θήρας οὗτος, γένος ἐὼν Καδμεῖος, τῆς μητρὸς ἀδελφεὸς τοῖσι Ἀριστοδήμου παισὶ, Εὐρυσθένεϊ καὶ Προκλέϊ· ἐόντων δ' ἔτι τῶν παίδων τούτων νηπίων, ἐπιτροπαίην εἶχε ὁ Θήρας τὴν ἐν*

functus, abit cum colonis habitatum insulam Callistam: eam a Cadmi aetate Membliarus eiusque posteri VIII generationibus tenuerunt.

---

careant sive plane repugnent, eo magis videtur esse lubricum atque anceps, quo certior de his ipsis auctor est Herodotus, cuius narrationem, ut fide carere pronuntiem, nullum mihi innotuit argumentum nullaque sane adesse videtur ratio. Atque ipsa Thera insula, a quo inde commemoratur tempore, nonnisi coniuncta cum Sparta, a qua numquam per temporum decursum bellorumque vices defecit, reperitur et pro eius colonia habetur, quae Laconum institutis semper usa fuerit.

ἔστελλε ἐς ἀποικίην] i. e. *coloniam e Lacedaemone deduxit*, s. *misit* (*se*, *cives*) *in coloniam.* Ubi, Reiskio monente, ad ἔστελλε subauditur ἑαυτόν, ut IV, 148; alius dixisset ἐστέλλετο. Quibus haec addit Schweigh.: — „Sic haud raro etiam apud Tragicos στέλλειν pro στέλλεσθαι, *iter parare*, *proficisci.* Possis vero etiam, ut cap. 148, sic et hoc loco, intelligere ἔστελλε λαὸν ἐς ἀποικίην: sed tragicorum exemplis, quae offert Brunckii Index Sophocleus et Schneideri Lexicon criticum, satis firmata prior interpretatio. Alias dux coloniae dicitur ἀποικίην στέλλειν [ut apud Pausan. III, 1 §. 7 in huius ipsius rei narratione. ἀποστέλλειν invenitur apud Herodotum IV, 150], ἀποικίαν ἄγειν: coloni vero ἐς ἀποικίην στέλλεσθαι vel σταλῆναι, ut cap. 159." Verbum στέλλεσθαι attigimus in nott. ad III, 53. 124 coll. Matth. Gr. Gr. §. 491 a. p. 923; de activo στέλλειν, quod proprie valet *instruere*, *adornare* indeque *instructum aliquem aliqua re mittere*, conf. nott. ad III, 141.

τῆς μητρὸς ἀδελφεὸς τοῖσι κ. τ. λ.] Conf. Pausan. III, 1 §. 6. 7, unde matris, quae Therae fuit soror, nomen fuisse discimus *Ἀργείαν.* Quod vero Larcherus *Προκλῆς* e librariorum negligentia fluxisse arbitratur pro *Πατροκλῆς*, quod alii exhibeant, haud intelligit, hoc ipsum exortum esse e vera scriptura *Προκλῆς*; de qua, ne plura, confer sis Leopold. ad Plut. Vit. Lycurg. 2 pag. 177, et Schaefer. ad Plutarch. Vitt. T. IV pag. 290. Add. quae ad Herodot. III, 50 adscripsimus. — In seqq. ad *οὕτω δὴ* conf. nott. ad I, 196, et ad locutionem *δεινὰ ποιεῖσθαι* nott. ad III, 14. — *μένειν* cum recentt. edd. exhibui pro *μενεῖν*, quod e Stephani editione receptum erat, ob insequens, opinor, futurum *ἀποπλεύσεσθαι*; de qua forma vid. Matth. pag. 485. Add. Ephemerr. Ienenss. 1817 nr. 164 pag. 374 et infra Herod. IV, 201.

3 Σπάρτη βασιλητ̃ην. αὐξηθέντων δὲ τῶν ἀδελφιδέων, καὶ παραλαβόντων τὴν ἀρχὴν, οὕτω δὴ ὁ Θήρας δεινὸν ποιεύμενος ἄρχεσθαι ὑπ' ἄλλων, ἐπεί τε ἐγεύσατο ἀρχῆς, οὐκ ἔφη μένειν ἐν τῇ Λακεδαί-
4 μονι, ἀλλ' ἀποπλεύσεσθαι ἐς τοὺς συγγενέας. ἦσαν δὲ ἐν τῇ νῦν Θήρῃ καλεομένῃ νήσῳ, πρότερον δὲ

ἐν τῇ νῦν Θήρῃ καλεομένῃ νήσῳ, πρότερον δὲ Καλλίστῃ τῇ αὐτῇ ταύτῃ] Tu cf. cum Herodoteis Strabon. VIII p. 374 B., s. 534 A. XVII p. 837 B., s. 1194 B. Apollon. Rhod. l. l. Pausan. VII, 2 §. 2. Mannert. Geogr. VIII pag. 730 seqq. *Thera* insula, Sporadum una, ducentorum ferme stadiorum ambitu, nunc cognita nomine *Santerin*, s. *St. Irene* et eruptione Vulcaniâ Olymp. CXXXV, 4 in duas divisa partes, *Theram* et *Therasiam* sive, ut nunc vocant, *Santerin* et *Aspronisi*. Quae olim pulcherrima omniumque rerum proventu maxime insignis fuisse fertur aquarum ob copiam et eximiam soli virtutem, ea nunc fontibus prorsus caret magnaque ex parte iacet exsiccata, quamquam etiamnum ob incolarum sollertiam Sericas vestes conficientium simulque ob vini commercium inter potiores Maris Aegaei insulas habetur. Nec mireris, eam inde antiquitus vocatam fuisse *Callisten*, cum laetissimam speciem, quam ne nunc quidem prorsus evanuisse narrant, praeberet regio sylvis, fontibus, rivulis bene distincta; quamquam Punicae coloniae Punicum quoque nomen exspectandum fuisse censet C. O. Müller. Orchomen. pag. 325 coll. 322 seqq., ubi de insulae situ fatisque disserit; de quo eodem argumento conferantur recentiorum peregrinatorum testimonia apud Thrige Hist. Cyren. pag. 36. Quibus *Cr.* haec adscripsit: „*Kanizta* Phoenicibus idem quod *θήρα venatus*. Illam autem vocem a Graecis in *Καλλίστη* corruptam esse iudicat Hamaker in Lettre à Ms. Raoul-Rochette sur une Inscript. en caract. Phenic. et Grecq. Leid. 1825." — Quae mox subiicitur ab Herodoto temporum supputatio, eam omni carere iusto fundamento pronuntiat idem Müller. l. l., quoniam facta sit secundum Thebanorum regum indicem eoque falso innitatur fundamento, quod Theraica colonia aeque atque aliae Phoenicum per Graeciam coloniae ad Cadmum perperam referatur auctorem, cum omnis illa de Cadmo narratio ad historiam minime pertineat, idque unum certum videri debeat, Homerica imprimis aetate Phoenices in quibusdam Aegaei maris insulis consedisse; eoque etiam referendam videri coloniam Membliari, quae hoc loco commemoretur. Quae ipsa omni fundamento, quo destituta vi-

*Καλλίστῃ τῇ αὐτῇ ταύτῃ, ἀπόγονοι Μεμβλιάρεω
τοῦ Ποικίλεω, ἀνδρὸς Φοίνικος. Κάδμος γὰρ ὁ* 50
*Ἀγήνορος, Εὐρώπην διζήμενος, προσέσχε ἐς τὴν
νῦν Θήρην καλεομένην· προσχόντι δὲ εἴτε δή οἱ ἡ
χώρη ἤρεσε, εἴτε καὶ ἄλλως ἠθέλησε ποιῆσαι τοῦτο,
καταλείπει γὰρ ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ ἄλλους τε τῶν*

---

detur Müllero Herodotea narratio, vel magis carere existimaverim.

Μεμβλιάρεω τοῦ Ποικίλεω, ἀνδρὸς Φοίνικος] *Μεμβλιάρεω* quoque in Schol. ad Pindar. Pyth. IV, 88. At *Μεμβριάρεω* affert Sancrofti liber in Herod. IV, 148, probatum Bocharto De Phoenicc. colonn. I, 15, quoniam hoc commodius Phoenicum e lingua derivari et explicari possit. Müller. l. l. p. 326 nomen ducere vult a *μέμβλομαι* et *ἄρος*, ut sit *lucripeta*. Hoc loco Sancrofti liber exhibet *Μεβλάρεω* et paulo inferius *Μεβλίαρον*. Hunc vero Membliarum, quem Cadmi cognatum Noster dicit, de plebe fuisse (*ἄνδρα τοῦ δήμου*) scribit Pausan. III, 1 §. 7 eamque ipsam ob causam sperasse Theram, fore, ut Membliari posteri facile ipsi, qui genus suum ad Cadmum referret, imperium insulae cederent. Quod, paucis cum comitibus sive colonis quomodo acquirere potuerit Theras, cum intelligi nequeat, Larcherus existimat, Herodotum hoc unum dicere voluisse, Membliari progeniem omnino per octo *γενεὰς* regnum tenuisse ante Therae scil. adventum; ita ut quo tempore ille accesserit insulamque occuparit, non amplius regnum tenuisse putanda sit, sive quod exstincta prorsus fuerit, sive quod regiam dignitatem aliquo modo haud satis cognito amiserit. Cf. Tab. Chronolog. p. 336.

προσέσχε ἐς τὴν νῦν κ. τ. λ.] Ad verbi *προσέχειν* significationem conf. nott. ad IV, 76 et de scriptura *προσχόντι* nott. ad I, 2. Quo loco fabulam de Europa atque Cadmo iam attigimus, nec sane intelligimus, quo iure, Herodoti modo ulla stet fides, Cadmum Phoenicem fuisse negemus, qui ex oriente advectus in Graeciam colonias deduxerit. Nec sane hoc respexisse videtur C. O. Müller. Orchomen. p. 113 seqq., ubi, vulgari de his sententia reiecta, Cadmum pro Pelasgorum Tyrrhenorum numine haberi vult. At mihi potior Herodoti auctoritas.

καταλείπει γὰρ κ. τ. λ.] Structurae *ἀνακολουθίαν*, quam non perspiciens Steger. Praefat. pag. XV pro *γὰρ* reponi voluit *ἄρ᾽*, notavit Matth. Gr. Gr. p. 1242. Namque pro *προσχὼν* Herodotus scripsit *προσχόντι* ad dativum *οἱ* respiciens et tanquam absoluta esset sententia explicationemque aliquam desideraret, *γὰρ* addidit post *καταλείπει*. Cf. IV, 149.

Φοινίκων, καὶ δὴ καὶ τῶν ἑωυτοῦ συγγενέων Μεμβλίαρον· οὗτοι ἐνέμοντο τὴν Καλλίστην καλεομένην ἐπὶ γενεὰς, πρὶν ἢ Θήραν ἐλθεῖν ἐκ Λακεδαίμονος,
148 ὀκτὼ ἀνδρῶν. Ἐπὶ τούτους δὴ ὦν ὁ Θήρας, λαὸν ἔχων ἀπὸ τῶν φυλέων, ἔστελλε, συνοικήσων τούτοισι, καὶ οὐδαμῶς ἐξελῶν αὐτοὺς, ἀλλὰ κάρτα
2 οἰκηϊεύμενος. Ἐπεί τε δὲ καὶ οἱ Μινύαι ἐκδράντες ἐκ τῆς ἑρκτῆς ἵζοντο ἐς τὸ Τηΰγετον, τῶν Λακεδαιμονίων βουλευομένων σφέας ἀπολλύναι, παραιτέεται ὁ Θήρας ὅκως μήτε φόνος γένηται, αὐτός τε
3 ὑπεδέκετό σφεας ἐξάξειν ἐκ τῆς χώρης. συγχωρη-

Minyae alii a Thera coloni deducuntur, alii Triphylia occupata sex oppida ibi condunt.

ἐπὶ γενεὰς — ὀκτὼ ἀνδρῶν] *Novem* proprie esse γενεὰς monuit C. O. Müller. Orchomen. pag. 325 coll. 468, ubi stemma gentis exhibetur, quam nos exhibuimus ad III, 147. Ac Therae filius perhibetur Oeolycus, nepos Aegeus, unde Aegidae, quorum stemma idem Müller. persequitur pag. 469. Qui quod omnem hanc supputationem falsam videri pronuntiat, supra iam illud attigimus, de Larcheri quoque sententia monentes, quo pacto scil. octo hae γενεαὶ accipi debeant. Namque voce γενεὰ vix certum quendam annorum numerum accurate indicari existimem cum viro docto Ley in Comment. De condit. et fat. Aegypt. sub Perss. pag. 70, quamvis supputationem quandam Ipse Noster indicarit II, 142, ubi vid. nott. Homeri enim fere ad modum Noster res gestas ad progeniem clarissimorum hominum accommodat eorumque secundum stirpes sive γενεὰς res gestas supputat, temporis spatium in universum tantum hoc modo indicans.

Cap. CXLVIII.

λαὸν ἔχων ἀπὸ τῶν φυλέων] i. e. *multitudinem secum ducens e numero civium*, qui ad tres illas Spartanorum pertinebant tribus, *electam;* quo ipso, opinor, indicatur, eos, quos secum duxit Theras in coloniam, re vera stirpis Spartanae sive Doricae fuisse. Ad verbum ἔστελλε conf. nott. ad IV, 147. Quod continuo sequitur συνοικήσων (i. e. *ut una cum illis habitaret*), minime mutandum in συνοικίσων, quod quidam afferunt libri. Ad formam ἐξελῶν conf. Matth. Gr. Gr. §. 181, 2, a. pag. 323 et ad οἰκηϊεύμενος, quod ipsum omnes hoc loco libri scripti afferunt, nott. ad III, 3. — In seqq. retinui βουλευομένων, optimorum librorum ex auctoritate; alii βουλομένων. Ad παραιτέεται conf. nott. ad IV, 146 et ad ἔπλωσε Matth. Gr. Gr. pag. 485.

σάντων δὲ τῇ γνώμῃ τῶν Λακεδαιμονίων, τρισὶ τριη-
κοντέροισι ἐς τοὺς Μεμβλιάρεω ἀπογόνους ἔπλωσε·
4 οὔτι πάντας ἄγων τοὺς Μινύας, ἀλλ' ὀλίγους τινάς. οἱ
γὰρ πλεῦνες αὐτῶν ἐτράποντο ἐς τοὺς Παρωρεάτας
καὶ Καύκωνας· τούτους δ' ἐξελάσαντες ἐκ τῆς

οὔτι πάντας ἄγων τοὺς Μινύας, ἀλλ' ὀλίγους τινάς] Auctor est Pausanias VII, 2 §. 2 coll. Apollon. Rhod. IV, 1762 seq. Theram Thebanum Lacedaemonios atque Minyas Lemno eiectos duxisse colonos in insulam Callisten, quae iam Therae acceperit nomen. Alia leguntur apud Plutarch. Opp. II p. 247 D. et 296 B. Ac Dorum invasione potissimum factum putat C. O. Müller. l. l. p. 360 seqq., ut Minyae, quam Laconiae partem in agro Amyclaeo tenuerint, relinquere coacti, alias sedes peterent, alii in Therae ac Meli insulam traiicientes, alii, iique plurimi per Arcadiam ac Messeniam migrantes in eam regionem, quae Triphylia vocatur, ubi, eiectis prioribus incolis Paroreatis atque Cauconibus, sex urbes condiderunt totidem per tribus ipsi divisi ac simili quo Iones atque Achaei foedere coniuncti sub Neptuni tutela, cuius templum in Samico promontorio fuit situm. Nam hac in ora maris iam olim Minyas consedisse vult idem Müller. l. l. pag. 371; ut ad cognatos suos ac gentiles quodammodo se receperint.

ἐς τοὺς Παρωρεάτας καὶ Καύκωνας] In Sancrofti libro exstat *Παρεωράτας*; infra VIII, 73 omnes libri, quantum scio, *Παρωρεῆται*. Apud Stephan. Byzant. s. v. *Παρώρεια* p. 631 citatur *Παρωραιάται*. Conf. etiam Siebelis ad Pausan. VIII, 35 §. 6. Idem vocabulum haud scio an restituendum Straboni VIII p. 346 B. s. 532 C., ubi pro vulg. *Παρονάται* legendum *Παρωρεάται* sive rectius *Παρωρεᾶται*. De *Cauconibus* in Triphylia habitantibus idem Strabo pluribus refert VIII pag. 345 s. 531 A. sqq., qui paulo post p. 534 A. Argonautarum horum posteros Lemno expulsos in Lacedaemonem atque inde in *Triphyliam* venisse enarrat. De qua regione nunc omnium optime egit C. O. Müller. Orchomen. pag. 361 seqq. coll. Mannert. Geogr. VIII p. 481. 518 seqq. Hac enim in regione, quae ab Alpheo meridiem versus praeter oram maritimam usque ad Nedam Messeniaeque fines extendebatur, sedesque praecipua Paroreatarum (quae Arcadicae stirpis fuit gens) atque etiam Cauconum ex parte fuit, Minyae sex illa condiderunt oppida, Herodoto commemorata; inter quae *Phryxa* sive (ut alii volunt) *Phryxae*, omnium maxime ad septentrionem sita in confiniis fere Arcadiae atque Elidis, triginta tantum distabat stadiis ab Olympia. Phryxam meridiem versus

χώρης, σφέας αὐτοὺς ἓξ μοίρας διεῖλον· καὶ ἔπειτα
ἔκτισαν πόλιας τάσδε ἐν αὐτοῖσι, Λέπρεον, Μάκι-
στον, Φρίξας, Πύργον, Ἔπιον, Νούδιον· τουτέων 346
δὲ τὰς πλεῦνας ἐπ' ἐμέο Ἠλεῖοι ἐπόρθησαν. Τῇ δὲ

---

proxime excipit *Macistus*, quod oppidum in monte situm non procul a Samico, eo fere loco, ubi nunc vicus *Mofkitza*, sive castra vetera quae dicuntur. De quo conf. Mannert. VIII p. 521. A Macisto occidentem versus iacebat *Lepreum*, quadraginta stadia remotum a mari, centum a Neptuni Samii templo et vel Achaeorum aetate satis amplum, quamquam Strabonis tempore, ut Macistus, vix habitata fuisse videtur. Vid. Wass. ad Thucyd. V, 34 et Mannert. VIII p. 526 seq. In colle non procul ab oppido *Strobitza*, quod nunc vocant, Leprei reliquias se vidisse contendit Dodwell. Alii locum, in quo Lepreum fuit situm, nunc dici volunt Pischino. *Pyrgum* oppidum in Arcadiae atque Messeniae finibus prope Nedam situm esse narrant, ita ut utrique terrae passim adscribatur, eo fere loco, ubi nunc invenitur Acropolis prope Nedam non procul a mari. *Epium* intra Macistum atque Heraeam Arcadiae urbem situm fuisse narratur. De *Nudio* nihil constat. Tu conf. de his oppidis plura exponentem C. O. Müller. l. l. pag. 371 — 373 coll. Dor. II pag. 460.

αὐτοὺς ἓξ μοίρας διεῖλον] Delevi auctoritate codicis Florentini uniusque Parisini praepositionem *ἐς* ante *ἓξ* perperam inseri solitam, quam miror a Matthiae. retentam esse. Tu vid. nott. ad I, 94.

Φρίξας] Ita cum recentt. dedi quatuor librorum auctoritate pro vulg. *Φριξάς*, cuius loco alii *Θρίξας* s. *Θριξάς*. Apud Polybium [IV, 77, 9, ubi conf. Schweigh. pag. 130 T. VI] et Xenophontem [cf. Hellen. III, 2, 30], monente Wesselingio ad Diodor. XIV, 17 constanter reperitur *Φρίξα*. Nec aliter Strabo VIII p. 343 s. 528 A., ubi vocem retineri vult Müller. Orchomen. p. 371. Quod *Πύργον* dicit Herodotus, id Straboni VIII p. 348 C. s. 535 C. est *Πῦργοι* itemque Stephano Byzantino. Apud Livium XXVII, 32 commemoratur *Pyrgum* castellum. Pro *Ἔπιον*, *Νούδιον* in Sancrofti libro exstat *Ἔπειον* *Νούδειον*. Apud alios *Ἔπειον*, *Ἤπειον*, aliter. De qua scripturae varietate monuit Schwgh. ad Polyb. IV, 77 T. VI p. 129, cui in Polybio verissimum videtur *Αἴπιον*.

τουτέων δὲ τὰς πλεῦνας ἐπ' ἐμέο Ἠλεῖοι ἐπόρθησαν] *ἐπ' ἐμέο* valet: *mea* (ipsius) *aetate*. Cf. Fischer. ad Weller. III, b. p. 228. Atque revocat C. O. Müller. Orchomen. p. 374, urbium hanc diruptionem ad Olympiad. LX, quo tempore vehemens inter Minyas atque Eleos bellum flagrabat. Man-

νήσῳ ἐπὶ τοῦ οἰκιστέω Θήρα ἡ ἐπωνυμίη ἐγένετο.

149 Ὁ δὲ παῖς, οὐ γὰρ ἔφη οἱ συμπλεύσεσθαι, τοιγαρῶν ἔφη αὐτὸν καταλείψειν ὄϊν ἐν λύκοισι· ἐπὶ τοῦ ἔπεος τούτου οὔνομα τῷ νεηνίσκῳ τούτῳ Οἰόλυκος ἐγένετο· καί κως οὐ οὔνομα τοῦτο ἐπεκράτησε. Οἰολύκου δὲ γίνεται Αἰγεύς· ἐπ' οὗ Αἰγεῖδαι

Oeolyco Therae filio natus Aegeus, a quo Aegidae, tribus Spartana: delubrum Dirarum Laii et Oedipi.

---

nert. VIII p. 489 hoc refert ad Messenicorum bellorum tempora, in quibus Elii a Spartanorum partibus stantes, ab his ipsis, tertio bello finito, auxilii lati praemium acceperint omnem Minyarum atque Cauconum terram: quo fere tempore has Minyarum urbes ab Eleis eversas esse putat Mannert. At multo serius hoc factum esse contendit Dahlmann. Herod. p. 59, potissimum ob verba ἐπ' ἐμέο, quibus Herodotus hac in narratione ad id proxime tempus respiciat, quo itinera faciens per Graeciam has ipsas viserit urbes, ab Olympiade LXXVIII, 4 et quae sequuntur, vel quo Graecia ipsa relicta Thuriis historiae scribendae operam dederit, igitur post Olympiad. LXXXIII, 4.

ἐπὶ τοῦ οἰκιστέω] Duo codd. ἀπό. Conf. nott. ad IV, 45 et I, 14, ubi etiam de voce ἐπωνυμίη.

Cap. CXLIX.

Ὁ δὲ παῖς, οὐ γὰρ ἔφη κ. τ. λ.] Orationis structuram attigit Matth. Gr. Gr. pag. 1295. 1297. Particula τοιγαροῦν concludendi vim h. l. assumere videtur: *itaque*. Conf. Hoogeveen. Doctr. Particc. cap. 53 §. 4 seqq. pag. 751 seq.

συμπλεύσεσθαι] i. e. una cum ipso proficisci in novam scil. coloniam e Lacedaemone, sive ad novas quaerendas sedes.

ὄϊν ἐν λύκοισι] Referunt huc apud Evangelist. Matth. X, 16: ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων; ad quem locum plura dederunt doctissimi interpretes. Hinc vix opus, de huius dicti sensu pluribus exponere. De *Oeolyco* cf. etiam Pausan. III, 15. IV, 7.

καί κως — ἐπεκράτησε] i. e. *idque nomen fere invaluit* sive, ut Valla reddidit: *et id nomen* (cognomen scil. a patre discedente inditum filio) *alteri* (nomini scil., quo antehac appellari solitus erat) *praevaluit*. Idem verbum ἐπικρατεῖν eodem sensu apud Athen. XIII p. 578 E. et Diogen. Laert. III, 4. V, 38; quae laudat Valcken. *Cr.* citat Toup. ad Longin. sect. XV p. 313 (ed. Oxon. 1778), ubi similis locus e Philone affertur advers. Flaccum p. 520: τοῦτο γὰρ κεκράτηκέ πως τοὔνομα.

ἐπ' οὗ Αἰγεῖδαι καλεῦνται] E Mediceo, Florentino, aliis recepi ἐπ' οὗ, cuius loco alii ἀπ' οὗ, alii ἀπὸ τοῦ; quam lectionem vulgatam recentissimi editores retinuerunt. De ipsa *Aegidarum* gente nobilissima, alios ut taceam, conf. Müller. Orchomen. pag. 329 seqq. (cui *Cr.* addit Tafel. Dilucidd. Pindd.

3 καλεῦνται, φυλὴ μεγάλη ἐν Σπάρτῃ. τοῖσι δὲ ἐν τῇ φυλῇ ταύτῃ ἀνδράσι οὐ γὰρ ὑπέμειναν τὰ τέκνα,

---

Spec. I p. 21 seqq. Sturz. ad Hellanici fragmm. p. 89 seqq.) Quo auctore nihil dubium, quin Aegidae ab antiquo inde aevo Amyclas (quae urbs Achaeorum, quibus ipsis igitur Aegidas adscribi par est, tum fuerit, Doribus nondum ingressis) tenuerint indeque coniuncti cum Minyis Lemno pulsis Theram condiderint. Quae quomodo cum Herodoti verbis conciliari queant equidem non exputem; nisi Herodotum falso tradidisse sumas. Nec magis congruunt, quae idem de Aegidis illis enarrat, sacerdotali tribu, quae non multo ante Dorum invasionem Thebis, unde a Boeotis fuerit pulsa, pervenerit Amyclas, tanquam in commune Achaeorum Minyarumque exsulum receptaculum; in quo tamen postea demum, quam Dores regionem occuparint, Phratriam constituerit. Quae ipsa aliaque de Aegeo, stirpis auctore Theraque Aegida relata, quantum a scriptorum veterum recedant fide, vix quemquam fugerit.

φυλὴ μεγάλη] Ipsa voce μεγάλη indicari opinatur C. O. Müller. Orchomen. p. 329, hic non de *tribu* (φυλή), sed de *phratria* tantum agi. Nam tres olim Spartae fuisse tribus (φυλάς) non aliter atque in aliis Dorum civitatibus satis constat; de quarum unâ tamen h. l. non cogitandum esse quivis intelliget, ubi vox φυλή latiori sensu accipienda de gente s. familia, quarum plures ad unam eandemque istarum trium tribuum pertinuerint; phratrias appellari licebit cum Müllero l. l. coll. Dor. II pag. 77 not. 8. Neque etiam ad quatuor illas phylas, quae a grammaticis subinde commemorantur, Pitanam, Limnas, Messoam et Cynosuram (cf. nott. ad III, 55 p. 98), quaeque ad loca, quibus singuli Spartani habitarint, spectant, Aegidarum phylen ut quintam retulerim vel potius adiecerim, Amyclaeam scilicet sive Aegidarum tribum; id quod quibusdam placuisse video. Vid. Müller. Dor. II pag. 49 — 51. C. Fr. Hermann Lehrb. d. Hellen. Staatsalterth. §. 24 not. 9.

τοῖσι δὲ ἐν τῇ φυλῇ ταύτῃ κ. τ. λ.] Eadem orationis structura impeditior, de qua ad initium huius cap. monuimus, coll. IV, 147. Nam sensus est: Hi enim huius gentis viri, quibus in vita non remanebant nati, oraculi iussu (quo scil. malum averterent sobolemque servarent), templum furiarum Laii et Oedipodis exstruxerunt. Ad ipsum argumentum praeter Wesselingium, qui laudat Pausan. IX, 5 §. 8, *Valcken.* haec adscripsit: „*Dirae*, quibus Aegidarum progenitor Oedipus, Furiis agitatus, filios suos devovit, a Thera quodammodo renovatae, filium se dicente καταλείψειν ὄϊν ἐν λύκοισι, dicuntur Oedipodis Ἐριννύες.

ἱδρύσαντο ἐκ θεοπροπίου Ἐριννύων τῶν Λαΐου τε καὶ Οἰδιπόδεω ἱρόν· καὶ μετὰ τοῦτο ὑπέμεινε τὠυτὸ τοῦτο καὶ ἐν Θήρῃ τοῖσι ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν τούτων γεγονόσι.

150 *Μέχρι μέν νυν τούτου τοῦ λόγου Λακεδαιμόνιοι Θηραίοισι κατὰ ταὐτὰ λέγουσι· τὸ δὲ ἀπὸ*
2 *τούτου μοῦνοι Θηραῖοι ὧδε γενέσθαι λέγουσι. Γρῖνος ὁ Αἰσανίου, ἐὼν Θήρα τούτου ἀπόγονος, καὶ*

Theraeorum de Batto narratio; Grinus Therae insulae rex: Battus, ex Euphemi Argonautae posteris: oraculi Delphis a Grino

Laium quoque *dirae* dederant praecipitem, quibus illum Pelops devoverat ob raptum Chrysippum. Ἐριννῦν Oedipi *diras* vocant Tragici, Aesch. S. c. Theb. 70. Sophocl. Oed. in Col. 1294 (1434 Br.). Eurip. Phoeniss. 627.“ Ad formam *Οἰδιπόδεω* conf. Matth. Gr. Gr. pag. 196. *Ἐριννύων* ex uno Florentino dedi cum Gaisf. pro vulg. *Ἐριννύων*. Conf. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Prometh. 53 p. 83 Lips. Apud Apollonium Rhodium quotquot locis reperitur vocula (conf. pag. 234 Ind. Wellauer.), in iis quatuor plerumque aut quinque libri eam per unam literam *ν* afferunt.

καὶ μετὰ τοῦτο ὑπέμεινε τὠυτὸ τοῦτο καὶ ἐν Θήρῃ κ. τ. λ.] Comma post verba *μετὰ τοῦτο* vulgo positum Schweigh. delevit, maiorem collocans distinctionem post *ὑπέμεινε* et post *τὠυτὸ τοῦτο* inserens *συνέβη* Reiskii ex coniectura; quam vocem denuo eiecerunt Gaisf. et Matth. Equidem omni fere in his verbis quae ponitur distinctione sublata, sic fere h. l. intelligo: *Ac postea hoc idem remansit* (quod scil. Spartae remanserat, ut liberi superstites manerent parentibus nec morte consumerentur) *etiam eorum posteris, in Thera qui consederant.*

Cap. CL.

Γρῖνος ὁ Αἰσανίου, ἐὼν κ. τ. λ.] C. O. Müller. Orchomen. p. 341 de hac re disputans cum Herodoteis conferri vult Pind. Pyth. IV, 462. Schol. Pind. ad Pyth. IV, 10. Spanhem. ad Callimach. in Apollin. 65. 74, additque Polymnesti nomen tanquam victoris reperiri in Cyrene Ol. LXXXI. — Qui Grinus quod *βασιλεύων Θήρης τῆς νήσου* mox dicitur, indicio est, Therae illius, qui coloniae fuerat dux, posteros regiam sibi retinuisse dignitatem, qualem scil. in Dorum civitatibus obtinuisse novimus. Tu conf. Müller. l. l. pag. 337. Unde etiam hoc, opinor, repetendum, quod Delphos hecatomben ducit rex publice missus e civitate sua ad Apollinem Dorum patrium deum ac tutelarem, cuius utpote *Ἀρχηγέτου* sacra procul dubio etiam in Theram e Lacedaemone coloni adduxerant. De Apollinis sacris Thera in insula cf. idem Müller. l. l. p. 328 seq.

consulti circiter a. 648 responsum: Libya tum Graecis ignota.

βασιλεύων Θήρης τῆς νήσου, ἀπίκετο ἐς Δελφούς, ἄγων ἀπὸ τῆς πόλιος ἑκατόμβην· εἵποντο δέ οἱ καὶ ἄλλοι τῶν πολιητέων, καὶ δὴ καὶ Βάττος ὁ Πολυ-
3 μνήστου, ἐὼν γένος Εὐφημίδης τῶν Μινυέων. Χρεω- 347
μένῳ δὲ τῷ Γρίνῳ τῷ βασιλέϊ τῶν Θηραίων περὶ ἄλλων, χρᾷ ἡ Πυθίη „κτίζειν ἐν Λιβύῃ πόλιν.“

ἐὼν γένος Εὐφημίδης τῶν Μινυέων] i. e. *qui genere Euphemida fuit*, s. e *posteris Euphemi, unius e Minyis.* Plerique codd. *Εὐθυμίδης*, unus Vindobon. *Εὐθυμήδης*. Quod nunc vulgo legitur *Εὐφημίδης*, e palmaria fluxit emendatione Palmerii (Exercitt. pag. 23), Simsono (Chron. ad Ann. 3389), Bouherio (Diss. Herod. 12), Larchero, Müllero (Orchomen. p. 341), Thrigio (Hist. Cyren. p. 38), aliis, probata. Fertur enim inter Iasonis socios Minyas *Euphemus*, teste Pindaro Pyth. IV, 455, ubi vid. Schol. coll. Spanhem. ad Callimach. in Apoll. 75 et Burmann. in Catalog. Argonaut. s. v. Add. Boeckh. ad Pind. Pyth. IV pag. 265. Cuius Euphemi compressu gravida facta Lemnia puella cum Batti progenitorem partu edidisset, iure hic Battus dicitur *Euphemida*. Ac Larcherum, quod omnes Argonautas vocatos fuisse Minyas [conf. citat. ad IV, 150] contendit, ita ut Herodotus voce *τῶν Μινυέων* adiecta eum simpliciter Argonautam indicare voluerit, missum faciamus; hoc vero teneamus, posthac quoque in Cyrene floruisse videri hanc gentem, si quidem plures Euphemi nomine insignes viri ibi per insequentes aetates occurrant, teste C. O. Müllero l. l.

χρεωμένῳ δὲ τῷ Γρίνῳ — χρᾷ ἡ Πυθίη] i. e. *sciscitanti Grino — oraculum edixit Pythia.* Ut enim verbum *χρᾶν* valet *responsum dare oraculum sciscitantibus* (cf. VII, 220 coll. IV, 155), ita *χρῆσθαι* est *sciscitari, consulere oraculum* ut I, 45. 85. IV, 151. 155. 157. 163 (ubi vid. nott.). V, 82.

κτίζειν ἐν Λιβύῃ πόλιν] Libyam ab Apolline monstratam fuisse haud mirabimur, ait Thrige l. l. pag. 51, si hanc regionem ob eximiam ubertatem iam ab Homero (Od. IV, 85 — 89) laudatam nec Graecis reliquis Batti tempore plane incognitam fuisse reputemus. Qui idem pag. 104 seqq. veterum scriptorum testimonia laudesque de hac regione collegit, quam amoenissimam atque in regionibus caeteroqui desertis atque aridis fertilissimam ob aquarum copiam aerisque salubritatem veteres dilaudarunt; inque his praecipue Pindarus ac Theophrastus, ut sane intelligamus cur eo potissimum deduxerint coloniam vel potius ducere iussi sint ab Apolline. Nec magis mirabimur Libyam ab oraculo praedicari *πολυήρατον* IV, 159.

4 ὁ δὲ ἀμείβετο λέγων· „Ἐγὼ μὲν, ὦναξ, πρεσβύτερός τε ἤδη εἰμὶ, καὶ βαρὺς ἀείρεσθαι· σὺ δέ τινα τῶνδε τῶν νεωτέρων κέλευε ταῦτα ποιέειν.“ ἅμα τε ἔλεγε ταῦτα, καὶ ἐδείκνυε ἐς τὸν Βάττον. τότε μὲν τοσαῦτα. μετὰ δὲ ἀπελθόντες, ἀλογίην εἶχον τοῦ χρηστηρίου, οὔτε Λιβύην εἰδότες ὅκου γῆς εἴη, 1 οὔτε τολμῶντες ἐς ἀφανὲς χρῆμα ἀποστέλλειν ἀποι-
151 κίην. Ἑπτὰ δὲ ἐτέων μετὰ ταῦτα οὐκ ὗε τὴν Θή- Pluviae inops Thera VII an-

---

Hoc vero miramur, quae regio tot tantisque laudibus scriptorum veterum unanimi fere celebratur consensu, eam quarto post Chrn. n. saeculo in miserandam fuisse redactam conditionem, teste Synesio itemque sexti saeculi scriptore Procopio. At qui nostra aetate prae reliquis accuratius hanc regionem perlustravit, is et ipse pulcherrimam testatur se vidisse regionem, montibus, vallibus, saltibus distinctam, arboribus plantisque abundantem et fontibus bene irriguam; ut si soli optimi iam ulla accederet cultura, colonis ex Europa illuc deductis, haud desperandum, fore ut pristinam ubertatem ac felicitatem tractus ille recuperaret. Conf. Thrige l. l. p. 112, et quae ex Della Cellae diario potissimum protulit Ritter. Erdk. I p. 924. 936 seqq. 943 seq. — In seqq. verba βαρὺς ἀείρεσθαι Larcher. reddit: *courbé sous le poids des ans*; Schweigh.: *gravis ad maius quidpiam moliendum*, hoc adiiciens ἀείρεσθαι explicari posse: *loco se movere* (coll. IX, 52, ubi ἀερθέντες idem fere quod κινηθέντες), ut sane hic fere totius loci esset sensus: „Ego quidem provectior iam sum aetate indeque minus aptus (gravis), qui loco me moveam ad iter suscipiendum coloniamve condendam.“ Ac dudum monuerat Wesseling. haec verba ad senii incommoda spectare, quibus *difficulter* ille *erigebatur*. Idem Hesych. excitat [I p. 108, ubi ἀείρομαι· ἄνω αἴρομαι] et de voce βαρύς Sophocl. Trachin. 235. Oedip. Colon. 871, ubi recte exponunt *pressum, gravatum*. Vid. Döderlein. ad h. l. p. 446.

κέλευε ταῦτα ποιέειν] Ita cum recentt. edd. exhibui pro κέλευε ποιέειν τάδε. In seqq. ad usum particularum ἅμα τε — καί conf. I, 112. III, 135 ibiq. nott. Verba ἀλογίην εἶχον τοῦ χρηστηρίου (i. e. *nullam oraculi rationem habuerunt*) citat Thomas Mag. s. v. ἀλογ. pag. 38. Tu cf. nott. ad II, 141. Ad verba ἀποστέλλειν ἀποικίην cf. nott. ad IV, 147.

Cap. CLI.

Ἑπτὰ δὲ ἐτέων] i. e. *intra septem annorum spatium*, s. *septem proximis annis*. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 377, 2 b. et ad verba οὐκ ὗε Herod. II, 10. IV, 50 ibique nott.

nos: Corobii Cretensis ductu exploratores missi a. 640, Plateam insulam tenent, et relicto ibi Corobio ad suos renuntiant.

ρην· ἐν τοῖσι τὰ δένδρεα πάντα σφι τὰ ἐν τῇ νήσῳ,
2 πλὴν ἑνὸς, ἐξαυάνθη. χρεωμένοισι δὲ τοῖσι Θηραίοισι προέφερε ἡ Πυθίη τὴν ἐς Λιβύην ἀποικίην. ἐπεί τε δὲ κακοῦ οὐδὲν ἦν σφι μῆχος, πέμπουσι ἐς Κρήτην ἀγγέλους, διζημένους εἴ τις Κρητῶν ἢ μετοί-
3 κων ἀπιγμένος εἴη ἐς Λιβύην. περιπλανώμενοι δὲ αὐτὴν οὗτοι, ἀπίκοντο καὶ ἐς Ἴτανον πόλιν· ἐν ταύτῃ δὲ συμμίσγουσι ἀνδρὶ πορφυρέϊ, τῷ οὔνομα ἔην Κορώβιος· ὃς ἔφη ὑπ' ἀνέμων ἀπενειχθεὶς ἀπικέσθαι ἐς Λιβύην, καὶ Λιβύης ἐς Πλατέαν νῆσον.

προέφερε ἡ Πυθίη τὴν ἐς Λιβύην ἀποικίην] i. e. *exprobravit Pythia, quod in Libyam coloniam non duxerint.* De verbo προφέρειν conf. nott. ad I, 3 coll. Homer. Il. III, 64. — Ad vocem μῆχος in seqq. conf. II, 181 ibique nott.

ἐς Ἴτανον πόλιν] Praeter Stephanum Byz. ac Ptolemaeum (qui Hierapytnam haud memorat) nulla quantum scio urbis mentio, cuius plures adhuc supersunt numi, unde satis amplam olim fuisse urbem colligas; quae eadem atque *Hierapytna* fuisse videtur Mannert. VIII p. 709, altero nomine deducto a promontorio Itano non valde hinc remoto, in orientali Cretae orà, ubi nunc locus Palaeocastro. Ad Punicam urbis originem haud scio an referri possint numi, qui humanam ostendunt figuram, in piscinam quae exeat caudam, diis Syriacis prorsus similem, teste Hoeck. Cret. I p. 17 seq., qui ob Herodoti locum purpurae fabricam commerciumque hac in urbe fuisse suspicatur. — In seqq. ad verbum συμμίσγειν adhib. nott. ad II, 63 et ad vocem ἀπενειχθεὶς nott. ad IV, 103, ἀνὴρ πορφυρεὺς (ut III, 42 ἀνὴρ ἁλιεὺς coll. III, 125, ubi num recte interpunctionem mutarim, adhuc quaerendum esse existimo. Namque Pausanias, in talibus presse Herodoti vestigia legens I, 13, 8 dixit ἀνὴρ ποιητής; ubi conferunt Wunderlich. in Add. ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 224), dicitur *purpurarius*, qui purpurae s. muricis capiendae exercet artem, ut apud Aelian. H. A. VII, 34. Vid. Stephan. Thes. L. Gr. T. VI pag. 7870 ed. Angl. Atque hac ipsa opportunitate factum esse videtur Italo interpreti, ut Corobius piscaturam exercens ventis in Libyam delatus fuerit.

ἐς Πλατέαν νῆσον] Πλατέαν Mediceus, Florentinus, alii. In aliis quibusdam exstat Πλαταίαν, quae eadem lectionis varietas IV, 156. 169. Apud Scylac. §. 107 (T. I pag. 308 Gail.) invenias Πλατειαί itemque apud Steph. Byz., qui idem alio loco affert Πλατεῖα,

4 μισθῷ δὲ τοῦτον πείσαντες ἦγον ἐς Θήρην. ἐκ δὲ Θή-
ρης ἔπλεον κατάσκοποι ἄνδρες τὰ πρῶτα, οὐ πολλοί.
κατηγησαμένου δὲ τοῦ Κορωβίου ἐς τὴν νῆσον ταύ-
την δὴ τὴν Πλατέαν, τὸν μὲν Κορώβιον λείπουσι,
σιτία καταλιπόντες ὅσων δὴ μηνῶν· αὐτοὶ δὲ ἔπλεον
τὴν ταχίστην ἀπαγγελέοντες Θηραίοισι περὶ τῆς νή-
152 σου. Ἀποδημεόντων δὲ τούτων πλέω χρόνον τοῦ συγ-
κειμένου τὸν Κορώβιον ἐπέλιπε τὰ πάντα. μετὰ δὲ
νηῦς Σαμίη, τῆς ναύκληρος ἦν Κωλαῖος, πλέουσα ἐπ'
2 Αἰγύπτου, ἀπηνείχθη ἐς τὴν Πλατέαν ταύτην. πυθό-
μενοι δὲ οἱ Σάμιοι παρὰ τοῦ Κορωβίου τὸν πάντα
3 λόγον, σιτία οἱ ἐνιαυτοῦ καταλείπουσι. αὐτοὶ δὲ ἀνα-
χθέντες ἐκ τῆς νήσου, καὶ γλιχόμενοι Αἰγύπτου,
ἔπλεον, ἀποφερόμενοι ἀπηλιώτῃ ἀνέμῳ· καί, οὐ
γὰρ ἀνίει τὸ πνεῦμα, Ἡρακλέας στήλας διεκπερή-
σαντες, ἀπίκοντο ἐς Ταρτησσόν, θείῃ πομπῇ χρεώ-

Samia navis Aegyptum petens, in Plateam appulsa Corobium a fame liberat: vento abripitur ultra columnas Herculis: Tartessus emporium: [1, 163] Sostratus Aegineta Graecorum ditissimus: ahenum a Samiis ex quaestus decima Iunoni oblatum.

---

ut sane quo iure *Πλατέαν* veram pronuntiet scripturam Mannert. X, 2 p. 39, non exputem. Ipsa insula non procul a Libyca ora Giligammarum sita esse fertur, nunc cognita nomine *Bomba*, in sinu, qui idem hinc tulerit nomen. Ubi receptaculum transfugarum praedonumque asylum. Tu conf. Schlichthorst. l. l. pag. 123. Rennel. p. 653. Ritter. Erdk. I p. 954. Mannert. l. l. Pach. Voyage dans la Marmarique etc. pag. 52. Thrige Hist. Cyren. pag. 69 nott. Quibus *Cr.* addit Tafel. Dilucidd. Pindaricc. Specim. I (ad Pythior. V, 112—122) p. 21 seq. — Ad verba *ὅσων δὴ μηνῶν* conf. Matth. Gr. Gr. pag. 909.

Cap. CLII.

ἐπέλιπε] Conf. III, 108 ibique citata. Ad verbum *γλιχόμενοι* conf. nott. ad II, 102 et ad verba *οὐ γὰρ ἀνίει τὸ πνεῦμα* nott. ad IV, 28. De *apeliote* monuimus ad IV, 22. De *Tartesso* conf. quae ad I, 163 adscripsimus. Miot, Gallus interpres hic cogitat de loco, cui nunc nomen *San Lucar de Barameda* ad Guadalquiviri s. Baetis fluvii ostia. Quae sequuntur verba *θείῃ πομπῇ χρεώμενοι*, attigimus supra in nott. ad III, 77. Add. Aristid. I pag. 181: *πέμπουσι θείᾳ πομπῇ γῆν ἐπὶ πᾶσαν ἀφορμὰς τοῦ βίου.* — Quibus fabulis arctam censet C. O. Müller. Orchomen. p. 342 fundari amicitiam, quae olim Samiis cum Thera atque Cyrene intercesserit et quae posthac potissimum sub Arcesilao III fuerit probata. Cf. IV, 162.

4μενοι. τὸ δὲ ἐμπόριον τοῦτο ἦν ἀκήρατον τοῦτον 348
τὸν χρόνον· ὥστε ἀπονοστήσαντες οὗτοι ὀπίσω, μέγιστα δὴ Ἑλλήνων πάντων, τῶν ἡμεῖς ἀτρεκίην ἴδμεν, ἐκ φορτίων ἐκέρδησαν, μετά γε Σώστρατον τὸν Λαοδάμαντος, Αἰγινήτην· τούτῳ γὰρ οὐκ οἷά τέ ἐστι
5ἐρίσαι ἄλλον. οἱ δὲ Σάμιοι τὴν δεκάτην τῶν ἐπικερδίων ἐξελόντες, ἓξ τάλαντα, ἐποιήσαντο χαλ-

---

ἦν ἀκήρατον] Vertit Schwgh.: „*erat ea tempestate intactum hoc emporium*," in Lex. Herod. vocem ἀκήρατον exponens *intactum*, *illibatum*, *nondum frequentatum mercatoribus* (emporium). Nec aliter accepit Larcher. minime ea, quae I, 163 de Phocaeensibus, primi qui Tartessum Graecis indicarint, traduntur hisce adversari statuens. Quam in eandem sententiam Lange: „*Diese Handelsstätte aber war noch neu und unbesucht zu der Zeit;*" itemque Italus interpres: „*tale emporio era allora intatto.*" Nec sane repugnant quae sequuntur verba, quamquam ἀκήρατον num dici possit emporium *nondum frequentatum*, velim equidem edoceri. Substituit Sancrofti liber ἀπείρατον, i. e. *intentatum* (Graecis scil., cum antea Phoenicibus solis esset cognitum), quod ipsum vel potius ἀπείρητον si plures ferrent libri (nisi pro glossemate habendum) haud displiceret Valckenaerio, quo monente ἀκήρατον dicitur *purum* atque *intaminatum* eodem modo quo ἀκέραιον de urbibus ac regionibus integris, hostili ferro nondum violatis apud Herod. III, 146. Thucyd. II, 18. Quae si teneamus, haud scio an eum in modum intelligere liceat hunc locum: *hoc vero emporium integrum adhuc stetit illo tempore;* ut Herodoti aetate dirutum fere nec ullo modo amplius exstitisse credas. — Ad locutionem ἀπονοστήσαντες ὀπίσω conf. nott. ad III, 16.

τῶν ἡμεῖς ἀτρεκίην ἴδμεν] i. e. *quorum certior ad nos pervenit notitia.* Simili modo ἀτρεκίη VI, 1. Pro ἴδμεν Codd. omnes ἴσμεν; quam eandem formam aliquot libri praebent I, 178. IV, 197, alienam illam quidem ab Herodoto. Verba sequentia μετά γε Σώστρατον κ. τ. λ. hinc affert Eustath. ad Dionys. Perieg. 511. Hoc vero ad omnem teneri velim narrationem, Aeginetas aeque ac Samios antiquo potissimum aevo inter Graecos excelluisse re navali, mercatura, magnisque hinc acquisitis opibus. De quo conf. nott. ad III, 59. 60. 139.

ἐπικερδίων] Ita cum recentt. edd. rescripsi pro ἐπικερδέων; quod praeter Portum, qui a voce ἐπικερδές derivat, retinuit quoque Matth. Pro ἐποιήσαντο (i. e. *faciundum curarunt*) duo libri ἐποίησαν. Ad χαλκήϊον

κήϊον, κρητῆρος Ἀργολικοῦ τρόπον· πέριξ δὲ
αὐτοῦ γρυπῶν κεφαλαὶ πρόκροσσοί εἰσι· καὶ ἀνέ-
θηκαν ἐς τὸ Ἥραιον, ὑποστήσαντες αὐτῷ τρεῖς
χαλκέους κολοσσοὺς ἑπταπήχεας, τοῖσι γούνασι ἐρη-
6 ρεισμένους. Κυρηναίοισι δὲ καὶ Θηραίοισι ἐς Σα-

---

cf. IV, 81. De *Argolicis crateribus* mihi plura non constant. Inter alia poculorum genera commemorat C. O. Müller. Handb. d. Archaeolog. p. 356, 4. Antiphanes poeta inter ea, quae singulis civitatibus propria sunt, recenset quoque *Argivos lebetes*, teste Athen. I, 21 (49) p. 27 D. *Cylices Argivae* apud eundem Athenaeum XI p. 480 C. memorantur ἐπίσημοι. Tu cf. Panofka Recherches sur les noms de vases etc. (Paris 1829) p. 19. 50.

πέριξ δὲ αὐτοῦ] Duo libri αὐτό. Sed. vid. nott. ad IV, 15.

γρυπῶν κεφαλαὶ πρόκροσσοί εἰσι] Voculam οἱ post κεφαλαί vulgo insertam cum Schweigh. et Gaisf. abieci; quippe quo pronomine minime indiget oratio. Ipsa verba sic interpretatur Wesselingius: *gryphum capita prominentia*, in extrema, opinor, poculi ora, ornatus causa addita. Et sane obscurior h. l. vox πρόκροσσοι, ad quam illustrandam vix valebit VII, 188, ubi naves πρόκροσσοι. Conf. Stephan. Thes. L. Gr. T. IV p. 5363 ed. Angl. Propius forsan huc spectat vox κρόσσαι II, 125, ubi vid. nott. p. 774 seq. Larcherus reddit *l'un vis à vis de l'autre;* nec aliter fere vernaculus interpres: *Rund um denselben waren Greifenköpfe, einer dem andern gegenüber.* Nec aliter denique Italus: *altorno al quale vi sono prominenti teste di grifi le une rivolte alle altre.* Mihi magis arridet Wesselingii ratio; alia enim eaque meliora afferre non habeo. Ac perspici poterit hoc ex loco, quam mature Graecorum in operibus gryphi ornamenti causa fuerint adhibiti, ut sane dudum antea ipsa de Gryphis fabula ad eos deducta videri debeat. Tu conf. Völcker. Myth. Geogr. I p. 184 seq. De *Heraeo* diximus ad III, 60.

τοῖσι γούνασι ἐρηρεισμένους] i. e. *genubus innixos.* Nimirum hi colossi genubus innixi basin efficiebant s. ὑποκρητηρίδιον (conf. I, 25 ibiq. nott.), quae craterem sustineret. Ne mireris tale artis opus: nam Sami in insula mature iam floruit artificum schola, ad quam Rhoecus, Telecles, Theodorus, alii, pertinent indeque etiam Croeso magnum argenteum crater a Theodoro circa Olymp. LVIII elaboratum esse legimus I, 51, ubi vid. nott. Hic vero crater quo tempore probabiliter fuerit elaboratus si quaeras, hoc ad Olympiadem XXXVII, referendum, si Samios ex Tartesso rediisse circa hanc Olympiadem statuas cum C. O. Müller. Handb. d. Archaeolog. p. 38. Et sane hoc

μίους ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου πρῶτα φιλίαι μεγάλαι

153 συνεκρήθησαν. Οἱ δὲ Θηραῖοι, ἐπεί τε τὸν Κορώβιον λιπόντες ἐν τῇ νήσῳ, ἀπίκοντο ἐς τὴν Θήρην, ἀπήγγελον ὥς σφι εἴη νῆσος ἐπὶ Λιβύῃ ἐκτι-

2 σμένη. Θηραίοισι δὲ ἕαδε ἀδελφεόν τε ἀπ' ἀδελφεοῦ πέμπειν, πάλῳ λαχόντα· καὶ ἀπὸ τῶν χώρων ἁπάντων, ἑπτὰ ἐόντων, ἄνδρας· εἶναι δέ σφεων

Theraci colonos in Plateam duabus navibus cum Batto mittunt.

---

ex Herodoti verbis apparet, craterem confectum esse, quo tempore Heraeum exstructum iam fuit. De quo diximus ad III, 60 coll. ad III, 41. Thiersch. (a *Cr.* laudatus) Epoch. d. bild. Kunst p. 186 seq. 190 seq. ed. alter. Larchero auctore (Tab. Chronol. p. 606) Colaei navigatio ad Olymp. XXXIV, 4 s. 640 a. Chr. n. refertur; unde sequitur, crateris opus Olympiadae XXXV adscribendum esse; quo tempore, nimirum vel ante Olymp. XL, Samiorum res floruisse novimus; cf. nott. ad III, 39. 139. — Quibus haec addit *Cr.:* „Viscontius in explicando puteo a tribus Silenis sustento nostri loci admonet in Museo Pio Clementino. Cf. Stuart. Antiqq. Athen. Ed. nov. I p. 491 vers. German. Darmst."

συνεκρήθησαν] „In *coalitis* et *consociatis artissime animis* illud valet. Conf. Stob. Serm. XXVIII pag. 197 [I pag. 443 Gaisf.]. Philostr. V. Soph. II, 2 pag. 566." *Wessel.* Addit Schweigh. Porson. ad Euripid. Med. 136, quo observante *φιλία κέκραται* omnino valet: *amicitia intercessit, inita, quasi mixta est.* Tu cf. etiam Herod. VII, 151. *Cr.* conferri vult, quae ad Plotin. Enn. I Lib. VI c. 7 p. 56 A. ed. Basil. annotata sint.

Cap. CLIII.

Θηραίοισι δὲ ἕαδε] ἕαδε IV, 145. 201. Ad verba *πάλῳ λαχόντα* conf. IV, 94 ibiq. nott. Plateam insulam a Batto Theraeisque conditam Larcher. l. l. refert ad Olymp. XXXV, 2 s. 639 a Chr. n. Add. C. O. Müller. Orchomen. pag. 344.

καὶ ἀπὸ τῶν χώρων ἁπάντων, ἑπτὰ ἐόντων] Sancrofti liber offert *χωρέων* et *ἐουσέων*, quod praeferret Wesseling. si itidem exstaret *ἁπασέων*. Vulgatum nos cum Schweigh. et Gaisf. retinuimus, cum intelligantur *vici* s. *tribus*, quarum septem per insulam Theram fuerint; quem numerum septenarium in omnibus Boeotorum coloniis praevaluisse Boeotisque quasi proprium fuisse, ad Apollinis sacra (ad sidera planetasque opinor) spectantem contendit C. O. Müller. l. l. pag. 337 coll. 221. Equidem ex his septem vicis urbem sive *πόλιν*, quam supra IV, 150 Noster commemorat, constitisse putem. Et urbis amplae rudera in hac insula se vidisse testantur plures recentioris aetatis peregrinato-

καὶ ἡγεμόνα καὶ βασιλέα Βάττον. οὕτω δὴ στέλλουσι δύο πεντηκοντέρους ἐς τὴν Πλατέαν.

Cyrenaeorum de Batto narratio: Etearchus Axi rex in Creta: eius filia Phronima quomodo in Theram venerit.

154 *Ταῦτα δὲ Θηραῖοι λέγουσι· τὰ δ' ἐπίλοιπα τοῦ*
λόγου συμφέρονται ἤδη Θηραῖοι Κυρηναίοισι. Κυ-
ρηναῖοι γὰρ τὰ περὶ Βάττον οὐδαμῶς ὁμολογέουσι
2 *Θηραίοισι. λέγουσι γὰρ οὕτω· ἔστι τῆς Κρήτης*
Ἀξὸς πόλις, ἐν τῇ ἐγένετο Ἐτέαρχος βασιλεύς· ὃς
ἐπὶ θυγατρὶ ἀμήτορι, τῇ οὔνομα ἦν Φρονίμη, ἐπὶ
3 *ταύτῃ ἔγημε ἄλλην γυναῖκα. ἡ δὲ ἐπεσελθοῦσα ἐδι-*
καίευ εἶναι καὶ τῷ ἔργῳ μητρυιὴ τῇ Φρονίμῃ,
παρέχουσά τε κακά, καὶ πᾶν ἐπ' αὐτῇ μηχανωμένη·

---

res, quorum testimonia adducit Thrige Hist. Cyren. pag. 35. — Mox cum recentt. edd. scripsi καὶ ἡγεμόνα καὶ βασιλέα, quae vulgo, melioribus libris invitis, legebantur inverso ordine.

οὕτω δὴ στέλλουσι δύο πεντηκοντέρους] i. e. *duas naves penteconteros mittunt.* Cf. nott. ad III, 52. *Unam* modo navem illos implevisse scribit Iustinus XIII, 7.

Cap. CLIV.

συμφέρονται] Conf. nott. ad IV, 13.

ἔστι τῆς Κρήτης Ἀξὸς πόλις] „Epicum initium; conf. Odyss. XIX, 172 et Krüger. ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 85.“ *Cr.* — Apud Stephan. Byz. pag. 601 commemoratur Cretae urbs Ὄαξος, quod nomen fuere qui a loco praecipiti derivarent, cum teste eodem Stephano, eiusmodi loca praecipitia vocent ἄξους. Quod non fugit Wesselingium quaerentem, num eadem sit urbs atque Σαξός, cuius aliquot supersint nummi. *Oaxidem* tellurem memorat Apollon. Rhod. I, 1131 coll. Serv. ad Virgil. Eclog. I, 66. Alia quod nulla inveniatur oppidi mentio, id inde repetit Mannert. VIII p. 726, quod ad Eleuthernae ditionem probabiliter pertinuerit non procul ab ea ipsa urbe prope fluvium *Oaxem*, qui Mannerto idem esse videtur atque *Petrea* occidentem versus ab urbe Retimo decurrens.

ὃς ἐπὶ θυγατρὶ — ἐπὶ ταύτῃ ἔγημε] i. e. *qui quum filiam haberet matre orbatam, alteras iniit nuptias*, sive, ut Valla reddidit: „*amissa uxore, induxit filiae novercam.*“ Ubi de praepositionis ἐπὶ significatione laudasse sufficiat Matthiae. Gr. Gr. pag. 1166. Ac similis praepositionis vis in verbo subsequenti ἐπεσελθοῦσα. De pronomine demonstrativo repetito conf. IV, 122, ne plura. Nomina *Phronimes* ac *Themisonis* allegorica esse contendit C. O. Müller. Orchomen. pag. 342.

πᾶν ἐπ' αὐτῇ μηχανωμένη] i. e. *quidvis adversus illam moliens.* Nec aliter ἐπὶ cum dativo

καὶ τέλος, μαχλοσύνην ἐπενείκασά οἱ, πείθει τὸν
4 ἄνδρα ταῦτα ἔχειν οὕτω. ὁ δὲ, ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ
τῆς γυναικὸς, ἔργον οὐκ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῇ
θυγατρί. ἦν γὰρ δὴ Θεμίσων, ἀνὴρ Θηραῖος ἔμ-
πορος, ἐν τῇ Ἄξῳ· τοῦτον ὁ Ἐτέαρχος παραλα-
βὼν ἐπὶ ξείνια, ἐξορκοῖ, ἦ μέν οἱ διηκονήσειν ὅ τι
5 ἂν δεηθῇ. ἐπεί τε δὲ ἐξόρκωσε, ἀγαγών οἱ παρα-
διδοῖ τὴν ἑωυτοῦ θυγατέρα, καὶ ταύτην ἐκέλευε κα-
6 ταποντῶσαι ἀπαγαγόντα. ὁ δὲ Θεμίσων, περιημε- 349
κτήσας τῇ ἀπάτῃ τοῦ ὅρκου, καὶ διαλυσάμενος τὴν
7 ξεινίην, ἐποίεε τοιάδε. παραλαβὼν τὴν παῖδα ἀπέ-

---

in loco simillimo VI, 88 et in proxime seqq. Tu conf. nott. ad IV, 80, et ad locutionem ipsam πᾶν μηχανᾶσθαι Platonicam formulam πάντα ποιεῖν in Phaedon. p. 114 C. (ubi vid. Heindorf. pag. 249). Apolog. Socr. cap. 29 pag. 38 D. ibiq. interprett. Monk. ad Euripid. Hippol. 284. Nec multum differt πᾶν τολμᾶν in Plutarch. Themistocl. 16.

μαχλοσύνην ἐπενείκασά οἱ] i. e. *impudicitiae crimen ei ubi intulit.* Mediceus ἐπενεγκοῦσα. At plerique scripti libri tuentur vulgatam itemque Eustath. ad Homer. Il. p. 1183, 40 s. 1250, 36. Ad ipsum verbum cf. IV, 166. I, 68. 131 ibiq. nott. Apud Homer. Il. XXIV, 30 invenitur vox μαχλοσύνη; quae cum serioris sit aetatis eademque de feminis nec de viris adhibeatur, omnem istum Homeri locum a posteriori manu insertum voluerunt. At γυναῖκες μαχλόταται iam apud Hesiod. Opp. et D. 584. Alia dabit Heyne in Observv. ad Homeri locum T. VIII p. 593. — ἀναγνωσθεὶς est: *persuasus ab uxore.* Citat Suidas s. v. Tu conf. nott. ad I, 68.

ἐπὶ ξείνια] i. e. *quem ut hospitem hospitali coena muneribusque excepit.* ξείνια haud pauci praebent libri; alii ξεινίᾳ. Ald. ξεvίῃ. Sed unum verum est ξείνια. Cf. II, 107 ibiq. nott. IX, 88 et quae nuperrime de hac formula disputavit Vömel in Programmate, quod prodiit Francof. 1831. 4. de locutione ἐπὶ ξείνια καλεῖν; in qua ξείνια unice ad munera hospitalia iis, quibuscum hospitium ineatur, offerri solita pertinet, ita ut haud raro nihil aliud nisi *convivium* significet *hospitale.* Tu vid. ibid. potissimum pag. 8. — Ad ἐξορκοῖ conf. III, 133 ibiq. nott. et ad sequens ἦ μὲν Matth. Gr. Gr. §. 604 p. 1212 coll. Gregor. Cor. de dialect. Ion. §. 62 pag. 471. Ad verbum περιημεκτήσας conf. nott. ad I, 44.

πλεε· ὡς δὲ ἐγένετο ἐν τῷ πελάγεϊ, ἀποσιεύμενος
τὴν ἐξόρκωσιν τοῦ Ἐτεάρχου, σχοινίοισι αὐτὴν δια-
δήσας κατῆκε ἐς τὸ πέλαγος, ἀνασπάσας δὲ ἀπίκετο
155 ἐς τὴν Θήρην. Ἐνθεῦτεν δὲ τὴν Φρονίμην παρα-
λαβὼν Πολύμνηστος, ἐὼν τῶν Θηραίων ἀνὴρ δόκι-
μος ἐπαλλακεύετο· χρόνου δὲ περιϊόντος ἐξεγένετό
οἱ πάϊς ἰσχνόφωνος καὶ τραυλὸς, τῷ οὔνομα ἐτέθη

Concubina Polymnesti facta, parit circiter a. 666 Battum: Battus, Afrorum lingua rex: Pythia Batto de balbutie sua consulenti quid responderit.

ἀποσιεύμενος τὴν ἐξόρκωσιν] i. e. *quo se exsolveret iurisiurandi ab Etearcho impositi religione.* Ita interpretatur Valcken. Tu conf. IV, 203. I, 199 ibique citt.

Cap. CLV.

χρόνου δὲ περιϊόντος] i. e. *temporis decursu*, ut II, 121. 133. Quod Is. Voss. adscripserat προϊόντος (*progressu temporis*, ut VI, 36. VII, 197 sive V, 58, ubi χρόνου προβαίνοντος), eo minime opus, quamvis neutrum ab Herodoti usu abhorreat. — Iam ipsam famam, quam Cyrenaeis haud ingratam copiosius retulit Noster, nonnihil mutatam ac breviorem invenimus apud Pindar. Pyth. IV et V; ubi consulantur scholia Graeca. Aliam atque Herodotus narrationem de colonia Cyrenem deducta exhibet Iustinus XIII, 7 coll. Pausan. X, 15 §. 4. Schol. ad Callimach. in Apollin. 65. 74; aliam Menecles in Schol. ad Pind. Pyth. IV, 10 (coll. Tzetz. ad Lycophr. 886) atque Acesander (ibid. ad init.). Quae omnia accurate disquirens Thrige Hist. Cyren. pag. 50 Herodoti narrationem, Theraeis probatam, ad verum proxime accedere sibi videri monet, argumentis subiectis, e quibus Herodoti narrationem reliquis praestare appareat. Atque ibid. pag. 84 iis, qui recentiori aetate de Cyrene a Theraeis ac Spartanis condita dubitarunt, veterum scriptorum haud pauca opponit testimonia, quibus Battum edocemur Cyrenes fuisse conditorem ipsiusque urbis originem Theraeis, Spartanorum colonis, adscribendam esse.

ἰσχνόφωνος καὶ τραυλὸς] ἰσχνόφωνος omnes libri praebent Herodotei; quod quum idem fere valeat atque λεπτόφωνος (i. e. *homo exili lingua et gracili sono,* qualis sane haud quaquam fuit Battus, teste Iustino, Pausania, Pindari scholiasta), qui vitio naturae innato lingua in proferendis animi sensis offendebat atque haesitabat, quales dicuntur ἰσχόφωνοι, si quidem eorum *praepeditur lingua,* ὅτι ἴσχονται τοῦ φωνεῖν, ut loquitur Aristotel. Probl. XI, 35 coll. XI, 30. Atque id ipsum ἰσχόφωνος ita exponitur in Glossa Sangerm.: τὸν μογιλάλον οὐκ ἐῶσι λέγειν, ἀλλ' ἀπελαύνουσι Ἡρόδοτος ἰσχόφωνον. Quare Wesselingio pla-

Βάττος, ὡς Θηραῖοί τε καὶ Κυρηναῖοι λέγουσι· ὡς μέντοι ἐγὼ δοκέω, ἄλλο τι· Βάττος δὲ μετωνομάσθη ἐπεί τε ἐς Λιβύην ἀπίκετο, ἀπό τε τοῦ χρηστηρίου τοῦ γενομένου ἐν Δελφοῖσι αὐτῷ, καὶ ἀπὸ τῆς τιμῆς τὴν ἔσχε, τὴν ἐπωνυμίην ποιεύμενος.
2 *Λίβυες γὰρ βασιλέα Βάττον καλέουσι, καὶ τούτου*

---

cuit Battum *obligatione linguae* laborasse primum et deinde *linguae nodis solutis loqui coepisse* ex Iustin. XIII, 7. Neque tamen in Herodoti textu, in quo codd. nihil variant, quidquam mutari ille voluit; in quo eum secutus est Schweighaeuser., probante Thrig. l. l. pag. 41, modo *ἰσχνόφωνος* ea accipias notione, quâ illud alterum *ἰσχόφωνος* accipi volunt. Nec aliud quid videtur exprimi voce *τραυλός* ad meliorem vocis antecedentis intelligentiam, opinor, adiectâ. Ac voce *ἰσχνόφωνος* eadem in re utuntur Heraclides Ponticus pag. 7 ed. Koeler., Herodotum ille, ut videtur, secutus, quapropter et ipse Koeler pag. 41 a lectione *ἰσχνόφωνος* apud Herodotum standum censet, Plutarchus De Pyth. Orac. pag. 405 B. Schol. ad Pindar. Pyth. IV init. Hesych. s. v. *βατταρίζειν* I p. 707 et 708. Suidas s. v. *Βάττος* et *βατταρίζειν* T. I p. 423.

Quae cum ita sint, nolui equidem *ἰσχόφωνος* recipere, suadente quamvis Schneider. in Lex. Gr. s. v., ubi Gallorum huc refert verbum *bégayer*, cum *τραυλίζειν* sit *grasseyer*. Neque etiam in Herodoti loco multum interesse credam inter *ἰσχνόφωνος* atque *τραυλὸς*, quod utrumque ad unum idem linguae vitium spectat, *balbutiem* dico ac *blaesitatem*, s. *haesitationem* linguae. Qui liberius haec ita reddidit C. O. Müller. Orchomen. pag. 343: „*Dieser hatte eine kreischende und heisere Stimme*," omnem famam de balbutie, quam migrationis tradunt fuisse causam, explicationem videri contendit, e simili sono vocum *βάττος* et *βατταρίζειν* confictam. Lange vernaculus interpres ita interpretatur: Der *stotterte* und *stammelte*.

ἄλλο τι] i. e. *ob aliam quandam causam.* Nimirum aliunde novimus Batto antea fuisse nomen *Aristotelis*. Conf. Schol. ad Pind. Pyth. IV, 104. V, 117, ad Callimach. in Apollin. 75, ubi vid. Spanhem. p. 128. Heraclid. Pontic. l. l. Add. C. O. Müller. Orchomen. p. 343 not. 2. Thrige Hist. Cyren. pag. 44 seq.

Λίβυες γὰρ βασιλέα Βάττον καλέουσι] Pertinet huc, ut videtur, Hesych. I p. 708. *Βάττος· βασιλεὺς, τύραννος Λίβυες· τραυλόφωνος, ἰσχνόφωνος.* „Conf. Lexicon vocc. peregrinn. in scriptoribus obviarum (in Stephani Thesaur. p. CCCXC seq.) in *Βάττος*." *Cr.*

εἵνεκα δοκέω θεσπίζουσαν τὴν Πυθίην καλέσαι μιν Λιβυκῇ γλώσσῃ, εἰδυῖαν ὡς βασιλεὺς ἔσται ἐν Λι-
3 βύῃ. ἐπεί τε γὰρ ἠνδρώθη οὗτος, ἦλθε ἐς Δελφοὺς περὶ τῆς φωνῆς· ἐπειρωτέοντι δέ οἱ χρᾷ ἡ Πυθίη τάδε·

4 *Βάττ', ἐπὶ φωνὴν ἦλθες· ἄναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων*
ἐς Λιβύην πέμπει μηλοτρόφον οἰκιστῆρα.

περὶ τῆς φωνῆς] Quia scil. *ἰσχνόφωνος καὶ τραυλὸς* erat, oraculum consuluit, quo pacto ab hoc linguae vitio possit liberari. — Quod sequitur oraculum iisdem exhibent verbis Schol. ad Pind. Pyth. IV, 10. 15. Tzetz. Chil. VI, 345 p. 361. At multo copiosius, novem versibus constans idem oraculum nunc exhibetur in Diodori Excerptt. Libri VII §. 15 apud A. Mai. Scriptt. Vett. Nova Collect. T. II pag. 13. Spectant vero huc quoque Pindari verba Pyth. IV (59 seqq.), 105:

ὦ μάκαρ υἱὲ Πολυμνάστου, σὲ δ' ἐν τούτῳ λόγῳ
χρησμὸς ὤρθωσεν μελίσσας Δελφίδος αὐτομάτῳ κελάδῳ·
ἅ σε χαίρειν ἐς τρὶς αὐδάσαισα πεπρωμένον
βασιλέ' ἄμφανεν Κυράνᾳ
δυσθρόου φωνᾶς ἀνακρινόμενον ποινὰ τίς ἔσται πρὸς θεῶν.

Βάττ', ἐπὶ φωνὴν ἦλθες] Battus (i. e. *rex*, ex eo sensu, quo vocem *Βάττος* e mente Herodoti Pythia elocuta est) *vocis causa venisti*; sciscitans scil. quo modo a linguae vitio possis liberari. — „Inde in Plutarch. II p. 405 B. p. 660 Wyttenb. corrigitur *ἐπὶ τὴν φωνὴν παραγενόμενον*. Vid. Var. Lect. et not. crit. Wyttenbachii l. l.“ *Cr.*

ἐς Λιβύην — μηλοτρόφον οἰκιστῆρα] Libya vocatur *μηλοτρόφος*, i. e. *oves nutriens*, *ovibus dives;* nec aliter *μηλοτρόφος Ἀσίη* apud Archiloch. fragmm. 85 pag. 317. Quae eadem Libya *θηροτρόφος* cum appelletur apud Apollon. Rhod. IV, 1561, in Scholiis Parisinis affertur varia lectio *μηλοτρόφος*, quam tamen recentissimus editor reiecit ob Varron. Atacinum, qui Apollonium respiciens cecinerat, teste Philargyr. ad Virgil. Georg. III, 176: *feta feris Libye.* Quae eadem regio ovium quoque proventu pecorumque abundantia insignis praedicatur, ex quo fere tempore Graecis innotuit. Tu vide modo Homer. Odyss. IV, 85, ubi Nitzsch. citat I. H. Voss. ad Virgil. Georg. III, 339 p. 609. II, 149 p. 331; Pindar. Pyth. IX, 10, ubi *πολυμάλος καὶ πολυκαρποτάτη χθών*. Plura dabit Thrige l. l. pag. 228, qui ovibus hanc regionem hodieque nobilitatam esse addit; nisi potius de *capris* quoque cogitandum, quas frequentiores et olim et nunc quoque per hos tractus fuisse asserit Pach. Voyage dans l. Marmar. pag. 243. 244.

5 ὥσπερ εἰ εἴποι Ἑλλάδι γλώσσῃ χρεωμένῃ· „Ὦ βασιλεῦ, ἐπὶ φωνὴν ἦλθες.“ Ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε·
6 „Ὦ ἄναξ, ἐγὼ μὲν ἦλθον παρὰ σὲ χρησόμενος περὶ 95
τῆς φωνῆς· σὺ δέ μοι ἄλλα ἀδύνατα χρᾷς, κελεύων Λιβύην ἀποικίζειν· τέῳ δυνάμει; κοίῃ
7 χειρί;“ Ταῦτα λέγων, οὐκὶ ἔπειθε ἄλλα οἱ χρᾶν. ὡς δὲ κατὰ ταυτὰ ἐθέσπιζέ οἱ καὶ πρότερον, οἴχετο μεταξὺ ἀπολιπὼν ὁ Βάττος ἐς τὴν Θήρην.

156 Μετὰ δὲ, αὐτῷ τε τούτῳ καὶ τοῖσι ἄλλοισι Θηραίοισι 1
2 συνεφέρετο παλιγκότως. ἀγνοεῦντες δὲ τὰς συμφο-

Adversae res Theraeorum: oraculi monitu Battum cum duabus navibus mit-

---

ὥσπερ εἰ εἴποι — ἦλθες] „Mea quidem opinione haec literatoris notam sapiunt marginalem“ *Valcken.* Hinc uncis haec verba inclusit Reizius, quibus merito liberarunt recentissimi editores. Neque enim iusta suspicionis causa, si quid video. — In seqq. ad τέῳ cf. Matth. Gr. Gr. §. 152 p. 285.

ὡς δὲ κατὰ ταυτὰ ἐθέσπιζέ οἱ καὶ πρότερον] Ante καὶ vulgo insertum legitur ἦ, quod cum scripti libri ignorent (quodque stare si debeat, e Struvii praecepto l. l. pag. 25, in τῇ mutandum), iure sustulerunt recentissimi editores. Neque enim opus addito pronomine, quod ut addi posse adeoque additum inveniri (v. c. IV, 109) minime nego, ita frequentius omitti idem contendo, ut libris invitis illud haudquaquam inserere liceat. Plurima exempla collegit Struve l. l. pag. 25. 26. In verbis proxime sequentibus equidem iungo οἴχετο ἀπολιπὼν scil. τὴν Πυθίην ex eo usu verbi οἴχεσθαι satis noto, quo participium vulgo adiunctum habet; vocem μεταξὺ ad antecedentia malim referre, hoc fere sensu: *dum illa* (Pythia) *respondebat*, *oraculum edebat*, *celeriter discessit Theram.* Nec aliter Wyttenbachium a *Cr.* citatum, Animadverss. ad Plut. Mor. II p. 1057 haec intellexisse video, ex antecedentibus subaudientem θεσπίζων *interea dum haec vaticinaretur relinquens eum abiit.* — De usu praepositionis ἐς τὴν Θήρην conf. Matth. Gr. Gr. p. 1143.

Cap. CLVI.

συνεφέρετο παλιγκότως] i. e. *denuo male cessit*, *denuo in calamitates inciderunt;* ubi respicitur ad ea, quae IV, 151 sunt dicta. Etenim haud infrequens συμφέρεσθαι impersonale verbum (*accidere*, *evenire*), crebrius addito accusativo et infinitivo rei, quae accidisse narratur (v. c. I, 9. II, 111, aut aliis locis, ubi eodem significatu activum συμφέρειν v. c. III, 129. VI, 23. 117. VII, 4. 10. 117 etc.), vel adiuncto adverbio sive adiectivo, ut IV, 157. VIII, 86 coll. VII, 8. V,

ϱὰς οἱ Θηϱαῖοι, ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς πεϱὶ τῶν παϱεόντων κακῶν. ἡ δὲ Πυθίη σφι ἔχϱησε συγκτίζουσι Βάττῳ Κυϱήνην τῆς Λιβύης ἄμεινον πϱήξειν.

3 Ἀπέστελλον μετὰ ταῦτα τὸν Βάττον οἱ Θηϱαῖοι δύο πεντηκοντέϱοισι. πλώσαντες δὲ ἐς τὴν Λιβύην οὔ-

tunt in coloniam: reversos aditu arcent: Platea inhabitatur a. 640.

---

82. 114; ita ut sane adverbium *παλιγκότως*, cuius loco Schwgh. praeferret *παλίγκοτα*, si qui darent codices, nihil praebeat offensionis. Ipsam vocem *παλίγκοτος*, teste Wessel., illustrat Galen. ad Hippocrat. De Fractur. p. 547. Schweigh. conferri vult Foesii Oecon. Hippocr. voc. *Παλίγκοτος*, haec adiiciens: „Sunt *παλίγκοτα παθήματα* *recrudescentes*, denuo *excandescentes dolores*. Et homo *παλίγκοτος* Aristoph. Pac. 389 dicitur, qui *ἐξ ὑποστϱοφῆς πάλιν ὀϱγισθείς*." Tu add. Theocrit. XXII, 58. Mosch. IV, 92. Quaenam vero haec ipsa mala fuerint, quaenam calamitates, in quas Theraei denuo inciderint, Herodotus cum minime indicarit, leguntur nonnulla in Schol. Pindar. ad Pyth. IV, 10 e Menecle sumta: cives in duas factiones fuisse divisos Battumque, qui alteri parti praefuerit, proelio victum, eo adductum fuisse, ut terrâ cederet; in quam nulla cum ipsi esset reditus spes, oraculum consuluisse, quonam se iam converteret. Ubi quod h. l. legitur responsum ille tulit. Meneclem sequitur Schol. ad Lycophron. Cassandr. 884 eamque ipsam veram coloniae condendae fuisse causam pronuntiat Raoul-Rochette Histoir. de l'établ. d. colon. Grecq. III pag. 260 seq.

συγκτίζουσι Βάττῳ Κυϱήνην τῆς Λιβύης ἄμεινον πϱήξειν] Dativus *συγκτίζουσι*, qui ad antecedens *σφι* refertur, non satis convenit formulae *ἄμεινον πϱήξειν*; quae cum accusativum sibi requirat, Reiskius coniecit *συγκτίζοντας* sive *εἰ συγκτίζουσι*, Schaeferus autem mutari voluit *πϱήξειν* in *παϱέξειν*. Libri scripti ad unum omnes in vulgata lectione conspirant, per sensus quandam structuram explicandâ, ita ut auctor, cum ob praegressos dativos verbum debuisset ponere illis conveniens, v. c. *ἄμεινον ἔσεσθαι* s. *συνοίσεσθαι* (quod ipsum olim in textu fuisse suspicatur Schweigh., in quem e marginali scholio irrepserit *πϱήσσειν*), mox eorum oblitus, aliud eiusdem quidem significationis, sed diversae structurae verbum posuerit, *ἄμεινον πϱήσσειν*, quod ipsum recurrit IV, 157.

πλώσαντες δὲ] De hac forma conf. ad IV, 148 nott. Inde mox *ἀπέπλωον*, coll. VI, 116. VIII, 4, ubi unus liber *ἀπέπλεον*. Sic IV, 157 init. omnes codd. *ἀπέπλεον*, uno Sancrofti libro excepto, in quo legitur *ἀπέπλων*. At mox omnes

τοι, οὐ γὰρ εἶχον ὅ τι ποιέωσι ἄλλο, ὀπίσω ἀπαλ-
4 λάσσοντο ἐς τὴν Θήρην. οἱ δὲ Θηραῖοι καταγομέ-
νους ἔβαλλον, καὶ οὐκ ἔων τῇ γῇ προσίσχειν, ἀλλ'
5 ὀπίσω πλώειν ἐκέλευον. οἱ δέ, ἀναγκαζόμενοι,
ὀπίσω ἀπέπλωον· καὶ ἔκτισαν νῆσον ἐπὶ Λιβύῃ κει-
μένην, τῇ οὔνομα, ὡς καὶ πρότερον εἰρέθη, ἐστὶ
Πλατέα. λέγεται δὲ ἴση εἶναι ἡ νῆσος τῇ νῦν Κυ-
ρηναίων πόλι.

157

Biennio post coloni, Pythia consulta in Libyam transgressi Azirin habitant.

Ταύτην οἰκέοντες δύο ἔτεα, οὐδὲν γάρ σφι
χρηστὸν συνεφέρετο, ἕνα αὐτῶν καταλιπόντες, οἱ
2 λοιποὶ πάντες ἀπέπλεον ἐς Δελφούς. ἀπικόμενοι δὲ
ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ἐχρέωντο, φάμενοι οἰκέειν τε
τὴν Λιβύην, καὶ οὐδὲν ἄμεινον πρήσσειν οἰκεῦντες.
3 ἡ δὲ Πυθίη σφι πρὸς ταῦτα χρᾷ τάδε·

Αἰ τὺ ἐμεῦ Λιβύην μηλοτρόφον οἶδας ἄμεινον,
μὴ ἐλθὼν ἐλθόντος, ἄγαν ἄγαμαι σοφίην σευ.

---

codd. ἀπέπλωον, ubi una Aldina ἀπέπλεον, Florentinus ἀπέπλωσαν. Unde satis patet, ne in his quidem formis scriptorem Nostrum sibi prorsus constare unamque sequi normam eandemque. — Ad verba ὀπίσω ἀπαλλάσσοντο et ὀπίσω ἀπέπλωον (cf. IV, 157) conf. nott. ad III, 16. — Verbum προσίσχειν attigimus ad IV, 76.

οἱ δὲ Θηραῖοι καταγομένους ἔβαλλον] Quod sane consentire cum iis, quae de discessus causa e Menecle supra allata sunt, monet Raoul-Rochette l. l. III pag. 261. — Mox cum recentt. edd. exhibui εἰρέθη pro vulg. ἐῤῥήθη, cuius loco Florentinus exhibet ἠρέθη. Tu conf. IV, 77. VI, 15. VII, 154. Eustath. ad Odyss. p. 1540, 12 s. 230, 32. In Platone nunc pro ἐῤῥέθη Schneiderus, cuius copiosa exstat annotatio ad Polit. V p. 450 (T. II p. 5), restituit ἐῤῥήθη. De *Platea* insula dixi ad IV, 151.

Cap. CLVII.

Αἰ τὺ κ. τ. λ.] i. e. *Si Tu, qui* (in Libyam) *non veneris, melius atque ego, qui* (eo) *venerim, nosti Libyam, valde equidem miror tuam sapientiam.* Idem oraculum exstat apud Plutarch. Opp. II p. 408 A. p. 670 Wyttenb., quem conf. in nott. critt., ubi invenimus Λιβύαν μαλοτρόφον et οἶσθας ἄρειον pro οἶδας ἄμεινον, reliqua omnia Herodoteis congrua. — „Ore loquens Ionico Noster, quandoquidem Dorica quoque dedit in oraculo sequenti cap. 159, fortasse ne hic quidem Doricum in Λιβύαν μαλοτρόφον evitaverat πλατειασμόν; sicut *αἰ* pro *εἰ*, in Doricis reli-

4 Ἀκούσαντες δὲ τούτων οἱ ἀμφὶ τὸν Βάττον, ἀπέπλωον ὀπίσω· οὐ γάρ δή σφεας ἀπίει ὁ θεὸς τῆς ἀποικίης, πρὶν δὴ ἀπίκωνται ἐς αὐτὴν τὴν Λιβύην.
5 Ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὴν νῆσον, καὶ ἀναλαβόντες τὸν ἔλιπον, ἔκτισαν αὐτῆς τῆς Λιβύης χῶρον ἀντίον τῆς νήσου, τῷ οὔνομα ἦν Ἄζιρις, τὸν νάπαι τε κάλλισται ἐπ' ἀμφότερα συγκληΐουσι, καὶ ποταμὸς 351

---

quiis, Sophronis inprimis et Epicharmi, pro εἴ κε vel ἐὰν, frequentatur αἴκα, subiunctivis modis iunctum." *Valcken.* Atque hoc ipsum oraculum post fictum arbitratur C. O. Müller. Orchomen. pag. 345, quum omnis de Cyrene condita fabula satis fuerit exculta, adhibitumque esse ab Herodoto, ut alia istiusmodi oracula, ad narrationem exornandam. Quae unde colligat vir doctus, me sane fugit. — Ad vocem μηλοτρόφον vid. nott. ad IV, 157.

ἀπίει] Conf. nott. ad IV, 28. — Mox cum recentt. edd. inserui τὴν ante Λιβύην Florentini codicis ex auctoritate.

Ἄζιρις] Idem vocabulum IV, 169. In cuius scriptura fluctuant libri. Apud Steph. Byz. exstat Ἄζιρις et Ἄζιλις, quod idem habet Callimach. in Apollin. 89, Herodotum, opinor, ille secutus. Ptolemaeo est *Axylis.* Qui apud Synes. cp. 4 commemoratur portus Ἀζάριος, cum hoc loco congruere videtur Thrigio l. l. pag. 72. Ac pagum esse Azirin pronuntiat Schlichthorst. l. l. pag. 122. Asserit Pach. (Voyage etc. pag. 53 sq. 86), quaecunque de Aziri narrentur, accurate convenire cum loco *Temmineh* e regione insulae Plateae sive Bombae; quem convallem ab occidente cingi et saltibus montium Cyrenaeorum et torrente (plane ut Herodotus h. l. testatur), quem eundem esse atque *Paliurum* idem suspicatur.

τὸν νάπαι τε κάλλισται κ. τ. λ.] νάπαι vulgo redduntur *valles;* quod ab hoc loco alienum esse sponte patet. Callimachus eadem voce est usus l. l., ubi de *nemore* s. *sylva* accipiunt. Bis apud Homerum invenitur vocula Il. VIII, 554 et XVI, 300, ubi *valles nemorosae* atque *umbrosae* videntur indicari, sive, ut Heyne interpretatur, Obss. T. V pag. 315 *saltus.* Apud Aristophan. Avv. 739 νάπαι sunt *saltus, nemora,* οἱ ὀρεινοὶ καὶ ἀναπεπταμένοι τόποι et in Thesmophor. 1006 (944 Both.) iunguntur ὄρη δάσκια καὶ νάπαι πετρώδεις, ubi Bisetus haud scio an recte explicuerit ὀρεινὸς ὑλώδης τόπος. Nec alio sensu apud Herodotum accipi posse censeo vocem, quam Schweigh. in Lex. Herod. s. v. interpretatur *colles cum suis convallibus.* Tafel. Dilucidd. Pindd. I p. 772 est *Waldthal. Saltus* interpretatur Krüger. in Xenoph. Anab. IV, 5, 15. 18. V, 2 §. 31 coll. VI, 3, 12. 18.

Septimo anno Libyes eos alio traducunt: Irasa regio: fons Apollinis: Cyrene conditur a. 632.

158 τὰ ἐπὶ θάτερα παραῤῥέει. Τοῦτον οἴκεον τὸν χῶ-
ρον ἓξ ἔτεα· ἑβδόμῳ δέ σφεας ἔτεϊ παραιτησάμε-
νοι οἱ Λίβυες, ὡς ἐς ἀμείνονα χῶρον ἄξουσι, ἀνέ-
2 γνωσαν ἐκλιπεῖν. ἦγον δέ σφεας ἐνθεῦτεν οἱ Λί-
βυες ἀναστήσαντες πρὸς ἑσπέρην· καὶ τὸν κάλλι-
στον τῶν χώρων ἵνα διεξιόντες οἱ Ἕλληνες μὴ
ἴδοιεν, συμμετρησάμενοι τὴν ὥρην τῆς ἡμέρης,
νυκτὸς παρῆγον· ἔστι δὲ τῷ χώρῳ τούτῳ οὔνομα
3 Ἴρασα. ἀγαγόντες δέ σφεας ἐπὶ κρήνην λεγομένην

20, ubi νάπος. Lange Herodoti locum sic interpretatur: — „*und ist auf zwei Seiten von den schönsten Thälern eingeschlossen.*“ — Ad locutionem τὰ ἐπὶ θάτερα (i. e. *ab altera parte*) conf. Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. pag. 288 seq. Supra II, 93 τὰ ἐπ' ἀριστερά, quae nunc malim seiunctim scribi, vid. nott. pag. 692 et conf. Herod. IV, 191.

Cap. CLVIII.

παραιτησάμενοι οἱ Λίβυες] Haud male Lange, vernaculus interpres: *Im siebenten Jahre aber redeten ihnen die Libyer vor.* Is enim loci sensus: *Libyes facultatem ab illis sibi petebant, ut liceat meliorem in regionem illos deducere.* Ubi sane minime opus subintelligere καὶ λέγοντες (quod ipsum verbo παραιτησάμενοι iam continetur) sive aliud quid. Verbi significationem attigimus ad IV, 146.

ἀναστήσαντες] Verbum ἀναστῆσαι non tantum in vi et armis sed etiam in iussis et persuasione usurpari, hoc loco allato, observat Siebelis ad Pausan. VII, 15 §. 4. — In subseqq. male olim post χώρων distinctionem posuerunt, quam equidem cum recentt. edd. sustuli, monitu Reiz. in Praefat. pag. X seqq. coll. Thrige l. l. p. 74. παρῆγον cum Schweigh. et. Gaisf. dedi pro παρεξῆγον, quod codd. auctoritate destitutum est.

Ἴρασα] Conf. Steph. Byz. s. v. et Pind. Pyth. IX, 185, ubi nunc recte sic editur. Tu vid. Heynii not. Ex Herodoti autem verbis recte colligere videtur Schlichthorst. pag. 135 Irasa inter Azirin et Cyrenen et quidem ab ortu Cyrenes sita fuisse, et quidem Aziri forsitan propius. Quocum conveniunt, quae nunc ex accurata locorum inspectione docuit Pach. l. l. pag. 84, qui veterum *Irasa* eo loco collocat, ubi nunc fons *Ersen* s. *Erasem* (quod ipsum ad veterem appellationem quantum faciat, nemo non videt) et ubi incipit alta illa planities montosa (vocamus vulgo das Plateau von Cyrene), in qua ipsa vetus Cyrene exstructa fuit, arboribus laeta, aquis bene irrigua fertilisque.

ἐπὶ κρήνην λεγομένην εἶναι Ἀπόλλωνος] Idem Apollinis fons memoratur apud Pindar.

εἶναι Ἀπόλλωνος, εἶπαν· „Ἄνδρες Ἕλληνες, ἐν-

Pyth. IV, 294 (524), cui *Κυρῆς* fuisse nomen ex Callimach. in Apoll. 88. Eustath. ad Dionys. Perieg. 213, aliis, quos excitavit Spanhem. ad Callimach l. l. discimus; quamquam quo loco fuerit fons, haud prorsus patere videbatur Schlichthorst. p. 129. Cyrenae urbi vicinum fuisse vel ex Herodoti verbis colligas, et quidem ab occidente, ubi adhuc e saxis fons erumpere dicitur iugis aquae, ad quem rudera templi, quod Apollini fuit consecratum. Nomen fonti apud indigenas *La Grenne* esse narrant. Cf. Ritter. Erdkunde I p. 947. Quibus accuratiora nos edocuit Pach. l. l. pag. 212. 216 seq. Nam viam a Necropoli vetere ad planitiem, in quâ vetus Cyrene exstructa erat, ducentem si sequaris, e colle scatet fons largus aquae in canalem se deiiciens mediis in ruinis urbis antiquae. Quem Cyres fontem esse nihil dubitat Pacho. Alius, opinor, fons *Theste*, cuius IV, 159 fit mentio. Neque etiam Iustinus audiendus, qui XIII, 7 de Cyrene condita exponens, montem commemorat *Cyrem*, quem coloni, ubi advenerunt, tum propter loci amoenitatem, tum propter fontium ubertatem occuparint. Quare Callimacho in his plus tribuendum esse recte statuere videtur Raoul-Rochette III p. 263 Histoir. de l'Etabliss. d. colon. Grecqs. Ab hoc autem fonte ipsum urbis *Cyrenes* deducunt nomen, quod aliis a *Cyrene*, Hypsei filia ducere placuit. Mihi illud sane videtur probabilius cum Thrig. p. 77, ubi plura de urbis nomine allata video, quod in numis constanter legitur *ΚΥΡΑ* Atque locus ille, in quo urbs fuit exstructa, etiamnum ut regionis amoenitate ita ruderum multarum mole insignis; ut qualis et quanta olim fuerit urbs, satis hinc colligas. Arabes nunc sedes posuisse dicuntur illis in ruinis, quae nostra demum aetate peregrinatorum aliquot industriâ (in quibus post Della Cella praecipue sunt nominandus Pacho l. l. p. 212 sqq. — 231) accuratius nobis innotuere, a vico Slughe, incipientes ac longe lateque per montosam planitiem (Plateau) extensae. De quibus vid., ne plura Ritter. Erdk. I pag. 945 seqq. coll. Mannert. X, 2 pag. 100. De tempore, quo Cyrene fuit condita, copiosius disseruit Thrige l. l. §. 26 — 28 incl. pag. 84 — 101. Ac plerisque ea placuit sententia, ut Cyrenen Olymp. XXXVII, 2 s. 631 a. Chr. n. dicerent esse conditam, probante ipso Thrigio l. l. p. 101 coll. p. 91 et C. O. Müller. Orchomen. p. 344. Mannerto (X, 2 pag. 61 not. 65 not.) urbis origines ad Olymp. XVII s. 712 a. Chr. n. referendae videntur; Raoul-Rochette l. l. III pag. 251. 263 seqq. Olymp. XXVI, 2 s. 675 a. Chr. n. urbem conditam vult. Sed vid. quae contra protulit Thrige l. l. §. 28 p. 96 seqq.

θαῦτα ὑμῖν ἐπιτήδεον οἰκέειν· ἐνθαῦτα γὰρ ὁ οὐ-
159 ρανὸς τέτρηται.“ Ἐπὶ μέν νυν Βάττεώ τε τοῦ οἰ-
κιστέω τῆς ζόης, ἄρξαντος ἐπὶ τεσσεράκοντα ἔτεα,

Batti I. regnum ab a. 640 ad 600: Arcesilai I. ab

ἐνθαῦτα γὰρ ὁ οὐρανὸς τέτρηται] i. e. *hic enim perforatum est coelum.* Quam locutionem, de *copiosa* istic *coelesti aqua* intelligendam, Wesselingius comparat cum simili locutione Genes. VII, 11 („*et coeli fenestrae reseratae sunt*“) affertque Eustathii verba ad Homer. p. 742, 22 s. 638, 40, egregie h. l. illustrantia: ὁ δὲ περί τινα Λιβυκὴν γῆν τετρῆσθαι τὸν οὐρανὸν, φάμενος — ἐτερατεύσατο· ἐθέλει γὰρ εἰπεῖν, τὸν οὐρανὸν, ὡς οἷά τινα δεξαμενὴν, ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις γαίαις ἐστεγανῶσθαι· περὶ δὲ τὸν τόπον ἐκεῖνον, οἷον συντετρῆσθαι, ὡς ὑετὸν συχνὸν ἐξερεύγεσθαι καὶ ἄρδειν τὰ ἐκεῖ πρὸς τροφιμότητα. Ac praeterea in hac locutione ad priscam quandam respici famam observat Böttiger (Isis 1829 p. 318 not.), commemoratam Plinio H. N. XIX (3), 15: „Id (silphium) apud auctores Graeciae evidentissimos invenimus natum imbre piceo repente madefacta tellure, circa Hesperidum hortos Syrtimque maiorem, septem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum est urbis nostrae anno CXLIII.“ Hunc enim locum pro silphii quasi incunabulis habitum esse vult Böttiger. Aliud quid ex his verbis colligi posse censet Bredow (Specim. Uranolog. p. XII not.): coelum nimirum Libycis quoque hominibus visum fuisse durum corpus sive ligneum sive aeneum, non aliter ac reliquis antiquitatis gentibus, quae coelum habuerint firmum corpus, maxime malleis expansum et laquearis modo obtegens terram. Ac denique, ut ad ipsa Herodoti verba revertar, haud praetermittenda est Valckenaerii emendatio, qua ὁ οὐρανὸς commutetur in ὁ βουνός, ut haec inde evadat sententia: „*hic enim collis*, s. *ager perforatus est*, *fontibus* nimirum, id est, γῆ ἐστι ἔπυδρος πίδαξι, quod legitur c. 198.“ Neque vero quisquam Valckenario assensus est editorum. De voce βουνός, de quâ multa ad h. l. attulit idem Valcken., monebimus ad IV, 199.

Cap. CLIX.

ἐπὶ μέν νυν Βάττεώ τε τοῦ οἰκιστέω τῆς ζόης] Male hinc olim finxere urbem *Zoen*, a Batto conditam. De quo errore plurima dabit Thrige l. l. pag. 113 not. — „Vita ἡ ζωὴ Herodoto scribitur ζόη· ἐπὶ μέν νυν τῆς ζόης Βάττεω τοῦ οἰκιστέω. Errorem peperit e situ suo, Herodoteo more, distracta vocula. Nihil est in his aut vicinis nodosi. *Dum viveret Cyrenes conditor Battus*, qui per annos regnavit quadraginta, huiusque filio Arcesila per annos sedecim regnante, res Cyre-

καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Ἀρκεσίλεω, ἄρξαντος ἑκκαίδεκα ἔτεα, οἴκεον οἱ Κυρηναῖοι, ἐόντες τοσοῦτοι, [2]ὅσοι ἀρχὴν ἐς τὴν ἀποικίην ἐστάλησαν· ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου, Βάττεω τοῦ Εὐδαίμονος καλεομένου, Ἕλληνας πάντας ὥρμησε χρήσασα ἡ Πυθίη πλέειν συνοικήσοντας Κυρηναίοισι Λιβύην· ἐπεκαλέοντο

600 ad 584: sub Batto II., qui Felix dictus, Graeci oraculo in Cyrenen evocati: Libyes exuti agro: Aegyptii praelio a Cyrenaeis victi a. 570. [2, 161.]

---

naeorum in eodem ferme statu permanserunt: sub tertio demum rege, qui fuit Battus istius nominis II, *Εὐδαίμων* dictus, Graecis divinitus in Africam evocatis, amplificatae. Sed, si licet, suspicor equidem ante haec verba *ἐπὶ μέν νυν B.* olim alia quaedam lecta, quae nobis perierint, de condita Cyrene, quo referretur appellatio *τοῦ οἰκιστέω* atque in his forte traditum, quando Battus expeditum acceperit usum linguae. Vid. Iustin. XIII, 7. Pausan. X, 15 §. 4. Instar Batti forte *τραυλὸς* Croesi filius in subito terrore *vitium nodumque linguae rupit, planeque et articulate eloquutus est* Gell. N. Att. V, 9. Herodot. I, 85." *Valcken.* Mihi in Herodoti verbis nihil videtur desiderandum, nec magis Thrigio l. l. pag. 64 seqq. quidquam deesse videtur, qui idem p. 122 seqq. plura de hoc primo Batto affert, quo regnante templa, aedes, alia exstructa esse alii enarrant. Ad locutionem *ὅσοι — ἐστάλησαν* conf. nott. ad IV, 147. *ἀρχὴν* hic valet *ab initio;* cf. I, 140. 86. II, 28 init.

ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου] „Optime post h. v. interpunxit Palmer. Exercitt. in Gr. Auctt. pag. 24. Nam Battus, eius nominis *secundus, Felix* appellatus est, non *tertius. Ἐπὶ τρίτου* successionis ordinem requirit. Bene Plutarch. in Coriol. [cp. 11] p. 218 F." *Wesseling.* citans not. ad Diodor. Sic. T. II pag. 551. Unde patet eos falli, qui huncce Battum Battiadarum in serie *quintum* fuisse volunt, non *tertium.* De quo errore monuit Thrige l. l. p. 127 seqq. Temporum ad rationes quod attinet, monet Schultz. Apparat. crit. p. 26 *Battum* Cyrenes conditorem regnum tenuisse ad XXXII annos (ab ann. 632 — 600 sive a. 631 — 599, quae Thrigii est sententia l. l. pag. 122), cum qui ab Herodoto ei tribuantur XL anni, ad regiam pertinere videantur potestatem, a Batto inde a Platea condita occupatam; Batto successisse *Arcesilaum* I, anno 600; quem per XVI annos regnantem excepisse *Battum* II, s. *Felicem* anno 584 a. Chr. s. Olymp. XLIX, 1. Ac Thrige quoque, qui l. l. pag. 127 sqq. 196 seq. in huius primi Batti inquirit tempora, nil impedire ait, quo minus ab anno 583 a. Chr. n. regni statuamus initium, mortemque ponamus in anno 560, etsi certi quid hac in re constitui nequeat. Add. C. O. Müller. Orchomen. p. 344.

3 γὰρ οἱ Κυρηναῖοι ἐπὶ γῆς ἀναδασμῷ. ἔχρησε δὲ 352
ὧδε ἔχοντα·

Ὃς δέ κεν ἐς Λιβύην πολυήρατον ὕστερον ἔλθῃ
γᾶς ἀναδαιομένας, μετά οἵ ποκά φαμι μελήσειν.

4 Συλλεχθέντος δὲ ὁμίλου πολλοῦ ἐς τὴν Κυρήνην,
περιταμνόμενοι γῆν πολλὴν οἱ περίοικοι Λίβυες καὶ
ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, τῷ οὔνομα ἦν Ἀδικρὰν, οἷα
τῆς τε χώρης στερισκόμενοι, καὶ περιϋβριζόμενοι
ὑπὸ τῶν Κυρηναίων, πέμψαντες ἐς Αἴγυπτον ἔδοσαν
5 σφέας αὐτοὺς Ἀπρίῃ, τῷ Αἰγύπτου βασιλέϊ. ὁ δὲ,
συλλέξας στρατὸν Αἰγυπτίων πολλὸν, ἔπεμπε ἐπὶ
τὴν Κυρήνην· οἱ δὲ Κυρηναῖοι ἐκστρατευσάμενοι
ἐς Ἴρασα χῶρον, καὶ ἐπὶ κρήνην Θέστην, συνέβαλόν τε τοῖσι Αἰγυπτίοισι, καὶ ἐνίκησαν τῇ συμ-
6 βολῇ. ἅτε γὰρ οὐ πεπειρημένοι πρότερον οἱ Αἰγύ-

ἐς Λιβύην πολυήρατον] Eadem in re Pind. Pyth. IX, 15 εὐήρατος. Utrumque ad insignem regionis fertilitatem atque ubertatem licet referre, de qua idem Pindar. Pyth. IV, 6 et IX, 14. Conf. nott. ad IV, 150. Ad verba γᾶς ἀναδαιομένας confert C. O. Müller. (Dor. II pag. 64) καθυστερεῖν τῆς κληροδοσίας apud Diodor. Sic. V, 53.

Συλλεχθέντος δὲ ὁμίλου πολλοῦ] Ex ea, quam posthac instituit Demonax tribuum descriptione (IV, 161), colligas, Peloponnesios potissimum, Cretenses aliarumque Aegaei maris insularum colonos fuisse, qui Cyrenen se contulerint. Quos multos sanequam fuisse, inde coniicias licet, quod in proelio IV, 160 commemorato septem mille milites gravis armaturae Cyrenaei occubuisse feruntur. Praevaluerunt in hac mixta colonarum turba Cretenses, si fides Raoul-Rochettio l. l. III p. 268.

περιταμνόμενοι γῆν πολλὴν] i. e. *privati magna terrae parte* (s. abscissa ditionis parte), στερισκόμενοι τῆς γῆς, ut paulo post legitur. Haud aliter ἀποτέμνεσθαι in Plut. Pericl. 30. Philop. 16, ubi conf. nott. pag. 60. οἱ περίοικοι Λίβυες quaenam proprie fuerint gentes, accuratius indicari etsi vix possit, verisimile tamen videtur Thrigio l. l. pag. 142, intelligi posse Adyrmachidas, Giligammas et Asbystas, ad quorum usque sedes Cyrenes ditio pertinuerit. — In verbo περιϋβριζόμενοι (i. e. *magna affecti contumelia*) praepositio simplicis verbi vim auget. De quo cf. I, 114. II, 152. III, 127. — In seqq. libri scripti fluctuant inter Θέστην et Θέστιν.

ἐνίκησαν τῇ συμβολῇ] Infra IV, 160: συμβαλόντες δὲ ἐνί-

πτιοι Ἑλλήνων, καὶ παραχρεώμενοι, διεφθάρησαν οὕτω, ὥστε ὀλίγοι τινὲς αὐτῶν ἀπενόστησαν ἐς 7 Αἴγυπτον. ἀντὶ τούτων Αἰγύπτιοι κατὰ ταὐτὰ ἐπιμεμφόμενοι Ἀπρίῃ, ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ.

160 Τούτου δὲ τοῦ Βάττεω γίνεται πάϊς Ἀρκεσίλεως· ὃς βασιλεύσας, πρῶτα τοῖσι ἑωυτοῦ ἀδελφεοῖσι ἐστασίασε, ἐς ὅ μιν οὗτοι ἀπολιπόντες οἴχοντο ἐς ἄλλον χῶρον τῆς Λιβύης· καὶ ἐπ' ἑωυτῶν βαλλόμενοι, ἔκτισαν πόλιν ταύτην, ἣ τότε καὶ νῦν Βάρκη καλέεται· κτίζοντες δ' ἅμα αὐτὴν, ἀπιστᾶσι

Arcesilaus II. regnat circiter ab a. 560: discidium fraternum: urbs Barce: Libyum victoria: mortem Arcesilai a Learcho fratre suffocati ulciscitur Eryxo uxor.

κησαν. Ac dicitur συμβολὴ de *hostili congressu*, ut I, 66. 74. — De ipsa Aegyptii regis expeditione conf. II, 161. Diodor. I, 68. Ad πεπειρημένοι conf. IV, 80 et ad παραχρεώμενοι I, 108 ibiq. nott. Mox cum Gaisf. et Matth. scripsi αὐτῶν pro αὐτέων.

κατὰ ταὐτὰ ἐπιμεμφόμενοι] Apud Gaisf., qui recte distinctionem ante ἐπιμεμφόμενοι sustulit, impressum video κατὰ ταῦτα, e Sancrofti, opinor, libro. At praestat κατὰ ταὐτὰ, i. e. *eodem modo*, quo scil. Libyes. Neque enim praepositionem ad verbum retulerim, quod placuit Schweigh., cum recte supra II, 161, ubi eadem traduntur: Αἰγύπτιοι δὲ ταῦτα ἐπιμεμφόμενοι nulla addatur praepositio.

Cap. CLX.

ὃς βασιλεύσας κ. τ. λ.] Cum certa testimonia, quibus tempus, quo Arcesilaus secundus regnarit, constitui possit, desint, Reiz. eum regnasse ponit 560 — 550 a. Chr. n. Larcherus 554 — 544; alii aliter. Cf. Thrige l. l. pag. 153 not. 73. Accepit idem Arcesilaus χαλεποῦ (*mali*, *duri*) cognomen, quo ab Arcesilao, Batti felicis patre, distingueretur, teste Plutarcho.

τοῖσι ἑωυτοῦ ἀδελφεοῖσι ἐστασίασε] i. e. *factionem movit contra fratres suos.* Ubi Nostrum scripsisse suspicor ἐπὶ τοῖσι, ut I, 60 αὖτις ἐπ' ἀλλήλοισι ἐστασίασαν. Nomina fratrum servavit Stephanus Byz. s. v. *Βάρκη* p. 211. Vocantur *Perseus*, *Zacynthus*, *Aristomedon*, *Lycus.* Ad locutionem ἐπ' ἑωυτῶν βαλλόμενοι conf. nott. ad III, 71.

Βάρκη] Conf. IV, 200 sqq. Haec urbs ab occasu Cyrenes sita octo mill. geogr. in solitudine, ut ait Hieronymus, in regione arenosa a mari remota centum stadia, teste Scylace, principalis per illum tractum fuisse fertur, quae inde ab eo tempore decrevit rariusque commemoratur, quo Aegypti reges Ptolemaei, tota hac ora in ditionem recepta, *Ptolemaidem* ab ipsa Barce duo mill. remotam condiderunt ad mare, ubi olim Barces portus fuisse vide-

2 ἀπὸ τῶν Κυρηναίων τοὺς Λίβυας. Μετὰ δὲ, Ἀρ-
κεσίλεως ἐς τοὺς ὑποδεξαμένους τε τῶν Λιβύων,
καὶ ἀποστάντας τοὺς αὐτοὺς τούτους, ἐστρατεύετο·
οἱ δὲ Λίβυες δείσαντες αὐτὸν, οἴχοντο φεύγοντες πρὸς
3 τοὺς ἠοίους τῶν Λιβύων. ὁ δὲ Ἀρκεσίλεως εἵπετο
φεύγουσι· ἐς οὗ ἐν Λεύκωνί τε τῆς Λιβύης ἐγίνετο ἐπι-
4 διώκων, καὶ ἔδοξε τοῖσι Λίβυσι ἐπιθέσθαι οἱ. συμβα-
λόντες δὲ ἐνίκησαν τοὺς Κυρηναίους τοσοῦτο, ὥστε
ἑπτακισχιλίους ὁπλίτας Κυρηναίων ἐνθαῦτα πεσέειν.
5 μετὰ δὲ τὸ τρῶμα τοῦτο, Ἀρκεσίλεων μὲν κάμνοντά
τε καὶ φάρμακον πεπωκότα ὁ ἀδελφεὸς Λέαρχος ἀπο-

---

tur; in quam urbem mercatura mox florentem plerique, ut fieri solet, Barces incolae se contulerunt. Attamen adhuc omni illi orae tractuique remansit nomen *Barca;* Ptolemaidis in locum cessit vicus *Tolometa;* ipsius Barces, quae Herodoti certe aetate adhuc stetisse videtur integra, rudera num hodieque exstent nec ne, dudum cum disceptatum esset inter doctos viros (conf. Thrige l. l. pag. 159—162), nuper admodum Della Cella urbis veteris locum, rudera, sepulcra, moenium reliquias se invenisse testatur prope vicum Merge in planitie montosa vivae aquae fontibus insigni, duabus fere horis a Ptolemaide meridiem versus. Vid. Ritter. Erdkunde I pag. 942. 943. Pacho Voyage etc. pag. 178 seq. coll. Schlichthorst. l. l. pag. 139 seq. Mannert. X, 2 pag. 101—103. Contra Herodotum a Graecis Barcen conditam esse enarrantem disputat Pacho l. l. pag. 175 seq. urbem contendens iam ante Graecos huc advectos exstitisse.

ἐς τοὺς ὑποδεξαμένους κ. τ. λ.] i. e. *adversus eos Libyes, qui* (suos fratres) *receperant et qui et ipsi* (a fratribus suis scil. sollicitati) *defecerant.* In seqq. cum recentt. edd. scripsi *ἐς οὗ* pro *ἐς ὃ,* meliorum librorum secutus auctoritatem; quamquam utrumque Nostro scriptori in usu. Conf. IV, 12. 166 et Struve l. l. I pag. 42. — *Λεύκων* vicus aliunde non notus. Apud Ptolem. IV, 5 p. 104, teste Schweigh., commemoratur Marmaricae vicus s. *κώμη μεσόγειος Λευκόη.* — Ad significationem vocis *τρῶμα* conf. I, 18. 174 ibiq. nott. V, 121.

Λέαρχος] A Plutarcho II p. 260 seq., ubi vid. plura, dicitur *Λάαρχος*, itemque a Polyaeno VIII, 41. Ac Plutarcho non frater est Arcesilai, sed amicus infidus (*φίλος πονηρός*), qui mortuo Arcesilao tyrannidem affectarit. Arcesilaus, Plutarchum si sequaris, veneno necatus obiit; quem Herodotus

πνίγει· Λέαρχον δὲ ἡ γυνὴ ἡ Ἀρκεσίλεω δόλῳ κτεί-
161 νει, τῇ οὔνομα ἦν Ἐρυξώ. Διεδέξατο δὲ τὴν βασιληΐην
τοῦ Ἀρκεσίλεω ὁ πάϊς Βάττος, χωλός τε ἐών, καὶ
2 οὐκ ἀρτίπους. οἱ δὲ Κυρηναῖοι πρὸς τὴν κατα-
λαβοῦσαν συμφορὴν ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς, ἐπειρη-
σομένους, ὅν τινα τρόπον καταστησάμενοι κάλλι-
3 στα ἂν οἰκέοιεν. ἡ δὲ Πυθίη ἐκέλευε ἐκ Μαντι-

Succedit circiter a 550 Battus III. debilis pedibus: Cyrenaei oraculo iussi petunt a Mantinensibus correctorem suae civitatis: datus Demonax: quomodo is eam correxerit.

---

narrat aegrotantem medicina venenata sumta (hoc enim valere videtur φάρμακον) a Learcho sublatum esse.

Cap. CLXI.

Βάττος] Est *Battus tertius*, quem regnasse ponit Reiz. 550 — 530 a. Chr. n., alii, in quibus Larcherus, 544 — 529. Nec sane post annum 529 ille obiisse videtur, quem perperam nonnulli, qui Battum felicem huius nominis faciunt *tertium*, *quartum* ponunt eumque confundunt cum eo Batto, qui vocatur ὁ *Καλός* ac re vera *quartus* est hac in serie. Vid. Thrige l. l. p. 167. 196 seqq.

καὶ οὐκ ἀρτίπους] i. e. *nec pedibus integer*, *qui pedibus incedere haud valet.* Quo ipso explicatur antecedens *χωλός*. Cf. III, 130. Verba *πρὸς τὴν καταλαβοῦσαν συμφορήν*, quae Schweigh. sic reddidit: *ob tristem rerum suarum statum*, proprie valent: *ad* s. *adversus calamitatem*, *in quam inciderant.* De verbo *καταλαβεῖν* conf. IV, 105.

ὅν τινα τρόπον καταστησάμενοι κάλλιστα ἂν οἰκέοιεν] i. e. *quo modo rem publicam constituerent*, *ut optime urbem habitare possent*, s. ut Schweigh. reddit: „*quâ initâ ratione optime res suas administrarent.*" Conf. I, 67: *ἐπειρώτεον*, *τίνα ἂν θεῶν ἱλασάμενοι — γενοίατο*, ubi similis optativi ratio, adiecta particula *ἄν*. Ad ipsam vero rem hoc velim teneri, Cyrenes rempublicam antiquitus eandem ferme fuisse videri, quae Spartae fuerit, regesque olim iisdem fere, quibus Spartae, usos honoribus iuribusque, mox potestati augendae studuisse, ut tyranni potius existerent, nulla nec legum, nec ipsorum civium habita ratione. Hinc seditiones ac discordiae; hinc rei publicae status labefactatus omnisque ordo turbatus. Quibus malis sanandis veterique civium aequabilitati (quam in omnium Dorum civitatibus multum valuisse novimus) restituendae Cyrenaei oraculi iussu arcessiverunt virum Mantineensem, qui civibus iura a regibus per vim erepta redderet omnemque rem publicam, regum imperio finibus suis circumscripto, restitueret. Nam Mantineenses inter populos *εὐνομωτάτους* recensentur ab Aelian. V. H. II, 22 imperioque videntur usi esse populari, ubi summa penes populum potestas. Tu vid. Müller. Dor. II p. 173

νέης τῆς Ἀρκάδων καταρτιστῆρα ἀγαγέσθαι. αἴτεον 353
ὦν οἱ Κυρηναῖοι, καὶ οἱ Μαντινέες ἔδοσαν ἄνδρα τῶν ἀστῶν δοκιμώτατον, τῷ οὔνομα ἦν Δημῶναξ.
4 Οὗτος ὦν ὠνὴρ ἀπικόμενος ἐς τὴν Κυρήνην, καὶ μαθὼν ἕκαστα, τοῦτο μὲν, τριφύλους ἐποίησέ σφεας,

---

seq. Kortüm Beyträge z. Gesch. etc. pag. 131 seq. Incidit vero hoc in ann. 550 a. Chr. n.

καταρτιστῆρα] i. e. *pacis reconciliatorem, qui ipsorum dissidia componeret.* Hinc apud Diodor. Excerptt. pag. 550 (fragmm. libri VIII in fin.) Demonax dicitur τῆς τῶν Κυρηναίων στάσεως διαιτητὴς, συνέσει καὶ δικαιοσύνῃ δοκῶν διαφέρειν. Infra V, 39 Milesii sibi eligunt Parios καταρτιστῆρας. Ipsum *Demonactis* (cuius etiam apud Athen. IV, 13 s. 41 pag. 154 D. mentio fit) nomen insigne, quippe quo *rex* significatur *populi*, *demi*. Ac memorant antiquissimum Cyrenes numum, in cuius una parte exstat *ΔΗΜΩΝΑΚΤΟΣ*, in altera *ΚΥΡΑΝΙΩΝ*; quemque in huius ipsius Demonactis honorem procusum esse quibusdam placuit. Aliis probabilius videtur, numum, qui multo posterioribus temporibus fuerit signatus, non ad hunc Demonactem, sed ad magistratum quendam in re publica libera constitutum referre. Vid. Thrige l. l. pag. 173. 174.

τριφυλους ἐποίησέ σφεας] Hoc eam vim habuisse videtur, ut plebs per tribus atque (ut Aristoteles Polit. VI, 4 adiicit) phratrias descripta melius sua iura tueri posset contra regum arbitrium simulque cives antehac disiuncti (cum, qui prius advenerant coloni, iis, qui post accesserant, maiori auctoritate in rebus publicis administrandis valuisse videantur), iam sibi omnes pares indeque coniunctiores fierent, omnium iuribus aequatis, eoque discordiae semina exstinguerentur omnisque reipublicae forma ad maiorem aequabilitatem popularemque statum redigeretur. Cf. C. O. Müller. Dor. II p. 63. 64. Ac simile quid in Syme insula accidisse tradit Diodor. V, 53. Iustum vero in eo se praebuit Demonax, quod, qui primi urbis essent coloni, eos in primam conferret tribum (una cum perioecis suis, si quidem Theraeos ad Libyam profectos etiam perioecos suos secum adduxisse cum C. O. Müllero l. l. statuas), ditiores illos quidem, ut probabile est, et opulentiores, reliquos vero colonos mixtos s. τὸν ὅμιλον πολὺν (conf. IV, 159), quem sine perioecis accessisse vult Müller. l. l., in secundam ac tertiam tribum distribueret. Neque aliter per Arcadum civitates liberas, Mantineam, Tegeam multitudinem per tribus divisam fuisse, valde fit probabile. Cf. Kortüm l. l. pag. 152. Ac Spartanorum civitatem, per tres tribus descriptam, ut alias

τῇδε διαθείς· Θηραίων μὲν γὰρ καὶ τῶν περιοίκων μίαν μοῖραν ἐποίησε· ἄλλην δὲ, Πελοποννησίων καὶ Κρητῶν· τρίτην δὲ, νησιωτέων πάντων· τοῦτο δὲ, τῷ βασιλέϊ Βάττῳ τεμένεα ἐξελὼν, καὶ ἱρωσύνας, τὰ ἄλλα πάντα, τὰ πρότερον εἶχον οἱ βασι- 1
λέες, ἐς μέσον τῷ δήμῳ ἔθηκε.

---

fere Dorum civitates, supra iam attigimus. Plura C. O. Müller. Dor. II p. 75. 76. *Cr.* praeterea conferri vult Platner Beyträge z. Kenntniss. d. Attisch. Rechts p. 70 et Niebuhr. Röm. Gesch. I pag. 307 ed. sec. (ubi Niebuhr. tribuum originem attigit e diversis gentibus repetendam; hoc etiam attendi iubens, quod, cum in Thera ipsa paucorum esset regimen, in colonia Theraei ac subiecti idem valeant). — μοῖραν cum Gaisf. dedi pro μοίρην.

τεμένεα ἐξελὼν] Schweigh.: „*exceptis agris sacris et sacerdotiis, quae Batto regi tribuit.*“ Melius, opinor, Wesselingius: „τεμένεα Valla *fana.* Melius *certas agri portiones*, quales et illae, in quibus silphii proventus ap. Hesychium Βάττου σίλφιον qualesque veterum reges habebant assignatas, quarum proventu suis necessitatibus subvenirent). Vetus consuetudo a poeta Il. VI, 194 [Add. IX, 574], signata et Aristide T. I p. 12: ὥσπερ τοῖς βασιλεῦσι τεμένη καὶ χώρους ἐξαιροῦσι. [Nec aliter C. O. Müller. Dor. II pag. 174 τεμένεα Homerico sensu hic accipi iubet, qui idem pag. 105 conferendus.] Addidit Demonax ἱρωσύνας [i. e. curam sacrorum administrandorum], quoniam τὰ γέρεα regum olim *sacerdotia*, uti Spartae VI, 56 complectebantur.“ Tu conf. de his sacerdotiis, quibus more antiquitus constituto Dorum reges fungebantur ac de reditibus, quos inde capiebant C. O. Müller. l. l. II pag. 99 seq. Ac praeter hosce reditus nulli fere alii Dorum regibus aeque atque Homericae aetatis principibus reditus, nisi qui e fundis suis agrisque a populo attributis sive assignatis (quae ipsa sunt τεμένη) prodibant, teste eodem Müllero II p. 105; ut sane ante Demonactem Cyrenes reges illicito modo reditus suos e civium bonis armorum vi auxisse videantur. Quae cum ita sint, minime huc valere poterit Valcken. annotatio, diis tantum fatoque functis heroibus regibusque ἐξελεῖν τὰ τεμένη solitos esse veteres. Nec magis eo quod cum sacerdotiis h. l. coniunguntur τεμένεα efficitur, τεμένεα hic indicare agros diis dedicatos, quorum reditus percipere sacerdotes soliti sint, ut post Larcherum, alios, placuisse video Thrigio l. l. pag. 170 not. 70.

τὰ ἄλλα πάντα κ. τ. λ.] Haec ipsa, quae regibus, qui haec prius tenebant (sive prius sibi

162

Arcesilaus III. rex circa a. 530, non ferens instituta Demonactis, expulsus profugit in Samum; Pheretima eius mater in Cyprum: Euelthon Salaminis rex, a Pheretima exercitum rogatus, non dat.

Ἐπὶ μὲν δὴ τούτου τοῦ Βάττεω οὕτω διετέλεε
ἐόντα· ἐπὶ δὲ τοῦ τούτου παιδὸς Ἀρκεσίλεω πολλὴ
2 ταραχὴ περὶ τῶν τιμέων ἐγένετο. Ἀρκεσίλεως γάρ,
ὁ Βάττου τε τοῦ χωλοῦ καὶ Φερετίμης, οὐκ ἔφη ἀνέ-
ξεσθαι κατὰ τὰ ὁ Μαντινεὺς Δημώναξ ἔταξε, ἀλλὰ
3 ἀπαίτεε τὰ τῶν προγόνων γέρεα. ἐνθεῦτεν στασιά-
ζων ἑσσώθη, καὶ ἔφυγε ἐς Σάμον· ἡ δὲ μήτηρ οἱ

---

iniuria assumserant, contra Dorum instituta), erepta populo restituerit Demonax, cum Herodotus non sigillatim indicarit, coniicit Thrige l. l. p. 171, hoc referendum esse ad βουλὴν Cyrenaeorum, cuius aliquoties fit mentio, a Demonacte institutam. Equidem malim cogitare de aliis sive ad rempublicam administrandam sive ad ius dicendum sive alio quo pertinentibus, quae cum ad populi imperium primitus pertinuerint, temporum decursu reges sibi assumserint, quae vero nunc, cum omnis rei publicae forma ad populare imperium sive democratiam magis revocaretur, populo a Demonacte reddita fuerint. — ἐς μέσον τῷ δήμῳ ἔθηκε est: *populo restituit*, *ad populum retulit*. Ad loquendi genus conf. VII, 164. III, 80, ubi ἐς μέσον καταθεῖναι τὰ πρήγματα. — βασιλέες cum Gaisf. dedi pro βασιλῆες.

Cap. CLXII.

Ἀρκεσίλεως] Arcesilaus est *tertius*, qui quo tempore regnarit, ex eo quodammodo colligi poterit, quod, eo imperante, Cyrenae tributum a Cambyse impositum legimus IV, 165, anno 523 a. Chr. n. Quare probabile videtur Thrigio pag. 175, Arcesilaum ante 530 sive 529 a. Chr. n. regno potitum esse atque obiisse 514 a. Chr. n. Larcherus Tab. chron. pag. 631 Arcesilaum III refert mortuum ad ann. 518, quo ipso anno Barcaei a Persis fuerint obsessi. Quocum non satis convenit, quod haec ipsa Persarum in Barcem expeditio, ad ann. 508 s. 507 p. Chr. n. referenda est, ut notavimus ad IV, 145. In Pind. Schol. ad Pyth. IV init. hic Arcesilaus, Pheretimes filius, perperam vocatur πέμπτος hac in regum serie, cum *sextus* potius ille fuerit, ut recte monet Wessel. — Ad verba κατὰ τὰ — ἔταξε conf. IV, 76.

ἀπαίτεε τὰ τῶν προγόνων γέρεα] Ad reditus ipsi ereptos ex instituto Demonactis privilegiaque illegitime assumta populoque restituta refert C. O. Müller. Dor. II, p. 174. Ad γέρεα conf. nott. ad I, 59.

ἔφυγε ἐς Σάμον] Nam Samiis cum Cyrenaeis inde a Cyrenes primordiis intercessit amicitia; conf. IV, 152. Accedit, quod Samo tum temporis imperabat Polycrates terra marique potens, a quo in patrio regno recuperando se adiutum iri sperare

4 ἐς Σαλαμῖνα τῆς Κύπρου ἔφυγε. Τῆς δὲ Σαλαμῖ-
νος τοῦτον τὸν χρόνον ἐπεκράτεε Εὐέλθων, ὃς τὸ
ἐν Δελφοῖσι θυμιητήριον, ἐὸν ἀξιοθέητον, ἀνέθηκε,
5 τὸ ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ κέεται. ἀπικομένη
δὲ παρὰ τοῦτον ἡ Φερετίμη, ἐδέετο στρατιῆς, ἣ
κατάξει σφέας ἐς τὴν Κυρήνην. ὁ δέ γε Εὐέλθων
6 πᾶν μᾶλλον ἢ στρατιήν οἱ ἐδίδου. ἡ δὲ, λαμβά- 354
νουσα τὸ διδόμενον, „καλὸν μὲν, ἔφη, καὶ τοῦτο
εἶναι, κάλλιον δὲ ἐκεῖνο, τὸ δοῦναί οἱ δεομένῃ
7 στρατιήν.“ τοῦτο γὰρ ἐπὶ παντὶ τῷ διδομένῳ ἔλεγε.
Τελευταῖόν οἱ ἐξέπεμψε δῶρον ὁ Εὐέλθων ἄτρα-
κτον χρύσεον καὶ ἠλακάτην, προσῆν δὲ καὶ εἴριον.

---

poterat. De tempore, in quod haec regis probabiliter incidit fuga, ante ann. 523 a. Chr. n., multo igitur ante quam Cambysi Persisque sua permisisset, cf. Thrige l. l. pag. 177. — In verb. *ἡ δὲ μήτηρ οἱ ἐς Σαλαμῖνα τῆς Κύπρου* de dativo *οἱ* cf. III, 14. 15. IV, 165. In Cyprum quod mater se receperit, Thrigio l. l. explicandum videtur e commercio, quod inter Cyrenem et Cyprum floruerit, ut hac ex insula auxilium sibi fore speraret. Quam spem frustratam esse, Herodoti docet narratio, e qua sua sumsit Polyaen. VIII, 47 coll. Eustath. ad Il. VII pag. 657 s. 523, 14. — *Thesauros Delphicos* attigimus ad I, 14. Add. a *Cr.* allatum Wyttenbach. ad Plut. Moral. Animadvss. II pag. 990, qui idem *Cr.* ad vocem *Εὐέλθων* Eustathii admonet haec respicientis ad Odyss. I p. 9 Basil.: — *οὕτω δὲ καὶ ἐκ τῆς ἐλθὼν μετοχῆς, εὐέλθων βαρύτονον παρὰ ἡροδότῳ κύριον ὄνομα.*

οἱ ἐδίδου] i. e. *ei se daturum esse dicebat, offerebat.* Nec alio sensu paulo post *τὸ διδόμενον* *id quod a rege ipsi offerebatur* (ut III, 148. Conf. nott. ad Plutarch. Philop. 5 pag. 20), ubi Valck. coniecit *τὸ αἰεὶ διδόμενον*, quum *de sibi invicem continua serie succedentibus* sic poni soleat *ἀεὶ* pro *συνεχῶς*, ut apud Thucyd. IV, 68. Herod. II, 168, alibi. Atque ita sane in suo Herodoto legisse videtur Eustathius l. l., haec ipsa ubi tangit, hunc in modum scribens: *ἀεὶ γὰρ ἐκείνη τὸ μὲν διδόμενον, φησὶν ἐλάμβανε κ. τ. λ.*, nisi de suo potius hoc *ἀεὶ* adiecerit.

ἄτρακτον χρύσεον καὶ ἠλακάτην] Homerica apparent vestigia. Cf. Il. VI, 491. Od. XXI, 351. IX, 357. IV, 131. Aristoph. Lysistr. 519. *ἄτρακτος* est fusus, *ἠλακάτη colus;* de quo videantur Lexica. Ad verba *ἀλλ' οὐ στρατιῇ* Eustath. haec habet l. l.: *ἀλλ' οὐ στρατιῇ θνησκούσῃ ἐκ τῶν τρωμάτων.*

εἰπάσης δὲ αὖτις τῆς Φερετίμης τὠυτὸ ἔπος, ὁ Εὐέλθων ἔφη, „τοιούτοισι γυναῖκας δωρέεσθαι, ἀλλ' οὐ στρατιῇ.“

163 Ὁ δὲ Ἀρκεσίλεως, τοῦτον τὸν χρόνον ἐὼν ἐν Σάμῳ, συνήγειρε πάντα ἄνδρα ἐπὶ γῆς ἀναδασμῷ. συλλεγομένου δὲ στρατοῦ πολλοῦ, ἐστάλη ἐς Δελφοὺς Ἀρκεσίλεως, χρησόμενος τῷ χρηστη-
2ρίῳ περὶ κατόδου. ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε· „Ἐπὶ μὲν τέσσερας Βάττους, καὶ Ἀρκεσίλεως τέσσερας, ὀκτὼ ἀνδρῶν γενεὰς, διδοῖ ὑμῖν Λοξίης βασιλεύειν Κυρήνης· πλέον μέντοι τούτου οὐδὲ πειρᾶσθαι πα-
3ραινέει. Σὺ μέντοι ἥσυχος εἶναι, κατελθὼν ἐς τὴν σεωυτοῦ. ἢν δὲ τὴν κάμινον εὕρῃς πλέην ἀμφορέων, μὴ ἐξοπτήσῃς τοὺς ἀμφορέας, ἀλλ' ἀπόπεμπε κατ'
4οὖρον. εἰ δὲ ἐξοπτήσεις τὴν κάμινον, μὴ ἐσέλθῃς

Arcesilaus, exercitu Sami coacto, Delphis Apollinem consulit.

Cap. CLXIII.

συνήγειρε πάντα ἄνδρα ἐπὶ γῆς ἀναδασμῷ] i. e. *cuiusvis generis atque conditionis viros collegit spe agrorum dividundorum proposita.* Simili modo ἐπὶ γῆς ἀναδασμῷ IV, 159. Ad vocem πάντα conf. I, 50. III, 18. IV, 88. Verba χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ valent: *sciscitaturus oraculum*, ut I, 47. 53. 157. III, 57 coll. IV, 150. De *Loxia* conf. I, 91.

ἐπὶ μὲν τέσσερας Βάττους κ. τ. λ.] Ex his ipsis colligit Thrige l. l. pag. 178. 183 hoc oraculum seriori aevo esse confictum. Est vero haec Cyrenaeorum regum series, qualem constituit Wesseling. ad Diodor. Excerpt. VIII T. II p. 550 seq. coll. Larcher. ad h. l. et Boeckh. ad Pindar. Pyth. IV pag. 265. 266: 1) *Battus I*, Cyrenes conditor, οἰκιστὴρ 631 a. Chr. n. 2) *Arcesilaus I*, 591 a. Chr. n. 3) *Battus II*, Felix s. ὁ Εὐδαίμων 575 a. Chr. n. (Herod. IV, 159). 4) *Arcesilaus II* ὁ χαλεπὸς 554 a. Chr. n. (Herod. IV, 160). 5) *Battus III* ὁ χωλὸς 544 a. Chr. n. (IV, 161). 6) *Arcesilaus III*, 529 a. Chr. n. Batti III et Pheretimes filius, qui Cyrenen Persis tradidit (Herod. IV, 162. 164 fin. 165). 7) *Battus IV*, ὁ καλὸς, 518 a. Chr. n. 8) *Arcesilaus IV*, 464 a. Chr. n. Pythicis in ludis victor indeque Pindaro, qui eum octavum a Battiadis canit fuisse Pyth. IV, 116 (65), celebratus, quo interfecto 432 a. Chr. n. a Cyrenaeis Battus filius regnum qui occupare voluit, repressus decessit apud Hesperidas 431 a. Chr. n. — Ad formam διδοῖ cf. Matth. Gr. Gr. §. 210, 1. Herodot. IV, 167. 172 et ad ἥσυχος εἶναι ibid. §. 546.

ἀλλ' ἀπόπεμπε κατ' οὖρον] Schweigh. „*ad auram illas* (amphoras) *emitte.*“ Wesseling. in-

ἐς τὴν ἀμφίῤῥυτον· εἰ δὲ μὴ, ἀποθανέαι καὶ αὐ-
164 τὸς, καὶ ταῦρος ὁ καλλιστεύων." Ταῦτα ἡ Πυθίη
Ἀρκεσίλεῳ χρᾷ. ὁ δὲ, παραλαβὼν τοὺς ἐκ τῆς Σά-
μου, κατῆλθε ἐς τὴν Κυρήνην· καὶ ἐπικρατήσας
τῶν πρηγμάτων, τοῦ μαντηΐου οὐκ ἐμέμνητο, ἀλλὰ
δίκας τοὺς ἀντιστασιώτας αἴτεε τῆς ἑωυτοῦ φυγῆς.
2 τῶν δὲ οἱ μὲν τὸ παράπαν ἐκ τῆς χώρης ἀπαλλάσ-
σοντο, τοὺς δέ τινας χειρωσάμενος ὁ Ἀρκεσίλεως
3 ἐς Κύπρον ἀπέστειλε ἐπὶ διαφθορῇ. τούτους μέν
νυν Κνίδιοι ἀπενειχθέντας πρὸς τὴν σφετέρην, ἐῤ-

Recuperato regno, adversarios ultus, vitandi fati causa exsulans Barcae apud socerum, ibi cum eo interficitur.

---

terpretatur: *trade secundo vento,* Sophoclea citans Trachin. 474 coll. Schol. ad vs. 828 et Aeschylea Sept. adv. Theb. 696 [687 Blomf., cuius vid. Glossar.]. Mox scripsi e Sancrofti libro εἰ δὲ ἐξοπτήσεις (pro ἐξοπτήσῃς, quod Matth. retinuit), dudum iubente Werfer. in Actt. phill. Monacc. I p. 102, quo iam supra sumus usi ad II, 13. Schaeferus dedit ἢν δὲ ἐξοπτήσῃς. — Pro ἀποθανέεαι dedi cum Gaisf. et Matth. ἀποθανέαι, probante Schweigh. Cf. IV, 9. Verba μὴ ἐσέλθῃς ἐς τὴν ἀμφίῤῥυτον Italus interpres reddit: „*non entrare nella cinta dal-fluido,*" cum, qui vocem ἀμφίῤῥυτον reddant *circumfluum, aquâ circumdatum,* oraculum anceps reddiderint clarum ac perspicuum, quale minime esse debuerit.

καὶ ταῦρος ὁ καλλιστεύων] „*Maxima taurus victima,* ὁ καλλιστεύων τῶν ταύρων Diodoro IV, 23. Pythia obscure *Alazirem,* Arcesilai socerum, indigitasse videtur, una cum genero interiturum, prorsus ut ταύρου titulo Philippum, Alexandri magni patrem, apud Diodor. XVI, 91." *Wesseling.*

Cap. CLXIV.

ἐπικρατήσας τῶν πρηγμάτων] i. e. *rerum potitus.* Haud aliter τὰ πρήγματα de imperio s. regno II, 120. III, 137. 53. IV, 126. Cf. nott. ad Plutarch. Flamin. 17 pag. 119.

δίκας τοὺς ἀντιστασιώτας αἴτεε τῆς ἑωυτοῦ φυγῆς] i. e. *poenas repetiit exsilii sui ab adversariis,* s. *exsilii sui auctoribus.* Ad locutionem conf. I, 2. 3. 115. δίκας ἀπαιτεῖν ἔκ τινός Aeschylus dixit Choeph. 392 Blomf. 363 Both.

τούτους μέν νυν Κνίδιοι κ. τ. λ.] Ad vocem ἀπενειχθέντας (*vento delatos* ad ipsorum terram) conf. nott. ad IV, 103. Ipsam vero hanc Cnidiorum voluntatem in Cyrenaeos, quorum exsules morti destinatos servarunt, aeque atque in Tarentinos (III, 138) e communi harum gentium origine, cuius semper illi memores fuerint, repetit C. O. Müller. Dor. I p. 126. Quod vero Theram perducti sunt Cyrenaei, id documento est ad-

ῥύσαντο, καὶ ἐς Θήρην ἀπέστειλαν. ἑτέρους δέ τινας τῶν Κυρηναίων, ἐς πύργον μέγαν Ἀγλωμάχου καταφυγόντας ἰδιωτικὸν, ὕλην περινήσας ὁ 4 Ἀρκεσίλεως ἐνέπρησε. Μαθὼν δὲ ἐπ' ἐξεργασμένοισι τὸ μαντήϊον ἐὸν τοῦτο, ὅτι μιν ἡ Πυθίη οὐκ ἔα εὑρόντα ἐν τῇ καμίνῳ τοὺς ἀμφορέας ἐξοπτῆσαι, ἔργετο ἑκὼν τῆς τῶν Κυρηναίων πόλιος, δειμαίνων

---

huc inter metropolin atque coloniam familiaritatem quandam viguisse, ut monet Thrige l. l. pag. 221. In ipsa Cyrene rem publicam a Demonacte magis ad popularem formam redactam denuo mutatam esse, regum potestate, qualis ante Demonactem fuerat, redintegrata, quamquam disertis verbis ab Herodoto non indicatur, vix tamen illud poterit dubitari; neque vero Thrigio possum adsentiri, qui, eo quod nec βουλὴ, nec populi per tribus descriptio fuerit abrogata, teste Aristotele Pol. VI, 6 (VI, 2 fin. ed. Schneid.), civitatis statum ad priscam formam plane fuisse redactam negat. Namque ἡ βουλὴ, sive senatus, meâ quidem sententiâ ad populare minime pertinuit imperium, neque sane opus erat abrogatis tribubus, quarum vim tantum ac potestatem deminutam fuisse credam. Et Aristoteleum ad locum quod attinet, Schneider. in Add. T. II pag. 502 monet, videri eum ad posteriora tempora referri deberi, cum de democratia priori quadam loquatur Herodotus. — In seqq. πύργον ἰδιωτικὸν *privati hominis* dicit *turrin*, cui opponitur *regia* s. *publica turris*. Supra I, 21 σῖτος ἰδιωτικός. Ad verbum περινήσας conf. nott. ad I, 50 coll. VI, 80 et de structura Matth. Gr. Gr. §. 411 not. 4 p. 754.

ἐπ' ἐξεργασμένοισι] Ad locutionem conf. VIII, 95. IX, 77 et quae alia attulit Matth. Gr. Gr. §. 565 pag. 1113. Wesseling. citaverat Aeschyl. Pers. 526 (531 Blomf., quem vid. in gloss.) Agamemn. 1388 (1350 Blomfield., quem conf.) Eurip. Bacch. 1037. Etenim hic loci sensus: *Ubi vero, his iam perpetratis, oraculi sensum* (s. quid sibi vellet oraculum) *intellexit*. Hinc infra dicitur ἁμαρτὼν τοῦ χρησμοῦ, qui oraculi sensum non assecutus erat, quod amphoris in camino inclusis significarat viros Cyrenaeos turri inclusos et materia circumdata crematos amphorarum ad instar in furno. — Ad οὐκ ἔα conf. II, 30 ibiq. nott. IV, 203.

ἔργετο ἑκὼν κ. τ. λ.] i. e. *ultro abstinuit Cyrenes urbe*. Cf. II, 18 ibiq. nott. Hanc vero relictae Cyrenes causam habet commentitiam Thrige p. 183, qui, idem, ut vidimus, oraculum ipsum post Arcesilai mortem ad rei memoriam compositum sta-

τε τὸν κεχρημένον θάνατον, καὶ δοκέων ἀμφίῤῥυ-
5τον τὴν Κυρήνην εἶναι. Εἶχε δὲ γυναῖκα συγγε-
νέα ἑωυτοῦ, θυγατέρα δὲ τοῦ τῶν Βαρκαίων βασι-
λέος, τῷ οὔνομα ἦν Ἀλαζίρ· παρὰ τοῦτον ἀπικνέε-
6ται. καί μιν Βαρκαῖοί τε ἄνδρες, καὶ τῶν ἐκ Κυ-
ρήνης φυγάδων τινὲς, καταμαθόντες ἀγοράζοντα,
κτείνουσι· πρὸς δὲ, καὶ τὸν πενθερὸν αὐτοῦ Ἀλα- 355
7ζῖρα. Ἀρκεσίλεως μέν νυν, εἴτε ἑκὼν εἴτε ἄκων
ἁμαρτὼν τοῦ χρησμοῦ, ἐξέπλησε μοῖραν τὴν ἑωυτοῦ.

Pheretima loco absentis filii regnum administrans, post eius necem in Aegyptum confugit.

165 Ἡ δὲ μήτηρ Φερετίμη, τέως μὲν ὁ Ἀρκεσίλεως ἐν τῇ Βάρκῃ διαιτᾶτο ἐξεργασμένος ἑωυτῷ κακὸν, ἡ δὲ εἶχε αὐτὴ τοῦ παιδὸς τὰ γέρεα ἐν Κυρήνῃ, καὶ τἄλλα νεμομένη, καὶ ἐν βουλῇ παρίζουσα· ἐπεί τε δὲ ἔμαθε ἐν τῇ Βάρκῃ ἀποθανόντα οἱ τὸν

---

tuit. Quem si sequamur, Arcesilaus crudelitate civium animos a se ita abalienaverat, ut Cyrenes in urbe minime se tutum existimaret urbemque eo ipso consilio ductus Persarum in fidem traderet; in quo tamen eum falsum esse invenimus. — In proxime seqq. participium κεχρημένον passive accipiendum: *mortem timens oraculo sibi significatam.* Tu conf. modo Lex. Herodot. s. v. Ante ἀμφίῤῥυτον Schweigh. inseri vult τήν. Et conf. sis IV, 163: βασιλέος cum Gaisf. et Matth. scripsi pro βασιλῆος itemque μοῖραν pro μοίρην, conferens III, 142, ubi par et locutio et sententia. Ad verbum ἀγοράζειν (in *foro versari*) conf. III, 137. IV, 78. In *Alaziris* nomine cum fluctuent libri, nos vulgatam exhibuimus lectionem, hoc in fine adiicientes, Arcesilai mortem a Thrigio l. l. pag. 175 referri ad ann. 514 a. Chr. n.

Cap. CLXV.

τέως μὲν ὁ Ἀρκεσίλεως — ἑωυτῷ κακόν] i. e. *quamdiu Arcesilaus Barcae commorabatur, mali sui ipse auctor.* Post τέως μὲν sequitur ἡ δὲ εἶχε et mox ἐπεί τε δὲ ἔμαθε, simili particularum iunctura atque IV, 65. Ad τὰ γέρεα cf. I, 59. IV, 162; νέμεσθαι in seqq. valet *administrare, res* scil. *publicas*, ut III, 160. VIII, 136.

ἐν βουλῇ παρίζουσα] i. e. *in senatu adsidens.* Etenim cogitandum hic de eo procerum s. nobilium concilio, penes quod Dorum in civitatibus summa rerum publicarum cura, sive βουλὴν vocaris sive γερουσίαν. Vid. C. O. Müller. Dor. II p. 91 seq. 96. Ad φεύγουσα οἰχώκεε conf. IV, 127.

2 παῖδα, φεύγουσα οἰχώκεε ἐς Αἴγυπτον. ἦσαν γάρ
οἱ ἐκ τοῦ Ἀρκεσίλεω εὐεργεσίαι ἐς Καμβύσεα τὸν
Κῦρον πεποιημέναι· οὗτος γὰρ ἦν ὁ Ἀρκεσίλεως,
ὃς Κυρήνην Καμβύσῃ ἔδωκε, καὶ φόρον ἐτάξατο.
3 Ἀπικομένη δὲ ἐς Αἴγυπτον ἡ Φερετίμη, Ἀρυάνδεω
ἱκέτις ἕζετο, τιμωρῆσαι ἑωυτῇ κελεύουσα· προϊσχομένη πρόφασιν, ὡς διὰ τὸν μηδισμὸν ὁ παῖς οἱ
τέθνηκε.

166 Ὁ δὲ Ἀρυάνδης ἦν οὗτος τῆς Αἰγύπτου
ὕπαρχος ὑπὸ Καμβύσεω κατεστεώς· ὃς ὑστέρῳ
2 χρόνῳ τούτων παρισεύμενος Δαρείῳ διεφθάρη.
πυθόμενος γὰρ καὶ ἰδὼν Δαρεῖον ἐπιθυμέοντα

Aryandes Aegypti praetor, a Cambyse constitutus; aurum Daricum et argentum Aryandicum.

ἦσαν γάρ οἱ — πεποιημέναι] Habebat enim illa commemorare beneficia ab Arcesilao in Cambysem collata. Ubi vocula *οἱ* minime vacat. Cf. IV, 162 et ad rem conf. Polyaen. VIII, 47. — „Arcesilai non meminit Herodotus III, 13, ubi donorum mentionem facit, ad Cambysen a Cyrenaeis missorum: quae quidem dona neutiquam benigne a Cambyse accepta esse ait, sed per contemtum militibus ab illo proiecta. Videtur deinde Arcesilaus tradita Cambysi Cyrenaica melius de illo voluisse mereri." *Schweigh.* At nisi fallor, haec ipsa munera post traditam Cyrenem, in deditionis signum missa fuere. — Ad verba *φόρον ἐτάξαντο* conf. III, 13. 97. Incidit vero hoc in ann. 525 a. Chr. n. Ad *ἕζετο* conf. nott. ad IV, 145. *προϊσχεσθαι πρόφασιν praetendere, praetexere causam*, ut VIII, 3 (ubi nostri loci non immemor Valcken.). VI, 137 coll. VIII, 111. III, 137.

Cap. CLXVI.

τῆς Αἰγύπτου ὕπαρχος] Qui idem paulo post dicitur *ἄρχων*, i. e. *satrapa*. Cf. ad Ctesiam notata pag. 122. — Mox cum Schweigh et Gaisf. scripsi *μνημόσυνον ἑωυτοῦ λιπέσθαι*, ubi vulgo *ἑωυτῷ*, quod Matth. retinuit. Supra II, 135 *ἀναθεῖναι — μνημόσυνον ἑωυτῆς*, coll. IX, 16: *μνημόσυνά τοι γνώμης τῆς ἐμῆς καταλιπέσθαι θέλω.* Et sic Noster promiscue *μνημόσυνον* et *μνημόσυνα λιπέσθαι* II, 136. 148. VI, 109. VII, 226. Ac satis, opinor, hoc ex loco patet, neminem numos signasse ante Darium regem, quem ipsum memoriae suae servandae et ad posteritatem propagandae causa primum numos cudisse supra iam ad III, 96 monuimus; ut sane ii non sint audiendi, qui Schol. Aristoph. Eccles. 589 secuti Daricos numos ad alium quendam eiusdem nominis regem revocarint. — *βασιλέϊ* omnes libri hic recte, praeter unum Sancrofti librum, in quo *βασιλεῖ*. Conf. Struve l. l. II pag. 11. 12.

μνημόσυνον ἑωυτοῦ λιπέσθαι, τοῦτο τὸ μὴ ἄλλῳ εἴη βασιλέϊ κατεργασμένον, ἐμιμέετο τοῦτον· ἐς οὗ
3 ἔλαβε τὸν μισθόν. Δαρεῖος μὲν γὰρ χρυσίον καθαρώτατον ἀπεψήσας ἐς τὸ δυνατώτατον, νόμισμα ἐκόψατο· Ἀρυάνδης δὲ ἄρχων Αἰγύπτου, ἀργύριον τὠυτὸ τοῦτο ἐποίεε· καὶ νῦν ἐστὶ ἀργύριον καθα-
4 ρώτατον τὸ Ἀρυανδικόν. μαθὼν δὲ Δαρεῖός μιν ταῦτα ποιεῦντα, αἰτίην οἱ ἄλλην ἐπενείκας, ὥς οἱ
167 ἐπανιστέαιτο, ἀπέκτεινε. Τότε δὲ οὗτος ὁ Ἀρυάνδης κατοικτείρας Φερετίμην, διδοῖ αὐτῇ στρατὸν τὸν ἐξ Αἰγύπτου ἅπαντα, καὶ τὸν πεζὸν καὶ τὸν ναυτικόν· στρατηγὸν δὲ τοῦ μὲν πεζοῦ Ἄμασιν ἀπέδεξε, ἄνδρα Μαράφιον· τοῦ δὲ ναυτικοῦ Βάδρην, ἐόντα

Aryandes Pheretimae dat copias omnes pedestres et nauticas, ducibus Amaside Maraphio et Badre Pasargada: consilium Aryandis videri fuisse, ut subigeret Libyam.

ἐς οὗ ἔλαβε τὸν μισθόν] ἐς οὗ pro ἐς ὃ, quod tuetur Matth., nunc e melioribus libris repositum. Conf. IV, 160. Referri autem debet hicce locus ad Scriptoris Nostri sententiam de deorum vindicta, qui homines insolenter agentes et maiora atque fas est animo appetentes deiiciant bonisque privent, ut meritam superbiae luant poenam. De quo Dahlmann. Herod. p. 165. Vid. supra nott. ad I, 32. III, 40. — ἐκόψατο valet: *cudi iussit numos*, satis nota verbi medii potestate. Ad structuram verborum seqq. ἀργύριον τὠυτὸ τοῦτο ἐποίεε conf. Matth. Gr. Gr. §. 415 β. pag. 760.

καὶ νῦν ἐστὶ ἀργύριον κ. τ. λ.] Hinc, monente Wessel., Pollux III, 87. VII, 98 argentum Ἀρυανδικόν. Cr. conferri vult Boeckh. Staatshaushalt. d. Athen. I p. 23; qui de Daricorum vero pondere disseruit. — Ad ἐπενείκας conf. IV, 154. — Pro ἐπανιστέατο, quod plerique tenent libri scripti ipseque Matthiae, cum Schweigh. et Gaisf. dedi ἐπανιστέαιτο; Schweighaeusero magis placeret ἐπανίσταιτο. Schugt. in Miscell. Cracov. Fasc. II (1818) p. 45 coniecerat ἐπανιστείατο.

Cap. CLXVII.

διδοῖ] Ad formam conf. IV, 163 et in proxime sqq. attende vim praepositionis τὸν ἐξ Αἰγύπτου, de qua supra iam aliquoties monuimus. In ipso argumento convenit Polyaen. VIII, 47.

ἄνδρα Μαράφιον] Μαράφιοι supra inter Persarum γένεα I, 125, ubi conf. nott. Ex qua gente quod h. l. commemoratur dux (quales plerumque ex Achaemenidarum gente sumebantur), hoc unicum fere exemplum Persarum in historia videri scribit Heeren. Ideen I, 1 pag. 512. — Qui Βάδρης h. l., is infra IV, 203 Βάρης, quod genuinum viri nomen fu-

2 Πασαργάδην γένος. πρὶν δὲ ἢ ἀποστεῖλαι τὴν στρατιὴν, ὁ Ἀρυάνδης πέμψας ἐς τὴν Βάρκην κήρυκα, ἐπυνθάνετο τίς εἴη ὁ Ἀρκεσίλεων ἀποκτείνας.
3 οἱ δὲ Βαρκαῖοι αὐτοὶ ὑποδεκέατο πάντες· πολλά τε γὰρ καὶ κακὰ πάσχειν ὑπ' αὐτοῦ. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Ἀρυάνδης, οὕτω δὴ τὴν στρατιὴν ἀπέ-
4 στειλε ἅμα τῇ Φερετίμῃ. Αὕτη μέν νυν αἰτίη πρό- 356
σχημα τοῦ λόγου ἐγίνετο· ἀπεπέμπετο δὲ ἡ στρατιὴ, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ἐπὶ Λιβύων καταστροφῇ.

---

isse censet Valcken. Nec hoc ipso loco constant sibi scripti libri. Sic V, 21 et VIII, 136, qui vocatur *Βουβάρης*, is monente Valcken. idem videtur atque *Βούβαρις* VII, 21. Idem Valck. laudat Aelian. V. H. I, 27 et Athen. X pag. 416 B., ubi *Καντίβαρις* Persa. — Mox dedi *ὑποδεκέατο* cum Schwgh. et Gaisf. pro *ὑπεδέκοντο*. Cf. nott. ad III, 61, et de verbi significatione nott. ad III, 130. Verba *πολλά τε καὶ κακὰ* et *πολλὰ καὶ παντοῖα* attigit Matth. §. 444, 4 pag. 830.

πρόσχημα τοῦ λόγου ἐγίνετο] „*λόγου πρόσχημα velamentum* et *color sermonis* est, quo veritatem dissimulabant Persae. Geminum germanum VI, 133 *τοῦτο μὲν δὴ πρόσχημα λόγου ἦν*: *hoc colore inter fandum* Miltiades *utebatur.*" *Wesseling.* Add. Herod. VI, 44. VII, 157. Thucyd. I, 96. Diodor. Sic. II, 6 ibiq. Wessel. Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. pag. 221.

ἐπὶ Λιβύων καταστροφῇ] *Λιβύης*, quod quidam libri afferunt, haud absurde positum videtur Schweighaeusero. Mihi in vulgata acquiescendum videtur, vel ob verba sequentia. De ipso argumento sic Valcken.: „Ista Herodotum adiecisse ceteris, opinor, ut commodam hoc in loco sibi pararet occasionem gentes recensendi Libycas: nam libenter ille narrationibus interiectis sic passim ab instituto sermone digreditur, ut lectorem semper iucunda varietate teneat et oblectet, *ποικίλην ἐβουλήθη ποιῆσαι τὴν γραφὴν, Ὁμήρου ζηλωτὴς γενόμενος*, ut scribit Dionysius Halic. in Ep. ad Pompei. p. 208, hac etiam in parte Thucydidi Herodotum praeferens, et fatetur ipsemet Herodotus, quaesivisse se digressiones, lectoribus velut *ἀναπαύσεις*: IV, 30 *προσθήκας δή μοι ὁ λόγος ἐξ ἀρχῆς ἐδίζητο* [ubi Tu vid. nott. coll. ad I, 23]." Valckenaerio adstipulatur Dahlmann. Herod. p. 165. Mihi hoc potius hoc loco quaerendum videbatur, unde hanc ipsam acquisierit pater historiae Libycarum gentium cognitionem. De interiori Africa deque gentibus eam incolentibus quae refert, ea in

Λιβύων γὰρ δὴ ἔθνεα πολλὰ καὶ παντοῖά ἐστι· καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ὀλίγα βασιλέος ἦν ὑπήκοα, τὰ δὲ πλέω ἐφρόντιζε Δαρείου οὐδέν.

168 *Οἰκέουσι δὲ κατὰ τάδε Λίβυες. Ἀπ' Αἰγύπτου* 1 *ἀρξάμενοι, πρῶτοι Ἀδυρμαχίδαι Λιβύων κατοίκηνται· οἳ νόμοισι μὲν τὰ πλέω Αἰγυπτίοισι χρέωνται, ἐσθῆτα δὲ φορέουσι οἵην περ οἱ ἄλλοι Λίβυες.*

Libyae populorum descriptio: Adyrmachidae, primi ab Aegypto usque ad portum Plynum.

Aegypto ab Ammoniis, Nasamonibus, aliis Libyibus, mercaturae causa illuc delatis (quos ipsos aliquoties citat testes atque auctores) edoctum fuisse scribit Heeren. Ideen II, I pag. 195. 208. Cum vero Noster tam accurate tractet de septentrionali Libyae ora gentibusque eius singulis (iis tantum exceptis, quae maxime occidentem versus habitarint), nec minori cura ac diligentia interioris tractus gentes recenseat, equidem haud scio an Mannerto (X, 2 p. 167) atque Heysio sit adstipulandum, quibus vix dubium videtur, quin Libycae orae aliquam certe partem Noster ipse viserit. Qui, quae Heysii est suspicio, Cyrenen navi ex Aegypto advectus ac per aliquod tempus ibi commoratus inde in vicinas Libyae regiones excurrisse sumi potest. Carthaginem num adierit, perquam dubium; ut qui, quod iure mireris, nullo loco Carthaginiensis ditionis commemoret fines nec omnino ullam in hoc Libycarum gentium recensu faciat Carthaginiensium mentionem, quorum imperium Herodoti certe aetate orientem versus nondum ad Cyrenaicam usque ditionem extensum fuisse videtur. Nec magis probabile gentes a Carthagine occidentem versus habitantes Herodotum adiisse. Tu vid. de his disputantem Heyse l. l. pag. 115 — 118 coll. Rennel. p. 670.

τὰ δὲ πλέω ἐφρόντιζε οὐδέν] Conf. infra IV, 197 init. et de locutione IV, 198.

Cap. CLXVIII.

Ἀπ' Αἰγύπτου ἀρξάμενοι] Nimirum a Nili ostio Canobico, ut scribit Scylax §. 106 p. 44 Huds. p. 306 Gail., vel potius a sinu Plinthinete, ubi Herodotus Aegypti fines constituit II, 6; a quo primi commemorantur *Adyrmachidae*, quos eosdem novit Plinius H. N. V, 6 atque Silius Italicus III, 278 seqq. IX, 223 seq., uterque citatus ab Schlichthorst. l. l. pag. 119, qui quod in Ptolemaeo exstat *Ἀδυρμαχίτας*, id in *Ἀδυρμαχίδας* commutatum vult, probante Larcher. in Tab. geogr., gentemque in Libyae tractibus memoratam interioribus a Ptolemaeo sedes mutasse arbitratur, a mari repulsam Graecis colonis advenientibus. Conf. Rennel. l. l. pag. 652. Mannert. X, 2 p. 20 coll. nott. ad Herod. IV, 191.

2 αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν ψέλιον περὶ ἑκατέρῃ τῶν
κνημέων φορέουσι χάλκεον· τὰς κεφαλὰς δὲ κο-
μῶσαι, τοὺς φθεῖρας ἐπεὰν λάβωσι τοὺς ἑωυτῆς
3 ἑκάστη ἀντιδάκνει, καὶ οὕτω ῥίπτει. οὗτοι δὲ μοῦ-
νοι Λιβύων τοῦτο ἐργάζονται· καὶ τῷ βασιλέϊ
μοῦνοι τὰς παρθένους μελλούσας συνοικέειν ἐπιδει-
κνύουσι· ἣ δὲ ἂν τῷ βασιλέϊ ἀρεστὴ γένηται, ὑπὸ
4 τούτου διαπαρθενεύεται. παρήκουσι δὲ οὗτοι οἱ
Ἀδυρμαχίδαι ἀπ' Αἰγύπτου μέχρι λιμένος, τῷ οὔ-
169 νομα Πλυνός ἐστι. Τούτων δὲ ἔχονται Γιλιγάμμαι,

ψέλιον] Significantur *armillae, torques.* Conf. Pierson. ad Moer. p. 420 seq. et de scriptura vocis (nam alii *ψέλλιον*) nott. ad Herodot. III, 20. — Eundem vero morem adhuc inter feminas regni Angolae valere, e recentiorum peregrinatorum itinerariis enotavit Larcher.

τοὺς φθεῖρας ἐὰν λάβωσι κ. τ. λ.] Conf. IV, 109 ibique nott. Mox omnes libri *ῥίπτει.* Vid. nott. ad IV, 94. — Verbum *διαπαρθενεύεται*, hoc ex loco citat Pollux III, 42. Ad ipsum argumentum quod attinet, Italus interpres, simile institutum in insula Teneriffa commemorat itemque ius illud, quod medio aevo valuisse dicunt, *droit de cuissage*, vel potius *droit de culage, ius primae noctis;* de quo quid statuendum sit, nunc omnium optime edocuit Mittermaier, Grundsätze d. gemein. deutschen Privatrechts 1ste Abth. §. 77 p. 213 seq. ed. quartae. Alium morem non minus turpem Her. refert IV, 172.

τῷ οὔνομα Πλυνός ἐστι] Olim *Πλεῦνος. Πλυνοὶ* portus apud Scylac. §. 107 pag. 45 Huds. p. 308 Gail. At *Πλυνὸν* Libyae urbem memorat Lycophr. Alex. 149, ubi conf. Tzetz. Schlichthorstio p. 120 idem videtur esse portus, qui *Panormi* nomine obvenit. Mannert. X p. 20, hic de convalli arenosa Catabathmi cogitandum censet.

Cap. CLXIX.

Γιλιγάμμαι] Fluctuant libri scripti in hac voce. Apud Stephan. Byz. pag. 273 *Γιλιγάμβαι*, gens Libyae ex Herodoto citatur, quam Marmaricae orae et Cyrenaicae partem tenuisse statuunt. Cf. Schlichthorst. pag. 120 seq. Rennel. p. 652.

Aphrodisias insula iuxta Cyrenen memoratur a Stephano Byz. pag. 201 et Scylace p. 45 Huds. p. 309 Gail.; quam ad occidentem Cyrenes sitam eandem atque *Drepanum* prope Dernam esse arbitratur Rennel. l. l. At meà ex sententia ab orienti Cyrenes haec insula quaerenda intra Cherronesum et Naustathmum. Conf. Mannert. X, 2 pag. 80. Thrige l. l. p. 147. Quo magis dolemus, recentissimo peregrinatori Pa-

νεμόμενοι τὴν πρὸς ἑσπέρην χώρην, μέχρι Ἀφροδισιάδος νήσου. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τούτου χώρῳ ἥ τε Πλατέα νῆσος ἐπικέεται, τὴν ἔκτισαν Κυρηναῖοι· καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μενελάϊος λιμήν ἐστι, καὶ Ἄζιρις, τὴν οἱ Κυρηναῖοι οἴκεον· καὶ τὸ σίλφιον ἄρχεται

Giligammae a portu Plyno usque ad insulam Aphrodisiadem: Platea insula, Menelai portus et Aziris: nascitur Silphium a Platea usque ad os Syrtis.

---

cho (cf. Voyage etc. pag. 116) de hac insula accuratius inquirere non licuisse. — De Platea conf. nott. ad IV, 151.

Μενελάϊος λιμήν] Inter Cyrenen atque Aegyptum hic portus situs, a Menelao, qui ex Aegypto fugiens (conf. Herod. II, 119) in Libyam appulit, ad Ardaniam regionem supra Paraetonium (i. e. ad occasum Paraetonii) teste Strabon. I pag. 40 s. 68 A. coll. XVII pag. 838 s. 1195 C. Scylac. p. 45 Huds. p. 308 Gail., nomen accepisse fertur. Vid. Cornel. Nep. Agesil. 17. Mannert. X pag. 86. 87. De *Aziri* conf. IV, 157 ibique citatum Pacho (coll. quoque p. 87), qui fines silphii accuratissime ab Herodoto indicari se ipsum observasse testatur, cum eo nimirum loco *laserpitium derias* (quam plantam pro veterum silphio habet) crescere incipiat.

καὶ τὸ σίλφιον ἄρχεται ἀπὸ τούτου] Cum his et seqq. verbis prorsus congruunt Scylacis verba l. l. longiora quam quae integra adscribantur. Theophrasto auctore, quem sequitur fere Plinius H. N. V, 5, per quatuor mille stadia Libyam occupat silphium, largissime proveniens circa Syrtes et Euesperidas. Alii ad deserta loca illud ablegant. Plura Thrige in Hist. Cyren. p. 239 seq. (coll. Gail. ad Scylac. l. l. pag. 509), qui idem in copiosa illa, quam de silphio exhibuit, disputatione §. 57 p. 231 — 248 locos veterum potiores de silphio collegit itemque recentiorum de eo disquisitiones accurate indicavit, p. 231 not. 98. Ac praecipue consulendus Theophrast. Hist. Plant. VI, 3. Dioscorid. III, 94. 95. Plin. H. N. XIX (3), 1. XXII, 23; inter recentiores Tu praeter doctissimos Theophrasti interpretes, Bodaeum ac Sprengelium cf. potissimum Salmas. ad Solin. p. 249 — 270. 720 seqq. 899. De homon. h. i. pag. 144. Belley. Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXXVI p. 18 seqq., et qui nuperrime haec tractavit Böttiger. Isis 1829 p. 318 — 324 incl. *Silphium* enim sive *Laserpitium* (nam *Laser*, auctore Plinio, vocatur *succus*) Cyrenaicae regioni proprium fere fuit iure inde habitum inter praecipua dona, quibus illam regionem natura beavit. Ipsa planta vel potius succus inde paratus ipsaque radix in re medica aeque atque culinaria (ubi condimentis pretiosissimis accensebatur) adhibebatur, multaque eius per totam fere antiquitatem fama, ut dici vix possit, quantopere inde Cyrenaeorum opes e silphii mercatura potissimum provenientes

3ἀπὸ τούτου. παρήκει δὲ ἀπὸ Πλατέης νήσου

---

fuerint auctae, quantumque incrementum hoc omnino Cyrenaeorum rebus attulerit, qui inde vel in numis plantae, cui omnia fere debebant, effigiem exhibuerunt: qua de re vid. Eckhel. Doctr. Num. IV p. 119. Mionnet. Descript. d. Med. VI p. 373 seq. Quin hoc ipsum in proverbium abiit; quis enim non novit *Βάττου σίλφιον*, de quo Thrige l. l. pag. 243. Quo magis mireris (sive gentium aliarum in Cyrenes ditionem invasionibus ac depopulationibus sive publicanorum avaritia, sive alia qua causa hoc factum esse existimes), iam Romanorum aetate tantam silphii fuisse raritatem tamque enorme eius inde pretium, ut Plinius H. N. XXII, 48 diceret exstinctum silphium Cyrenaicum, ipseque Salmasius (Exercitt. Plinn. pag. 921) illud iam pridem in rerum natura desiisse pronuntiaret, quippe cuius totam historiam nunc ignoremus. Quo difficilius erit statuere, qualis proprie fuerit planta, cum ne hoc quidem liqueat, etiamnum in hisce regionibus inveniatur silphium vetus nec ne. Pro *assa foetida* silphium haud pauci olim perperam habuere; quibus, quod miror, nuper accessit Mannert. X, 2 pag. 61, quem post alios meliora edocere potest Thrige l. l. pag. 248, qui ipse in re perquam dubia necdum satis virorum doctorum ac peregrinatorum studiis illustrata, certam de silphio pronuntiare sententiam vix ausus est. Qui nuperrime has regiones invisit Della Cella (vid. eius Itiner. pag. 92. Ritter. Erdk. I p. 945), prope locum Spage, trium horarum spatio a vetere Cyrene remotum invenit herbae cuiusdam semen (nam florem non vidit, quia defloruerat), quam pro veterum silphio habet, cui nomen *Thapsia Silphium*, quae est varietas *Thapsiae Garganicae* Linn. Nos vocaremus: *ein Doldengewächs.* Adstipulatur C. Sprengel. in Commentt. ad Theophrast. version. II p. 227 merito conquerens, quod de huius plantae tam celebratae natura nondum accuratius investigatum sit. Qui postea Cyrenaicam regionem perlustravit Pacho, et ipse silphium a se repertum esse ait iis ipsis in locis, quae huic plantae assignantur ab Herodoto ac Scylace. Plantam umbellatam esse affirmat, ab Arabibus vocatam *derias*, unde ipse nomen invenit *Laserpitium Derias.* Vid. Voyage dans la Marmarique et Cyren. chap. XVIII pag. 247 seqq. et potissimum pag. 250, ubi plantam a se repertam accuratissime describit. Ac fratribus Beechey, in idem inquirentibus (cf. Itiner. cap. 15 p. 409—420) silphium esse videtur planta Dauco similis, illis in regionibus adhuc frequens et specie sua maxime accedens ad eam silphii formam, quae in veterum numis compareat, tres pedes alta et camelis, qui ea vescantur, nociva.

μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιος τὸ σίλφιον. νόμοισι δὲ
170 χρέωνται οὗτοι παραπλησίοισι τοῖσι ἑτέροισι. Γιλιγαμμέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Ἀσβύσται. οὗτοι τὸ ὑπὲρ Κυρήνης οἰκέουσι, ἐπὶ θάλασσαν δὲ οὐ κατήκουσι Ἀσβύσται· τὸ γὰρ παρὰ θάλασσαν
2 Κυρηναῖοι νέμονται. τεθριπποβάται δὲ οὐκ ἥκιστα,

Asbystae supra Cyrenen, ad austrum.

Quibus iisdem monentibus haec planta a centurione quodam Anglo Smyth nunc in Angliam translata optimeque servata in regione Devonshire floret; ut sane spes affulgeat, fore, ut tandem accuratius de hac planta eiusque natura edoceamur.

μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιος] *Unam* modo *Syrtim* Herodoto innotuisse eamque *minorem* pronuntiat Niebuhr. Vermischte Schrift. I pag. 147. 148, coll. L. Marco ad Plin. H. N. V, 4 p. 163. Quod ut aliis Herodoti locis II, 32. 150. IV, 173 valere dicas; hoc tamen loco si *minorem* intelligere velis Syrtim, accurata orae huius notitia Nostrum caruisse statuas necesse erit. Quare plerosque video merito hic *maiorem* intellexisse *Syrtim*.

Cap. CLXX.

Ἀσβύσται] In hoc quoque vocabulo admodum variant scripti libri. Commemoratur gens a Steph. Byz. s. v. pag. 176. Lycophr. Alexandr. 895. Dionys. Perieg. 211 (ubi conf. Eustath.). Plin. H. N. V, 5. Add. Schlichthorst. l. l. p. 129 seq. Thrige l. l. pag. 148. Tenebat gens loca interiora a Cyrene meridiem versus et a Giligammis ab occasu. Hoc enim e seqq. verbis patet: οὗτοι τὸ ὑπὲρ Κυρήνης οἰκέουσι, ubi cum recentt. edd. revocavimus τὸ pro τοι. In plerisque codd. nec τοι nec τὸ invenitur.

τεθριπποβάται] i. e. quadrigis maxime utuntur iisque regundis inter Libyae gentes excellunt. Cf. IV, 183. 193. Ac satis constat multisque veterum scriptorum probatur testimoniis, veterem Cyrenen equis tum ad bella tum ad certamina ludosque publicos adhibitis maxime inclaruisse. Hinc praedicatur εὔιππος, ἱππόβοτος, aliisque eodem spectantibus ornatur cognominibus; de quibus plura Boeckh. ad Pind. Pyth. IV p. 268. Thrige l. l. p. 228. 271 seqq. coll. Mannert. X, 2 p. 58. Quin ipsis in numis Cyrenaeis sunt quadrigae, teste Eckhel. D. N. Tom. IV p. 120 seq., et hodieque robore insignes equos in his regionibus ali docemur. Conf. Pach. Voyage dans la Marmar. etc. pag. 241. Quae qui respexerit, is sane non mirabitur, quod tanta cum sollertia Noster enarrat, quinam inter Libyes Cyrenes accolas arte equestri atque curuli praestent. — Ad locutionem οὐχ ἥκιστα ἀλλὰ μάλιστα cf. II, 43.

ἀλλὰ μάλιστα Λιβύων εἰσί. νόμους δὲ τοὺς πλεῦ-
171 νας μιμέεσθαι ἐπιτηδεύουσι τοὺς Κυρηναίων. Ἀσβυ- 357
στέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Αὐσχίσαι. οὗτοι
ὑπὲρ Βάρκης οἰκέουσι, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν
2 κατ' Εὐεσπερίδας. Αὐσχισέων δὲ κατὰ μέσον τῆς

Auschisae, supra Barcam attingentes mare ad Euesperidas: Cabales, in media regione Auschisarum, ad

---

Cap. CLXXI.

Αὐσχίσαι] In Florentino libro exstat *Αὐσχίσαι*; *Αὐσχῖται* apud Stephan. Byz. p. 198 reperitur. Tu conf. Wesseling. ad Diodor. Sic. III, 48. Quod vero apud eundem Stephanum l. l. ex Hecataeo citatur *Αὔσιγδα* Libyca insula, eiusque incolae *Αὔσιγδοι*, inesse aliquid cognationis cum Herodoti Auschisis suspicatur Klausen. ad Hecataei fragmm. p. 132.

κατ' Εὐεσπερίδας] „Promiscue *Ἑσπερίδες* et *Εὐεσπερίδες*, cives *Ἑσπερῖται* et *Εὐεσπερῖται*.“ *Wesseling.* citans Strabon. XIV p. 647 B. s. 957 D. XVII p. 836 D. s. 1193 C. Add. Herod. IV, 198. 204. Nec minus obvium *Hesperiae* nomen atque *Hesperis*. Cf. Stephan. Byzant. s. v. p. 357: *Ἑσπερὶς πόλις Λιβύης ἡ νῦν Βερενίκη, ὁ πολίτης Ἑσπερίτης*. Add. Mel. I, 8 §. 2, ubi multa Tzschucke nott. critt. Vol. II P. I p. 283 nott. exegg. Vol. III P. I p. 209, et qui plura de his nominibus dabit Thrige l. l. p. 138. 139. Postmodo, Ptolemaeorum, opinor, aetate, vocata est *Berenice*, teste Plinio V, 5 init., multumque ac diu floruit incolarum frequentia atque opibus e commercio reque navali acquisitis, cum portu optimo instructa esset urbs in Syrtis extimo cornu, ut Plinius ait, sita. Quin hodieque superesse dicuntur rudera priorem splendorem ambitumque testantia. Nunc ibi oppidum *Bengazi* sive *Bernic.* Conf. Schlichthorst. p. 136 seqq. Mannert. X, 2 p. 88. Adhuc regio fertur opima, frugum cuiusvis generis feracissima; quae si ullum modo acciperet cultum, Hesperidum hortos tantopere a veteribus celebratos haud scio an nostra quoque aetate referre posset. Vid. modo Ritter. Erdkunde I p. 938 et de pristina regionis fertilitate, unde Hesperidum horti cognominati, auctore Is. Voss. ad Mel. l. l., admonentem Thrige l. l. p. 105 seq. Quae quomodo ad fabulas poetarumque carmina, in quibus laetissimi ac pulcherrimi Hesperidum horti tantopere celebrantur, fuerint traducta nec magis disquirere vacat quam referre quaecunque de hisce commenti fuerint poetae veteres, quum verae gentis, quae apud Herodotum commemoratur, sedes nobis potius sint indicandae. De hisce hortis conf. citatt. a Thrige l. l. p. 106, 2, et qui nuperrime hanc fabulam tractavit Völcker. Myth. Geogr. I p. 107 — 122 coll. Pach. Voyage etc. p. 171; qui idem ad Berenicen sive Ben-ghazi, ut nunc vocant, quippe locum maxime

χώρης οἰκέουσι Κάβαλες, ὀλίγον ἔθνος, κατήκοντες
ἐπὶ θάλασσαν κατὰ Ταύχειρα πόλιν τῆς Βαρκαίης·
νόμοισι δὲ τοῖσι αὐτοῖσι χρέωνται τοῖσι καὶ οἱ
172 ὑπὲρ Κυρήνης. Αὐσχισέων δὲ τούτων τὸ πρὸς
ἑσπέρης ἔχονται Νασαμῶνες, ἔθνος ἐὸν πολλόν· οἳ
τὸ θέρος καταλείποντες ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ τὰ πρό-

mare circa Tauchira oppidum.

Nasamones Auschisis ad occasum finitimi.

---

sterilem, ad quem veterum de hortis illis in Cyrenaico agro sitis descriptiones referri nequeant, Hesperidum hortos collocari posse negat, quos potius multo propius ipsam Cyrenes urbem ad Phycuntis promontorium, ubi Phoenicum portus, quaerendos esse existimat; cf. p. 173 seq.

Κάβαλες] Duo libri *Βάβαλες*, nec aliter in Nonn. Dionys. XIII, 375, ut dubius haereat Wesseling., utra in Herodoto praestet lectio. Pro *Ταύχειρα*, alii *Τεύχειρα*, de quo monuit Thrige l. l. p. 237. Ptolemaeorum aevo vocata est urbs *Arsinoe*, et postea in Cleopatrae gratiam *Cleopatris;* nunc appellari dicunt *Terkera*, *Trocare*, *Trochera*, ipsasque reliquias se invenisse testatur Della Cella. Conf. Thrige l. l. pag. 138. Schlichthorst. p. 135 sq. Pacho urbis veteris rudera invenit prope locum, quem appellat *Tokrah*, decem horarum itinere remotum a Ptolemaide. Vid. Voyage etc. p. 183 seq. — Ad verba τοῖσι καὶ cf. IV, 172 *παραπλησίῳ τῷ καὶ Μασσαγέται.* Plura Struve l. l. I p. 24.

Cap. CLXXII.

Νασαμῶνες] Monuimus de hac gente Syrtios maioris accola et introrsus multum porrecta ad II, 32. Add. Plin. H. N. V, 5. Namque *Augila* (conf. nott. ad IV, 182) quoque ad eam pertinuisse credam gentem, quae tum praedando naves tempestatum vi ad hanc oram delatas tum mercaturâ institutâ opes satis amplas sibi pararat, mox vero Carthaginiensium rebus auctis, diminuta ab Augusto et postea quoque a Diocletiano e mari repulsa est in loca interiora Libyae ac deserta. Praeter Eustath. ad Dionys. Perieg. 209 conf. Schlichthorst. pag. 131. Mannert. X, 2 pag. 179 seq. Thrige l. l. pag. 150. Pach. Voyage etc. pag. 271. — Pro *τουτέων* cum recentt. dedi *τούτων.*

οἳ τὸ θέρος καταλείποντες] Tradit Scylax in Peripl. p. 47 Huds. p. 311 Gail. Nasamones Syrtios magna litora accolere usque ad intimum recessum, hisque proximos esse *Macas* (cf. Herod. IV, 175), qui ad Syrtim hyemem peragentes, greges ad mare contineant, aestate vero, deficientibus aquis illas secum in interiores tractus abigant. E quibus Herodoteum locum ita corrigi vult Is. Voss., ut ante *τὸ θέρος* inseratur *μετὰ*, unde sensus existat hic:

βατα, ἀναβαίνουσι ἐς Αὔγιλα χῶρον, ὀπωριεῦντες τοὺς φοίνικας· οἳ δὲ πολλοὶ καὶ ἀμφιλαφέες πε-
2 φύκασι, πάντες ἐόντες καρποφόροι. τοὺς δὲ ἀττε-
λέβους ἐπεὰν θηρεύσωσι, αὐήναντες πρὸς τὸν ἥλιον,
καταλέουσι, καὶ ἔπειτα ἐπὶ γάλα ἐπιπάσσοντες, πί-
3 νουσι. γυναῖκας δὲ νομίζοντες πολλὰς ἔχειν ἕκαστος, ἐπίκοινον αὐτέων τὴν μίξιν ποιεῦνται· τρόπῳ

„qui praeterlapsa aestate (quam sc. in mediterraneis agant locis) ingruenteque autumno pecora ad oram abigant; quo vero autumni tempore palmulae maturuerint, rursum ad mediterranea loca revertant, palmulasque decerpant hiememque ibi transigant." Nec tamen iusta mihi videtur subesse causa quidquam in Herodoto mutandi. De *ovium* proventu egregio per hosce tractus conf. nott. ad IV, 155; de *palmulis* vid. nott. ad I, 193 et de voce ἀμφιλαφής nott. ad III, 114.

ἀττελέβους] Tres libri ἀττελάβους itemque Eustath. ad Dionys. Perieg. 210, qui addit: εἶδος δὲ ἀκρίδος ὁ ἀττέλαβος. Locustas quasdam pennarum expertes ita vocari auctor est Plinius H. N. XXIX (4), 29 §. 13. Arriano Ind. 29 haec Herodoti verba obversata esse observat Wesseling.

γυναῖκας δὲ νομίζοντες κ. τ. λ.] Haud scio an huc faciant Melae verba I, 8, 38 de Cyrenaicae Nomadibus: „singulis aliquot simul coniuges et plures ob id liberi agnatique sunt, nusquam pauci." Ad verbum νομίζοντες conf. I, 130. 202.

ἐπίκοινον αὐτέων τὴν μίξιν ποιεῦνται] i. e. *promiscue cum quibuslibet coeunt.* Eadem de Agathyrsis traduntur IV, 104, de Ausensibus IV, 180 coll. IV, 176. Quare hoc loco ista verba aliena maleque textui intrusa statuit Valcken., quem secutus Borheckius e textu eiecit illa, uncis inclusit, ut suspecta, Reizius. At agnoscunt omnes codd. itemque Eustath. ad Dionys. l. l. et Mela I, 8, 55, Herodotea ante oculos habens, ubi scribit: „Nulli certa uxor est, ex his, qui tam confuso parentum coitu passim incertique nascuntur, quos pro suis colant, formae similitudine agnoscunt;" et paulo post Augilae mentione facta: „foeminis eorum solenne est, nocte qua nubunt, omnium stupro patere, qui cum munere advenerint; et tum cum pluribus concubuisse maximum decus; in reliquum pudicitia insignis est." Nec magis opus, in Herodoti verbis cum Coraë pro ἐπίκοινον scribere ἐπὶ κοινοῦ, quod idem valeat atque ἐμφανῶς I, 203. III, 101. Nihil enim obstare video, quo minus ternis hisce locis ἐπίκοινος μίξις accipiatur de *promiscuo coitu*, quemadmodum I, 216 de Massagetis: ταύτῃσι ἐπίκοινα χρέ-

παραπλησίῳ τῷ καὶ Μασσαγέται, ἐπεὰν σκίπωνα
4 προστήσωνται, μίσγονται. πρῶτον δὲ γαμέοντος
Νασαμῶνος ἀνδρὸς, νόμος ἐστὶ τὴν νύμφην νυκτὶ
τῇ πρώτῃ διὰ πάντων διεξελθεῖν τῶν δαιτυμόνων
μισγομένην· τῶν δὲ ὡς ἕκαστός οἱ μιχθῇ, διδοῖ
5 δῶρον τὸ ἂν ἔχῃ φερόμενος ἐξ οἴκου. Ὁρκίοισι δὲ
καὶ μαντικῇ χρέωνται τοιῇδε. ὀμνύουσι μὲν τοὺς
παρὰ σφίσι ἄνδρας δικαιοτάτους καὶ ἀρίστους λε-
γομένους γενέσθαι, τούτους, τῶν τύμβων ἁπτόμε-
6 νοι. Μαντεύονται δὲ ἐπὶ τῶν προγόνων φοιτέον- 358
τες τὰ σήματα, καὶ κατευξάμενοι ἐπικατακοιμέων-
ται· τὸ δ᾽ ἂν ἴδῃ ἐν τῇ ὄψει ἐνύπνιον, τούτῳ χρᾶται.

ωνται, i. e. *in commune, promiscue feminis utuntur* s. *coeunt* (ubi conf. nott.); ad quem ipsum locum Noster hic provocat. Consimilem Arabum ritum Strabo memorat, XVI p. 783 A. s. 1129 D., ubi: ὁ δὲ φθάσας εἰσιὼν μίγνυται, προθεὶς τῆς θύρας ῥάβδον κ. τ. λ. In Herodoteis verbis asyndeton notat Struve, quem afferemus ad IV, 187. De verbis παραπλησίῳ τῷ καὶ conf. nott. ad IV, 171. In seqq. ad μιχθῇ conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1006 et ad διδοῖ supra IV, 143.

ὀμνύουσι μὲν τοὺς κ. τ. λ.] De structura verbi ὀμνύναι cf. Matth. §. 413, 10 et ad pronomen τούτους ibid. p. 878. Ad ipsam rem pertinent Melae verba I, 8, 55: „Augilae manes tantum Deos putant: per eos deierant, eos ut oracula consulunt; precatique quae volunt, ubi tumulis incubuere, pro responsis ferunt somnia.“ Ubi conf. Tzschucke nott. exegg. p. 233 seq. Plin. H. N. V, 8: „Augilae inferos tantum colunt.“

καὶ κατευξάμενοι ἐπικατακοιμέωνται] i. e. *peractis, solutis precibus indormiunt.* Ac notat Wesseling. ad Diod. I, 53 in illa *incubandi* superstitione inveniri ἐγκοιμᾶσθαι, κατακοιμᾶσθαι, alia, Tertullianumque excitat De anim. 57 ad haec alludentem. Tu conf. Tzschucke ad Mel. I, 8, 8 pag. 233 seq. nott. exegg. Vol. III P. I et pag. 236, ubi aliae aliarum gentium incubationes istiusmodi laudantur. In seqq. retinui τὸ δ᾽ ἂν ἴδῃ ἐν τῇ ὄψει, ubi olim ἴδοιεν τῇ ὄψει. Attigit Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 209.

τούτῳ χρᾶται] χρᾶται pro χρῶνται cum Schweigh. et Gaisf. dedi e librorum vetustorum consensu. Neque enim insolens videri debet istiusmodi transitus e plurali numero in singularem. Hinc quoque ἴδῃ in singulari, ubi subiecti nominativus deest. Cf. I, 132.

7 Πίστισι δὲ τοιῇσίδε χρέωνται. ἐκ τῆς χειρὸς διδοῖ πιεῖν, καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς τοῦ ἑτέρου πίνει· ἢν δὲ μὴ ἔχωσι ὑγρὸν μηδὲν, οἱ δὲ τῆς χαμάθεν σποδοῦ λαβόντες λείχουσι.

173 Psylli, intra Syrtin: horum ter-

Νασαμῶσι δὲ προσόμουροί εἰσι Ψύλλοι. οὗτοι ἐξαπολώλασι τρόπῳ τοιῷδε. ὁ νότος σφι πνέων

Πίστισι δὲ] Hanc dandae accipiendaeque fidei consuetudinem in pacto coniugali adhuc apud Algeriae incolas obtinere testatur Shaw. Voyag. I p. 393. — Mox e melioribus codd. dedimus χαμάθεν pro χαμόθεν. Cf. II, 125 ibiq. nott. Ad genitivum σποδοῦ conf. Matth. Gr. Gr. p. 631.

Cap. CLXXIII.

Ψύλλοι] De hac gente conf. Stephanus Byz. s. v. Hecataeum, qui citat (p. 133 fragmm. ed. Klausen.), Suidas III p. 709. Photius s. v. Inter utramque Syrtim, inter Lotophagos ac Nasamones, olim habitasse dicuntur ea in regione, quae nunc vocatur *Mesurate*, praedonesque feruntur illius orae famosissimi aeque ac Nasamones. Cf. Schlichthorst. l. l. p. 132 seq. Rennel. p. 636. Mannert. X, 2 p. 182. Heeren. Ideen. II, 1 p. 223 seq. Ac Plinius quoque H. N. V, 4 super Garamantes (de quibus Herod. IV, 183) collocat Psyllos; unde satis liquere videtur L. Marco, eos ad promontorium Mesurata habitasse. Est vero haec Psyllorum gens per omnem fere antiquitatem famosa ob fascinandi artem, quâ letiferos serpentes bene tractare ac domare sopireque valuerit. Testis est Plinius VII, 2 coll. XXV, 10. XXVIII, 3; alios excitat Ruperti ad Silium Ital. I, 411. Cuiusmodi fascinatorum vestigia vel in sacro codice veteris testamenti reperiri volunt, cum alias quoque frequens illorum mentio. Unde factum, ut quicunque tales exercerent artes, ii vocarentur *Psylli*. Quin hodieque per Aegyptum accepimus esse talium fascinatorum gentem, cuius maxima hinc apud vulgus auctoritas maximaque iura. De quibus optime exposuit Vir illustrissimus De Minutoli in: Abhandll. Vermischt. Inhalts I p. 42 seqq.

ἐξαπολώλασι τρόπῳ τοιῷδε] Plinius H. N. VII, 2: „Haec gens ipsa quidem prope internecione sublata est a Nasamonibus, qui nunc eas tenent sedes: genus tamen hominum ex iis, qui profugerant, aut quum pugnatum est, afuerunt, hodieque remanet in paucis." Cui narrationi probabilitatem addere Silium I, 408. Lucan. IX, 439 — 445, monet Schlichthorst. p. 132 coll. Mannert. l. l. Ex ipso Herodoto fabulam enarrat Gell. N. Att. XVI, 11; quibus haec subiicit ad omne fabulae argumentum spectantia *Valcken.*:

ra, ipsis exstinctis, Nasamonum facta.

ἄνεμος τὰ ἔλυτρα τῶν ὑδάτων ἐξηύηνε· ἡ δὲ χώρη
σφι πᾶσα ἐντὸς ἐοῦσα τῆς Σύρτιος, ἦν ἄνυδρος.
2 οἱ δὲ, βουλευσάμενοι, κοινῷ λόγῳ ἐστρατεύοντο ἐπὶ
τὸν νότον· (λέγω δὲ ταῦτα τὰ λέγουσι Λίβυες·)
καὶ ἐπεί τε ἐγίνοντο ἐν τῇ ψάμμῳ, πνεύσας ὁ
3 νότος κατέχωσέ σφεας. ἐξαπολομένων δὲ τούτων,

,,Herodotus fabulam se tradere formula significat adiecta: λέγω δὲ ταῦτα τὰ λέγουσι Λίβυες; qualibus utitur in fabulosis aut certe rebus dubiae fidei [conf. IV, 187. 191. 195]. Qui lenem non sentiunt historici nostri suavitatem, Herodotum ob ista talia, si lubet, exagitent huius seculi sophi! Quas *innumerabiles* esse scribit apud *Herodotum* fabulas (De Legg. I, 1), ne Cicero quidem vitio vertit historiae patri neque severissimus ipsius Thucydidis ac Platonis censor Halicarnassensis Dionysius; qui et antiquioribus et Herodoto necesse fuisse docet, quas a singulis sibi gentibus traditas accepissent, fabulosas etiam narrationes tradere memoriae, atque ita ποικίλλειν τοῖς μυθώδεσιν ἐπεισοδίοις τὰς τοπικὰς ἀναγραφάς T. II p. 226, 32 [T. VI p. 823 Reisk.]." Ac sane hic locus insignis est documento, quantam in singulis rebus enarrandis crisin Noster adhibuerit, ea, quae vera sibi viderentur aut quae vera esse Ipse expertus esset, probe discernens ab iis, quae vulgo etsi dicerentur et crederentur, a rerum natura abhorrere viderentur. In quo scriptoris studio vera a fictitiis secernendi, quo ipso maxime ille a Logographis prioribus differt, latent artis criticae initia, quam magis excultam perfectamque serior aetas exhibuit. Conf. Creuzer. Hist. Kunst d. Gr. p. 102 seqq. Ut ad ipsam Herodoti de Psyllis narrationem redeam, minime eam ab ea illius regionis indole abhorrere credam, ubi hodieque tantas arenae turbines vento excitari scribunt, ut vel ipsi homines coniunctim plerumque haec deserta permeantes arena obtegantur. Cf. Heeren. Ideen II, 1 p. 223. 52. Ritter. Erdk. I p. 934, qui bene monet Herodoteam narrationem sub fabulae involucris accuratam prodere naturae illorum tractuum cognitionem. Valde enim credibile, Psyllorum gentem aquarum inopiâ ad extrema redactam aliasque sedes ut sibi quaereret compulsam, in hac ipsa profectione ad loca Africae interiora et quidem probabiliter ad eam terram, quae nunc vocatur Fezzan, totam interiisse arenâ ventis adducta obtectam.

τὰ ἔλυτρα] Conf. nott. ad I, 185. — In seqq. verba ἐντὸς τῆς Σύρτιος de *minori* Syrti accipienda sunt. Conf. nott. ad IV, 169.

174 ἔχουσι τὴν χώρην οἱ Νασαμῶνες. Τούτων δὲ κατύπερθε, πρὸς νότον ἄνεμον, ἐν τῇ θηριώδεϊ οἰ-

Nasamonibus confines, ad austrum in regione

Cap. CLXXIV.

Τούτων δὲ κατύπερθε — οἰκέουσι Γαράμαντες] τούτων cum Gaisf. et Matth. dedi pro *τουτέων*. *Garamantes*, quo eodem nomine gens Libyca infra IV, 183, cum meridiem versus (i. e. interioribus Africae tractibus) intra Nasamones et Macas habitare dicantur, collocantur in terra, quae nunc vocatur Fezzan media in via, quae per deserta Saharae a Tunis ducit in Aegyptum. Conf. Rennel. p. 657. Schlichthorst. pag. 141. Heeren. Ideen II, 1 pag. 224. At accuratius inspicienti dubium vix esse poterit, qui hoc loco *Garamantes* commemorantur, ab iis, quorum IV, 183 fit mentio, quosque et ipsos iure in regione Fezzan collocant, bene discernendos esse. Qui enim hoc loco memorantur, ad Libyae maritimae nomadas pertinuisse videntur, cum, qui IV, 183 memorantur, in tractu sabuloso, qui introrsum iacet ab ora maritima, habitarint. Quare iam Larcherus Garamantes palantes ab agricolis, quibus certae ac fixae sunt sedes, distingui voluit; Schlichthorst. l. l. pag. 7. 141 hos dici vult septentrionales Garamantes, alteros, de quibus IV, 183, australes. Ac Mela, quae hic de Garamantibus enarrantur, sic profert I, 8, 62: „Nudi sunt *Gamphasantes* armorumque omnium ignari: nec vitare sciunt tela, nec iacere: ideoque obvios fugiunt, neque aliorum quam quibus idem ingenii est, aut congressus aut colloquia patiuntur.“ Ubi cf. Tzschucke nott. exegg. pag. 237. Vol. III P. I. Nec aliter fere Plinius H. N. V, 8 (8): „*Gamphasantes* nudi proeliorumque expertes, nulli externo congregantur.“ Unde apud Herodotum *Γαράμαντες* in *Γαμφάσαντες* mutari voluit Pintianus; quod haud displicuit Valckenaerio, nec cuiquam, opinor, displicebit, qui, quantum quae h. l. narrentur, ab iis, quae infra traduntur, differant, satis intellexerit: ut utroque loco de una eademque agi gente minime sit consentaneum. Nec eo rem perfici recte monet Schweigh., quod duas eiusdem nationis statuas tribus, alteram, de quâ hic sermo, sedes fixas habentem in oasi quadam; alteram, de qua IV, 183, nomadum more palantem per deserta, cum sane Herodotus IV, 183 de Garamantibus ita loquatur, ut nullam fere antea eorum mentionem fecisse sit putandus. Itaque vix dubium, aliam hic commemorari gentem, aliam eamque diversam IV, 183; quo minus tamen Pintiani emendationem in textum recipiam, obstat sane librorum vetustorum consensus, itemque Stephani Byzant. s. v. *Γαράμαντες* pag. 262 et Eustathii Herodotea exscribentis ad Dionys. Perieg.

κέουσι Γαράμαντες· οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, καὶ παντὸς ὁμιλίην· καὶ οὔτε ὅπλον ἐκτέαται ἀρήϊον
175 οὐδὲν, οὔτε ἀμύνεσθαι ἐπιστέαται. Οὗτοι μὲν δὴ κατύπερθε οἰκέουσι Νασαμώνων· τὸ δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Μάκαι· οἳ λόφους κείρονται, τὸ μὲν μέσον τῶν τριχῶν ἀνιέντες αὔξεσθαι, τὰ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν κείροντες ἐν χροΐ· ἐς δὲ τὸν πόλεμον στρουθῶν καταγαίων δο-

belluosa, Garamantes. (Gamphasantes.)

Ad occasum in maritimo tractu, Macae: flumen Cinyps, et Collis Gratiarum, distans a mari stadia CC.

---

217 auctoritas; ut si quid vitii in Herodoteos libros irrepserit, id pervetustum esse dixerim. Videtur autem omnino hoc loco indicari gens s. tribus quaedam Libyca, quae in desertorum loco quodam a via trita remoto sive secessu habitarit, timida nec ullo hominum commercio utens indeque eorum consuetudinem refugiens, nullo armorum usu cognito. Ac similia hisce de quibusdam interioris Africae tribubus enarrant Leo Africanus, Hornemann, Brucius. Vid. Heeren. Id. II, 1 p. 233 coll. Mannert. X, 2 pag. 574. — De formâ ἐκτέαται atque ἐπιστέαται conf. III, 61.

Cap. CLXXV.

ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Μάκαι] Cave mutes cum Abreschio τὸ in τοῦ, quod a verbo ἔχονται pendeat. Namque ad ἔχονται mente subaudiendum αὐτῶν scil. *Νασαμώνων*, et articulus τὸ verbis πρὸς ἑσπέρης ex illa abundantia Herodoto frequentissima praepositus est. — *Macas* post Nasamones collocat Plinius H. N. V, 5, eosque commemorat inter Syrtis accolas Scylax l. l. Diodor. III, 48. E quibus Rennel. pag. 661 colligit, gentem propius ad Syrtis oram habitasse ad Tripolin usque quae nunc vocatur. In Carthaginiensium copiis recensentur Maccaei, teste Polybio III, 33, ubi cf. Schweigh. T. V p. 556 seq. Tu cf. nott. ad IV, 191.

λόφους κείρονται] i. e. *cristas sibi tondent*, id est, *capillos tondendo cristas sibi efficiunt eo quod in medio capite capillos crescere sinunt, ab utraque autem parte hinc atque illinc in cute tondent.* Haud aliter II, 36: *Αἰγύπτιοι δὲ — ἀνιεῖσι τὰς τρίχας αὔξεσθαι*, cf. IV, 180. Idem verbum in Plut. Pericl. 16 restitui vult Bryan.: τὴν χώραν ἀνῆκεν ἀργήν, ubi vulgo ἀφῆκεν. — ἐν χροῒ κείρειν s. κείρεσθαι *usque ad cutem tonderi*, s. *cute tenus radi* Laconum inprimis fuit; de quorum more vid. Wesseling. ad Plutarch. Moral. I p. 445.

στρουθῶν — φορέουσι προβλήματα] i. e. *struthionum terrestrium pelles pro scutis gestant.* De Aethiopibus, ut monuit ad h. l. Wesseling., Noster VII, 70: *προβλήματα δὲ ἀντ' ἀσπίδων ἐποιεῦντο γεράνων δοράς*; de Arabibus struthophagis, qui

ρὰς φορέουσι προβλήματα. διὰ δὲ αὐτῶν Κίνυψ ποταμὸς ῥέων ἐκ λόφου καλευμένου Χαρίτων, ἐς

ταῖς δοραῖς τῶν στρουθῶν σκεπασθέντες struthionum venatum exercent, Strabo testatur XVI p. 772 B. s. 1117 C. coll. Polluc. I, 138, qui Arabes struthionum pellibus, thoracum et scutorum vice uti scribit. Sunt vero στρουθοὶ κατάγαιοι, nec hoc loco nec IV, 192 struthiones *subterranei* (ut Vallae placuit), sed *terrestres*, χερσαῖοι, ut ait Aelian. N. A. XIV, 13 coll. II, 27 (ubi στρουθὸς μεγάλη) et Aristotel. De partt. Animall. IV, 14 (ubi στρουθὸς Λιβυκός). Namque στρουθὸς solum quando ponitur, nulla alia voce adiecta, *passerem* cum vulgo designet, ubi struthio intelligitur, plerumque vox quaedam adiuncta reperitur, ut in locis allatis aliisque; rarius simpliciter positum invenias στρουθόν, ut in Aristoph. Av. 874. Acharn. 1105. Plura Bochart. Hieroz. P. I Lib. II cap. 14 p. 221 coll. N. Heins. ad Carm. de Phoenic. 145. Hinc Tertullian. Veland. Virg. 16: „bestia magis quam avis licet pennata.“

διὰ δὲ αὐτῶν Κίνυψ ποταμὸς] *Cinyps* fluvius pulcherrimam regionem perfluens commemoratur infra quoque IV, 198. V, 42. Scylac. pag. 47. Huds. pag. 312 ed. Gailii (qui idem pag. 516 conferri vult de hoc fluvio I. B. Gail. Le philolog. XI p. 31 not. 1. Tzschuck. ad Mel. I, 7, 5. Vol. II P. I nott. critt. pag. 264 seqq. Vol. III P. I nott. exegg. p. 190). Strabon. XVII pag. 835 s. pag. 1192 A. coll. Plin. H. N. V, 4. Quem fluvium cum prope Neapolin s. Leptin magnam, quae nunc *Lebeda* vocatur, in mare exire sunt qui statuant, miratur Rennel. p. 661, in hac sterili Libyae regione ac deserta nullum adhuc inveniri fluvium, nullos colles, nullas sylvas. At docet Ritter. Erdk. I p. 927 ab orienti Lebedae trium horarum intervallo prope promontorium Mesuratam torrentem esse *Aniso* s. *Wadi Quaam*, haud raro quidem prorsus exsiccatum, alveo saxoso ad mare delabentem, ubi stagna ac paludes, circa quas regio et olim et nunc maxima insignis fertilitate. Add. Mannert. X, 2 pag. 123 seq. Schlichthorst. p. 143. *Zenifer* s. *Magro* videtur esse Heerenio Id. II, 1 p. 51.

ἐκ λόφου καλευμένου Χαρίτων] *Gratiarum collis* meminit Schol. Pindar. ad Pyth. V, 32 ex Callimacho, cuius conf. fragmm. 266. *Cr.* ad Heynium amandat ad Pind. T. I p. 312. Ex iis, quae retulit Della Cella, observat Ritter. l. l. Gratiarum collem, sylvarum praestantia insignem, pertinere ad montes, quibus nunc nomen *Ghuriano*, qui minime, ut vulgo existimant, ad oram proxime accedant, sed a mari, plane ut Noster refert, ducenta stadia sint remoti sylvarumque abundantia excellant. Qui idem Della Cella planitiem, quae ab oriente Ci-

θάλασσαν ἐκδιδοῖ. ὁ δὲ λόφος οὗτος ὁ Χαρίτων
δασὺς ἴδῃσί ἐστι, ἐούσης τῆς ἄλλης τῆς προκατα- 359
λεχθείσης Λιβύης ψιλῆς. ἀπὸ θαλάσσης δὲ ἐς αὐ-
176 τὸν στάδιοι διηκόσιοί εἰσι. Μακέων δὲ τούτων ἐχό- **Gindanes, iuxta Macas.**
μενοι Γίνδανές εἰσι· τῶν αἱ γυναῖκες περισφύρια
δερμάτων πολλὰ ἑκάστη φορέει, κατὰ τοιόνδε τι,
ὡς λέγεται· κατ' ἄνδρα ἕκαστον μιχθέντα περισφύ-
ριον περιδέεται· ἣ δ' ἂν πλεῖστα ἔχῃ, αὕτη ἀρίστη
δέδοκται εἶναι, ὡς ὑπὸ πλείστων ἀνδρῶν φιλη-
177 θεῖσα. Ἀκτὴν δὲ προέχουσαν ἐς τὸν πόντον τού- **Lotophagi, in maritima ora Gindanum.**

---

nypsis extenditur adhuc bene irriguam indeque eximie fertilem esse testatur, ubi olivae, palmae, alia, sine ullo hominum cultu crescant, quamque olim, ubi procul dubio melius fuerit culta, fertiliorem adeo fuisse credas licet; ut sane quae Noster IV, 198 referat, ad verum proxime accedere videantur. — Ad locutionem δασὺς ἴδῃσι conf. nott. ad IV, 109.

Cap. CLXXVI.

Γίνδανες] In uno Herodoti libro *Γινδᾶνες*, quod idem affert Stephan. Byz. s. v. p. 273 e solo loti fructu victitare gentem adiiciens. Nulla, quantum scio, apud alios auctores mentio gentis, quam maritimam fuisse recte negat Schlichthorst. p. 144 ac Rennel. p. 661, qui interiores tractus circa urbem, quae olim *Cydamus* (teste Plinio H. N. V, 5) nunc *Gadamis* perhibetur s. *Gadzames*, gentem tenuisse suspicatur ad viam, quae ab urbe Tunisia nunc ducit ad Agadez et Kashna, XXIII aut XXIV dierum itinere ab urbe Tunisia; ibi enim rudera grandium aedificiorum Romanae aetatis conspici testatur Abulfeda. Rennelio adstipulatur Larcher. in Tab. geogr. — *τούτων* cum Gaisf. et Matth. dedi pro *τουτέων*.

τῶν αἱ γυναῖκες — φορέει] i. e. *quorum mulieres fascias e pellibus ad pedum malleolos gestant, unaquaeque multas.* Respexit, opinor, Sext. Empiric. Hypoth. III, 24 p. 177 de Aegyptiis similia scribens. Non fugit Herodoti locus doctissimum peregrinatorem Pach. (Voyag. etc. pag. 71), ubi nomadum, qui nunc Marmaricae veteris terram occuparunt, mulieres scribit multis annulis, quos ornatus causa variis corporis partibus addunt, delectari.

Cap. CLXXVII.

Ἀκτὴν δὲ προέχουσαν — Λωτοφάγοι] Sedes gentis ita definit Scylax p. 47 Huds. p. 312 Gail.: „τὰ δὲ ἔξω τῆς Σύρτιδος παροικοῦσι Λίβυες Λωτοφάγοι ἔθνος, μέχρι τοῦ στόματος τῆς ἑτέρας Σύρτιδος.“ Plin. H. N. V, 4: „In intimo sinu (Syrtis scil. maioris)

των τῶν Γινδάνων νέμονται Λωτοφάγοι· οἳ τὸν 2 καρπὸν μοῦνον τοῦ λωτοῦ τρώγοντες ζώουσι. ὁ δὲ τοῦ λωτοῦ καρπός ἐστι μέγαθος ὅσον τε τῆς σχίνου· γλυκύτητα δὲ, τοῦ φοίνικος τῷ καρπῷ προσείκελος. ποιεῦνται δὲ ἐκ τοῦ καρποῦ τούτου οἱ Λωτοφάγοι καὶ οἶνον.

---

fuit ora Lotophagon." Alii etiam addunt insulam huic orae adsitam, a Lotophagis maxime habitatam, quae cum olim *Meninx* et postea *Girba* vocaretur, nunc ab Arabibus vocatur *Gerbo*, teste Rennel. p. 662. Mannert. X, 2 pag. 143 seqq. coll. 161 seqq. De ipsis Lotophagis quae Graeci commenti fuerint, referre longum. Tu vid. Tzschuck. ad Mel. I, 7 §. 5 nott. exegg. pag. 194 seqq. Est enim notissima gens vel ab Homeri inde aetate (cf. Odyss. IX, 82—104), quae hac ipsa in Libyae ora, quae in mare multum prominet, ad Syrtim minorem, Siciliae e regione, igitur in media ora Tripolitana, habitasse censetur. Conf. Mannert. l. l. Völcker. Homer. Geograph. §. 57 pag. 110. Quin hodieque in eadem illa ora, antris speluncisque referta tutumque inde praebente refugium ac receptacula habitare gentem indigenam, a reliquorum incolarum multitudine prorsus segregatam et ab Arabum incursionibus securam, loto etiamnum vescentem, ut sane Homeri atque Herodoti Lotophagorum posteros agnoscas, testis est Della Cella. Vid. Ritter. Erdkunde I p. 948. 949 coll. Heeren. Id. II, 1 pag. 50 seq. *Lotus*, unde vitam sustentare gens perhibetur, est fructus *Rhamni Loti;* quae arbor adhuc frequens per illas Africae regiones exstare dicitur, Arabibus cognita nomine *Séédra*, cuius fructu utuntur indigenae victu quotidiano, quin ipsum vini genus inde conficiunt, quod tamen paucos modo per dies servari possit. Cf. Heeren. l. l. Rennel. p. 663 seq. At plane differt Aegyptiaca lotus, de qua dixi ad II, 96. De utraque loto plura Polyb. XII, 2. Athen. XIV, 18 s. 65 pag. 651 D., s. 369 Schweigh. Theophrast. H. Pl. IV p. 46. Add. Tzschucke l. l. I. H. Voss. ad Virgil. Georg. II, 84 et quae ad Herodoti locum citavit Schweigh. Creuzerus amandat ad Kurt Sprengel. Geschichte der Botanik, qui etiam eius arbusculae coloratam imaginem exhibuit.

οἳ τὸν καρπὸν μοῦνον — ζώουσι] Cum Herodoteis conf. Strabon. XVII p. 829 s. 1185 B. Ad verba seqq. *γλυκύτητα δὲ* conf. Eustath. ad Odyss. p. 1616, 47 s. 337, 32, ubi *γλυκύτατος* et *ὁμοίως* pro *προσείκελος*. Homerus Odyss. XI, 94 vocarat *μελιηδέα καρπὸν*, quo fruentes socii Ulixis reditus obliti sunt.

ποιεῦνται δὲ ἐκ τοῦ καρποῦ τούτου κ. τ. λ.] Haec non

178 Λωτοφάγων δὲ τὸ παρὰ θάλασσαν ἔχονται Μάχλυες τῷ λωτῷ μὲν καὶ οὗτοι χρεώμενοι, ἀτὰρ ἧσσόν γε τῶν πρότερον λεχθέντων. κατήκουσι δὲ ἐπὶ ποταμὸν μέγαν τῷ οὔνομα Τρίτων ἐστί. ἐκδιδοῖ δὲ

Machlyes, a Lotophagis ad Tritonem fluvium: palus Tritonis, et insula Phla.

---

de eadem loti specie, qua antecedentia, intelligi vult Is. Voss. ad Scylac. pag. 520 T. I Gail., cum illi loti fructus, unde vinosum expresserint succum, maiores fuerint iis, qui in farinae usum cesserint. Neque vero haec Herodoti videtur fuisse sententia, qui unam modo novit arborem, unum eundemque fructum, quem solum comedendo vitam sustentarint et ex quo eodem vini genus quoddam pararint. Cf. Rennel. p. 664.

Cap. CLXXVIII.

Μάχλυες] *Machlyas* novit Plinius H. N. VII, 2, idemque vocabulum, auctore Valcken., restituendum in Nicol. Damasc. narratione apud Stobaeum pag. 292, 50 [T. II p. 226 Gaisf.]. Infra IV, 191 *Μάξυες*, ubi vid. Raoul-Rochette citatum. Diversi quoque *Machlyes* Scytharum gens prope Maeotin, de qua Lucian. in Toxar. §. 45.

κατήκουσι δὲ ἐπὶ ποταμὸν μέγαν, τῷ οὔνομα Τρίτων ἐστί] Scylax pag. 49 Huds. pag. 314 Gail. in Syrti minori memorat insulam *Tritonidem* itemque fluvium Tritonem; quocum conf. Strabo XVII p. 834 s. 1191 C. et Plinius H. N. V, 4: „Ab his (sc. aris Philaenorum, ubi Lotophagi) non procul a continente palus vasta amnem Tritonem nomenque ab eo accipit, Pallantias appellata Callimacho et citra minorem Syrtim esse dicta: a multis vero inter duas Syrtes.“ Plura vid. apud Tzschucke, ad Mel. I, 7, 4 nott. exegg. Vol. III P. I pag. 186, qui discrepantes veterum locos de Tritonidis insula collegit. Add. Müller. Orchom. pag. 355, qui quaecunque de Tritone ac Tritonide per Libyam retulerint veteres, ea ad Boeotiae Tritonem Boeotorumque s. Minyarum ad traditiones efficta statuit. At vide sis Creuz. Symb. II p. 650 not. 333. Nos alia hic sectamur. In lacum Tritonidis ventorum vi cum Argo navis esset delata, consequens est hunc lacum, quem nunc vocari Lowdeah contendunt Shaw, alii, mari s. Syrti minori olim fuisse iunctum brevi quamvis canali (nam eo retulerim τὰ βράχεα apud Herodotum); id quod ab ea, quae nunc est illius regionis, indole prorsus abhorret, cum inter huncce lacum et mare tractus intersit sabulosus aliquot milliarr., in quo omnis aqua continuo perire dicitur; quamquam non desunt indicia, quibus hunc ipsum tractum vel totum vel maxima certe ex parte arenâ adductâ olim aggestum fuisse coniicias ipsumque rivum, quo olim lacus mari fuerit iunctus, arenâ obtectum esse statuas; praesertim cum vel prisco aevo perdifficilem fuisse exitum, ipsa haec

οὗτος ἐς λίμνην μεγάλην Τριτωνίδα· ἐν δὲ αὐτῇ

---

de Argonautis narratio IV, 179 commonstret. Quae cum ita sint, iure quaeras, qui sit fluvius ille *magnus Triton* Herodoto commemoratus, cum nullus hodieque illic reperiatur fluvius, qui *magnus* quodammodo appellari queat. Commemorantur quidem duo rivi, quorum alterum *Kabes* huc refert Shaw; quamquam qui in ipsum mare exit rivulus, lacum minime potuit tangere. In alterum rivum *El Hammah* incidit Rennel. p. 682; qui e complurium rivulorum coniunctione ortus, in ipsa arena perire dicitur. Quocum neutro sanequam convenit *magnus*, qui ab Herodoto appellatur amnis; nisi potius ad ludibria poetarum, qui Argonautarum res carmine celebrarint Libycasque res valde exornarint, hoc retuleris indeque fluxisse statuas Herodotea cum Heeren. Ideen II, 1 p. 36 coll. Mannert. X, 2 p. 164. Nec minorem denique difficultatem insula exhibet *Phla*, quae Shawio videtur esse magna quaedam insula, quae etiamnum in lacu Lowdeah conspicitur; aliis vero, ut Heerenio l. l. ac Rennelio p. 681, nunc illa videtur cum continenti terra, quae inter lacum illum mareque interest, coniuncta. Mannerto X, 2 pag. 166. 168. 178 seqq. insula eadem est, quae vulgo *Meninx* vocatur, Lotophagorum sedes (vid. nott. ad IV, 177), ipseque *Tritonidis lacus* est *Syrtis minor* importuosa, e cuius tortuosis ambagibus vix ac ne vix quidem navigantes se expedire potuerint; ita ut, quaecunque de lacu tradantur, e poetarum ingeniis fluxerint. Atque Schlichthorst. pag. 147, qui de *Tritone amne* Shawii sequitur sententiam, omnia expedita fore existimat, si Herodotum confudisse statuamus *Tritonidis lacum* cum Syrti minori, quae interdum *paludis*, s. *maris Tritonidis* obveniat nomine. In quam sententiam scribit quoque Völcker. Myth. Geogr. I p. 35 videri usque ad Herodotum ipsam Syrtim minorem sub Tritonide fuisse comprehensam. Nobis magis arridet Rennelii atque Heerenii sententia, quâ olim Tritonidem lacum ac Syrtim fuisse iunctum pronuntiamus; ipsamque insulam Phla, ante lacus ostium olim sitam, nunc arenae afflatae et aggestae mole cum ipsa terra plane coaluisse indeque fluvium El Hammah, qui pro Tritone amne habendus, in ea ipsâ interire, cum ob nimiam arenae obiectae copiam ad ipsum lacum pervenire nequeat. Et poterunt in Herodoteis nonnulla sane aliunde, poetarum illorum credo e carminibus, hausta videri, praesertim si ad eas usque regiones ipsum scriptorem vix progressum esse existimemus: de quo conf. nott. ad IV, 168. Verba ἐκδιδοῖ δὲ οὗτος κ. τ. λ. excitat Eustath. ad Dionys. Perieg. 267. Steph. Byz. p. 739.

3 νῆσος ἔνι, τῇ οὔνομα Φλά. ταύτην δὲ τὴν νῆσον
179 Λακεδαιμονίοισί φασι λόγιον εἶναι κτίσαι. Ἔστι
δὲ καὶ ὅδε λόγος λεγόμενος· Ἰήσονα, ἐπεί τέ οἱ
ἐξεργάσθη ὑπὸ τῷ Πηλίῳ ἡ Ἀργώ, ἐσθέμενον ἐς
αὐτὴν ἄλλην τε ἑκατόμβην, καὶ δὴ καὶ τρίποδα
χάλκεον, περιπλώειν Πελοπόννησον, βουλόμενον ἐς 1

Iason ante iter Colchicum Delphos navigans, aquilone abreptus in Libyam in brevia paludis Tritonidis, exeundi rationem doctus a Tritone pretio tripodis

---

τῇ οὔνομα Φλά] Quam insulam perperam confuderunt cum ea, quae in Aegypti finibus sita reperitur Nili insula, *Phile* (de qua vid. supra nott. ad II, 28) indeque hic corrigi voluerunt *Φίλα*. At vid. Parthey. De Philis insul. pag. 70. 71, quem librum cum illa scriberem (Vol. I p. 534) mihi ad manus nondum fuisse doleo.

Cap. CLXXIX.

Ἔστι δὲ καὶ ὅδε λόγος λεγόμενος] Quae verba haud praetermittenda videntur respicienti, quantum studii operaeque Noster in eo posuerit, ut, quae famâ ferrentur, aut a poetis sic tradita exstarent (in quibus enarrandis acquieverunt logographi), ab iis, quae ipse investigando vera expertus esset, seiungeret. De quo conf. nott. ad IV, 173. In ipso fabulae argumento nuper sudavit C. O. Müller. Orchomen. pag. 353, quaecunque hic enarrentur Libyca, ea omnia e Boeotia in Libyam traducta statuens ab illis Minyis, qui per varias rerum vicissitudines in Libyam tandem devenerint eaque sparserint, quibus regionem divinitus quasi in possessionem concessam commonstrarent, et cum Libycis hisce fabulis Argonautarum quoque expeditionem, in qua praecipua Minyum pars, coniunxerint. Nec aliter fere Italus Herodoti interpres haec a Cyrenaeis conficta vult, quibus suum in Libycas regiones imperium divina quasi auctoritate concessum magis stabilirent. Quae cum Herodoti testimonio haudquaquam innitantur, vereor, ut stare possint. Sed haec uberius exponere huius loci non est. Tu cum Herodoteis conf. Apollon. Rhod. IV, 1551 — 1617, haec eadem copiosius enarrantem et in nonnullis ab Herodoto discedentem. Delati autem sunt Argonautae in Libyam, eodem teste Apollonio IV, 1232 cum a vellere aureo acquisito in patriam regrederentur. Suspicatur autem Pach. (Voyage etc. pag. 173) in Phoenicum portum ad Phycuntis promontorium (ubi Hesperidum quoque hortos fuisse vult) appulisse Argonautas, vento in Libyam delatos. — *ὑπὸ τῷ Πηλίῳ*, *sub Pelio*, i. e. *ad Pelii radices.* In verbis sqq. *ἐσθέμενον ἐς αὐτὴν ἄλλην τε ἑκατόμβην* attende vocem *ἄλλος*; de cuius usu Ast. ad Plat. Phaedr. pag. 241 seq. ad Polit. pag. 415. 521. 641 multa excitavit.

καὶ δὴ καὶ τρίποδα χάλκεον] *Tripodem* ad Apollinis sacra potissimum pertinuisse indeque

aerei: fabula de hoc tripode.

Δελφοὺς ἀπικέσθαι· καί μιν, ὡς πλέοντα γενέσθαι κατὰ Μαλέην, ὑπολαβεῖν ἄνεμον βορῆν, καὶ ἀποφέρειν πρὸς τὴν Λιβύην· πρὶν δὲ κατιδέσθαι γῆν, ἐν
2 τοῖσι βράχεσι γενέσθαι λίμνης τῆς Τριτωνίδος. καὶ οἱ ἀπορέοντι τὴν ἐξαγωγὴν λόγος ἐστὶ φανῆναι Τρίτωνα, καὶ κελεύειν τὸν Ἰήσονα ἑωυτῷ δοῦναι τὸν τρίποδα· φάμενόν σφι καὶ τὸν πόρον δέξειν, καὶ
3 ἀπήμονας ἀποστελέειν. πειθομένου δὲ τοῦ Ἰήσονος, οὕτω δὴ τόν τε διέκπλοον τῶν βραχέων δεικνύναι

---

plerumque in Apollinis donariis ac muneribus memorari satis notum. Plura C. O. Müller. in Boettiger. Amalth. T. I p. 120 seqq. Atque hunc ipsum tripodem literis antiquis inscriptum apud Euesperitas esse asservatum testis est Diodor. IV, 56, nec moramur, quod tripodis loco hac in re enarranda *craterem* ponit Lycophron Alex. 887, ubi conf. Tzetz. pag. 859 coll. Apoll. Rhod. IV, 1548 seqq., qui et ipse *tripodem* agnovit.

ὡς πλέοντα γενέσθαι κατὰ Μαλέην] i. e. *quum navigando pervenisset ad Maleam*, promontorium Laconiae, ventorum tempestatumque vi famosissimum, cui nunc nomen *Capo di St. Angelo*. Cf. Mannert. VIII p. 600 seq. et ad locutionem Herod. III, 45: *ἐπεί τε ἐγένοντο ἐν Καρπάθῳ πλέοντες*. Supra I, 82 exstat *Μαλεαί*; quam eandem formam frequentat Strabo I pag. 25 s. 45 B. VIII p. 362 s. 557 C., 558 B. p. 378 s. 580 B. p. 389 s. 597 A. Alii, teste Stephano Byz. p. 531 seq., *Μάλεια* et *Μαλέα*, unde Latinorum *Malea*. De quo cf. Wasse ad Thucyd. VIII, 39, et qui plura attulit Tzschucke ad Pomp. Mel. II, 3, 8 nott. exegg. Vol. III P. II p. 293. — Ad *ἀποφέρειν* conf. IV, 103 ibiq. nott. *Boreae* autem loco in his potius Eurum sive Subsolanum exspectandum fuisse, quo Argo in Tritonidem fuerit compulsa, monet Rennel. p. 681. Ac Boreâ in maiorem potius Syrtim Iasonem oportuit pulsum quam in minorem, ut C. O. Müllero placuit Orchomen. p. 354. At qui omnino in talibus omnia tam accurate ad verum expressa exspectabit? Nec alio pertinere credam, quod Ulixes a Boreâ in mare occidentale detruditur, ubi de Euro, qui una cum Borea navem egerit, cogitandum; conf. Völcker. Homer. Geogr. p. 110 coll. p. 75. 79. — Ad *τὰ βράχεα* cf. II, 102. *Vadorum brevia* habet Mela I, 7, 24 coll. Virgil. Aen. I, 111, ubi Servius: „*brevia* — vadosa dicit, per quae vadi pedibus potest;“ et: „Vada, *τὰ βραχέα*.“ Plurima nunc dabit ad Melae locum Tzschuck. in nott. exegg. p. 184. 185.

τὸν Τρίτωνά σφι, καὶ τὸν τρίποδα θεῖναι ἐν τῷ
ἑωυτοῦ ἱρῷ· ἐπιθεσπίσαντά τε τῷ τρίποδι, καὶ
τοῖσι σὺν Ἰήσονι σημήναντα τὸν πάντα λόγον, ὡς
„ἐπεὰν τὸν τρίποδα κομίσηται τῶν ἐκγόνων τις
τῶν ἐν τῇ Ἀργοῖ συμπλεόντων, τότε ἑκατὸν πό-
λιας οἰκῆσαι περὶ τὴν Τριτωνίδα λίμνην Ἑλληνίδας 360
4 πᾶσαν εἶναι ἀνάγκην.“ ταῦτα ἀκούσαντας τοὺς ἐπι-
180 χωρίους τῶν Λιβύων, κρύψαι τὸν τρίποδα. Τού-
των δὲ ἔχονται τῶν Μαχλύων Αὐσεῖς. οὗτοι δὲ καὶ
οἱ Μάχλυες πέριξ τὴν Τριτωνίδα λίμνην οἰκέουσι·
2 τὸ μέσον δέ σφι οὐρίζει ὁ Τρίτων. καὶ οἱ μὲν Μά-
χλυες τὰ ὀπίσω κομέουσι τῆς κεφαλῆς· οἱ δὲ Αὐ-
3 σεῖς τὰ ἔμπροσθε. Ὁρτῇ δὲ ἐνιαυσίῃ Ἀθηναίης αἱ

Ausenses, contermini Machlyum: dea indigena, Minerva, culta festo anniversario: scutum et galea Graecis ab Aegypto tradita.

ἐπιθεσπίσαντα] idem atque θεσπίσαντα ἐπὶ τῷ τρίποδι, *super s. ex tripode vaticinantem*, ut ait Wesseling.

Cap. CLXXX.

Αὐσεῖς] Olim *Αὐσῆς*, unde Valck. refinxit *Αὐσῆες*. Apud Stephan. Byz. p. 198 *Αὐσεῖς*. Ac prorsus sibi convenire Rennel. negat p. 668 Herodotum, qui IV, 191 *Ausenses* vocet nomadum extremos Maxyesque ab occidente his finitimos, agricolarum primos, sed IV, 186. 187 idem Libycorum nomadum fines ponat ad Tritonidis lacum occidentem versus. Quare modo latiori, modo strictiori sensu ille locutus esse videtur. — „I. R. Pacho in Relat. d'un Voyage dans la Marmarique Cyrenaique etc. Paris 1827 hos *Αὐσεῖς* pro iisdem habet, qui, Synesio teste, seculo quinto et sexto post Chr. n. Cyrenaicam devastarunt *Ausurii* dicti.“ *Cr.* Tu vid. p. XXIX not. 1.

Ὁρτῇ δὲ ἐνιαυσίῃ κ. τ. λ.] Expressit Herodotea Mela I, 7, 27: „Super hunc ingens palus amnem Tritona recipit, ipsa Tritonis: unde et Minervae cognomen inditum est, ut incolae arbitrantur, ibi genitae: faciuntque ei fabulae aliquam fidem, quod quem natalem eius putant, ludicris virginum inter se decertantium celebrant.“ Attigit nuper Herodoteam narrationem C. O. Müller. Orchomen. pag. 355 seqq. (coll. Völcker. Iapet. p. 218 seqq. 226 seqq. Myth. Geogr. I pag. 24 seq. 32 seqq. 36 seq., qui et ipse haec e Graecia in Libyam traducta et a Cyrene Libycas ad gentes advecta opinatur; add. H. G. Brzoska De geogr. myth. Specim. I (Lips. 1831) p. 55. 56, ubi contendit, hanc fabulam de Tritone ac de Tritonide Minerva ex ipsa Boeotia in Libyam translatam esse ad Syrtim minorem itemque puellas Amazones, numinum bellicosorum ministras, ad huius deae cultum

παρθένοι αὐτῶν δίχα διαστᾶσαι μάχονται πρὸς ἀλλήλας λίθοισί τε καὶ ξύλοισι, τῇ αὐθιγενέϊ θεῷ

---

ac sacra proxime pertinentes et ex Boeotia in Libyam a colonis Minyis adductas. Ac nemo quisquam sane in hisce puellarum certaminibus, quas Herodotus hic describit, similitudinem quandam cum Amazonibus earumque pugnis non agnoscet: quales virgines, ubicunque Minervae sacra, ibi reperiri monuimus ad IV, 110. Neque vero quisquam mihi persuadebit, omnia haec ex Boeotia repetenda esse, unde in Orientem aeque atque in Africam, ad Syrtis accolas deducta fuerint. Nam in his ipsis regionibus multo prius quam in Boeotia huius deae sacra floruerunt. Ad Libyam quod attinet, testatur Herodotus, deam indigenam et sacra eius primitiva Graecis a colonis post assumta esse, quae, ipso historiae patre duce, malumus ex Aegypto repetere (ex qua arma quoque puellarum repetit), unde haec omnia ad finitimas Libyae gentes delata fuerint, quam e Graecia, quae vel quadrigarum regundarum artem a Libycis hominibus edocta fuit, teste Herodoto IV, 189. Conf. Mannert. X, 2 pag. 171. Quare Creuzer. Symbol. II pag. 642 seq. cum hisce Libycarum puellarum certaminibus in deae honorem institutis comparat ritus ad Sais lacum celebrari solitos in honorem Isidis-Neith, s. Minervae, neque vix latere posse pronuntiat, quid sibi velint Libycarum puellarum pugnae, ad castitatis specimen exhibendum, si omnino in talibus Amazonum s. virginum institutis notionem castitatis cum bellica fortitudine coniunctam quodammodo repraesentari reputemus eaque omnia ad lunares ac solares religiones, ad quas et ipsa pertinet Pallas Minerva, referamus. Utrobique enim inveniri abstinentiam a viris, utrobique institui certamina certis temporibus solis lunaeque cursu definitis redeuntia. Atque vel Indorum in fabulis istiusmodi commemorari certamina ad castitatem probandam instituta idem Creuzerus observat l. l. p. 645. Quae enim dea est castissima ac purissima lucis imago, eam consentaneum est certaminibus celebrari, quibus virginum castitas aeque ac bellicosa natura probetur. Atque etiam Völcker. Myth. Geogr. I p. 50 contendit Amazonibus Libycis tesseraria quadam ratione repraesentari Palladem Minervam, eiusque virginitatem atque fortitudinem, non alio fere sensu quam quo Asiaticae Amazones referantur ad Ephesiam Dianam. Ac nuper etiam, ut monet *Cr.*, de Palladis Tritonidis religionibus itemque de Amazonibus exposuit O. M. de Stackelberg. in libro: Der Apollotempel zu Bassae in Arcadien pag. 134 seqq.

τῇ αὐθιγενέϊ θεῷ] Unus Florentinus *αὐθιγενέῃ*, San-

λέγουσαι τὰ πάτρια ἀποτελέειν, τὴν Ἀθηναίην κα-
4 λέομεν. τὰς δὲ ἀποθνησκούσας τῶν παρθένων ἐκ
5 τῶν τρωμάτων, ψευδοπαρθένους καλέουσι. πρὶν δὲ
ἀνεῖναι αὐτὰς μάχεσθαι, τάδε ποιεῦσι· κοινῇ παρ-
θένον τὴν καλλιστεύουσαν ἑκάστοτε κοσμήσαντες
κυνῇ τε Κορινθίῃ καὶ πανοπλίῃ Ἑλληνικῇ, καὶ ἐπ'
ἅρμα ἀναβιβάσαντες, περιάγουσι τὴν λίμνην κύ-
6 κλῳ. ὁτέοισι δὲ τὸ πάλαι ἐκόσμεον τὰς παρθένους,
πρὶν ἤ σφι Ἕλληνας παροικισθῆναι, οὐκ ἔχω εἶπαι·
δοκέω δ' ὦν Αἰγυπτίοισι ὅπλοισι κοσμέεσθαι αὐ-
7 τάς. ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτου καὶ τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ
8 κράνος φημὶ ἀπῖχθαι ἐς τοὺς Ἕλληνας. Τὴν δὲ
Ἀθηναίην φασὶ Ποσειδέωνος εἶναι θυγατέρα καὶ

---

crofti liber αὐθιγενεῖ. Cf. nott. ad II, 149. Mox cum recentt. exhibui τῶν παρθένων pro παρθένους, itemque τρωμάτων pro τρωϋμάτων, de quo conf. Struve l. l. Spec. III pag. 2 not. Ad ἀνεῖναι conf. IV, 175 ibiq. nott. — κοσμέεσθαι est *instrui*, ut I, 109. VII, 209. — Ad ὁτέοισι conf. de forma Struve Spec. etc. I pag. 48. 49.

καὶ τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ κράνος κ. τ. λ.] Affert Wessel. Platonis locum e Timaeo p. 24 B., quo sacerdos Aegyptius suae genti scutorum atque hastarum originem tribuit; quod eo magis teneri velim, quo frequentius Aegyptios quidquam in artibus, quod inde ad Graecos fluxerit, habuisse nunc negari video. Utitur Herodoteo loco Vir Illustr. De Minutoli in Itinerar. ad templ. Ammon. pag. 159, arma, quae in templo Iovis Ammonii adhuc repraesentata inveniuntur, recensens atque describens.

Τὴν δὲ Ἀθηναίην φασὶ κ. τ. λ.] Attigit Herodotea Eustath. ad Homer. Il. p. 1216, 47 s. 1296, 38 et ad Dionys. Perieg. 267 coll. Pausan. I, 14 §. 5. Hinc ipsa Minerva, filia nymphae lacus Tritonidis (ita enim intelligo voces: καὶ τῆς Τριτωνίδος λίμνης), dicta vulgo Τριτογένεια, cuius cognominis quae variae afferuntur rationes, indicabunt Heyne ad Apollodor. III, 12, 3 pag. 297. Tzetz. ad Lycophr. 519 pag. 666 seqq. Creuzer. Melett. I pag. 23, qui idem Symbol. II p. 646 de huius fabulae sensu reconditiori disputavit, in quam eandem disquisivit Völcker. l. l. coll. Welcker. Trilog. d. Aeschyl. p. 282 seq. Quae enim hoc loco patre Neptuno matre Tritonide nymphâ nata Iovem adiisse et ab eo adoptata fertur Minerva, eius patrem alii nuncupant *Palladem*,

τῆς Τριτωνίδος λίμνης· καί μιν μεμφθεῖσάν τι τῷ
πατρὶ, δοῦναι ἑωυτὴν τῷ Διΐ· τὸν δὲ Δία ἑωυτοῦ
9 μιν ποιήσασθαι θυγατέρα. ταῦτα μὲν λέγουσι. Μί-
ξιν δὲ ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν ποιέονται, οὔτε συν-
10 οικέοντες, κτηνηδόν τε μισγόμενοι. ἐπεὰν δὲ γυ-
ναικὶ τὸ παιδίον ἁδρὸν γένηται, συμφοιτέουσι ἐς
τὠυτὸ οἱ ἄνδρες τρίτου μηνὸς, καὶ τῷ ἂν οἴκῃ
τῶν ἀνδρῶν τὸ παιδίον, τούτου παῖς νομίζεται.
181 Οὗτοι μὲν οἱ παραθαλάσσιοι τῶν Νομάδων Λι-

---

ipsius virginitati insidiantem ideoque ab ipsa Minerva interfectum. Quem Palladem haud alium esse atque ipsum Neptunum monuit Creuzer; a quo Neptuno ex Tritonide Minervam quod genitam dicunt, hoc priscâ illâ ex doctrina repetendum, quâ Oceanus ac Tethys (i. e. *aqua* et *terra*) omnium rerum ferantur parentes. Minerva autem, quae est ipsius natura ad lunam lucemque lunarem proxime spectans; cum neque ad terram neque ad aquam pertineat, ad Iovis, i. e. Solis igneam vim ac lucidam se confert, et in ea ita acquiescit, ut iam coelestia lumina, et Sol et Luna, coniuncta quodammodo, ut par est, reperiantur. Spectat igitur fabula, reconditiorem eius sensum si sectaris, ad doctrinam cosmogonicam adeoque philosopham de Sole, Luna astrisque nunquam intereuntibus nec suam vim perdentibus igneam lucidamque, quam illibatam atque integram servari maxime est conveniens. Idem *Cr.* nunc haec, quae conferantur, adscripsit: Millingen Ancient unedited Monuments — Vases. Nr. I. Pl. 1. 2. 3 p. 3. Inghirami Monumenti Etruschi ad tab. XXXIII de' Vasi fittili pag. 348.

τὸν δὲ Δία ἑωυτοῦ μιν ποιήσασθαι θυγατέρα] „*Adoptare sibi filium* υἱὸν τινὰ ποιήσασθαι frequens apud Oratores; θυγατέρα ποιήσασθαι, qui praeter Herodotum dixerit, neminem novi, nisi Isaeum p. 84, 12 [p. 274 infra R.] et p. 88 15 [p. 292 R.]. Iunonem permovit adulter υἱοποιήσασθαι τὸν Ἡρακλέα: ridiculum commemorat Diodor. Siculus ritum, quo hoc in coelo fingeretur peractum IV, 39." *Valcken.* Ad verba seqq. μίξιν δὲ ἐπίκοινον κ. τ. λ. conf. nott. ad IV, 172 et ad particulas οὔτε — τε nott. ad IV, 94. Verba τρίτου μηνὸς (*tertio quoque mense*) Schweigh. accipit pro διὰ τρίτου μηνός. Ad οἴκῃ vid. Fischer. ad Weller. III, a. p. 85.

Cap. CLXXXI.

Οὗτοι μὲν οἱ παραθαλάσσιοι — εἰρέαται] Ad locutionem Wessel. confert IV, 196 οὗτοι μέν εἰσι τοὺς ἡμεῖς ἔχομεν Λιβύων ὀνομάσαι. Quae vero ab Herodoto inde a cap. 168 recensentur gentes, eas

βύων εἰρέαται. Ὑπὲρ δὲ τούτων ἐς μεσόγαιαν ἡ θηριώδης ἐστὶ Λιβύη· ὑπὲρ δὲ τῆς θηριώδεος, Supra maritimum Libyae tractum alius belluosus, et supra

omnes maritimas fuisse negat Schlichthorst. pag. 9 not., cum ipse Herodotus hinc eximat Asbystas (170), Garamantes (174) et Gindanes (176). Quae tamen et ipsae nisi mari adsitae fuerint, haud ita procul a mari habitasse putandi erunt. Quae sequuntur inde a cap. 181 — 185, ea egregie illustravit Heeren. Id. II, 1 p. 204 seqq. bene monens, indicari hic viam, quam mercaturae causa qui per Africae deserta peregrinantur, et veterum et nostra aetate terere consueverint per Libyae tractum, qui nunc vocatur Fezzan, ad superiorem Aegyptum atque etiam ad interiores Africae tractus usque, ad Nigri adeo regiones, et quae sunt his proximae; ita ut e Libycis mercatoribus, qui hac ipsa via in Aegyptum devenerint terrestri, haec ipsa in Aegypto edoctum esse Nostrum sit credibile. Qui iter hocce suscipere solent, ii a Thebis Aegyptiacis (quae olim primaria commercii sedes fuisse videtur non aliter atque etiamnum Cairo), profecti per deserta ad Ammonis templum quando pervenerunt, hinc denuo desertorum Barcae partem montesque Haradsch transgressi, in terram Fezzan descendunt: unde ulterius progressi in terris Kashna ac Bornu acquiescunt ac peregrinationis finem faciunt. Quae ipsa cum Herodoteis ita congruere observat Heeren. l. l. pag. 209, ut non nisi in stationibus quibusdam quaedam occurrat diversitas vix illa quidem tollenda, nisi quae eiusdem viri est suspicio (Ideen II, 2 p. 437) duas stationes intermedias ab Herodoto vel prorsus omissas esse statuas vel ipsi non indicatas ab illis mercatoribus, qui consulto, ut videtur, decimo quoque die stationem posuerint. Tu vid. etiam Rennel. l. l. pag. 671 coll. Niebuhr. Verm. Schrift. I pag. 145 seqq.

Ὑπὲρ δὲ τούτων ἐς μεσόγαιαν ἡ θηριώδης ἐστὶ Λιβύη] Haec explicanda sunt ex ea, quam Noster sibi animo finxit, totius Libyae forma ac specie e variis tractibus eandem directionem sequentibus sibique respondentibus compositae. Primus tractus ora continetur septentrionali, quae soli coelique natura non valde dissimilis Europae nunc complectitur septentrionales partes regni Maroccani, Fez, Algeriani, Tunisiani ac Tripolitani vulgoque vocatur *Berberei*, s. etiam *Tell*, i. e. fertilis regio, teste Ritter. Erdk. I p. 897. Sequitur tractus belluosus ἡ θηριώδης Λιβύη (Herod. II, 32), plane desertus, si ab exigua parte a Garamantibus culta discesseris (nunc vocant *Biledulgerid*, i. e. *palmarum terram*); supra quem introrsum extenditur *regio tumulosa* ac *sabulosa*, *Sahara*, maxime arida ac vasta, in qua salis colles; ab huius tertii tractus meridie Nilus delabitur eâdem

hunc tertius tumulosus et sabulosus, a Thebis usque ad columnas Herculis: colles salis denorum dierum itinere distantes, quorum vertices eiaculantur e sale aquam: primi ab Aegypto Am-

ὀφρύη ψάμμης κατήκει, παρατείνουσα ἀπὸ Θηβέων
2 τῶν Αἰγυπτιέων ἐπὶ Ἡρακλη̈ίας στήλας. ἐν δὲ τῇ 50
ὀφρύῃ ταύτῃ μάλιστα διὰ δέκα ἡμερέων ὁδοῦ, ἁλός ἐστι τρύφεα κατὰ χόνδρους μεγάλους ἐν κολωνοῖσι· καὶ ἐν κορυφῇσι ἑκάστου τοῦ κολωνοῦ ἀνακοντίζει ἐκ μέσου τοῦ ἁλὸς ὕδωρ ψυχρὸν καὶ 361

---

directione ab occidente orientem versus usque ad Elephantinen, ubi Aegyptum intrat, cursu ita mutato, ut recta septentrionem tendat. De qua triplici Libyae divisione, quam supra iam attigimus ad II, 32 p. 546 conf. praeterea Schlichthorst. p. 8 seq. Niebuhr. Verm. Schrift. I p. 144. Ideler in Fundgrub. d. Orient. IV p. 394. Quae ultra deserta Sahara extenduntur terrae, eas ad Libyam Herodotus vix referre videtur, qui si quid omnino de his compertum habuerit, ad Aethiopiam retulit.

ὀφρύη ψάμμης κατήκει] i. e. *supra Libyae tractum belluosum porrigitur supercilium* (s. tractus, tumulus) *arenosum, a Thebis Aegyptiacis ad columnas Herculeas pertinens.* Eodem sensu ὀφρύη IV, 182. 185. Apud Polyb. III, 71. ὀφρύς *de loco edito;* plura vid. in Lexic. Polybiano p. 418. Hinc Heeren. l. l. II, 1 p. 9 reddit: *ein Sandstrich;* coll. Ritter. Erdk. I p. 1002. Deserta *Sahara* indicari dudum monuit Rennel. p. 571, nonnullis distincta oasibus, in quibus nomades cum armentis versentur. Add. Heeren. l. l. Ideler in Fundgr. IV pag. 394 seq.

ἁλός ἐστι τρύφεα κατὰ χόνδρους μεγάλους ἐν κολωνοῖσι] i. e. *salis frusta sunt ingentibus grumis in collibus.* Ita Schwgh. Stephanus in ora Herodoti sui appinxerat: *frusta salis veluti grumi magni*, ita ut κατὰ similitudinis significatum assumat, ut II, 10. IV, 23. χόνδροι, ut IV, 185, de quavis massa dicuntur exigua ac rotunda, *granum, grumus;* conf. Aristoph. Acharn. 541 (486 Both.), ubi χόνδρον ἁλός. Accuratissime autem ea, quae hoc loco tradidit Herodotus, cum iis conveniunt, quae recentiori aetate iisdem in regionibus invenit Hornemann., de cuius diario, *Cr.* notante, vid. Götting. Gel. Anz. 1802 nr. 146 p. 1451 sq. Add. qui nuperrime de hoc sale, quo deserta prope Ammonium sunt obtecta, retulit De Minutoli l. l. pag. 174 coll. Ritter. Erdk. I pag. 981, exhibuitque etiam pag. 179 seqq. chemicam huius salis analysin a Iohnio institutam. Quin olim iam magnam eius copiam adeoque famam fuisse illud est documento, quod hoc uno Ammonio sale rex Persarum, cui optima quaeque ex omni terrarum orbe afferebantur, usus esse dicitur. Cf. Athen. II, 74.

ἀνακοντίζει ἐκ μέσου τοῦ ἁλὸς] ἀνακοντίζειν de *aqua prosiliente* dicitur, ut in Callistrat.

3 γλυκύ. περὶ δὲ αὐτὸ ἄνθρωποι οἰκέουσι ἔσχατοι 55
4 πρὸς τῆς ἐρήμου, καὶ ὑπὲρ τῆς θηριώδεος. Πρῶ-
τοι μὲν, ἀπὸ Θηβέων διὰ δέκα ἡμερέων ὁδοῦ, Ἀμ-
μώνιοι, ἔχοντες τὸ ἱρὸν ἀπὸ τοῦ Θηβαιέος Διός·

monii: Iupiter, capite arietino: fons Solis.

Ecphras. Stat. c. 14. Eustath. in Homer. p. 995, 30 s. 990, 45, monente Wesseling., qui Shaw. quoque laudat de salis ubere per hos Libyae tractus copia et causa fertilitatis testantem. Ac recentissimus istarum regionum peregrinator, Minutoli l. l. et ipse observat fontes dulcis aquae prosilientes e solo salinario: id quod Larcher. repetitum voluit e rore, quo sal solutus et dein solis ardore evaporatus fuerit, crystalli naturam formamque deinde assumens. — In seqq. verba πρὸς τῆς ἐρήμου valent: *versus deserta.*

Πρῶτοι μὲν, ἀπὸ Θηβέων διὰ δέκα ἡμερέων ὁδοῦ] Ab Ammonio s. Siwah (cf. II, 32. III, 26 ibique nott.) distant Thebae centum fere milliarr. geogr.; quae decem dierum spatio confici non posse facile intelligitur, cum plerumque quinque ad summum milliaria ab istiusmodi mercatoribus in unum diem consumi soleant; ut potius duplicato *viginti* dierum numero ad haec perficienda opus sit. Itaque unam decem dierum stationem, quae probabiliter in oasi magna fuerit *El Wah* in ipso medio itinere (conf. nott. ad III, 26), omissam videri statuit Heeren. Ideen II, 1 p. 218, cui adstipulatur Ideler. in Fundgr. d. Or. IV pag. 406 seq.

Ἀμμώνιοι] In ea oasi, quae nunc vocatur *Siwah*, Ammonios quaerendos esse supra iam ad II, 32 e Minutolii Itinerario monuimus, coll. Ideler. l. l. IV p. 407 sqq. Mannert. X, 2 p. 52 seqq. Est vero hic cogitandum de civitate, qualis etiamnum esse dicitur, olim satis frequenti, quod catacombae in vicinia sitae ac mumiarum reliquiis repletae ostendunt, regisque imperio subiecta (Her. II, 32. 42), cuius palatium prope vicum Schargieh nunc dirutum exstat, teste Minutoli l. l. pag. 164. 165. 167 coll. Heeren. Id. II, 1 pag. 213 seqq.

τὸ ἱρὸν ἀπὸ τοῦ Θηβαιέος Διός] De forma Θηβαιέος conf. I, 182. Templi Iovis Ammonii adhuc supersunt rudera, ab indigenis vocata *Birbé* (i. e. templum) sive idque frequentius, *Umbeda;* e quibus satis perspicimus haud ingentis molis ambitusve fuisse hanc aedem, cuius structura formaque Aegyptiacis est simillima. Muri integri e lapidibus, parietes intrinsecus atque extrinsecus figuris, signis, notis Hieroglyphicis distincti coloribusque ex parte bene servatis inducti, quae omnia Thebaicis figuris ac notis simillima, ad Iovis cultum Ammonii pertinent; tota denique aedes muro circumdata, quo profani a sacris arcerentur. Accuratissime descripsit Minu-

καὶ γὰρ τὸ ἐν Θήβῃσι, ὡς καὶ πρότερον εἴρηταί
μοι, κριοπρόσωπον τοῦ Διὸς τὤγαλμά ἐστι. τυγχά- 60
νει δὲ καὶ ἄλλο σφι ὕδωρ κρηναῖον ἐόν· τὸ τὸν
μὲν ὄρθρον γίνεται χλιαρὸν, ἀγορῆς δὲ πληθυούσης
ψυχρότερον· μεσαμβρίη τέ ἐστι, καὶ τὸ κάρτα γί-
νεται ψυχρόν· τηνικαῦτα δὲ ἄρδουσι τοὺς κήπους·

---

toli l. l. cap. V pag. 95 seqq. 166. 168 seqq., quem sequuntur Heeren. Ideen II, 1 p. 213 seqq. Ritter. Erdk. I p. 982.

ὡς καὶ πρότερον εἴρηταί μοι] Vid. II, 42.

τυγχάνει δὲ καὶ ἄλλο σφι ὕδωρ κ. τ. λ.] Quae refert Herodotus, ad eum pertinent fontem, quem *Solis* appellant, teste Mela I, 8 init. (ubi plurima attulit Tzschucke nott. exegg. Vol. III P. I p. 205 seq.), qui mox haec subiicit: „fons media nocte fervet, mox et paulatim tepescens, fit luce frigidus: tunc ut sol surgit, ita frigidior subinde: per meridiem maxime riget. Sumit deinde tepores iterum et prima nocte calidus, atque ut illa procedit, ita calidior: rursus cum est media, perfervet.“ Add. Plin. H. N. II, 103 (106). V, 5. Lucret. VI, 849 seq. Ovid. Metamorph. XV, 309. Curtius IV, 7 §. 12. Arrian. Exped. Alex. III, 4. Diodor. Sic. XVII, 50. Antigon. Caryst. 159, ubi vid. Beckmann. p. 205. Quae non praetermisit Minutoli l. l. cap. VIII p. 163 p. 96 (coll. Heeren. Id. II, 1 p. 215. Ritter. Erdk. I p. 983), ubi primus edocuit, fontem, quem mira virtute praeditum celebrarunt veteres, adhuc exstare uno horae quadrante a Iovis Ammonii templo remotum meridiem versus in amoenissimo palmarum luco, ubi exiguum efficiat lacum, quem Plinius l. l. *stagnum* vocat (ita enim recte nunc legitur), tam dilucidum ut ad fundum usque, e quo multae bullulae, ut e lebete ferventi, in altum prosiliunt, cernere liceat. Aquam, noctu calidiorem quam diu, prima luce fumum quendam excitare idem testatur; ita ut fons calidus esse videatur, cuius qui est naturalis calor, diu quidem ob solem nimis ardentem, percipi nequeat. Cum autem Herodoti e verbis iure colligas, praeter hunc Solis fontem, de quo Plinius V, 5, aliam quoque in hac oasi esse aquam, eo refert Heeren. l. l. rivulum, qui e lacu profluens et cum alio fonte ex eadem palmarum sylva exorso coniunctus ad ipsius templi ruinas in paludem demergatur. Ac Plinii locum H. N. in libro secundo ad fontem Solis referri posse negat Marcus p. 170 seq., cum is potius illo loco intelligatur fons, qui ad viam a Gadames ad Germa ducentem reperiatur.

ἀγορῆς δὲ πληθυούσης] Ad locutionem conf. nott. ad II, 173. III, 104, et ad usum particularum τε — καί nott. ad IV, 53.

ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρης ὑπίεται τοῦ ψυχροῦ, ἐς οὗ δύεταί τε ὁ ἥλιος, καὶ τὸ ὕδωρ γίνεται χλιαρόν· ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμὸν ἐς μέσας νύκτας πελάζει· τηνικαῦτα δὲ ζέει ἀμβολάδην·
6 παρέρχονταί τε μέσαι νύκτες, καὶ ψύχεται μέχρι ἐς ἠῶ. ἐπίκλησιν δὲ αὕτη ἡ κρήνη καλέεται Ἡλίου.

182 Μετὰ δὲ Ἀμμωνίους, διὰ τῆς ὀφρύης τῆς ψάμμου, δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων ὁδοῦ, κολωνός τε ἁλός ἐστι ὅμοιος τῷ Ἀμμωνίῳ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἄνθρωποι περὶ αὐτὸν οἰκέουσι· τῷ δὲ χώρῳ τούτῳ οὔ-

Augila, regio palmifera. [c. 172.]

ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρης] i. e. *die ad occasum*, s. *vesperam declinante*, ut III, 104. Ac sol in *vesperam inclinatus* vulgo dicitur κλίνειν, ut monuit Valcken. citans Wetsten. ad Luc. IX, 12.

ὑπίεται τοῦ ψυχροῦ] sc. τὸ ὕδωρ: *remittit aqua de suo frigore*, s. *paulatim frigus minuitur.* Usum verbi ὑφίεσθαι attigit Valcken. ad VII, 162; plura dabit Wyttenbach. Animadverss. ad Plutarch. Moral. I p. 451. Et conf. Herod. I, 156. III, 52. — In seqq. cum recentt. edd. dedi ἐς οὗ, pro ἐς ὅ, ut supra IV, 160. Ad verba ἐπὶ δὲ μᾶλλον conf. nott. ad III, 104.

ἀμβολάδην] Pro ἀναβολάδην (*exaestuando*) a verbo ἀναβάλλειν (*in altum eiicere*) hoc dici notat Schweigh. in Lex. Herod. s. v., ut apud Homer. Il. XXI, 364. Glossa Herodotea exponit καθ' ὑπερβολήν, nec aliter Suidas I p. 136 coll. Eustath. ad Il. p. 1241, 40 et 1331, 12; unde Zeun. ad Viger. p. 372 interpretatur *valde*, *magna vi*, ut ἀμβολαδίς apud Callimach. in Dian. 61. Cr. confert Matthiae Animadverss. in Hymn. Homer. pag. 286. At apud Pindar. Nem. X, 62 ἀμβολάδαν Dissen. recte exposuit *praeludendo*, ab ἀμβολή *praeludium.* Ac denique de ipsa adverbii forma conf. Fischer. ad Weller. I pag. 305. — In seqq. ἐπίκλησιν non aliter atque ὄνομα vocandi verbis additum. Conf. Matth. §. 420 b.

Cap. CLXXXII.

δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων] Ab Ammoniis s. Siwah profectis nunc tredecim dies consumi notant hoc in iter, quod Hornemannus, expeditissimus peregrinator, *novem* absolvit diebus, cum triginta sex dicantur esse milliaria geographica. Arabes scriptores eandem atque Herodotus *decem* dierum mensuram indicant, ex vulgo recepta, ut videtur, sententia, qua decennali numero talia constituta essent. Cf. Heeren. Ideen II, 1 p. 222. Ritter. Erdk. I p. 895. Quod continuo commemoratur salis collis, faciunt huc, quae ad IV, 181 notavimus e Minutolii Diario.

νομα Αὔγιλά ἐστι. ἐς τοῦτον τὸν χῶρον οἱ Νασα-
183 μῶνες ὀπωριεῦντες τοὺς φοίνικας φοιτέουσι. Ἀπὸ δὲ Αὐγίλων, διὰ δέκα ἡμερέων ἀλλέων ὁδοῦ, ἑτε-

Garamantes: ad eos a Lotophagis

Αὔγιλα] Ita plerique libri et hoc loco et IV, 172. Alii *Αἴγιλα*. Apud Plinium V, 4. 8 *Augylae*. Tu conf. Salmas. ad Solin. pag. 292 et Tzschuck. ad Pompon. Mel. I, 8 §. 8 p. 233 Vol. III P. I nott. exegg. Etenim sic dicitur adhuc oasis in mediis desertis optime culta, ubi peregrinantes per deserta quietem recreationemque sumere solent, loci natura indoleque minime nunc mutata. Adhuc quatuor, aut, ut Minutoli vult, duo tantum in hac oasi, quae ad Tripolitanam refertur ditionem, conspiciuntur vici, quorum incolae Arabes partim e commercio partim e largo palmarum proventu victitant. Plura Schlichthorst. l. l. pag. 155. Mannert. X, 2 pag. 181. Minutoli l. l. pag. 172 seq. Heeren. Id. II, 1 pag. 221 seq. Ritter. Erdk. I pag. 986. Ideler. Fundgr. d. Or. IV pag. 398. Add. recentissimum peregrinatorem Pacho in: Voyage dans la Marmarique etc. p. 272 seqq. 277. p. 280, ubi Herodoti testimonium cum iis, quae adhuc ibi reperiuntur, accurate convenire affirmat. Namque adhuc locus palmis abundans, aquam unico e fonte, cui nomen Sibilleh, provenientem praebet unicumque collem in tam ampla planitie, salinarium plane ut Ammonios colles.

ἐς τοῦτον τὸν χῶρον οἱ Νασαμῶνες ὀπωριεῦντες κ. τ. λ.] Eadem IV, 172. Quemadmodum enim Nasamones, Syrtis accolae haec in loca cessisse narrentur palmulas collecturi, ita etiamnum iisdem e locis, quibus Bengasi nomen, Arabes discedere Augila, ubi frumentum exponant incolisque vendant, observat Heeren. II, 2 p. 222. Quo eodem monente adhuc forum illic magnaque palmularum et copia et praestantia, unde amplum commercium, cum duplex earum quoque anno proventus. Ex aliorum diariis refert Rennel. l. l. pag. 656, palmas planitiei Gegabib, quae ab Augilis ad occasum iacet quinque dierum itinere remota, a gente, quae ad oram Derna habitat, colligi, more satis cum Herodoteis congruente.

Cap. CLXXXIII.

διὰ δέκα ἡμερέων] Plinio teste H. N. IV, 4 *duodecim* sunt dies; quod verius habet Mannert. X, 2 p. 181. Equidem utrumque numerum probabiliter tantum sumi, cum Rennelio malim statuere p. 657. At maior exoritur difficultas, cum quod inter Augila et Garamantum terram (i. e. Fezzan) interest spatium, nimium sanequam perhibeatur, quam quod decem dierum spatio confici queat, cum vel Hornemannus ille, quem expeditissimum modo diximus peregrinatorem, sedecim dies citato cursu insumserit us-

ρος ἁλὸς κολωνὸς, καὶ ὕδωρ, καὶ φοίνικες καρποφόροι πολλοὶ, κατάπερ καὶ ἐν τοῖσι ἑτέροισι· καὶ ἄνθρωποι οἰκέουσι ἐν αὐτῷ, τοῖσι οὔνομα Γαράμαντές ἐστι ἔθνος μέγα ἰσχυρῶς· οἳ ἐπὶ τὸν ἅλα γῆν ἐπιφορέοντες, οὕτω σπείρουσι· συντομώτατον δ' ἐστὶ ἐς τοὺς Λωτοφάγους, ἐκ τῶν τριήκοντα
2 ἡμερέων ἐς αὐτοὺς ὁδός ἐστι· ἐν τοῖσι καὶ

iter brevissimum dierum XXX: boves retro pascentes: pernicitas Troglodytarum Aethiopum, quos Garamantes quadrigis capiunt.

---

que ad fines regionis Fezzan, a quibus uno diei intervallo distat Zuila urbs, a qua inde usque ad Augila viginti dierum iter esse Arabum geographi affirmant. Itaque hoc loco idem, quod supra IV, 181, obtinere videtur malimque credere unam stationem intermediam ab Herodoto omissam videri, probabiliter in loco Zala, qui ab Augilis et Zuila aeque remotus fertur decem dierum itinere. Conf. Heeren. Ideen II, 2 pag. 226 coll. Niebuhr. Vermischt. Schrift. I pag. 146.

Γαράμαντες] Alios esse atque eos, qui IV, 183 memorantur iam monuimus. Qui hoc loco commemorantur *Garamantes*, eos vix dubium est incoluisse regionem, quae olim *Phazania* vocabatur, nunc *Fezzan;* in qua olim *Germa*, urbs primaria, in cuius locum nunc cessit nonnihil remota *Zuila* urbs, quae ex Aegypto profectis fertur esse statio ac mansio, florens commercio, quod inde per omnem Africam interiorem instituitur. Ac prope Zuila aquae dulcis fontes esse affirmant salisque etiam campos multum extensos. Accurate descripsit regionem Ritter. Erdk. I p. 989 coll. Rennel. 657. Heeren. II, 1 p. 223 seq. 238 Mannert. X, 2 p. 184. 574 seqq. 585. Quibuscum confer sis, quae ad Pompon. Mel. I, 8, 7 pag. 227 seq. nott. exegg. Vol. III P. I adnotavit Tzschuck.

οἳ — οὕτω σπείρουσι] Salem probabile est fimi loco adhiberi in regione alias valde sterili atque arenosa, quae non nisi multo fimo adducto fertilis reddi possit. Cf. Heeren. Ideen. II, 2 pag. 229.

συντομώτατον δ' ἐστὶ ἐς τοὺς Λωτοφάγους] i. e. *brevissima a Garamantibus est via ad Lotophagos triginta dierum.* Lotophagos novimus (vid. nott. ad IV, 177) ad Syrtim minorem prope Tripolin, quae nunc vocatur habitasse. A qua urbe quae via per deserta ducit ad Fezzan, eam hic intelligi recte statuere videtur Heeren. Id. II, 2 pag. 234 seqq. singulas stationes itineris accurate indicans, quod nostra memoria Lyon, Anglus homo, triginta sex diebus, quorum sex quieti dederit, confecisse dicitur; id quod cum Herodoteis congruere patet. Add. Mannert. X, 2 p. 574. Niebuhr. l. l. p. 147.

οἱ ὀπισθονόμοι βόες γίνονται· ὀπισθονόμοι δὲ διὰ
τόδε εἰσί· τὰ κέρεα ἔχουσι κεκυφότα ἐς τὸ ἔμπροσθε·
3 διὰ τοῦτο ὀπίσω ἀναχωρέοντες, νέμονται· ἐς γὰρ τὸ
ἔμπροσθε οὐκ οἷοί τέ εἰσι, προεμβαλλόντων ἐς τὴν
4 γῆν τῶν κερέων· ἄλλο δὲ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν
ἄλλων βοῶν ὅτι μὴ τοῦτο, καὶ τὸ δέρμα ἐς παχύ-
5 τητά τε καὶ τρῖψιν. Οἱ Γαράμαντες δὲ οὗτοι τοὺς 362
Τρωγλοδύτας Αἰθίοπας θηρεύουσι τοῖσι τεθρίπ-

οἱ ὀπισθονόμοι βόες] Respexit Mela I, 8, 45: „Apud Garamantes iam armenta sunt, eaque obliqua cervice pascuntur, nam pronis directa in humum cornua officiunt;" ubi vid. Tzschuckii nott. in nott. exegg. Vol. III P. I. p. 231. Plinius H. N. VIII (70) 45: „Boves animalium soli et retro ambulantes pascuntur; apud Garamantas quidem haud aliter" coll. VIII (15) 16, ubi de achli animali in Scandinavia (de *alce cervo* probabiliter agitur), „labrum ei superius praegrande: ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens involvatur." Ac plura de bubus in pascendo retrogradientibus enarrarat Alexander Myndensis, teste Athen. V, 20 [64] p. 221 E., quocum conf. Aelian. N. A. XVI, 33. Aristotel. De part. anim. II, 17 (p. 45 ed. Francof.). Quae nunc in illis regionibus memorantur boum genera, ad Herodoti boves cum minime conveniant, scite illud affert Heeren. Ideen. II, 1 p. 230, apud Africae gentes nomadas boum cornua flectendo haud raro ita transformari, ut alterum cornu retrorsum, alterum antrorsum inflexum compareat; cuiusmodi boves repraesentatas inveniri in monumentis Nubiensibus. — Ad formam *κέρεα* conf. Matth. Gr. Gr. pag. 186. Add. Herod. IV, 191. 192. Ad loquendi genus *ὀπίσω ἀναχωρεῖν* conf. citata ad III, 16 et ad *ὅτι μὴ* nott. ad III, 155, ne plura.

καὶ τὸ δέρμα ἐς παχύτητά τε καὶ τρῖψιν] *τρῖψιν* Valla reddit *duritiem*; Wesseling. *attritum*, *frictionemque*, ut in Polyaen. IV, 1, 7. Schneider. in Lex. Gr. de firmitate ac duritie accipit, itemque Schwgh., qui in versione *duritiem* retinuit, eam intelligens firmitatem, quae attritui frictionique diutissime resistat. Ac laudant in Africae bubus eximiam cutis crassitudinem ac duritiem, teste Heeren. Ideen. II, 1 p. 231.

Οἱ Γαράμαντες — τοῖσι τεθρίπποισι] *Aethiopes* pro Nigris habet Heeren. l. l. coll. p. 316, qui in montium vicinorum habitarint antris, Garamantum, qui homines inde rapere studuerint, incursionibus vexati. Quin etiamnum similia de his tractibus, eorumque incolis traduntur. — Quod ad *quadriga-*

ποιοι. οἱ γὰρ Τρωγλοδύται Αἰθίοπες πόδας τάχιστοι ἀνθρώπων πάντων εἰσὶ, τῶν ἡμεῖς πέρι λόγους ἀποφερομένους ἀκούομεν. σιτέονται δὲ οἱ Τρωγλοδύται ὄφις καὶ σαύρας, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἑρπετῶν. γλῶσσαν δὲ οὐδεμιῇ ἄλλῃ παρομοίην νενομίκασι, ἀλλὰ τετρίγασι, κατάπερ αἱ νυκτερίδες.

184 Ἀπὸ δὲ Γαραμάντων δι᾽ ἄλλέων δέκα ἡμερέων ὁδοῦ, ἄλλος ἁλός τε κολωνὸς, καὶ ὕδωρ· καὶ ἄνθρωποι περὶ αὐτὸν οἰκέουσι, τοῖσι οὔνομά ἐστι

Atrantes: horum nemini cuiquam proprium nomen: solem exsecrantur: Atlantes, in quo-

---

rum usum attinet, cf. IV, 193 coll. 170 (ibique nott.). 189. His enim mature operam dedisse videntur Libyae septentrionalis gentes, quae vel Carthaginienses armatorum curruum edocuerunt usum, nisi hi potius a Phoenicibus talia acceperint. Vid. Heeren. l. l. p. 265 coll. Völcker. Iapet. pag. 220 not. 278. Quin ipsos apud Aegyptios currus bellico usui destinati reperiuntur, *bigae* plerumque, rarius *quadrigae*, quae apud Homerum quoque rarius occurrunt. Tu vide copiose de his exponentem Minutoli Abhandll. Vermischt. Inhalts II, 1 p. 129 seqq. 139. seq. Schulzeitung 1832 nr. 19 p. 150 not. 116.

τῶν ἡμεῖς πέρι λόγους ἀποφερομένους ἀκούομεν] i. e. *de quibus nos audimus sermones relatos*, s. *quorum ad nos fama pervenit.* In seqq. σαύρας cum Gaisf. retinui, addicente Eustath. ad Dionys. Perieg. 180. Schwgh. e nonnullis libris refinxit σαύρους. Ac sane videntur Graeci dixisse σαῦρος et σαῦρα. Attigit Weichert De Laevio Poet. §. 8 (Poett. Latt. Reliqq. pag. 52), ubi citat Kiessling. ad Theocritt. Idyll. II, 58 pag. 80. Tu conf. nott. ad Herod. IV, 192.

γλῶσσαν δὲ οὐδεμιῇ ἄλλῃ κ. τ. λ.] Facit huc Melae locus I, 8, 45: „Troglodytae, nullarum opum domini, *strident* magis quam loquuntur, specus subeunt, aluntu rque serpentibus.“ Ubi Tu confer sis Tzschucke in nott. exegg. p. 228. Vol. III P. I. Ac Plinius quoque H. N. V, 8 Troglodytis *stridorem* tribuit, non vocem; ubi L. Marcus pag. 190 Arabis dictum affert, linguam hominum Fellatah aeque atque Anglorum similem esse avium stridori. Nec aliter Nigrorum istorum linguam avium stridori similem aliis visam et dictam esse ex Hornemannii Diario enotat Heeren. Id. II, 1 p. 232. Ad νενομίκασι conf. I, 131. 142 ibiq. nott. IV, 191; ad τετρίγασι nott. ad III, 110 et Aelian. N. A. IV, 41 ibique Iacobs. p. 229. VII, 8 ibiq. Iacobs pag. 251.

rum confinio mons Atlas, columna caeli.

Ἀτάραντες· οἳ ἀνώνυμοί εἰσι μοῦνοι ἀνθρώπων
2 τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. ἁλέσι μὲν γάρ σφί ἐστι Ἀτάραν-
τες οὔνομα, ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ αὐτῶν οὔνομα οὐδὲν
3 κέεται. οὗτοι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρέωνται,

Cap. CLXXXIV.

Ἀτάραντες] Omnes libri Ἄτλαντες, quod cum stare nequeat, Salmas. in Solin. p. 292 emendavit Ἀτάραντες Rhiani e verbis apud Eustath. in Dionys. Perieg. 66 coll. Stobaeo T. XLIV p. 293 T. II pag. 226 seq. Gaisf. et Orell. Supplem. nott. in Nicol. Damascen. pag. 78; quae emendatio cum et Valckenaerio et aliis satis probata esset, nos cum edd. recentt. eam recepimus. Eosdem atque *Hammanientes* apud Plin. H. N. V, 5 esse ponit Rennel. p. 672. At pertinent potius huc, quae de *Atlantibus* idem Plinius, ex Herodoto, opinor, enarrat, H. N. V, 8 coll. Mel. I, 8 §. 5, ubi vid. Tzschucke in nott. exegg. Vol. III P. I pag. 224. Add. Castiglioni (Mémoir. geogr. et numism. sur l. part. oriental. de la Barbar. 1826 Paris, quem librum novimus ex Iahnii Annall. VIII s. III, 2 p. 282) qui Atlantes et Atarantes eosdem esse contendit, vocum diversitate orta ex diverso pronuntiandi modo. Heerenio (Ideen II, 1 p. 239) Atarantum gens videtur collocanda in regione prope Tegerry, quae est extrema urbs terrae Fezzan sub 24°, 4′ latitud. boreal., ubi, qui deserta permeantes a Bornu s. a Sudan advenerint, quietem ac recreationem soleant capere. Ipsa regio parum culta dicitur, aqua sale corrupta. Quod intervallum est a Zuila urbe, s. a Garamantum regione, id bene octo diebus confici posse idem observat Heeren.

οἳ ἀνώνυμοί εἰσι μοῦνοι κ. τ. λ.] Eadem Plinius l. l. Mela I, 8, 43. Eustathius l. l. (coll. ad Odyss. ϑ′ p. 1609 s. 327, 41) Stobaeus l. l. Eadem apud incolas regionis Bornu hoc in tractu interioris Africae obtinere scribit, teste Heeren. II, 1 p. 240 seq., Leo Africanus eam subiiciens causam, quod singuli a sua quique indole v. c. a longitudine, crassitudine, aliis, cognomina inveniant. Quibus addit L. Marcus (ad Plinii locum) similem morem, teste Salt Anglo peregrinatore, inveniri apud quasdam Nigrorum tribus ab occidente et meridie Abyssiniae habitantes; itemque apud quasdam gentes insulae Taprobanes et ad Gangis Indique ripas.

οὗτοι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρέωνται] i e. *Solem capitibus ipsorum imminentem exsecrantur.* Ita Schweigh. At monente Salmas. ad Solin. p. 292 ambigue haec quodammodo sunt dicta, cum sol supra hemisphaerium se exserens et ostendens ὑπερβάλλων dici queat, nec minus, quando super ipsos homines transit et cursum suum

καὶ πρὸς τούτοισι πάντα τὰ αἰσχρὰ λοιδορέονται, 1
ὅτι σφέας καίων ἐπιτρίβει, αὐτούς τε τοὺς ἀνθρώ-
4 πους, καὶ τὴν χώρην αὐτῶν. Μετὰ δὲ, δι' ἀλλέων
δέκα ἡμερέων ὁδοῦ, ἄλλος κολωνὸς ἁλὸς, καὶ ὕδωρ,
καὶ ἄνθρωποι περὶ αὐτὸν οἰκέουσι. ἔχεται δὲ τοῦ 5
ἁλὸς τούτου οὖρος, τῷ οὔνομά ἐστι Ἄτλας· ἔστι

---

conficit. Apud Eustath. l. l. pro ὑπερβάλλοντι exstat ὑπερβαλλόντως, male, ut videtur Is. Vossio ad Melae locum I, 8, 42 („Atlantes Solem execrantur et dum oritur et dum occidit, ut ipsis agrisque pestiferum"), qui id ipsum: τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι, quod Grammatici exponunt ὑπερβαίνοντι, cuiusque loco Damascenus ponit ἀνίσχοντι, quodque Mela reddit: „*dum oritur et occidit*" minus bene intelligi putat de sole, quamdiu supra ipsos sit, sed potius de sole *superantissimo*, ut apud Lucretium [V, 395] *superantior ignis* i. e. *vehementissimus:* et apud Gell. N. Att. III, 2 *Sol magnus.* Ac talia omnino ex ea, quae Herodoti fuit sententia de terrae forma explicanda. Conf. nott. ad III, 104. IV, 36. Ad argumentum loci praeter Melae ac Plinii l. l. facit, Heerenio teste l. l., Leo Africanus idem de incolis terrae Bornu referens, quod Herodotus de Atarantibus. Valcken. *de malis precibus verbisque impiis in Solem iactis* confert Strabon. XVII pag. 822 s. 1178 A Diodor. III [8] p. 179 A.

Μετὰ δὲ, δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων ὁδοῦ] Media in via, quae ad Bornu ducat, intra Murzuk, (quae capitalis est urbs terrae Fezzan) et Lari, (quae in confiniis terrae Bornu est sita), ubi iacet *Bilma*, quae gentis Tibba praecipua fertur sedes, Herodoti *Atlantes* poni vult Heeren. Ideen II, 1 p. 242 seq. Quae regio a loco Tegerry, ubi sedes Atarantum, cum distet duodeviginti dierum itinere (qui solito scil. breviores, ad duodecim sive tredecim possint revocari, his si addantur octo dies viae, quae a Garamantibus ad Atarantes ducat, idem existit, auctore Heerenio, viginti dierum iter, quod a Garamantibus usque ad Atlantes Herodoti ex mente debeat supputari.

ἔχεται δὲ τοῦ ἁλὸς τούτου οὖρος, τῷ οὔνομα ἐστι Ἄτλας] Quod Heerenius l. l. ad Bilmae regionem, teste recentiore peregrinatore valde montosam salisque divitem, cuius maximum ibi commercium cum Nigris, relatum vult. Mihi illud videtur adversari, quod Atlas mons haud quaquam Atarantum atque Garamantum a meridie, sed potius ab occidente quaeri debet. Namque *Atlanté* hic indicari putem eum montium tractum, qui Libyam mediam dissecans fertilem oram a regione

δὲ στεινὸν καὶ κυκλοτερὲς πάντη· ὑψηλὸν δὲ οὕτω

Biledulgerid separans ab oriente occasum versus ad mare usque porrigitur, ubi potissimum ii montes altissimi niveque perpetua tecti in regno Maroccano, qui nunc sub nomine *Daran* (Nos: *hoher Atlas*) cogniti sunt, ab Herodoto indicari videntur. De quo vid. Ritter. Erdk. I p. 886 seqq. 888. 893. 894 coll. Mannert. X, 2 pag. 177 et Tzschuck. allata ad Mel. III, 10 §. 1 pag. 408 — 411 nott. exegg. Vol. III P. III. Neque non convenit, *columnam coeli* montem vocari, si ipsius montis formam reputes ac speciem, quam ille, anguste in altam exsurgens apicem, eminus advenientibus praebeat columnae ad instar, quae coelum sanequam attingere idque quasi sustinere videatur. Vid. Ritter. Erdk. I pag. 894. Nec aliter Aetna Pindaro (Pyth. I, 36) *κίων οὐρανία νιφόεσσα* vocatur. Videtur autem Herodotus, dum haec scribebat: *τοῦτο τὸν κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι οἱ ἐπιχώριοι εἶναι* respexisse ad ea, quae a Poetis tradita vulgo ferebantur de *Atlante*, ad cosmographiam ac mythologiam potius spectante, quam ad geographiam: quaeque etiam ad artem traducta esse accepimus. Namque *Atlantem* nemo nescit iam ab Homero praedicari (Odyss. I, 52 seqq.), aliis, quos ad Homeri locum dudum attulit Clarke; ut qui maris norit profunditates coelique sustineat columnas, quae terram coelumque disterminant. Qui idem Atlas, ut Aeschylus canit in Prometh. 349 (357 Blomf. coll. Virg. Aen. IV, 247) *πρὸς ἑσπέρους τόπους ἕστηκε κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς ὤμοιν ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον*; ubi quod Blomfield. proposuit: *κίων οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς, ὤμοιν ἐρείδων ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον*, ideo displicet, quod Aeschylum ad Homeri traditionem accessisse credam; quamquam nuper admodum Blomfieldii lectionem placuisse video viro docto, qui de Atlante eiusque notionibus cosmographicis accuratissime disseruit, Letronne in Férussac Bullet. d. scienc. histor. Fevr. 1831 pag. 141. Namque recte videtur monere Völcker. Iapet. pag. 57 seqq. coll. 54. 65 seq. Homer. Geogr. pag. 101 coll. pag. 19, utroque loco et Homerico et Aeschyleo, aliisque (v. c. Hesiod. Theog. 517 seq. 746 seqq. coll. Op. et D. 381) Atlantem haud quaquam perhiberi montem, sed hominem quasi baiulum, qui in extremis terrae finibus collocatus longas columnas coelum terramque disterminantes sustineat (ne scil. collabantur) coelumque quodammodo fulciat. Quin ipsum coelum ac terram, nec tantum columnas, ferre dicebatur Atlas; vid. Pausan. V, 11 §. 2. V, 18 §. 1 coll. VI, 19, 5 et II, 10, 4. Apollodor. I, 2, 3 coll. Hesiod. Theog. 517. Has vero columnas, quo magis occidentem

δή τι λέγεται, ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι· οὐδέκοτε γὰρ αὐτὰς ἀπολείπειν νέφεα, οὔτε θέρεος, οὔτε χειμῶνος. τοῦτο τὸν κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι οἱ ἐπιχώριοι εἶναι. ἐπὶ τού-

---

versus progressi fuerint, eo ulterius ad occasum promotas esse statuit Völcker. tandemque hominis in locum successisse montem, quem altissimum in his regionibus occidentalibus iam cognoverint et in quem iam transtulerint quaecunque de Atlante poetae antea commenti essent quaeque fama recepta vulgo traderentur. Quin inde factum esse ille existimat, (Myth. Geogr. pag. 50) ut ipse *Atlas* a terrae occidentalis terminis iam magis magisque ad terras magis notas Syrtesque admoveretur montesque ibi conspicui iique altissimi *Atlantis* nomine insignirentur. Nec alio fere modo Letronne l. l. Atlante primitus notionem quandam cosmographicam contendit esse indicatam; dein vero Atlantem ex homine in montem esse conversum, qui tamen prioris conditionis ac naturae vestigia quaedam retinuerit. At multum, opinor, abest, ut fabulam de Atlante, qualis apud Homerum, aliosque poetas reperitur tradita, ante accuratiorem Atlantis, montis Libyci, cognitionem ortam esse statuamus, quam ipsam sine ulla montis in extrema Libya inque terminis fere occidentalibus orbis terrarum collocati notitia fingi potuisse negamus, immo ex obscura tantum montis notione neque vero ab ipsa natura abhorrente fluxisse credam, quae de Atlante apud poetas tradita adeoque explicata et exornata reperiantur. Neque illud abhorret, quod montes omnino coeli columnas dicere iam ausus est Hiobus XXVI, 11. Conf. Vir. doct. in Annall. Heidelbb. 1827 nr. 20 p. 319 seq. in censura libri, qui inscribitur Quaestiones Atlanticae, auctore Ruckstuhl. Confluent 1826. Ubi etiam plura de ipso montis nomine, quod plerique ducunt ab ᾱ et τλάω. De quo nunc quaerere non vacat. Vid. Döderlein. Commentat. de alpha Graecorr. intensiv. p. 20; ne plura.

οὐδέκοτε γὰρ αὐτὰς ἀπολείπειν] ἀπολείπειν quod proprie valet *verlassen*, inde assumere notionem *ausgehen* statuit Werfer. in Actt. phill. Monacc. I p. 86. 272. Quare non opus ἐπιλείπειν, quod Eustathius habet l. l. De multa in his montibus nive eaque perpetua fere monuit Ritter. Erdk. I p. 893 et 894. — In proxime antecedd. ad οὕτω δή τι conf. III, 120. IV, 28. In seqq. ante κίονα cum recentt. inseruimus articulum τὸν vulgo omissum, quoniam, quae vulgo foeminino profertur genere vocula, ea et masculino genere usurpatur; de quo vid. Fischer. ad Weller. I pag. 383 et conf. Herod. I, 92.

ἐπὶ τούτου τοῦ οὔρεος — ἐπώνυμοι ἐγένοντο] i. e. *ab*

του τοῦ οὔρεος οἱ ἄνθρωποι οὗτοι ἐπώνυμοι ἐγένοντο· καλέονται γὰρ δὴ Ἄτλαντες. λέγονται δὲ οὔτε ἔμψυχον οὐδὲν σιτέεσθαι, οὔτε ἐνύπνια ὁρᾷν.

185 Μέχρι μὲν δὴ τῶν Ἀτλάντων τούτων, ἔχω τὰ οὐνόματα τῶν ἐν τῇ ὀφρύῃ κατοικημένων καταλέξαι· 2 τὸ δ' ἀπὸ τούτων, οὐκέτι. διήκει δ' ὦν ἡ ὀφρύη μέχρι Ἡρακληΐων στηλέων, καὶ τὸ ἔξω τουτέων· ἔστι δὲ ἁλός τε μέταλλον ἐν αὐτῇ διὰ δέκα ἡμε-

Nomina populorum post Atlantes occasum versus, ignota: fodinae salis albi et purpurei distantes itinere denorum dierum: aqua caelestis

---

hoc monte nomen illi traxere homines Atlantes. Ubi vox ἐπώνυμος, cui simplex vulgo adstruitur genitivus (cf. II, 112 fin.) praepositionem ἐπὶ assumit eo, opinor, ex loquendi genere, de quo diximus ad IV, 45. In proxime sequentibus voculam δὴ quatuor omittunt libri, minime meâ quidem sententia eiiciendam. Infra IV, 187: οἱ γὰρ δὴ τῶν Λιβύων νομάδες κ. τ. λ.

οὔτε ἔμψυχον οὐδὲν σιτέεσθαι, οὔτε ἐνύπνια ὁρᾷν] Eadem et Plinius l. l. (qui Atlantibus ea quoque tribuit, quae de Atarantibus Noster narraverat) et Mela l. l. Tangit quoque, teste Wesselingio, Tertull. De anima cap. 49. Tu add. Ammian. Marcell. XV, 3 §. 6 ibique Lindenbrog. pag. 114 Wagner. T. II.

Cap. CLXXXV.

Μέχρι μὲν δὴ τῶν Ἀτλάντων τούτων κ. τ. λ.] Cum mercatores, a quibus sua accepit Herodotus, non ultra sedes Atlantum, id est regionem Bilma, ad quam salis emendi causa profecti erant per deserta, progressi fuerint, necesse esse ait Heeren. Id. II, 1 p. 243 in his finiri Herodoti quoque narrationem. Nobis aliter videri de sedibus Atlantum iam supra indicavimus; hoc vero loco afferamus L. Marcum, qui ad Plin. l. l. pag. 174 et ipse contendit viam ab Herodoto indicatam cap. 181 — 185 minime meridiem versus spectasse, sed occidentem versus eas ad regiones, unde lapides pretiosos petierint, nunc cognitas nomine *Gir* s. *Girgir*, *Niger* s. *Usargala Montisque Atri.*

ἔστι δὲ ἁλός τε μέταλλον] Pro ἔστι δὲ duo libri ἐν δέ, ut II, 171. At praestat vulgata. Intelligitur autem h. l. *salis fodina*, bene distinguenda a *salis colle* (ἁλὸς κολωνός), neque, ut observat Heeren. l. l. p. 244 not., pertinens ad viam tritam peregrinantium, a qua potius introrsum decem dierum itinere remota sit collocanda. Qui idem p. 245 affert Leonem Africanum de magnis salis fodinis, quae prope Tegasa mediis in desertis viginti dierum itinere a Tombuctu remotae sint, scribentem. Itaque salis domos, quas Herodotus mox commemorat, ad casas Idem refert in introitu fodinarum ab iis, qui ibi opus fa-

3 ρέων ὁδοῦ, καὶ ἄνθρωποι οἰκέοντες. τὰ δὲ οἰκία τούτοισι πᾶσι ἐκ τῶν ἁλίνων χόνδρων οἰκοδομέαται. ταῦτα γὰρ ἤδη τῆς Λιβύης ἄνομβρά ἐστι· οὐ γὰρ ἂν ἠδυνέατο μένειν οἱ τοῖχοι ἐόντες ἅλινοι, εἰ ὗε. ὁ δὲ ἅλς αὐτόθι καὶ λευκὸς καὶ πορφύρεος τὸ
4 εἶδος ὀρύσσεται. Ὑπὲρ δὲ τῆς ὀφρύης ταύτης, τὸ πρὸς νότον καὶ μεσόγαιαν τῆς Λιβύης, ἐρῆμος καὶ ἄνυδρος καὶ ἄθηρος καὶ ἄνομβρος καὶ ἄξυλός ἐστι ἡ χώρη· καὶ ἰκμάδος ἐστὶ ἐν αὐτῇ οὐδέν.

nulla. Supra hunc tertium Libyae tractum vastitas.

186 Οὕτω μὲν μέχρι τῆς Τριτωνίδος λίμνης ἀπ' Αἰγύπτου νομάδες εἰσὶ κρεοφάγοι τε καὶ γαλακτοπόται Λίβυες· καὶ θηλέων τε βοῶν οὔ τι γευό-

Inter Aegyptum et paludem Tritonidem Libyes Nomades: abstinent esu vaccarum, nec sues

---

ciunt, exstructas, viles illas quidem et humiles, teste eodem Leone. Facit huc Plinius De Hammanientibus scribens H. N. V, 5: „domos sale montibus suis exciso, ceu lapide construunt.“ Gerrhaeorum *ἁλίνας οἰκίας* sive aedes e sale structas memorat Strabo XVI pag. 766 B. s. 1110 C. Rennelius ad hunc de aedibus sale constructis locum, quem perperam p. 660 ad Garamantes retulit itemque p. 672 ad Atarantes, quos in oasi Gadamis habitare suspicatur, affert Shawii testimonium, intra Tripolin ac Mauretaniam salis reperiri colles lacusque, ipsumque solum gravidum, e quo multi salis fontes prosiliant; eumque salem valde durum esse ac firmum lapidis ad instar et rubri fere coloris; album vero eum, qui de montibus defluat, nivis ad instar et amaritudine carentem omni. De quo sale Italus interpres affert locum ex Alexandr. Itinerar. nuper detecto §. 52.

ταῦτα γὰρ ἤδη τῆς Λιβύης ἄνομβρά ἐστι] Verissime haec tradi monemur, cum in hisce regionibus inde a Syrti minori nullae prorsus decidant imbres. Conf. Rennel. pag. 671 seq. Ritter Erdk. I pag. 1026. — Ad verba *τὸ πρὸς νότον καὶ μεσόγαιαν* conf. Matth. Gr. Gr. §. 437 not. 4 pag. 818. Mox scripsi *ἐρῆμος* pro *ἔρημος*, ut IV, 18.

Cap. CLXXXVI.

εἰσὶ κρεοφάγοι τε καὶ γαλακτοπόται] Idem de Scythis Hippocrat. De aer. aq. et locc. §. 94: *αὐτοὶ δ' ἐσθίουσι κρέα ἑφθὰ καὶ πίνουσι γάλα ἵππων*, ubi Herodoti locus non fugit interpretem. — Mox pro *οὗτοι* cum recentt. edd. dedi *οὔ τι*. Ad argumentum loci conf. Herod. II, 41 et quod ad sues attinet II, 47. Add. Bochart. Hierozoic. II cap. 57 pag. 703, ubi Aegyptios, Aethiopes, Indos a sue abstinuisse multis accitis docet testibus.

alunt: Isidis cultus apud feminas Cyrenaeorum.

μενοι, διότι περ οὐδὲ Αἰγύπτιοι, καὶ ὗς οὐ τρέ-2φοντες. βοῶν μέν νυν θηλέων οὐδ' αἱ Κυρηναίων γυναῖκες δικαιεῦσι πατέεσθαι, διὰ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἶσιν, ἀλλὰ καὶ νηστείας αὐτῇ καὶ ὁρτὰς ἐπιτελέουσι· αἱ δὲ τῶν Βαρκαίων γυναῖκες οὐδὲ ὑῶν πρὸς τῇσι βουσὶ γεύονται. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω ἔχει.

187 Nomades pueris quadrimis capitum venas urunt, ut destillationes praecaveant: corporum salubritate omnibus antecellunt: ustorum puerorum convulsionis medicina.

Τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τῆς Τριτωνίδος λίμνης οὐκέτι νομάδες εἰσὶ Λίβυες, οὐδὲ νόμοισι τοῖσι αὐτοῖσι χρεώμενοι, οὐδὲ κατὰ τὰ παιδία ποιεῦντες 2οἷόν τι καὶ οἱ νομάδες ἐώθασι ποιέειν. οἱ γὰρ δὴ τῶν Λιβύων νομάδες, εἰ μὲν πάντες, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως τοῦτο εἶπαι· ποιεῦσι δὲ αὐτῶν συχνοὶ τοιάδε· τῶν παιδίων τῶν σφετέρων, ἐπεὰν τετραέτεα γένηται, οἴσπῃ προβάτων καίουσι τὰς ἐν τῇσι κορυ-

---

οὐδ' αἱ Κυρηναίων γυναῖκες] Ad Cyrenaeos, qui Graeca instituta ac sacra sequerentur, hoc e vicina Aegypto fluxisse credibile est. Conf. Thrige Histor. Cyren. pag. 215. Pach. Voyage etc. p. 243. 244. Pro πατέεσθαι libri aliquot ἅπτεσθαι, quod merito displicuit Lamberto Bosio Observv. criticc. cp. 7 p. 40. Tu vid. Herod. II, 37. 66. — Pro ἐπιτελέουσι duo libri ἐπιτηδεύουσι, quod pro scholio habet Wesselingius citans I, 135: quem tamen locum huc minus pertinere credam. Propius, opinor, huc spectat II, 63, ne plura.

Cap. CLXXXVII.

οὐκ ἔχω ἀτρεκέως τοῦτο εἶπαι] Male quidam εἰπεῖν. Vid. I, 49, ne plura. Ad ἀτρεκέως conf. IV, 25.

οἴσπῃ προβάτων] Pro οἴσπῃ in aliis libris οἰσύπῃ, accedente Gregor. Corinth. De dial. Ion. §. 150 p. 542 seq. Ipsa vox apud Aristoph. Lysistr. 575 (541 Both.) invenitur de lana *succida* ac *sordida;* nec aliter h. l. eam acceperunt et Schwgh. et Wesseling., cum lana succida ob sordes concretas satis sit ignis patiens. Unde in Glossa Herodotea exponitur ῥυπαρῶν προβάτων ἔρια. Aliis est *stercus ovillum*, s. *sordes ovium crassae ac pingues*, fortasse praeter rem, ut ait Wesseling. haec subiiciens: „Melius Monachius et prior eo Scaliger. Emend. Temp. VII p. 682 durare apud Aethiopas Christianos, Muhamedanos, paganosque similem ad destillationes vitandas ustionis consuetudinem, ab aliis in superstitionem versam, docuerunt.“ Larcher., qui Wesselingium fere secutus, interpretatus erat de lana „qui n'a point été degraissée“ (ut ipsius viri docti utar verbis) de ipsa re

φῆσι φλέβας· μετεξέτεροι δὲ αὐτῶν, τὰς ἐν τοῖσι κροτάφοισι· τοῦδε εἵνεκα, ὡς μή σφεας ἐς τὸν πάντα χρόνον καταῤῥέον φλέγμα ἐκ τῆς κεφαλῆς
3 δηλῆται. καὶ διὰ τοῦτό σφεας λέγουσι εἶναι ὑγιηροτάτους. εἰσὶ γὰρ ὡς ἀληθέως οἱ Λίβυες ἀνθρώπων πάντων ὑγιηρότατοι, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· εἰ μὲν διὰ τοῦτο, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἶπαι, ὑγιηρότατοι δ' ὦν
4 εἰσί. ἢν δὲ καίουσι τὰ παιδία σπασμὸς ἐπιγένηται,
ἐξεύρηταί σφι ἄκος· τράγου οὖρον σπείσαντες 364
ῥύονταί σφεα. λέγω δὲ τὰ λέγουσι αὐτοὶ Λίβυες.

---

conferri vult Ludolph. Histor. Aethiop. III, 6 nr. 42. Add. Hippocrat. De aer. aq. et locc. §. 100 de Scythis scribentem, qui omnino crebrius utantur ustionibus in variis corporis partibus ad corporis valetudinem ac formam tuendam firmandamque, ubi Coraës pag. 303 nostri loci haud immemor, simul gentis Ostiaccorum admonet, qui huiusmodi ustiones adhibeant, teste Pallas, ad varios dolores, morbos inflammatorios. — Mox pro ἐν τοῖσι κροτάφοισι duo libri ἐν τῇσι κροτ.; quod nisi librariorum e socordia fluxit, videndum, ne Iones haud pauca nomina, quae vulgo masculini sunt generis, foeminino adhibuerint genere. Conf. IV, 183. 184. φλέγμα est *pituita*. Nos: *Schleim*, *Saft*, quale nimirum e male affectis corporis partibus emanare solet. Latinorum huc revocant *Flegma*, s. *Phlegma*, de quo Gesner. in Thes. L. L. citat Th. Priscian. de Diaet. cap. 10. Ad vocem ἄκος *remedium* conf. Aeschyl. Agam. 1140 Prometh. 43, ubi vid. Blomfield. in Glossario.

ὑγιηροτάτους] Cf. supra II, 77, ubi post Libyes Aegyptii dicuntur omnium ὑγιηρέστατοι. Alteram superlativi formam hoc ex loco allatam video in Anecdd. Bekk. pag. 115. Inde ὑγιηρῇ pro ὑγιηρῆς a Coraë restitutum in Hippocrat. De aer. aq. et locc. §. 53 p. 137. 386. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 128 not. 3 pag. 252. Tertiam formam ὑγιέστερος adducit Valcken. e Strabon. VI p. 269 s. 414 A. Schol. in Aristoph. Eqq. 1089.

ὑγιηρότατοι δ' ὦν] De particulis δ' ὦν conf. nott. ad III, 80. — In seqq. post τράγου omisimus cum recentt. voculam γάρ, nec moror asyndeton; de quo plura attulit Struve Spec. I p. 22, ut IV, 23. 63. 172. οὖρον intelligo *urinam*, ut II, 111; ipsum remedium, quod profert Herodotus, egregium ducit Larcherus, quippe quod ob volatilitatem sui alkali eadem efficiat atque spiritus cornu cervini, quo nos uti soleamus. — Pro σφεας cum recentt. edd. exhibui σφεα.

λέγω δὲ τὰ λέγουσι αὐτοὶ

Sacrificia: Dii communes omnium, Sol et Luna: Tritonidis accolarum proprii, Miner-

188 Θυσίαι δὲ τοῖσι νομάσι εἰσὶ αἵδε. ἐπεὰν τοῦ ὠτὸς ἀπάρξωνται τοῦ κτήνεος, ῥιπτέουσι ὑπὲρ τὸν δόμον· τοῦτο δὲ ποιήσαντες, ἀποστρέφουσι τὸν αὐχένα 2 αὐτοῦ. θύουσι δὲ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ μούνοισι. τού-

---

Λίβυες] Conf. IV, 173 ibique notata.

Cap. CLXXXVIII.

ῥιπτέουσι] De hoc verbo cf. IV, 94 ibiq. nott. Quae sequuntur *ὑπὲρ τὸν δόμον* cum Matth. Gr. Gr. pag. 1156 interpretor: *über das Haus weg.* Quare minime opus refingere cum Reiskio *ὑπὲρ τὸν ὦμον super humerum*, aut *ὑπὲρ τὸν βωμὸν super aram.* Nec magis opus paulo post *αὐτοῦ* commutare in *αὐτῶν* (*avertunt cervicem suam*), ut placuit Pawio.

θύουσι δὲ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ μούνοισι] Citat Eustath. ad Dionys. Perieg. 185 coll. ad Homer. Il. p. 1265, 7 s. 1364, 27 ob verba seqq. *μετὰ δὲ κ.τ.λ.* E quibus verbis cum clare pateat, Libyci cultus elementa fuisse *Solem* ac *Lunam*, sidera coelestia, quae ab omnibus Libyae gentibus fuerint culta, iam quod a quibusdam et Minervam et Neptunum coli adiicit, poterat credo idem et Bacchum adiungere, quem illic quoque fuisse cultum plura indicare videntur Creuzero in Symbol. II pag. 261 seq. not., ubi observat, latere in verbis Herodoteis unam sacrorum Minervae Palladis radicem: quo tamen ipso minime hoc contendimus, Libycam deam rudem cum culta Atheniensium dea prorsus unam esse eandemque. *Neptunum* Libyae deum primitivum indeque ad Graecos advectum Noster dixerat II, 50, ubi cf. nott. Nam inde *equum*, Libycis regionibus quasi proprium ibique primitus domitum curribusque additum, ferebant Deo consecratum, qui ipse *ἵππιος* s. *ἵππειος* inde dictus. Vid. Creuzer. l. l. pag. 594. 598 seqq. Quin Minervae equestri quoque natales Libyae adscripserunt, teste Schol. ad Pind. Pyth. IV, 2. Ex hac autem Libyae ora postmodo equorum usum una cum Deo Neptuno, cui sacer equus, ad Graeciae oras allatum existimemus, sive a Phoenicibus sive ab aliis; quae nunc copiosius exponere non vacat. Tu vide de aliis iisque reconditioribus, quae in hac fabula de equo Neptuno sacro ac de ipso Neptuno latere perhibentur. Creuz. l. l. pag. 589, qui nunc addit Inghirami Monumenti Etruschi ad tab. 59 delle urne Etrusche pag. 487. In alia abit Völcker. Iapet. pag. 134 Libycam Neptuni originem negans Herodotique testimonium evellere studens, longius quoque disserens de equo, qui allegorico potius sensu ac tesseraria potius ratione Neptuno maris deo adiiciatur, cum symbolum sit navium mare persecantium. Nobis, ut saepius diximus,

τοισι μέν νυν πάντες Λίβυες θύουσι· ἀτὰρ οἱ περὶ
τὴν Τριτωνίδα λίμνην νέμοντες, τῇ Ἀθηναίῃ μάλι-
189 στα, μετὰ δὲ, τῷ Τρίτωνι καὶ τῷ Ποσειδέωνι. Τὴν
δὲ ἄρα ἐσθῆτα καὶ τὰς αἰγίδας τῶν ἀγαλμάτων τῆς
Ἀθηναίης ἐκ τῶν Λιβυσσέων ἐποιήσαντο οἱ Ἕλλη-
2 νες. πλὴν γὰρ ἢ ὅτι σκυτίνη ἡ ἐσθὴς τῶν Λιβυσ-
σέων ἐστὶ, καὶ οἱ θύσανοι οἱ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐ-
τῇσι οὐκ ὄφιές εἰσι, ἀλλὰ ἱμάντινοι· τὰ δὲ ἄλλα
3 πάντα κατὰ τὠυτὸ ἔσταλται. καὶ δὴ καὶ τὸ οὔ-
νομα κατηγορέει, ὅτι ἐκ Λιβύης ἥκει ἡ στολὴ τῶν
Παλλαδίων· αἰγέας γὰρ περιβάλλονται ψιλὰς περὶ

va, Triton et Neptunus.

Palladiorum stola, et feminei ululatus in sacris: origo Libyca: item quadrigas iungere, inventum Libycum.

---

praestat in talibus sequi Herodoti iudicium.

Cap. CLXXXIX.

Τὴν δὲ ἄρα ἐσθῆτα κ. τ. λ.] Citat Eustath. ad Il. p. 602, 45 s. 459, 1. Est vero, quod ad sequentia attinet, haec scriptoris sententia: praeterquam quod pellicea Libyssarum est vestis, fimbriae quoque ex illarum aegidibus (s. thoracibus caprinis) suspensae non angues sunt (ut in illis, quas Graeci Minervae addunt), sed e loris factae; reliqua vero omnia eodem sunt instructa modo. Pertinet huc Glossa Herodotea: *Αἰγὶς, ἣν Λίβυες* (s. *Λίβυσσαι*, ut apud Hesych. I p. 140) *φοροῦσι δοράν.* Addunt Meurs. Lectt. Att. VI, 10. Diodor. Sicul. III, 49. Itaque pro *τῶν αἰγίδων* haud reponendum *τῶν αἰγέων.* Ad vocem *ἔσταλται* conf. III, 14. VII, 62. 93. Inde *ἡ στολή* omnino de *cultu* s. *vestitu* accipiendum. *Παλλάδια* hic intelligo *Minervae simulacra.* Conf. Müller. Handb. der Archaeolog. p. 482, ubi etiam de *Aegide.* Tu add. Creuzer. Symb. II p. 642. IV p. 424 seq., qui nunc conferri vult Millingen Ancient unedited Monuments (Vases) Pl. I p. 3 et ad *θύσανοι* Heinrich. ad Hesiod. Scut. vs. 233. Tu adde sis quoque Pach. Voyage etc. pag. 221 coll. 243.

αἰγέας γὰρ περιβάλλονται κ. τ. λ.] i. e. *namque pelles caprinas* (s. thoraces e pelle caprina) *vesti suae circumiiciunt nudas, fimbriatas, rubia tinctas, Libyssae mulieres.* Ac praeter Eustath. l. l. et Harpocrat. s. v. *Αἰγίς* [p. 10 M. p. 8 Lips.] huc pertinet Diodori locus III, 48: *οὔτε ἡμέρου διαίτης οὔτ' ἐσθῆτος μετέχουσιν, ἀλλὰ δοραῖς αἰγῶν σκεπάζουσι τὰ σώματα.* Ubi Wesseling. et alia attulit testimonia et Hippocrat. De morb. sacr. pag. 326 pag. 8 Dietz., qui in not. p. 136 Herodotei loci non fuit immemor. Coll. Apoll. Rhod. IV, 13. 47. De Cyrenaicae incolis Mela scribit, I, 8, 26: „primores sagis velantur, vulgus bestiarum pecudumque pellibus." — *ἐρευ-*

τὴν ἐσθῆτα θυσανωτὰς αἱ Λίβυσσαι, κεχριμένας ἐρευθεδάνῳ· ἐκ δὲ τῶν αἰγέων τουτέων αἰγίδας οἱ 4"Ελληνες μετωνόμασαν. Δοκέει δ' ἐμοί γε καὶ ἡ ὀλολυγὴ ἐν ἱροῖσι ἐνθαῦτα πρῶτον γενέσθαι· κάρτα γὰρ ταύτῃ χρέωνται αἱ Λίβυσσαι, καὶ χρέωνται καλῶς. Καὶ τέσσερας ἵππους συζευγνύναι παρὰ Λιβύων οἱ Ἕλληνες μεμαθήκασι.

190 Θάπτουσι δὲ τοὺς ἀποθνήσκοντας οἱ νομάδες κατάπερ οἱ Ἕλληνες, πλὴν Νασαμώνων. οὗτοι δὲ κατημένους θάπτουσι·

Sepultura qualis: tuguria mobilia e caulibus albuci nexis iunco.

θέδανον dicunt esse *rubiam tinctoriam*, s. *rubiam tinctorum* Linn., de qua Dioscor. III, 160. Nos vulgo: *Färberröthe*. Ac sane affirmat Pach. (Voyage etc. pag. 59 seq.) *rubiam* frequentem in his Marmaricae veteris terris reperiri, bene memor Herodotei loci. Colligit vero ex hoc Herodoti loco Rennel p. 683 seq. artem tractandi coria maturius in Africa exstitisse pellesque affert arietum rubefactas Israelitarum in tabernaculo ap. Exod. XXV, 5, ex Aegypto probabiliter adductas, in quam tamen ipsam e Libya allatas statuit Rennel., ubi hodieque illa ars tractandi coria maxime dicitur florere testibus recentioris aetatis peregrinatoribus. Itaque in Graeciam non aliter atque in Aegyptum talia adferri potuerunt e Libya et ad cultum deorum adhiberi tanquam ornamenta.

Δοκέει δ' ἐμοί γε καὶ ἡ ὀλολυγὴ — γενέσθαι] Pro *ἐν ἱροῖσι* duo libri *ἐπὶ ἱροῖσι*, Eustath. ad Il. pag. 643, 36 s. 503 *ἐπὶ τῶν ἱερῶν*. Voces *ὀλολυγὴν*, *ὀλολυγμὸν* et *ἐλολύζειν* proprie iubilantium et in rebus laetis tripudiantium feminarum esse observat Wesseling. ad Diodor. XVI, 11, ubi vid. plura. Add. Blomfield. Gloss. ad Aeschyl. S. c. Th. 254. Nitzsch. ad Odyss. III, 450 p. 222. Ac dein latiori sensu hae voces de omni illo clamore adhibentur inconcinno s. ululatu, qui festi celebrandi causa in templis edi soleat sive laetas ob res sive tristes. Hinc Virgil. Aen. IV, 168 *ululare*. Plura Böttiger. Kunstmytholog. p. 49. Creuzer. Symbol. II pag. 263. Ac videtur Herodoto ob oculos fuisse Homeri illud: *αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον* Il. VI, 302; de quo cf. Creuzer. l. l. p. 641 not. 313.

καὶ τέσσερας ἵππους συζευγνύναι κ. τ. λ.] Conf. Eustath. ad Dionys. Perieg. 175 ad Il. p. 707, 2 s. 591, 3 et quae ad Herod. IV, 183 attulimus. Valcken. excitat Sophocl. Electr. 704. Steph. Byz. s. v. *Βάρκη* p. 212, alia; quibus add. Völcker. Iapet. p. 220. *Cr.* confert Matthiae Animadvss. ad Hymn. Homer. p. 157.

φυλάσσοντες, ἐπεὰν ἀπίῃ τὴν ψυχὴν, ὅκως μιν κατίσουσι, μηδὲ ὕπτιος ἀποθανέεται. Οἰκήματα δὲ σύμπηκτα ἐξ ἀνθερίκων ἐνερμένων περὶ σχοίνους ἐστὶ, καὶ ταῦτα περιφορητά. νόμοισι μὲν τοιούτοισι οὗτοι χρέωνται. 81

191 Τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ, Αὐσέων ἔχονται ἀροτῆρες ἤδη Λίβυες, καὶ οἰκίας νομίζοντες ἐκτῆσθαι, τοῖσι οὔνομα κέεται Μάξυες·

Ausensibus [c. 180.] Libyum Aroterum primi adiacent Maxyes, a Troianis oriundi: Libyae

---

Cap. CXC.

φυλάσσοντες] Eodem sensu, quo I, 48 coll. V, 12, ubi Glossa: *ἐπιτερήσαντες*. Ad formam *ἐνερμένων* conf. Matth. Gr. Gr. §. 232 p. 454.

Οἰκήματα δὲ σύμπηκτα κ. τ. λ.] i. e. *Domus illorum ex asphodelorum caulibus compactae sunt intertextis iuncis, suntque portatiles.* Ita Schweigh. Eadem tradit Hellanicus ap. Athen. XI, 2 s. 6 p. 462 B. Add. Mela I, 8, 34 de Cyrenaicae nomadibus: — „utque a pabulo ducta sunt, ita se ac tuguria sua promovent: atque ubi dies deficit, ibi noctem agunt.“ *ἀνθέριξ* vulgo dicitur *asphodeli caulis*, *ἀνθέρικος* ipse *asphodeli fructus.* Plura Spanhem. ad Callimach. in Del. 193 coll. L. Bos. Observv. critt. pag. 40 et interprett. ad Theocrit. I, 52. Glossa Herodotea: *ἀνθερίκων· νῦν τοὺς καυλούς φησι τῶν ἀσφοδέλων· εἰσὶ δὲ εὔθραυστοι.*

Cap. CXCI.

Τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης] Pro *ἑσπέρην*, quod Aldina habet, retinui *ἑσπέρης* idemque cum Schweigh. et Gaisf. reposui infra: *ἡ δὲ ἀπὸ τούτου τὸ πρὸς ἑσπέρης*, ubi vulgo *ἑσπέρην*. Conf. nott. ad IV, 17.

οἰκίας νομίζοντες ἐκτῆσθαι] i. e. *qui in usu habeat domus possidere*, s. *qui stabili sede certisque domiciliis utuntur;* opponuntur enim nomadibus, quibus tantum *οἰκήματα σύμπηκτα* et *περιφορητά* (ut IV, 190). De verbo *νομίζειν* cf. IV, 183.

Μάξυες] Apud Steph. Byz. *Μάζυες* pag. 527, quod ipsum praefert Castiglioni in scriptione ad IV, 184 citata (Iahn. Annall. VIII sive III, 2 p. 279 seq.), cum omnes occidentalis orae Libycae gentes (vulgo vocantur Berbers) se ipsas vocent *Amzig*, *Imazig*, s. *Amazirg*, i. e. *liberos*, *dominos* (unde *Mazig* apud Omarum Muhammedanorum principem). Ex quo ipso cum derivanda sit Graeca vox *Μάζυες*, inde ille colligi vult, hoc nomen latius patere adeoque commune esse omnibus septentrionalis Africae gentibus, eoque refert *Μάκας* IV, 175, *Maxitanos* Iustini XVIII, 6, *Adyrmachidas* (Herod. IV, 168), i. e. *Adrar-Macas*, ipsosque *Nasamones* (Herod. II, 42. IV, 172), alios. De quo alii faciant iudicium. Propius haud scio an

pars, quae Nomadum est, depressa et arenosa: quam Aroteres colunt, montana, et silvis ac feris frequens: genera ferarum apud Aroteres.

οἳ τὰ ἐπιδεξιὰ τῶν κεφαλέων κομόωσι, τὰ δ' ἐπα-
2 ριστερὰ κείρουσι· τὸ δὲ σῶμα χρίονται μίλτῳ. φασὶ
δὲ οὗτοι εἶναι τῶν ἐκ Τροίης ἀνδρῶν. Ἡ δὲ χώρη
αὕτη τε καὶ ἡ λοιπὴ τῆς Λιβύης ἡ πρὸς ἑσπέρην,
πολλῷ θηριωδεστέρη τε καὶ δασυτέρη ἐστὶ τῆς τῶν
3 νομάδων χώρης. ἡ μὲν γὰρ δὴ πρὸς τὴν ἠῶ τῆς
Λιβύης, τὴν οἱ νομάδες νέμουσι, ἔστι ταπεινή τε
καὶ ψαμμώδης, μέχρι τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ· ἡ δὲ
ἀπὸ τούτου τὸ πρὸς ἑσπέρης, ἡ τῶν ἀροτήρων,
4 ὀρεινή τε κάρτα καὶ δασέα καὶ θηριώδης. καὶ γὰρ

---

huc spectent *Μάχλυες* IV, 180. 178. Quae vero hoc loco de Maxyibus narrantur, ea Heerenio Id. II, 1 p. 36, prodere videntur gentem, quae e nomadum vita modo ad certa domicilia et agriculturam transierit, idque ipsum e priori vita adhuc retinuerit, quod capitis partem sinistram tondentes, rectam partem alant minioque tingant corpora, qualia etiamnum fere in illis regionibus apud gentem Tuarik inveniantur, neque omnino ab isto nomadum more abhorreant, quo gentes singulae varia capitis tonsura distinguantur. Quae mox Herodotus de regione sylvis ferisque abundante scribit, ea ad sylvas feris repletas prope viam, quae ab urbe Tunisiana ad Tripolin ducat, refert Heeren. Id. II, 1 p. 38, recentiorum peregrinatorum afferens testimonia Maxyesque subiicit et Zaueces extremas fuisse ad meridiem gentes ditionis Carthaginiensium, quos ipsos narrationis auctores Noster citat IV, 195. Quibuscum conf. Schlichthorst. l. l. p. 164. — Pro *τὰ ἐπιδεξιὰ* et *τὰ δ' ἐπαριστερά* haud scio an scribendum *τὰ ἐπὶ δεξιὰ* et *τὰ δ' ἐπ' ἀριστερά*; conf. nott. ad IV, 157.

φασὶ δὲ οὗτοι εἶναι τῶν ἐκ Τροίης ἀνδρῶν] Attigit Raoul-Rochette Hist. de l'etabl. d. col. Gr. Add. IV pag. 398, quo etiam utitur C. O. Müller. Orchomen. p. 356 not. monens Maxyes non aliter perhiberi Troianos atque Antenoridas Cyrenes. Namque Troia excisa Antenorem cum Troianorum manu ad Libyam appulisse fama ferebat, de qua conf. Pind. Pyth. V, 110. Tu conf. etiam Völcker. Myth. Geogr. I p. 37. Ac plura quoque affert Castiglioni l. l. pag. 280 illos *Mazig* s. *Maxyes* ex Asia in Africam cessisse probaturus.

ἔστι ταπεινή τε καὶ ψαμμώδης] Verissime haec tradi monet Heeren. Id. II, 1 p. 49. Nam a Tritonidis lacu sive amni Syrtique minori regionem incipere sabulosam ac sterilem, occasum versus fertilem esse terram beneque irriguam, quae ad Carthaginiensium ditionem pertinuerit.

οἱ ὄφιες οἱ ὑπερμεγάθεες καὶ οἱ λέοντες κατὰ τούτους εἰσὶ, καὶ οἱ ἐλέφαντές τε καὶ ἄρκτοι, καὶ ἀσπίδες τε καὶ ὄνοι οἱ τὰ κέρεα

καὶ οἱ ἐλέφαντες] Utitur hoc Herodoti loco Schlegel. (Ind. Biblioth. I, 2 pag. 145 seq.), cum apud Herodotum prima inter Graecos scriptores fiat huius animalis mentio, quod ab ipso patre historiae visum esse negat Schlegel., hoc quoque adiiciens, in his Africae regionibus, quae ad regna Fezz et Marocco pertineant, nunc nullos prorsus reperiri elephantos; quos postea sane crebrius illic memoratos, dein exstinctos fuisse in regionibus a septentrione desertorum sitis idem ponit. Cuius observationibus, monente *Cr.*, ex parte refragatur A. Benary in Jahrbb. für wissensch. Krit. Berolin. 1831 p. 762 sqq. Elephanti imaginem in operibus sculptis Philensibus offendit Parthey, cuius vid. observatt. in Commentat. de Philis insula pag. 38.

ἄρκτοι] In Africa ursum non gigni tradit Plin. H. N. VIII (54), 36 fin., quamquam *pellem Libystidos ursae* memorat Virgil. Aen. V, 37; quam *leoninam* interpretatur Lipsius Electt. II, 4. Disputat hac de re Salmas. ad Solin. p. 220 coll. G. I. Voss. De Idol. p. 52. Wesselingius Shawii testimonio ursum inter Africae animalia commemorantis Herodotea stabilire studet; quae etiam Cuvieri est sententia paucis indicata ad Plinii locum. Quem equidem consului, is mihi rescripsit Leuckart, vir harum rerum peritissimus: ursum (intelligitur autem *ursus arctos* Linn.) sane in terra Barbarey commemorari a Shawio, a Prospero Alpino in Aegypto [conf. nott. ad Herod. II, 67], a Dappero in regno Kongu (cf. Zimmermann. Geograph. Gesch. des Menschen u. der vierf. Th. I p. 213 ed. Lips. 1778, 8.); sed addit idem Leuckart., qui recentiori aetate per Africam septentrionalem sint peregrinati, eos haudquaquam ursi mentionem facere, ut sane dubium adhuc sit, utrum omnino haec bestia per Africam reperiatur.

καὶ ἀσπίδες] Serpentum est genus frequens per Libyam (cf. Aristot. H. A. VIII, 29 s. 28 Schneid.) atque Aegyptum, quorum morsus insanabilis videbatur veteribus. Plurima suppeditabit Bochart in Hieroz. II Lib. III cap. 5 pag. 381, unde intelligitur, summo iure hos serpentes timendas inter feras ab Herodoto recenseri. Add. Cuvier. ad Plin. H. N. VIII (35), 23, nihil dubii esse monens, quin Aegyptiaca aspis veterum sit species viperae sive *najae*, quae in Aegypto vocetur *hajé*, s. *coluber hajé* Linn.

καὶ ὄνοι οἱ τὰ κέρεα ἔχοντες] Ad formam *κέρεα* conf. IV, 183. Opponuntur IV, 192 asini, quibus nulla cornua. Illos cum Monocerote haud raro contenderunt; de quo vid. ad Ctesiam pag. 329 seqq. notata, iam aliis

ἔχοντες· καὶ οἱ κυνοκέφαλοι, καὶ οἱ ἀκέφαλοι οἱ ἐν τοῖσι στήθεσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες, ὡς δὴ λέγονταί γε ὑπὸ Λιβύων, καὶ οἱ ἄγριοι ἄνδρες, καὶ γυναῖκες ἄγριαι, καὶ ἄλλα πλήθεϊ πολλὰ θηρία 1 *ἀκατάψευστα.*

192 *Κατὰ τοὺς Νομάδας δέ ἐστι τούτων*

---

augenda, si attineret. At hoc in Herodoti loco equidem cogitari malim de *Orygis* s. *Antilopae* genere quodam, quale per Africam reperitur uno cornu in fronte instructum. Cf. Cuvier. ad Plin. H. N. VIII p. 433 seq. et quae de hoc animali copiose exposuit Lichtenstein. (Abhandll. d. Berlin. Acad. d. Wissensch. v. Jahr 1824—1826) p. 195 seqq. coll. p. 204 seqq. Add. Böttiger. Amalthea III p. 189 seqq. et Morgenblatt 1827 nr. 142 seq. p. 566 seqq. 605 seq.

καὶ οἱ κυνοκέφαλοι] De his conf. Diodor. III, 34. Plin. H. N. VIII (80), 54, ubi monet Cuvier. pag. 466 eosdem esse, quibus adhuc *cynocephalorum* nomen. At *οἱ ἀκέφαλοι* fabulosum bestiarum genus, ut ipsi videtur patri historiae haec adiicienti: *ὡς δὴ λέγονταί γε,* ad quam formulam conferri volumus notata ad IV, 173. Hoc certum, Herodotum hic de *ferarum* genere quodam loqui, haudquaquam de hominibus, quales alii veterum finxerint. De quo vid. ad Ctesiae fragmm. Ind. 20 pag. 320; eoque etiam pertinebunt Plinii verba H. N. V, 8: „Blemmyis traduntur capita abesse ore et oculis pectori adfixis."

ἀκατάψευστα] Ita Mediceus, Florentinus, alii. Duo Parisini codd. *ἀκατάψαυστα*; quod idem in septem aliis codd. exstare testatur Montfaucon. (Palaeogr. Gr. pag. 243. Mém. de l'Acad. d. Inscr. XII pag. 171) interpretans: *feras intractabiles.* Dorvillio ad Charit. p. 346 Lips. placuerat *εὐκατάψευστα* (*de quibus facile quis multa mentiatur, confabuletur*), Reizio cum Borheck. et Schaefero: *κατάψευστα* (*fictas, ementitas feras*). Quod idem coniecisse G. Koenium dicit Valcken. a *Cr.* laudatus in Diatrib. Eurip. pag. 231. Nos cum reliquis edd. retinuimus *ἀκατάψευστα* *ferasque* intelligimus *nullo mendacio* fictas, quae inde a prioribus segregantur. Apud Iamblichum in Protrept. pag. 137, monente Wesseling. *ἀδιάψευστα θηρία* eodem sensu. — Ad locutionem *πλήθεϊ πολλά* conf. III, 45. I, 51 *μεγάθεϊ μεγάλους* et VII, 117 *ἄνδρα μεγάθεϊ μέγιστον.*

Cap. CXCII.

Κατὰ τοὺς Νομάδας δέ ἐστι τούτων κ. τ. λ.] Pro *τουτέων* cum Gaisf. et Matth. edidi *τούτων. Πύγαργοι* s. *Pygargi*, qui una cum damis et strepsicerote commemorantur Plinio H. N. VIII (79), 54, videntur esse bestiae albis natibus praeditae cervino e genere vel potius, quae est Cuvieri sententia (ad Plin. l. l. pag. 465, ubi vertit: *fesses blanches*), ex *antiloparum*

Item apud Nomadas: cervus et aper in Libya nullus: mustelae in silphio.

οὐδὲν, ἀλλ' ἄλλα τοιάδε· πύγαργοι, καὶ ζορκάδες, καὶ βουβάλιες, καὶ ὄνοι, οὐκ οἱ τὰ κέρεα ἔχοντες, ἀλλὰ ἄλλοι ἄποτοι· οὐ γὰρ δὴ πίνουσι· καὶ ὄρυες, τῶν τὰ κέρεα τοῖσι Φοίνιξι οἱ πήχεες ποιεῦνται· 366

---

genere. De *Antilope Dama*, quae vocatur, cogitarat Lichtenstein. l. l. pag. 230 hoc subiiciens, minime pygargum referri posse ad eam bestiam, quae in Africa meridionali tantum reperiatur, et a nobis vocatur *Blessbock*. Aristoteles H. A. VI, 6 p. 864 C. IX, 32 p. 937 D. inter aves rapaces memorat *pygargum*. At apud Herodotum cogitandum de quadrupede.

ζορκάδες] Alibi δορκάδες vocantur, quod ipsum h. l. affert unus liber. Conf. Hesych. I pag. 1586 ibique Alberti. Plut. Romul. 27. *Dorcadem Libycam*, quam descripsit Aelian. H. A. XIV, 4, recentiorum esse *antilopen dorcadem*, monet Cuvier. ad Plin. H. N. VIII (83), 58 p. 467 seq.

βουβάλιες] Dicitur βούβαλος et βούβαλις; de qua bestia omnes veterum locos collegit Bochart. Hieroz. III, 22 p. 910 seqq. ad caprarum sylvestrium genus referens bestiam, male olim a quibusdam boum generi adscriptam. Est vero, monente Cuvier. ad Plin. H. N. VIII, 15 p. 414., *Antilope bubalis* Linn.

ἄποτοι] i. e. *qui nihil potus sumunt, nunquam bibunt*, ut in Sophocl. Ai. 324 (317 Herm.). Supra IV, 81 ὕδωρ ἄποτον vi passiva. — Asinos cornu instructos attigerat Noster capite antecedenti.

καὶ ὄρυες] Boves feras hic intelligi putat Miot, Gallus interpres. Schweighaeusero videntur ὄρυες haud differre ab iis, quibus vulgo nomen ὄρυγες, quod ipsum h. l. repositum voluerat Gesner. De Quadrup. I p. 871, probante Italo interprete. Et sane vix dubium, monente Leuckarto, hic *orygem* Plinii atque Aristotelis intelligi, quae est recentiorum *Antilope Leucoryx*. De *Antilope* hic agi arbitratus quoque erat Zoega De obeliscc. p. 168 not. Plura Lichtenstein l. l. p. 200 seq. 2. Veterum de *Oryge* locos exhibet Bochart. l. l. III, 26 p. 946 sqq. Antiloparum vero e cornibus tibias paratas fuisse non est quod moneam post Böttiger. disputat. in Amalthea III pag. 192 seqq.

τῶν τὰ κέρεα τοῖσι Φοίνιξι οἱ πήχεες ποιεῦνται] Pro τῶν κατὰ κέρεα dudum melius restituerat Gesner. l. l. p. 770, τῶν τὰ κέρεα sic interpretans: e *quorum cornibus cubiti fiunt instrumentis musicis, quae phoenices vocant.* Hinc *citharas* intellexerunt Salmas. ad Solin. p. 157. Bochart. l. l. p. 946 itemque Larcher. Et sane inter instrumenta musica Athenaeus (XIV, 9 [40] pag. 637 B. coll. Ephor. fragmm. pag. 261 seq.)

2 *μέγαθος δὲ τὸ θηρίον τοῦτο κατὰ βοῦν ἐστί· καὶ βασσάρια, καὶ ὕαιναι, καὶ ὕστριχες, καὶ κριοὶ ἄγριοι, καὶ*

---

refert *phoenices* sic dictas, quod a Phoenicibus inventae dicerentur. — Ac *πήχεις* idem valent in cithara atque *ἀγκῶνες*, teste Hesych. II p. 958. *Κιθάρας δὲ πῆχυς· ἀγκών.* „*Πῆχυς* autem (sunt verba Schweigh. ad Athen. l. l. Animadverss. T. VII p. 475), quem *ζυγὸν* Homerus Il. IX, 187 dixit, vocatur ea pars instrumentorum fidibus tensorum (*τῆς κιθάρας* et omnino *τῶν κιθαρῳδικῶν ὀργάνων*), in qua *ἔγκεινται* vel *ἐνίενται οἱ κόλλαβοι* vel *οἱ κόλλοπες*, id est *οἱ πάσσαλοι ὧν ἐξάπτονται αἱ χορδαί*: *ea pars*, cui *inseruntur claviculae* sive *verticilli*, e quibus aptatae sunt chordae. Sic *τὸν ἀγκῶνα* vel *τὸν πῆχυν* et *τοὺς κολλάβους* cum brevibus ad Iliadem scholiis exponit Etymologus p. 412 l. 12 et Hesychius, voce *Ζυγά* [T. I p. 1587]." Quae subiiciuntur verba: *μέγαθος δὲ τὸ θηρίον τοῦτο κατὰ βοῦν ἐστί* rectissime dici de animali, quod statura corporisque mole cervum s. bovem aequet, satis docent, quae Bochart. l. l. pag. 948 et Lichtenstein l. l. attulerunt. — De usu praepositionis *κατά* cf. nott. ad II, 10. IV, 23.

βασσάρια] Teste Hesychio I p. 702. Suidâ I p. 419 atque Etymol. p. 190 extr. *βασσαρίς* est *ἀλώπηξ* et *βασσάρια* sunt *ἀλωπέκια*, i. e. *vulpes*, *vulpeculae*; quod idem vocabulum adhuc in Coptica lingua exstare monuit Ignat. Ross. Etymol. Aeg. p. 35. Inde, ut hoc adiiciam, ipse Bacchus *Βασσαρεὺς*, i. e. vulpina pelle sive stola vulpinam pellem referente indutus, qualem hinc quoque Bacchi sacerdotes per Asiam minorem potissimum gestare solebant, *Βασσάραν* sive *Βασσαρίδα* vulgo dictam; quin ipsae mulieres, tali, opinor, veste indutae ac sacra Bacchica celebrantes, dicuntur *βασσάραι*. De quibus post Creuzer. Symbol. III pag. 351 seqq. 360 conf. Schoen. Comment. de personn. in Euripid. Bacch. p. 147. At negat Sonnini *vulpes* per Africam inveniri; cui et Herodoti atque Prosp. Alpini testimonium opponit Larcherus. Et sane reperiri per Africam septentrionalem vulpes monet Leuckart., quem consului, sed diversas a nostra *cani vulpe* Linn., et nunc accuratius cognitas studiis Cretzschmari ac Rüppelii. E quibus huc potissimum referam *Canem Zerdam*, quae in Africae septentrionalis reperitur desertis, auribus longioribus insignem et accuratissime descriptam ab eodem Leuckarto (Okenii Isis 1825 II pag. 211 seqq. 1828 III. IV p. 296 sqq.), qui quam similis sit *vulpi* haec bestia, primus commonstravit.

καὶ ὕαιναι] De *Hyaena* vid. Plin. H. N. VIII (44), 30 ibique Cuvier. Plura Bochart. l. l. P. II Lib. III cp. 7 p. 395 sqq. P. I Lib. III cp. 11 p. 829 sqq.

ὕστριχες] Conf. Plin. H. N.

δίκτυες, καὶ θῶες, καὶ πάνθηρες, καὶ βόρυες, καὶ κρο- 10
κόδειλοι ὅσον τε τριπήχεες χερσαῖοι, τῇσι σαύρῃσι
ἐμφερέστατοι· καὶ στρουθοὶ κατάγαιοι, καὶ ὄφιες σμι-
3 κροὶ, κέρας ἓν ἕκαστος ἔχοντες. ταῦτά τε δὴ αὐτόθι
ἐστὶ θηρία, καὶ ἅπερ τῇ ἄλλῃ, πλὴν ἐλάφου τε καὶ ὑὸς

VIII (53), 35. Intelligitur, monente Leuckarto, *Hystrix cristata* Linn. (*das Haubenstachelschwein*), quae per omnem Africam septentrionalem reperitur frequens aliisque etiam Africae partibus versatur, quamque ex Africa ipsa ad Europae terras meridionales transvectam fuisse credas licet. In sqq. δίκτυες et βόρυες, qui sint, equidem ignoro, cum nulla alibi harum bestiarum mentio. *Thoes* de quibus Plin. H. N. VIII (52), 34, alii a Bocharto excitati in Hieroz. III, 12 p. 842 seq., sunt *chacali*, s. *lupi cervarii* (*canis aureus* Linn.). Tu conf. II, 67 fin. Italus interpres citat Millin Diss. sur le Thoe in Journ. d. Phys. Dec. 1787 nr. 5. — πάνθηρες, qui, monente Cuviero ad Plin. H. N. VIII (23), 17 p. 419 distingui debent a *pantheris*, Nostri erunt *Pardi* (*Panther* s. *Leopard*). Accurate de his nunc monuisse video A. F. Wiegmann. in Oken. Isis 1831 3 p. 287 seqq., quo docente πάνθηρ, qui a Graecis scriptoribus ante Aristotelem commemoratur et a quo distingui debet πάρδαλις, probabiliter est *Felis Uncia* Gmel. πάρδαλις, quod animal seriores potissimum memorant, a Latinis vulgo redditur *panthera*, quo eodem vocabulo Plinius, minus sanequam accurate, alterum quoque animal significat.

καὶ κροκόδειλοι ὅσον τε τριπήχεες χερσαῖοι] De *lacerta stellione* Linn. cogitari nequit. Intelligitur enim, ut me edocuit Leuckartus, *Lacerta Dracaena* Linn. (Tupinambis niloticus Dau., Varanus Dracaena Merr., Monitor du Nil ou Quaran Cuvier.) vel etiam *Tupinambis griseus* Dau. (Varanus Scincus Merr., Monitor terrestre d' Egypte Cuv.), nisi utramque potius bestiam indicari existimes. De quâ per Aegyptum frequenti Prosper Alpin. Rerr. Aegyptt. Libr. IV p. 217 (Lugd. Bat. 1735, 4.) sic: „Animal lacertorum terrestre crocodilo simile." Tu vid. quoque Cuvier. ad Plin. H. N. VIII, 37 p. 442. — Tu conf. etiam Bochart. Hieroz. III, 1 p. 1060 seqq. et Herod. II, 69. *Cr.* citarat Colomesii Opera ed. I. A. Fabricii p. 831. 832 ibique laud. Salmas. ad Solin. pag. 873. Ad τῇσι σαύρῃσι conf. nott. ad IV, 183. — *Serpentes cerastas* invenimus supra II, 74.

ἅπερ τῇ ἄλλῃ] Cf. III, 61. Duo Parisini ἄλλα τῇ ἄλλῃ, ubi, monente Schwgh., oportuit ἄλλα ἅπερ τῇ ἄλλῃ; unde potius refingendum, auctore Struvio I p. 12. 13 καὶ τάπερ τῇ ἄλλῃ aut καὶ τἄλλα τάπερ τῇ ἄλλῃ.

ἀγρίου· ἔλαφος δὲ καὶ ὗς ἄγριος ἐν Λιβύῃ πάμπαν
4 οὐκ ἔστι. μυῶν δὲ γένεα τριξὰ αὐτόθι ἐστί· οἱ
μὲν, δίποδες καλέονται· οἱ δὲ, ζεγέριες· τὸ δὲ οὔ-

ἔλαφος δὲ καὶ ὗς ἄγριος ἐν Λιβύῃ πάμπαν οὐκ ἔστι] Idem tradit Aristotel. H. A. VIII, 28 p. 919 B. et ad cervos quod attinet Plinius H. N. VIII (51), 33, alii. „Herodoti aevo, scribit Wessel., *cervi* et *apri* Libyae si defuerint, dicendum erit aliunde in regionem devenisse: nam conspici istic et venatu intercipi docuit Gataker. Miscell. II, 8 et Shaw. Itiner. I p. 323.“ Quin in picturis, quas exhibent Cyrenaica hypogaea, conspicitur cervus, teste Pach. (Voyage etc. p. 206 seq., qui a Graecis in Cyrenaicam adductum existimat cervum, Dianae a Cyrenaeis maxime cultae consecratum. In Arsinoës numo item conspicitur cervus, teste Eckhel. D. N. IV p. 127. Ac sane, ut monet Leuckartus, Bossmann. et Labat in terra Guinea reperiri cervos asserunt, quos in terrâ Barbarei esse dixit Shaw, et in Abyssinia Ludolph. teste Zimmermann. Geograph. Gesch. etc. I p. 232 et 233. Intelligitur procul dubio *Cervus Dama* Linn. frequens in Abyssinia. Ac defectum cervorum multis antiloparum speciebus satis compensari idem observat; quo eodem observante sus per Europam frequens (*Sus Scrofa* Linn.) vix quidem fera reperitur per Africam, ubi aliae quaedam exstare dicuntur species, e quibus *Phacochoerus* Fr. Cuv. (Warzenschwein); Phac. (sus) aethiopicus et Phac. (sus) Africanus, frequens in regione Kordofan et Abyssinia orientali, ubi invenit Rüppell. (Atlas. II tab. 25 p. 61 f.) Cf. Fr. Cuv. Mémoir. du Mus. Tom. VIII. Eo igitur, credo, erit referendum, quod Pach. (Voyage en Marmar. etc. p. 244) asserit, suem feram per omnem Libyae septentrionalis partem sabulosam reperiri.

δίποδες καλέονται] Commemorantur hi mures a pluribus scriptoribus, quos collegit Bochart. Hieroz. III c. 33 p. 1010 seq., nomine bestiolae inde ducto, quod posteriores pedes prioribus illi habent longiores adeoque binis pedibus fere gradiuntur. Est enim cogitandum de *mure jaculo* s. *mure jerboâ* Linn. (Gallice *gerboise*), ut monet Cuvier. ad Plin. H. N. VIII (55), 37. Shawii et Brucii testimonium excitavit quoque Larcherus. Equidem addo testimonium recentissimi peregrinatoris, Pach. (Voyage etc. p. 62), qui hos mures adhuc frequentes per Marmaricam reperiri aeque ac lupos, chacalos, hyaenas, hystrices.

ζεγέριες] „Hesychio I pag. 1580 *ζεγερίαι* explicantur *βουνοὶ*, *colles* [ut IV, 158. 199] an quod in collibus cubilia posuerint? Quae quidem impeditior foret vocabuli expositio. — Bochart. Col. Phoen. refingit *βου-*

νομα τοῦτό ἐστι μὲν Λιβυκὸν, δύναται δὲ κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν, βουνοί· οἱ δὲ, ἐχινέες. εἰσὶ δὲ καὶ γαλαῖ ἐν τῷ σιλφίῳ γινόμεναι, τῇσι Ταρτησσίῃσι ὁμοιόταται. Τοσαῦτα μέν νυν θηρία ἡ τῶν Νομάδων Λιβύων γῆ ἔχει, ὅσον ἡμεῖς ἱστορέοντες ἐπὶ μακρότατον οἷοί τε ἐγενόμεθα ἐξικέσθαι.

193 *Μαξύων δὲ Λιβύων Ζαύηκες ἔχονται, τοῖσι αἱ* Zaveces.

νῖνοι ex βούνιον formatum; eam enim herbam esse, quae Punice *zigar:* inde ζεγέριες sive βουνίνους, hos mures, quod plantae eius esu aut umbra delectentur, dictos; eleganter, modo vere." *Wesseling.* Schweigh. confert Beckmann. ad Aristotel. Mirab. Auscult. c. 27, ubi, quos mures πλατυπροσώπους vocarunt, iidem Beckmanno videntur esse, qui ζεγέριες apud Herodotum.

Ab Herodotea voce non multum abest vox *dzidzira*, qua in terra Fezzan indicari scribunt *colles arenosos*, in quibus palmae ferae crescant et in quibus mures dipodes s. Ierboa, sedes suas plerumque habeant. Conf. Iahn. Annall. VIII, 3 p. 286. Pro *Λιβυκὸν* aliquot libri *Λιβυστικόν*, unus Sancrofti liber *Λιβυστῖνον*, de quo citant Wetsten. ad Actt. Apost. VI, 9. Ad verba *δύναται δὲ κατὰ κ. τ. λ.* conf. Herod. II, 30.

οἱ δὲ, ἐχινέες] Ita dicti ab asperitate pilorum echini ad instar, ut notat Bochart. l. l. p. 1016 Aristotelis citans locum, qui Aegyptios muros scribit duros habere pilos, ut herinaceos terrestres. Cf. Beckmann. l. l. pag. 61.

γαλαῖ] *Mustelas* (Wiesel) intelligi copiosa disputatione docet Perizon. ad Aelian. V. H. XIV, 4. Quam bestiolam in Cyrenaeorum numis sub silphio conspici ex Haymii Thes. Britann. T. II pag. 124, monet Wesseling. Tu confer sis quoque Strab. III p. 144 s. p. 214 A. coll. p. 213, ubi, quae de lepusculis nocivis in Hispania narrantur, ad Tartessias Herodoti mustelas haud scio an referri queant. Mannerto I p. 224 sunt *Kaninchen.* — Ad verba: *ὅσον ἡμεῖς ἱστορέοντες — ἐξικέσθαι* conf. nott. ad II, 29.

Cap. CXCIII.

Ζαύηκες] Ita quoque Steph. Byz. s. v. ex Hecataeo, cuius conf. fragmm. pag. 135 Klaus. Rennel. pag. 668 gentem intra Syrtim minorem ac sinum Adrumeti habitasse vult, cum Zygantes (IV, 194) conveniant cum Plinii Zeugitaniis, eius provinciae, in qua Carthago sita fuit, incolis. Castiglioni (vid. Iahn. Annall. VIII, 3 pag. 282) Zaueces eosdem esse statuit atque *Zeouagha* circa urbem Fez habitantes.

τοῖσι αἱ γυναῖκες κ. τ. λ.] Conf. supra nott. ad IV, 183. 189. Quae ipsa ad fabulam de

γυναῖκες ἡνιοχεῦσι τὰ ἅρματα ἐς τὸν πόλεμον.
194 Τούτων δὲ Γύζαντες ἔχονται, ἐν τοῖσι μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαι κατεργάζονται, πολλῷ δ' ἔτι πλέον 2 λέγεται δημιουργοὺς ἄνδρας ποιέειν. μιλτοῦνται δ' ὦν πάντες οὗτοι, καὶ πιθηκοφαγέουσι· οἱ δέ σφι ἄφθονοι ὅσοι ἐν τοῖσι οὔρεσι γίνονται.
195 Κατὰ τού-

Gyzantes.

Amazonibus Libycis rite intelligendam sanequam teneri debent. Cf. Heeren. Ideen II, 1 pag. 37.

Cap. CXCIV.

Γύζαντες] Sic meliores libri; alii *Ζύγαντες*; Steph. Byz. *Βύζαντες*, maleque apud Herodotum scribi ait *Γύζαντες* (cf. Hecataei fragmm. p. 134). Add. Apollon. Dysc. Hist. mir. 38. Schlichthorst. p. 161 in Herodoto unum probat *Βύζαντες*. At recte statuere videtur Mannert. X, 2 p. 216 seq., utramque olim de una eademque gente valuisse scripturam. Ipsam gentem haud procul a Carthagine abfuisse censet Larcherus in Tab. geograph., quam latius olim Byzazii nomine extensam per optimam Carthaginiensis ditionis partem quum satis constet, Herodotum modo de una alteraque huius gentis tribu maxime remota eademque minus culta locutum esse contendit Heeren. Ideen II, 1 p. 39.

ἐν τοῖσι μέλι μὲν πολλὸν κ. τ. λ.] De magna mellis per has regiones copia testatur Della Cella, ut monuit Heeren. II, 1 p. 39. Nam montes apibus abundant, quarum mel etiamnum incolis victum praebet simulque exportatur.

πολλῷ δ' ἔτι πλέον λέγεται δημιουργοὺς ἄνδρας ποιέειν] Videtur hoc mel e palmarum succo parari eo modo, quo illud in terris Algerianis ac Tunisiis fieri scribit Shaw, quem testem excitat Heeren. l. l. — *δημιουργὸς* est *opifex*, qui conficiendi mellis artem exercet. Cf. VII, 31. Athen. IV, 172 A. Plat. Rep. IV pag. 421 s. 168 Bekk. Plurima de hoc vocabulo nunc exhibentur in Anglic. edit. Thes. Stephan. T. III p. 3293. De voce *ἄνδρας* adiecta conf. III, 125. IV, 151. 200.

μιλτοῦνται δ' ὦν πάντες οὗτοι] Nomadum ex more, quem apud Maxyes IV, 191 iam invenimus.

οἱ δέ σφι ἄφθονοι ὅσοι ἐν τοῖσι οὔρεσι γίνονται] *οἱ δὲ* referendum ad *πιθηκοφαγέουσι* unde mente repetere licet *οἱ πίθηκοι*. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 435, quem eundem §. 445 p. 831 consul. ad verba *ἄφθονοι ὅσοι*. De simiarum per Libyam multitudine auctor est quoque Diodorus XX, 58, ubi conf. Wesseling. T. II p. 449. Montes, quos dicit Herodotus, ad *Atlantem* pertinere monet Heeren. l. l.

Carthaginiensium relatio de insula Cyrauni: lacus in ea ramentorum auri dives: in Zacyntho lacus, e quo pix refertur melior quam Pieria: meat sub terra in mare.

τους δὲ λέγουσι Καρχηδόνιοι κέεσθαι νῆσον τῇ οὔ-
νομα εἶναι Κύραυνιν· μῆκος μὲν διηκοσίων στα-
δίων, πλάτος δὲ στεινὴν, διαβατὸν ἐκ τῆς ἠπείρου·
2 ἐλαιέων τε μεστὴν καὶ ἀμπέλων. λίμνην δὲ ἐν αὐ-
τῇ εἶναι, ἐκ τῆς αἱ παρθένοι τῶν ἐπιχωρίων πτε-
ροῖσι ὀρνίθων κεχριμένοισι πίσσῃ ἐκ τῆς ἰλύος ψῆγμα
3 ἀναφέρουσι χρυσοῦ. Ταῦτα εἰ μέν ἐστι ἀληθέως
οὐκ οἶδα, τὰ δὲ λέγεται γράφω. εἴη δ᾽ ἂν πᾶν·
ὅκου καὶ ἐν Ζακύνθῳ ἐκ λίμνης καὶ ὕδατος πίσσαν 367
4 ἀναφερομένην αὐτὸς ἐγὼ ὥρεον. εἰσὶ μὲν καὶ πλεῦ-
νες αἱ λίμναι αὐτόθι, ἡ δὲ ὦν μεγίστη αὐτέων ἑβδο-
μήκοντα ποδῶν πάντη, βάθος δὲ διόργυιός ἐστι·

Cap. CXCV.

Κύραυνιν] Multum libri scripti in hac voce fluctuant. Convenit cum Herodoto Stephan. Byz. p. 493, nisi quod ibi, accentu mutato, reperitur *Κυραυνίς*. Intelligitur autem insula *Cercina* s. *Cercinna* in Syrtis maioris initio sita haud procul a continenti terra, cui ponte fuit iuncta. Cf. Strab. XVII p. 834 s. 1194 B. Plinius H. N. V, 7. Nunc insula vocatur *Querkyness*, duas proprie insulas angusto maris canali disiunctas complectens. Vid. Rennel. pag. 669. Schlichthorst. p. 163. Mannert. X, 2 p. 155. Contra insulam *Cernen* hic intelligi volunt Castiglioni (cf. Iahn. Annall. VIII, 3 p. 282) ac Niebuhr. Verm. Schrift. I p. 148, multo magis occasum versus sitam.

Ταῦτα εἰ μέν ἐστι ἀληθέως] Conf. IV, 134 ibiq. nott. et ad verba seqq. *τὰ δὲ λέγεται γράφω* nott. ad IV, 173. Verba *εἴη δ᾽ ἂν πᾶν* (*hoc autem haud scio an verum sit*) iam citavimus ad I, 57. — Ad ipsam rem cf. Achill. Tat. II, 14 ibique Iacobs. Animadverss. p. 535 seq.

ἐν Ζακύνθῳ] Fontes bituminis s. picis fossilis Zacynthi in insula memorat Ctesias Indd. Excerptt. 10, Eudoxus apud Antigon. Hist. Mirab. 169, ubi alios citat Beckmann. p. 214; accuratius nunc eos descripserunt Dodwell, Hawkins, alii; de quibus vid. nott. ad Ctesiae l. l. p. 289 seq. et Kruse Hellas II, 1 p. 426 seq. Nunc illi fontes in meridionali insulae parte prosilire dicuntur prope vicum Chieri a mare nonnihil remoti; ut sane regionis naturam terrae motibus mutatam fuisse credibile fiat, cum Herodoto auctore hi fontes quatuor tantum a mari distent stadia, quos eosdem nunc dirutos sive expletos mari propius se invenisse ait Dodwell. Adhuc octoginta vel centum hinc capi asphalti utres, quorum quisque centum quinquaginta capiat libras, affirmant.

ἐς ταύτην κοντὸν κατιεῖσι ἐπ' ἄκρῳ μυρσίνην προσ-
δήσαντες, καὶ ἔπειτα ἀναφέρουσι τῇ μυρσίνῃ πίσσαν,
ὀδμὴν μὲν ἔχουσαν ἀσφάλτου, τὰ δ' ἄλλα τῆς Πιε-
5 ρικῆς πίσσης ἀμείνω. ἐσχέουσι δὲ ἐς λάκκον ὀρω-
ρυγμένον ἀγχοῦ τῆς λίμνης· ἐπεὰν δὲ ἀθροίσωσι
συχνὴν, οὕτω ἐς τοὺς ἀμφορέας ἐκ τοῦ λάκκου
6 καταχέουσι. ὅ τι δ' ἂν ἐσπέσῃ ἐς τὴν λίμνην, ὑπὸ
γῆν ἰὸν, ἀναφαίνεται ἐν τῇ θαλάσσῃ· ἡ δὲ ἀπέχει
ὡς τέσσερα στάδια ἀπὸ τῆς λίμνης. οὕτω ὦν καὶ
τὰ ἀπὸ τῆς νήσου τῆς ἐπὶ Λιβύῃ κειμένης οἰκότα
196 ἐστὶ ἀληθηΐῃ. Λέγουσι δὲ καὶ τάδε Καρχηδόνιοι·

ἐπ' ἄκρῳ μυρσίνην προσδήσαντες] μυρσίνην et μυρσίνῃ in βυρσίνην et βυρσίνῃ mutari voluit Reiskius, ut intelligeretur *amphora coriacea*. Sine causa. Nam percommode cum Schweigh. intelligas licet *myrti ramum*; quemadmodum ex Agragantino in Sicilia fonte liquidum bitumen incolas arundinum paniculis, citissime sic adhaerescens, colligere Plinius testatur H. N. XXXV (15), 51, ubi etiam de *Zacynthio* liquido bitumine, quod situlis s. amphoris nunc hauriri scribunt.

τῆς Πιερικῆς πίσσης] „*Asia* olim Plinio auctore H. N. XIV, 21 *picem Idaeam* maxime probabat, *Graecia Piericam*.“ *Wessel*. Add. Didymus in Geoponn. VI, 5 p. 152. λάκκος dicitur *palus fossa*, ut VII, 119. Ad formam ὀρωρυγμένον conf. Matth. Gr. Gr. p. 307.

οὕτω ὦν καὶ τὰ — ἀληθηΐῃ] i. e. *Ita igitur etiam ea, quae de insula illa ad Libyae oram sita narrantur* (de auro scil., quod e fonte virgines egerunt) *veri similia sunt*, s. *vera esse probantur*. Ubi cum recentt. edd. reposui οἰκότα pro εἰκότα.

Cap. CXCVI.

Λέγουσι δὲ καὶ τάδε κ. τ. λ.] Conf. nott. ad IV, 191. Eustathius de Seribus (de quibus cf. Ammian. Marcell. XXIII, 6 ibique citata T. II p. 47 Wagn.) similia tradens Herodoteam hanc attigit narrationem, quam ad Senegambiae regiones retulerunt Schlichthorst. p. 167 ac Rennel. p. 705, quod non nisi a meridie desertorum Saharae aurum inveniatur in hac ipsa regione, ubi hanc mercium permutandarum consuetudinem inter Nigros atque Mauros nondum exolevisse testatur Shaw Itiner. I p. 393. Atque alii nunc quoque accedunt testes, unde tale commercium edocemur et vetere et nostra aetate aeque agi in Nigri regionibus auri plenis ultra deserta Saharae, ubi Mauri loco constituto merces deponant earumque vice aurum a Nigris allatum auferant, nemine ullum proferente ver-

εἶναι τῆς Λιβύης χῶρόν τε καὶ ἀνθρώπους ἔξω Ἡρακληΐων στηλέων κατοικημένους, ἐς τοὺς ἐπεὰν ἀπίκωνται καὶ ἐξέλωνται τὰ φορτία, θέντες αὐτὰ ἐπεξῆς παρὰ τὴν κυματωγὴν, ἐσβάντες ἐς τὰ πλοῖα, τύφειν καπνόν· τοὺς δ' ἐπιχωρίους, ἰδομένους τὸν καπνὸν, ἰέναι ἐπὶ τὴν θάλασσαν· καὶ ἔπειτα ἀντὶ τῶν φορτίων χρυσὸν τιθέναι, καὶ ἐξαναχωρέειν πρόσω ἀπὸ τῶν φορτίων. τοὺς δὲ Καρχηδονίους ἐκβάντας, σκέπτεσθαι· καὶ ἢν μὲν φαίνηταί σφι ἄξιος ὁ χρυσὸς τῶν φορτίων, ἀπελόμενοι ἀπαλλάσσονται· ἢν δὲ μὴ ἄξιος, ἐσβάντες ὀπίσω ἐς τὰ

Locus Libyae extra columnas Herculis, a navibus Carthaginiensium adiri solitus: mercandi ratio sine sermone, ac plena fidei.

bum. Quin teste Lyone in terra Sudan invenitur gens, noctu quae commercium agat eo fere modo, quo enarrat Herodotus. Advenae merces suas ubi exposuerunt singulis acervis distinctas, abeunt, mane redituri, aurumque mercium acervis ab indigenis adpositum ablaturi, si satis illud fuerit visum; si minus, et merces et aurum in medio relinquere dicuntur, donec plus auri fuerit adpositum. Tu vid. Heeren. Ideen II, 1 p. 182, qui simul attendi iubet ad Carthaginiensium coniunctionem cum illis regionibus auriferis, maiorem forsan, quam Graeci existimarint, quum Carthaginienses talia, ne aliis innotescerent, magna cura egisse videantur. Quibus *Cr.* haec adiecerat: „Similis negotiatio Nigrorum (der Neger von Guinea), quae tacite fit, memoratur in libro: Di Marco Polo e degli alteri viaggiatori Veneziani piu illustri del P. Ab. D. Placido Zurla. Venet. 1818. 19 p. 126 seq."

παρὰ τὴν κυματωγὴν] i. e. *in litoris crepidine*, ut interpretatur Valcken. citans Lucian. Tim. §. 56 (ubi vid. nott. pag. 440 T. I Bip.), apud Sophocl. in Oed. Col. 1237 (1240 al.) exstat *ἀκτὰ κυματοπλήξ*, quae *κύματος ἀγὴ* apud Apollon. Rhod. I, 554. In Herodot. IX, 100 nunc recte legitur *κυματωγῆς* (pro *κυματώγης*), ubi, qui a Wesselingio citatur Eustath. ad Odyss. p. 1540, 25 s. 230, 48 interpretatur *ἀκτὴν, ἔνθα τὰ κύματα ἄγονται* sive *litoris crepidinem, quam verberat unda maris*, s. *ad quam franguntur undae.* Add. Lucian. Hermot. 84, ubi multa Solanus T. IV p. 429 seq. Bip., alios, quos Herodoti interpretes attulerunt, in quo Eustath. l. l. habet *αἰγιαλόν.* Glossa Herodotea: *ὑπαγωγή· αἰγιαλός.* — *τύφειν καπνὸν* est *excitare fumum.* Locum citavit Henr. Steph. in Thes. s. v. Tom. VI p. 9732 ed. Angl., ubi plura nunc sunt allata.

ἢν δὲ μὴ ἄξιος] Quod vulgo post *μὴ* inseritur *εἴη* in pluribus codd. omissum, id cum recentt. edd. eieci, cum optati-

πλοῖα κατέαται· οἱ δὲ προσελθόντες ἄλλον πρὸς ὦν
3 ἔθηκαν χρυσόν, ἐς οὗ ἂν πείθωσι. ἀδικέειν δὲ οὐ-
δετέρους· οὔτε γὰρ αὐτοὺς τοῦ χρυσοῦ ἅπτεσθαι
πρὶν ἄν σφι ἀπισωθῇ τῇ ἀξίῃ τῶν φορτίων, οὔτ'
ἐκείνους τῶν φορτίων ἅπτεσθαι πρότερον ἢ αὐτοὶ
τὸ χρυσίον λάβωσι.

197 Quatuor Libyae nationes: duae indigenae, Libyae et Aethiopes: advenae totidem, Phoenices et Graeci.

Οὗτοι μέν εἰσι τοὺς ἡμεῖς ἔχομεν Λιβύων ὀνο-
μάσαι· καὶ τούτων οἱ πολλοὶ βασιλέος τοῦ Μήδων
2 οὔτε τι νῦν οὔτε τότε ἐφρόντιζον οὐδέν. Τόσον
δὲ ἔτι ἔχω εἰπεῖν περὶ τῆς χώρης ταύτης, ὅτι τέσ- 368
σερα ἔθνεα νέμεται αὐτήν, καὶ οὐ πλέω τούτων,
ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν· καὶ τὰ μὲν δύο αὐτόχθονα τῶν
3 ἐθνέων, τὰ δὲ δύο, οὔ. Λίβυες μὲν καὶ Αἰθίοπες,

---

vum praegressa particula ἦν, stare posse negem. Werfero in Actt. philoll. Monacc. I p. 103 in mentem venerat ἔῃ (pro εἴῃ), idque ipsum haud displicuit Matth. Gr. Gr. p. 1621, quamquam in textu retinuit εἴῃ. — Ad formam κατέαται (pro κάθηνται, ut IV, 187 εἰρέαται) conf. Matth. p. 377 et de tmesi in verbis πρὸς ὦν ἔθηκαν Herod. II, 39. 40; ne plura. — Ad τῇ ἀξίῃ subintelligas licet τιμῇ; de qua ellipsi conf. Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. p. 471. Ad λάβωσι cave adiicias ἄν; quippe quae vocula in soluta quoque oratione subinde omittitur. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 1010 — 1012; ne plura.

Cap. CXCVII.

καὶ τούτων — ἐφρόντιζον οὐδέν] Hisce verbis Noster ad ea redit, unde IV, 167 digressus erat: *Λιβύων γὰρ δὴ ἔθνεα πολλὰ — τὰ δὲ πλέω ἐφρόντιζε Δαρείου οὐδέν*, narrationem longiore digressione interruptam denuo suscipiens. — Scripsi τούτων pro τουτέων et βασιλέος pro βασιλῆος. Conf. Struve Spec. II p. 10.

ὅτι τέσσερα ἔθνεα νέμεται αὐτήν] Quatuor gentes, in quas Agathoclis aetate Africa fuit divisa, teste Valcken. memorat Diodor. XX, 55, qui idem III, 49 quatuor affert gentes Afrorum, Nasamones, Auchisas, Marmaridas, Macas, partim agricolas, partim nomadas.

Λίβυες μὲν καὶ Αἰθίοπες, αὐτόχθονες] Aegyptiorum nulla hic mentio; quippe quos Libyae quodammodo eximi docent nott. ad IV, 41. Africae vero septentrionalem tractum, qui incolant indigenae cum *Libyes* vocentur, qui meridionalem, *Aethiopes*; statuit Rennel. p. 571, indicari nostrae aetatis *Mauros* ac *Nigros* pariter atque olim nunc quoque a se invicem distinctos. Mihi secus videtur. Namque multum

αὐτόχθονες· οἱ μὲν τὰ πρὸς βορέω, οἱ δὲ τὰ πρὸς
νότου τῆς Λιβύης οἰκέοντες· Φοίνικες δὲ καὶ Ἕλ-
198 ληνες, ἐπήλυδες. Δοκέει δέ μοι οὐδ' ἀρετὴν εἶναί
τις ἡ Λιβύη σπουδαίη, ὥστε ἢ Ἀσίῃ ἢ Εὐρώπῃ
παραβληθῆναι, πλὴν Κίνυπος μούνης· τὸ γὰρ δὴ
2 αὐτὸ οὔνομα ἡ γῆ τῷ ποταμῷ ἔχει. αὕτη δὲ ὁμοίη
τῇ ἀρίστῃ γεῶν Δήμητρος καρπὸν ἐκφέρειν· οὐδὲ
3 οἶκε οὐδὲν τῇ ἄλλῃ Λιβύῃ. μελάγγαιός τε γάρ ἐστι,

Libyae terra minus bona, quam Asiae aut Europae: Cinyps regio fertilissima, et secundum eam regio Evesperitarum.

---

abest, ut Mauri, qui nunc dicuntur, ad indigenas gentes sint referendi, qui potius aliunde ingressi Libyae oram septentrionalem armorum vi occuparunt, prioribus incolis sive subactis sive eiectis; ita ut ab Arabum inde incursionibus hanc terram eiusque incolas plane mutatos esse credam. Itaque praestat, opinor, Heerenii sententia (Ideen II, 1 p. 309 sqq.) Libyes veteres ab Arabibus victoribus atque iam antea a Vandalis ab ora maritima regionibusque proximis repulsos nunc in Atlantis tractibus iugisque habitare et in regionibus meridiem versus hinc porrectis; eosque nunc vocari *Berbers*, a Mauris aeque ac Nigris probe discernendos. In quibus duas potissimum refert gentes Heerenius, quibus nunc nomen *Tibbo* et *Tuarik*. Add. Pach. Voyage etc. p. 28. 29 not. Sed *Aethiopes* quo minus ad *Nigros* referantur, nihil obstat, praesertim si quam latissime Aethiopum atque Aethiopiae nomen apud veteres pateat adeoque de omni fere Africa meridionali dicatur, reputemus.

Cap. CXCVIII.

Δοκέει δέ μοι — σπουδαίη] ἀρετὴ ad soli fertilitatem s. bonitatem pertinet, ut VII, 5. VIII, 144. Thucyd. I, 2. Ad voculam τις conf. Matth. Gr. Gr. p. 911 et ad σπουδαίη Herod. IV, 23. VIII, 69. De *Cinype* diximus ad IV, 175. Spectat huc, opinor, Mela I, 7, 33: „— Cinyps fluvius per uberrima arva decidens“ et Ovid. Ex Pont. II, 7, 25: „Cinyphiae segetis citius numerabis aristas.“

αὕτη δὲ ὁμοίη κ. τ. λ.] Comparatur regionis fertilitas cum ea, quae Babylonicae est terrae I, 193, ubi vid. Hinc quoque agriculturam in Cyrenaica maxime florentem celebrant veteres, quos citat Thrige Hist. Cyren. pag. 251 coll. Mannert. X, 2 pag. 58. Cr. conferri vult Schneider. in Ind. ad Scriptores Rei Rustic. T. IV p. 88 in voc. *Mago*; qui idem ad hoc caput conferri vult Valcken. de Aristobulo Iudaeo pag. 33 et Amersfoordt. Dissert. de variis Lectt. Holmesiann. Pentateuchi Mosaici pag. 18. — Ad formam γεῶν (quod reposuit Valck. pro γαιῶν) conf. Matth. Gr. Gr. pag. 517.

μελάγγαιος] Alii libri μελάγγεος, Florentinus, πελάγγεος.

καὶ ἔπυδρος πίδαξι· καὶ οὔτε αὐχμοῦ φροντίζουσα
οὐδὲν, οὔτε ὄμβρον πλέω πιοῦσα δεδήληται· ὕεται
4 γὰρ δὴ ταῦτα τῆς Λιβύης. τῶν δὲ ἐκφορίων τοῦ
καρποῦ ταὐτὰ μέτρα τῇ Βαβυλωνίῃ γῇ κατίσταται.
ἀγαθὴ δὲ γῆ καὶ τὴν Εὐεσπερῖται νέμονται· ἐπ'
ἑκατοστὰ γάρ, ἐπεὰν αὐτὴ ἑωυτῆς ἄριστα ἐνείκῃ,
199 ἐκφέρει· ἡ δὲ ἐν τῇ Κίνυπι, ἐπὶ τριηκόσια. Ἔχει
δὲ καὶ ἡ Κυρηναίη χώρη, ἐοῦσα ὑψηλοτάτη ταύτης
τῆς Λιβύης τὴν οἱ Νομάδες νέμονται, τρεῖς ὥρας
2 ἐν ἑωυτῇ ἀξίας θωύματος. πρῶτα μὲν γὰρ τὰ παρα-
θαλάσσια τῶν καρπῶν ὀργᾷ ἀμᾶσθαί τε καὶ τρυ-
γᾶσθαι· τούτων δὲ συγκεκομισμένων, τῶν ὑπερθα-
λασσιδίων χώρων τὰ μέσα ὀργᾷ συγκομίζεσθαι, τὰ

Cyrenaica regio editissima Libyae Nomadicae, tribus diversis locis octo menses autumnans.

Supra IV, 23 βαθύγεος. At propius huc spectat II, 12, ubi exhibuimus μελάγγαιον, quamquam in aliis μελάγγεον. Ad verba φροντίζουσα οὐδὲν conf. IV, 167 et ad πλέω (scil. τοῦ δέοντος) Matth. Gr. Gr. pag. 854; ad πιοῦσα conf. III, 117. τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς *terrae proventus* interpretatur Wesseling. ad Hesychium [I pag. 1157] amandans. — Pro Βαβυλωνίων cum recentt. edd. dedi Βαβυλωνίῃ e melioribus libris. De *Euesperitis* diximus ad IV, 171.

ἐπ' ἑκατοστὰ γὰρ] Conf. Matth. p. 1169 et Gronov. Observv. Monobibl. in scriptt. Eccles. pag. 36. Verba ἑωυτῆς ἄριστα attigimus ad I, 193. Ad ipsum argumentum faciunt, quae e Shawii Itinerar. II pag. 285 seq. attulit Larcher.

Cap. CXCIX.

ἐοῦσα ὑψηλοτάτη ταύτης τῆς Λιβύης] Iure huc refert Tafel (ad Pind. Pyth. IX pag. 910), quae in scholiis Pindaricis exstant ad Pyth. IX, 92. Add. IV, 14. Namque, quod satis nunc constat, loco mille ducentos pedes supra mare elato in planitie montana tabulae s. mensae formam referente fuit (conf. Strab. XVII p. 1194 A.) Cyrene condita, soli fertilitate atque ubertate maxime insignis. Attigit Thrige Hist. Cyren. p. 102. 103. Plura et accuratiora ex Della Cellae Itinerario dabit Ritter. Erdk. I pag. 945 seq., quibus nunc add. Pacho Voyage etc. pag. 83 seqq. chap. V regionis amoenitatem eximie laudantem et chap. XVII pag. 233 fertilitatem regionis Cyrenaicae raram celebrantem, quam veteres iam maxime dilaudasse novimus. Inter quos, ut uno hoc utar teste, Plinius conferatur H. N. V, 5. — Mox reduxi θωύματος a Gaisf. mutatum in θώματος. Cf. nott. ad IV, 28.

ὀργᾷ ἀμᾶσθαί τε καὶ τρυγᾶσθαι] Schweigh.: „*Maritimus tractus fructibus turget et*

βουνοὺς καλέουσι· συγκεκόμισταί τε οὗτος ὁ μέσος καρπὸς, καὶ ὁ ἐν τῇ κατυπερτάτῃ τῆς γῆς πεπαίνεσθαί τε καὶ ὀργᾷ. ὥστε ἐκπέποταί τε καὶ καταβέ-

---

ad messem vindemiamque maturus est." Verbum *ὀργᾶν* de *plantis, quae turgent et ad maturitatem pervenerunt,* dici, hoc ipso loco allato monstravit Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 193, ubi *ὀργᾷ· ἐπείγεται, ἐπιθυμεῖ.* Add. Her. IV, 64 ibiq. nott. Verbum *ἀμᾶν* (*metere*) ut ad *messem* proxime spectat (de quo multa allata video in Anglica Thes. Stephan. edit. T. II p. 1910 seq.), ita *τρυγᾶν* ad *videmiam* pertinet; cum enim omnino valeat: *fructus colligere cereales*, alios, (v. c. *mel*, *flores*, alia) peculiariter usurpatur de *uvis carpendis*, indicatque Latinorum *vindemiare*. Plurima vid. ibid. T. VI pag. 9692. Mox scripsi cum Gaisf. *τούτων δὲ συγκεκομισμένων*, ubi vulgo *τουτέων τε δὴ συγκ.*, et apud Wessel. *τουτέων δὲ δὴ συγκ.*, itemque dedi *τῶν ὑπερθαλασσιδίων*, ubi vulg. *τὰ ὑπερθ.*

τὰ βουνοὺς καλέουσι] Conf. De voce *βουνός* Casaubon. ad Athen. III, 22. Herod. IV, 158 (coll. 192), ubi Valcken. Grammaticorum attulit testimonia vocem peregrinam ex hoc loco citantium, quam exponunt *λόφον, κολώνην*. Vid. Eustath. ad Iliad. λ' p. 880 s. 831, 32. p. 231, 34 ed. Bas. ad Odyss. XIX pag. 1854 s. 680, 37. Phrynich. p. 156 [p. 355 ed. Lobeck. ibique citat. Sturz. De dial. Alex. pag. 154] Etymolog. p. 208, 3, ubi *βουνοί*, (a *βαίνειν ἄνω*) explicantur *οἱ ὑψηλοὶ καὶ ὀρώδεις καὶ γεώλοφοι τόποι*. Apud Diodor. V, 40 fin. in ipsa Cyrenaicae terrae descriptione invenias *βουνοειδής*, coll. Brunckii Analectt. II p. 355. — Ad usum particularum *τε — καὶ* in seqq. conf. Matth. Gr. Gr. p. 1257 et nott. ad IV, 53.

ὥστε ἐκπέποταί τε καὶ καταβέβρωται] i. e. „*Ita quando epotus comestusque est primus fructus, tunc opportune adest extremus.*" Schaefer. in Appar. Demosthen. II pag. 14 mavult simplex *βέβρωται*, quoniam compositum sit *κακέμφατον*, quippe valens *edendo perdere*, ut *καταπίνειν bibendo perdere*, coll. Homer. Od. XXII, 58. Nolim equidem, invitis praesertim libris, abiicere praepositionem; haud scio an perfectionis et absolutionis quandam verbo addat notionem. Ad hunc vero locum, credo, respexerunt, qui Cyrenaicam vini feracem contendentes, ad Herodoti provocant testimonium: quamquam aliunde quoque satis constat, vinum hac ex regione eximium provenisse. Cf. Thrige l. l. pag. 267. Ritter. Erdk. I p. 932. — Ad vocem *ὀπώρη* conf. quae in Boeckh. edit. Pind. Dissen. monuit ad Nem. V p. 392 seq. Add. Stephan. Thes. L. Gr. T. V p. 6684 seq. ed. Angl.

βρωται ὁ πρῶτος καρπὸς, καὶ ὁ τελευταῖος συμπαραγίνεται. οὕτω ἐπ' ὀκτὼ μῆνας Κυρηναίους ὀπώρη 1
ἐπέχει. Ταῦτα μέν νυν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

200 Οἱ δὲ Φερετίμης τιμωροὶ Πέρσαι, ἐπεί τε ἐκ τῆς Αἰγύπτου σταλέντες ὑπὸ τοῦ Ἀρυάνδεω ἀπίκατο ἐς τὴν Βάρκην, ἐπολιόρκεον τὴν πόλιν, ἐπαγγελλό- 369
μενοι ἐκδιδόναι τοὺς αἰτίους τοῦ φόνου τοῦ Ἀρκε- 6
σίλεω· τῶν δὲ, πᾶν γὰρ ἦν τὸ πλῆθος μεταίτιον,
2 οὐκ ἐδέκοντο τοὺς λόγους. ἐνθαῦτα δὲ ἐπολιόρκεον τὴν Βάρκην ἐπὶ μῆνας ἐννέα, ὀρύσσοντές τε ὀρύγματα ὑπόγαια φέροντα ἐς τὸ τεῖχος, καὶ προσβολὰς
3 καρτερὰς ποιεύμενοι. τὰ μέν νυν ὀρύγματα ἀνὴρ χαλκεὺς ἀνεῦρε ἐπιχάλκῳ ἀσπίδι ὧδε ἐπιφρασθείς· περι-

Persae obsident novem menses Barcen frustra: fabri aerarii calliditas in cuniculis, quos Persae agebant deprehendendis.

Cap. CC.

Οἱ δὲ Φερετίμης τιμωροὶ κ. τ. λ.] Iam Noster sermonem longa interruptum digressione inde a cap. 165. 167 denuo suscipit, expeditionem Persarum contra Barcam (quae ipsa ansam dederat digressioni huic de rebus Libycis) enarraturus. — Ad verbum *ἐπαγγελλόμενοι* conf. quae ad IV, 119 notata sunt et, quod ad ipsam rem attinet, vid. IV, 167. Structuram verborum seqq. *τῶν δὲ πᾶν γὰρ ἦν κ. τ. λ.* attigit Matth. Gr. Gr. p. 1242. — Ad verba *φέροντα ἐς τὸ τεῖχος* conf. III, 117 ibique nott.

ἀνὴρ χαλκεὺς ἀνεῦρε ἐπιχάλκῳ ἀσπίδι] Nimirum faber aerarius aeneo scuto hos cuniculos a Persis ad diruenda moenia factos detexit. Ubi *ἀνὴρ* eodem modo additum, quo supra IV, 194 et apud Aen. Tactic. 37, ubi eadem res, ad incunabula artis cuniculorum agendorum maxime pertinens, ex ipso Herodoto iisdem propemodum enarratur verbis. E quo eodem retulit Eustath. ad Il. *ν'*, p. 918, 21 s. 883, 42 et p. 436, 35 s. 331 fin., Herodoti *ὀρύγματα ὑπόγαια* vocans *ὑπόνομον* s. *cuniculos.* Alio modo (ait Valcken.) Demetrii cunicularios Rhodii, Romanos fefellerunt Ambraciotae, apud Diod. XX, 94. Liv. XXXVIII, 7 et Polyaen. VI, 17. Quibus Schwgh. adiicit Polyb. XXII, 11 hoc quoque monens, apud Herodotum voces *ἐπίχαλκον ἀσπίδα* minime accipi posse de *scuto, quod aere fuerit obductum,* sed potius de ipso *aeneo scuto* s. *aenea lamina*, quae obducendo scuto inserviat. Itaque *χαλκώματα λεπτότατα ταῖς κατασκευαῖς* adhiberi auctor est Polybius l. l.; mansit enim haec inter Graecos consuetudo, ut cuniculos admoto ad locum suspectum aeramento explorarent. *ἀσπὶς ἐπίχαλκος* (*scutum aere obductum*) apud Pausaniam quo-

φέρων αὐτὴν ἐντὸς τοῦ τείχεος προσίσχε πρὸς τὸ δάπε-
4 δον τῆς πόλιος. τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἔσκε κωφὰ πρὸς ἃ
προσίσχε, κατὰ δὲ τὰ ὀρυσσόμενα ἤχεσκε ὁ χαλκὸς τῆς
5 ἀσπίδος. ἀντορύσσοντες δ' ἂν ταύτῃ οἱ Βαρκαῖοι
ἔκτεινον τῶν Περσέων τοὺς γεωρυχέοντας· τοῦτο
μὲν δὴ οὕτω ἐξευρέθη· τὰς δὲ προσβολὰς ἀπεκρούον-
201 το οἱ Βαρκαῖοι. Χρόνων δὲ δὴ πολλῶν τριβομένων, Barcaei a Persis dolo ac perfidia capiuntur.
καὶ πιπτόντων ἀμφοτέρων πολλῶν καὶ οὐκ ἧσσον
τῶν Περσέων, Ἄμασις, ὁ στρατηγὸς τοῦ πεζοῦ, μη-
2 χανᾶται τοιάδε. μαθὼν τοὺς Βαρκαίους, ὡς κατὰ
μὲν τὸ ἰσχυρὸν οὐκ αἱρετοὶ εἶεν, δόλῳ δὲ αἱρετοί,
3 ποιέει τοιάδε. νυκτὸς τάφρην ὀρύξας εὐρέην, ἐπέ-
τεινε ξύλα ἀσθενέα ὑπὲρ αὐτῆς· κατύπερθε δὲ ἐπι-
πολῆς τῶν ξύλων χοῦν γῆς ἐπεφόρησε, ποιέων τῇ

---

que memoratur VI, 19 §. 3, ubi noster locus non fugit interpretem p. 70. — Verba ὧδε ἐπιφρασθείς valent: *ita secum reputans, volvens animo rem.* Cf. VII, 239. Mox cum recentt. retinui προσίσχε pro προΐσχε. — De imperfecti forma ἔσκε, in qua vis iterativa inest, monuit Buttmann. Gramm. mai. I pag. 551, qui idem p. 508 formam ἤχεσκε attigit. Additur vulgo istiusmodi imperfectis vocula ἄν. Conf. III, 117. IV, 130 ibiq. nott.

Cap. CCI.

Χρόνων δὲ — τριβομένων] Vulgo singularem in his videmus adhibitum numerum, ut I, 28. IV, 155. 146 etc. — κατὰ τὸ ἰσχυρὸν idem valet atque κατὰ τὸ καρτερόν III, 65, ubi vid. nott. coll. I, 76. IX, 2.

νυκτὸς τάφρην ὀρύξας] τάφρην plures codd. itemque Suidas h. l. citans T. III p. 438, nec aliter atque IV, 28, ubi pro τάφρον duo libri τάφρης. Cf. IV, 3. 20 alibi. Ac plures voces hoc modo promiscue adhiberi utraque forma observat Schweigh., ut ἡ ψάμμος et ἡ ψάμμη IV, 181. 182; ὁ et ἡ κίων IV, 184. I, 92, σαῦρος et σαύρα (de quo tamen vid. nott. ad IV, 183. 192). Infra IV, 203 pro ὄχθον Aldina exhibet ὄχθην, quod *ripam altam* exponunt, cum ὄχθος sit *collis, mons.* Plura Fischer. ad Anacreont. XX, 2.

ἐπέτεινε ξύλα ἀσθενέα κ. τ. λ.] Iisdem ferme verbis Noster utitur I, 186. Et notanda erit orationis abundantia in verbis κατύπερθε δὲ ἐπιπολῆς. — Mox cum Schweigh. et Gaisf. dedi προεκαλέετο pro vulg. προσεκαλέετο. — Ad ἕαδε cf. IV, 145 et ad τάμνοντες ὅρκια IV, 70. VII, 132.

4 ἄλλῃ γῇ ἰσόπεδον. ἅμα ἡμέρῃ δὲ ἐς λόγους προεκα-
λέετο τοὺς Βαρκαίους· οἱ δὲ ἀσπαστῶς ὑπήκουσαν,
5 ἐς ὅ σφι ἕαδε ὁμολογίῃ χρήσασθαι. τὴν δὲ ὁμολο-
γίην ἐποιεῦντο τοιήνδε τινὰ, ἐπὶ τῆς κρυπτῆς τά-
φρου τάμνοντες ὅρκια· „ἐς τ' ἂν ἡ γῆ αὕτη οὕτω
ἔχῃ, μένειν τὸ ὅρκιον κατὰ χώρην· καὶ Βαρκαίους
τε ὑποτελέειν φάναι ἀξίην βασιλέϊ, καὶ Πέρσας μη-
6 δὲν ἄλλο νεοχμοῦν κατὰ Βαρκαίων." Μετὰ δὲ τὸ
ὅρκιον, Βαρκαῖοι μὲν, πιστεύσαντες τούτοισι, αὐτοί
τε ἐξήϊσαν ἐκ τοῦ ἄστεος καὶ τῶν πολεμίων ἔων
παριέναι ἐς τὸ τεῖχος τὸν βουλόμενον, τὰς πύλας
7 πάσας ἀνοίξαντες. οἱ δὲ Πέρσαι καταῤῥήξαντες
τὴν κρυπτὴν γέφυραν, ἔθεον ἔσω ἐς τὸ τεῖχος.
κατέῤῥηξαν δὲ τοῦδε εἵνεκα τὴν ἐποίησαν γέφυραν,
ἵνα ἐμπεδορκέοιεν, ταμόντες τοῖσι Βαρκαίοισι χρό-
νον μένειν αἰεὶ τὸ ὅρκιον, ὅσον ἂν ἡ γῆ μένῃ κατὰ
τὰ τότε εἶχε· καταῤῥήξασι δὲ, οὐκέτι ἔμενε τὸ ὅρ-
κιον κατὰ χώρην.

ἐς τ' ἂν ἡ γῆ αὕτη οὕτω ἔχῃ, μένειν τὸ ὅρκιον κατὰ χώρην] In foederis formula Latinos inter et Romanos citra fraudem omnem μέχρις ἂν οὐρανός τε καὶ γῆ τὴν αὐτὴν στάσιν ἔχωσι apud Dionys. Halic. VI [95] p. 415 [s. 1261 Reisk.] *Wesseling*. Add. Polyaen. VII, 34 coll. VI, 22; quae attulit Valcken. commonstrans aeque in his ferri posse et praesens μένειν et futurum μενέειν, cuius loco Polyaen. l. l. exhibuit φυλάξειν. Plura citavi in Creuzer. Melett. III pag. 11 coll. Herod. IV, 147. — Ad locutionem μένειν κατὰ χώρην conf. IV, 135 ibique nott. ἀξίη, ut monuit Wessel. omne est, *quod ex aequo iure debetur*, ut VII, 39. Tu conf. IV, 196.

νεοχμοῦν κατὰ Βαρκαίων] Βαρκαίων cum recentt. edd. exhibui pro Βαρκαίους, quod tamen haud scio an tueatur alter locus V, 19: μηδὲν νεοχμῶσαι κατ' ἄνδρας τούτους. — Ad verbum νεοχμοῦν cf. Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 151 p. 544: νεοχμῶσαι, τὸ νεωστὶ κινῆσαί τι.

ἵνα ἐμπεδορκέοιεν] i. e. *ut iuramento starent, iuramentum servarent.* Citat Suidas s. v. I p. 725 et s. v. Φερετ. T. III p. 593. In verbis κατὰ τὰ τότε εἶχε Struve, quem laudavi ad IV, 76, dubius haeret, utrum τὰ delendum sit, an τὰ τότε accipiatur eo sensu, quo τὰ νῦν, alia id genus.

202 Τοὺς μέν νυν αἰτιωτάτους τῶν Βαρκαίων ἡ
Φερετίμη, ἐπεί τέ οἱ ἐκ τῶν Περσέων παρεδόθησαν,
ἀνεσκολόπισε κύκλῳ τοῦ τείχεος· τῶν δέ σφι γυ-
ναικῶν τοὺς μαζοὺς ἀποταμοῦσα περιέστιξε καὶ τού-
2 τοισι τὸ τεῖχος. τοὺς δὲ λοιποὺς τῶν Βαρκαίων
ληΐην ἐκέλευσε θέσθαι τοὺς Πέρσας, πλὴν ὅσοι αὐ-
τῶν ἦσαν Βαττιάδαι τε καὶ τοῦ φόνου οὐ μεταίτιοι·
203 τούτοισι δὲ τὴν πόλιν ἐπέτρεψε ἡ Φερετίμη. Τοὺς
ὦν δὴ λοιποὺς τῶν Βαρκαίων οἱ Πέρσαι ἀνδραπο-
δισάμενοι ἀπήισαν ὀπίσω· καὶ ἐπεί τε ἐπὶ τῇ Κυ-

Pheretimae crudelitas in caedis filii principes et eorum uxores:

370

Barcaei reliqui, praeter Battiadas et caedis insontes, in servitutem abducuntur.

Persae conati sero et frustra Cyrenen occupare, in Aegyptum redeuntes accipiunt a Libybus detrimenta.

Cap. CCII.

τοὺς μαζοὺς ἀποταμοῦσα] Unus Sancrofti liber *μαστοὺς*, Grammaticorum, opinor, ex praecepto, qui *μαζὸς* de virili mamma, *μασθὸς* de foeminea dici docent; Ammon. p. 91. Thomas Mag. p. 599. Neque vero hoc praeceptum usquequaque stare posse satis docuit Drakenborch. ad Thom. Mag. l. l. Noster feminis tribuit *μαστὸν* III, 133. V, 18, *μαζὸν* II, 85. IX, 112, ubi pro *μαζοὺς* duo codd. *μαστούς*. Ad *ἀνεσκολόπισε* conf. nott. ad III, 132 et ad *κύκλῳ* I, 185. II, 170. IV, 72. 180. Verbum *περιέστιξε* testatur (ut ait Wesseling.) *tanquam punctis moenia fuisse distincta mulierum mammis* ab immani regina. Tu conf. IV, 2.

τοὺς δὲ λοιποὺς — ληΐην ἐκέλευσε θέσθαι] „*Reliquos vero Persis praedae loco permisit*; proprie, iussit Persas ut reliquos praedae loco sibi haberent, i. e. mancipia facerent, in servitutem abducerent aut sub hasta venderent.“ *Schweigh.* in Lex. Herod. s. v. *ληΐη*. Tu adde sis nott. ad Plutarch. Pyrrh. 18 pag. 200 de usu vocis *λεία*. Mox cum Gaisf. et Matth. dedi *αὐτῶν* (pro *αὐτέων*) et *ἦσαν* pro *ἔσαν*, itemque *ἐπέτρεψε* pro *ἐπέτραψε*, cum utrâque forma promiscue Noster usus esse videatur. Cf., si tanti est, II, 64. 120. III, 130. V, 106. VII, 156.

Cap. CCIII.

ἀπήισαν ὀπίσω] Pertinet ad id loquendi genus, de quo monuimus ad III, 16. Verba: *ἐπεί τε ἐπὶ τῇ Κυρηναίων πόλι ἐπέστησαν* valent: *cum ad ipsam urbem agmen constitisset* s. *consedisset*. Vulgo: *cum ad urbem accessissent*. Ad verba *λόγιόν τι ἀποσιεύμενοι* conf. IV, 154 ibiq. nott. — *διεξῆκαν* (cui mox respondet *διεξιούσης*) *αὐτοὺς διὰ τοῦ ἄστεος* intelligo: *transitum per urbem Persis permiserunt* s. *Persas per urbem transire siverunt*, ut III, 158 *ἐσῆκε*, III, 77 *παρῆκε*. Pro *Βάρης* Sancrofti liber *Μάνδρης*. Tu vid. IV, 167. — Ad *οὐκ ἔα* conf. IV, 164.

ρηναίων πόλι ἐπέστησαν, οἱ Κυρηναῖοι λόγιόν τι
ἀποσιεύμενοι διεξῆκαν αὐτοὺς διὰ τοῦ ἄστεος.
2 διεξιούσης δὲ τῆς στρατιῆς, Βάρης μὲν ὁ τοῦ ναυ-
τικοῦ στρατοῦ στρατηγὸς ἐκέλευε αἱρέειν τὴν πόλιν,
Ἄμασις δὲ ὁ τοῦ πεζοῦ οὐκ ἔα· „ἐπὶ Βάρκην γὰρ
3 ἀποσταλῆναι μούνην Ἑλληνίδα πόλιν.“ ἐς ὃ διεξελ-
θοῦσι, καὶ ἱζομένοισι ἐπὶ Διὸς Λυκαίου ὄχθον, με-
τεμέλησέ σφι οὐ σχοῦσι τὴν Κυρήνην, καὶ ἐπει-
ρῶντο τὸ δεύτερον παριέναι ἐς αὐτήν· οἱ δὲ Κυ-
4 ρηναῖοι οὐ περιώρεον. τοῖσι δὲ Πέρσῃσι, οὐδενὸς
μαχομένου, φόβος ἐνέπεσε· ἀποδραμόντες δὲ ὅσον
ἑξήκοντα στάδια, ἵζοντο. ἱδρυθέντι δὲ τῷ στρατο-

καὶ ἱζομένοισι ἐπὶ Διὸς Λυκαίου ὄχθον] De verbo ἵζεσθαι conf. nott. ad IV, 145. *Iovem* Cyrenaeos coluisse plura indicia supersunt, quae attulit Boeckh. ad Pind. Pyth. IX p. 328. *Iuppiter Lycaeus* in Cyrenes urbe cultus ad ea, credo, pertinet numina, quae Dores coloni e patriis sedibus profecti in coloniam secum adduxerint. Namque Arcades quoque, apud quos proxime Iovem Lycaeum esse cultum e Pausan. VIII, 2. 38 discimus colonis ex omni Graecia fere coactis (cf. IV, 159) interfuisse probabile est. — Pro ὄχθον Aldina ὄχθην, de quo diximus ad IV, 201. Ad verba μετεμέλησε — σχοῦσι conf. nott. ad IV, 140.

οὐδενὸς μαχομένου, φόβος ἐνέπεσε] „Hic *terror* fuit Graecis *Panicus* dictus, cuius utpote divinitus immissi non appareret ratio. Thucyd. VII, 80. IV, 125. Eurip. Rhes. 36. Cornut. de Nat. Deor. 27. Eustath. in Il. ο' p. 1021, 32. De appellationis origine egerunt Eratosth. Catast. 27. Plutarch. De Is. et Osir. §. 14 et Polyaen. I, 2.“ *Valcken.* Tu add. Creuzer. Symbol. III p. 232.

ἀποδραμόντες δὲ ὅσον κ. τ. λ.] Cum Matth. retinui δέ, e Florentino libro a Schweigh. et Gaisf. mutatum in τε; quod ita poni posse et Thucydidis (cf. I, 9. VI, 20) et Plutarchi usus ostendere videtur, de quo dixi ad Pyrrh. 7 pag. 158. Add. Herod. IV, 33, ubi reposuimus πόλιν τε ἐς πόλιν πέμπειν pro πόλιν δέ. Haud displicet Schaeferi correctio ἀποδραμόντες δὲ ὅσον τε, modo libri scripti addicerent. Mox omnes codd. ἵζοντο, de quo vid. nott. ad IV, 145. Pro ἐπόδια (i. e. *commeatus ad viam necessarius, viaticum*) plures codd. ἐφόδια, qui omnes VI, 70 in lectione ἐπόδια conspirant. — In fine cap. αὐτῶν dedi pro αὐτέων. Ad formam ἀπικέατο conf. Matth. Gr. Gr. p. 377 seq.

πέδῳ ταύτῃ ἦλθε παρὰ Ἀρυάνδεω ἄγγελος, ἀποκα-
5 λέων αὐτούς. οἱ δὲ Πέρσαι Κυρηναίων δεηθέντες
ἐπόδιά σφι δοῦναι, ἔτυχον· λαβόντες δὲ ταῦτα,
6 ἀπαλλάσσοντο ἐς τὴν Αἴγυπτον. παραλαβόντες δὲ
τὸ ἐνθεῦτεν αὐτοὺς Λίβυες, τῆς τε ἐσθῆτος εἵνεκα
καὶ τῆς σκευῆς τοὺς ὑπολειπομένους αὐτῶν καὶ
ἐπελκομένους ἐφόνευον, ἐς ὃ ἐς τὴν Αἴγυπτον
204 ἀπικέατο. Οὗτος ὁ Περσέων στρατὸς τῆς Λιβύης
ἑκαστάτω ἐς Εὐεσπερίδας ἦλθε. τοὺς δὲ ἠνδραπο-
δίσαντο τῶν Βαρκαίων, τούτους δὲ ἐκ τῆς Αἰγύ-
πτου ἀνασπάστους ἐποίησαν παρὰ βασιλέα· βασι-
λεὺς δέ σφι Δαρεῖος ἔδωκε τῆς Βακτρίης χώρης
2 κώμην ἐγκατοικῆσαι. οἱ δὲ τῇ κώμῃ ταύτῃ οὔνομα
ἔθεντο Βάρκην, ἥπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν οἰκευμένη
205 ἐν τῇ γῇ τῇ Βακτρίῃ. Οὐ μὲν οὐδὲ ἡ Φερετίμη εὖ

Barcaeis captis vicus in Bactria datur ad incolendum.

Pheretima interit foedo morbo.

Cap. CCIV.

ἐς Εὐεσπερίδας] Vid. nott. ad IV, 171. Unde colligitur, Cyrenaeos Libyesque Persis non fuisse subditos, quorum statio fuit Mareae (II, 30) in Aegypti finibus, quos ab Libyum incursionibus tutarentur. Neque enim multum valuisse videtur illud, quod Cambysi itemque Dario, ut testatur Herod. III, 13. 91 dona tributi ad instar miserunt regis iram placaturi.

ἀνασπάστους ἐποίησαν] Male olim *ἀναστάτους*. Nam aliud est *ἀνάστατον ποιεῖν*, de quo diximus ad I, 76, aliud *ἀνάσπαστον ποιεῖν*, quod de eversae urbis regionisve incolis in captivitatem alienasque sedes abductis vel prorsus expulsis relegatisque dicitur. Vid. nott. ad III, 93. Ac plures istiusmodi gentes ex hoc Persarum more e patrio solo aliorsum abductas recenset Ritter. Vorhalle etc. p. 38. 39. Herodotei loci non immemor. — *βασιλέα* cum Gaisf. scripsi pro *βασιλῆα*.

Cap. CCV.

Οὐ μὲν οὐδὲ ἡ Φερετίμη εὖ τὴν ζόην κατέπλεξε] i. e. *Neque tamen bene vitam finivit*, ut interpretatur Valcken. ad V, 92, ubi est *διαπλέκειν τὸν βίον*, *vitam agere* s. *pertexere vitam*, *vitae telam;* ut sane non multum differre videatur ab eo, quod continuo legitur: *ἀπέθανε κακῶς*. — Pro *μὲν* cave rescribas *μήν*. Vid. II, 120. Ad loci argumentum (ad quod pertinet Suidas s. v. *εὐλαί* I p. 894 et Heraclid. Pontic. p. 8 Koel.) haec idem *Valcken.* „Crudelissimae mulieris fatum non illibenter commemorat et ut ingenio suo malorum osor Herodotus satisfaceret et ut formidine poenae lectores a talibus absterreret; adparet ubique historici *διάθεσις*, qualis Dionysio dici-

quum viva vermibus ebullisset.

τὴν ζόην κατέπλεξε. ὡς γὰρ δὴ τάχιστα ἐκ τῆς Λι- 371
βύης, τισαμένη τοὺς Βαρκαίους, ἀπενόστησε ἐς τὴν
Αἴγυπτον, ἀπέθανε κακῶς· ζῶσα γὰρ εὐλέων ἐξέ-
2 ζεσε. ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι 80
πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται. ἡ μὲν δὴ Φερετί-
μης τῆς Βάττεω τοιαύτη τε καὶ τοσαύτη τιμωρίη
ἐγένετο ἐς Βαρκαίους.

---

tur Halicarn. II p. 209. [T. VI p. 774 Reisk.] Herodoti Pheretima ζῶσα εὐλέων ἐξέζεσε. Qui hoc genere morbi perierint plures enumerantur a Menagio ad Laert. IV, 4 et Kuhnio ad Aelian. V. H. IV, 28 [Add. Plutarch. Syll. 36. Sturz. ad Pherecyd. fragmm. p. 17 seq. 23. Böttiger. de Nemesi Herodotea in Ruperti et Schlichthorst. Magaz. III, 1 p. 64. Koeler. ad Heraclid. Pont. p. 41]. In Aethiopiae gente Ἀκριδοφάγοις, qui secundum Diodor. III, 29 teterrimo hoc morbo passim adfecti moriebantur, non potuit illud ut poena divinitus inflicta considerari; mihi de morbis similibusque non absurdum videtur Hieroclis iudicium in Stobaei Ecl. Phys. pag. 10. Secundum Herodotum pessima mulier viva a vermibus erosa mortalibus fuit documento, ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται. Ob Dircen crudeliter raptatam Antiopae furorem divinitus immissum, ubi scribit Pausan. IX, 17 [§. IV], expressit haec etiam Herodoti, ista interferens: ἐπίφθονοι ἀεί πως παρὰ θεῶν αἱ ὑπερβολαὶ τῶν τιμωριῶν εἰσι. Superbos et crudeles si lento pede Deus sequitur ultor, tamen ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας." Tu vid. nott. ad I, 32 III, 40.

ζῶσα γὰρ εὐλέων ἐξέζεσε] i. e. *etiamnum vivens scatuit vermibus*, quibus scil. periit. Adhibuit Wessel. Tertulliani illud Ad Scapul. 3: *cum viva vermibus ebullisset.* Ad Pausan. IX, 7 §. 2. 3, ubi idem morbus commemoratur. Pro ἐξέζεσε in Florentino aliisque ἔζεσε, quod idem apud Lucian. in Alexandr. Pseud. 59 (T. V p. 117 Bip.) et Exod. XVI, 20. Apud Diogen. Laert. IV, 4 exstat ἐκζέσαι. — In proxime sqq. pro ὡς ἄρα, ut vulgo, dedi cum Schwgh. et Gaisf. ὧς (i. e. οὕτως) ἄρα; nam sensus est: *Ita nimirum nimia ultio mortalibus in malum cedit, eo quod deorum excitat invidiam.* Tu conf. supra notata.

ἡ μὲν δὴ Φερετίμης τῆς Βάττεω] Vulgo accipiunt: *Pheretimae, Batti filiae*; quod Wesselingio ac Larchero displicet, cum Batti illa fuerit *uxor*, non *filia*, ut ex IV, 162 pateat. At poterit, quae Batto fuerit nupta, alius eiusque prioris Batti e regia Cyrenaeorum stirpe perhiberi filia. — Pro Βάττεω tres libri Βατταίου.

ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἩΡΟΔΟΤΟΥ Δ'.

EXCURSUS I

AD HERODOT. III, 28.

(*Ex Creuzeri Commentatt. Herodott. pag.* 132 *seqq.*)

„Nemo nescit, quantopere in notis, quibus Apis a reliquis bubus dignosceretur, enarrandis discrepent inter se scriptores, quorum plura testimonia congessit Iablonskius in Panth. IV p. 182 seqq. Illud tamen agendum videtur, ut distinguamus primarias inter notas et secundarias. Ad illas autem pertinere dicas nigrum colorem variatum albo. Loquitur Strabo XVII, 808 p. 562 Tzsch. hanc ipsam rem commemorans: Congruit Plutarchus, qui de Iside et Osirid. p. 368 p. 508 in hunc modum: *Διὸ καὶ τοῖς τῆς σελήνης σχήμασιν ἔοικε πολλὰ τοῦ Ἄπιδος, περιμελαινομένου τὰ λαμπρὰ τοῖς σκιεροῖς* *). Imprimis tenenda sunt haec Aeliani H. A. XI, 10 p. 350 Schneid., qui posteaquam Herodotum et Aristagoram dixit hac in re non usquequaque probasse suam diligentiam Aegyptiis, haec carptim subiicit: *Καὶ γάρ τοι καὶ τὴν ἄνοδον τὴν τοῦ Νείλου ὑποδηλοῦν σημεῖόν φασι (Αἰγύπτιοι)* **) *καὶ τὸ τοῦ κοσμοῦ σχῆμα, ἀλλ' ὄψει τι καὶ σύμβολον, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσιν, ὅπερ*

*) Hoc ipsum ad oculos exponitur in tabulâ Isiacâ, ubi nigredo et albedo inter se variant in corpore Apidis. Vid. figuram insignitam literâ R. Neque lunae significatio deest in eo bove.

**) *Εὐετηρίας*, sive felicitatis anni, abs Api captum augurium prodit Scholiasta Luciani de Sacrific. III, 79 Bip. Quam rem cum Nili ascensu ap. Aelianum h. l. componit Hemsterhusius ad illum pag. 427. De scriptorum discrepantia in notis Apidis designandis monet Wessel. ad Diodor. I, 85 pag. 96.

οὖν αἰνίττεται τοῦ φωτὸς εἶναι τὸ σκότος πρεσβύτερον *), καὶ τὸ μηνοειδὲς τῆς σελήνης κατηγορεῖ σχῆμα συνιέντι μέρος ἄλλο, κ. τ. λ. — Revertor ad Herodotum. Quum is in fronte Apidis locet λευκὸν τετράγωνον, neque vero veterum scriptorum quisquam eam notam agnoscat: amplexi sunt omnes fere interpretes coniecturam Cayli Comitis in Recueil d' Antiqq. Tom. I p. 43 λευκόν τι τρίγωνον. Nam triangulum assignant Apidi et scriptores et monumenta **), et vulgaris est confusio utriusvis vocabuli ***). Veruntamen laudo vehementer continentiam Schweighaeuseri, qui in huiusmodi loco constituendo nihil novaverit. *Quadratum* enim sive τετράγωνον, pertinet ad *Mercurium*. Huius autem dei quae partes sint in universâ fortunâ Isidis et Osiridis, vel unus Plutarchus docere quemvis potest. Quid? ipsa consecratio Apidis fit κατὰ τὴν ὑφήγησιν τοῦ Ἑρμοῦ τὴν πρεσβυτάτην, ut est apud Aelianum l. l., qui idem scriptor singulas in corpore Apidis notas ad arcana Aegyptiorum symbola pertinuisse monet: ὅτου δὲ τῶν ἀστέρων ἕκαστον σημεῖον διὰ συμβόλων αἰνίττεται τὴν φύσιν, Αἰγύπτιοι τεκμηριῶσαι ἱκανοί. Atque de *Quaternione*, ut Hermetis numero, haud pauca praecipiunt scriptores veteres ****). E quibus Io. Lydus (de menss. p. 21) ita: τὴν δὲ τετάρτην ἡμέραν Στίλβοντι (ἑνὶ τῶν πλανητῶν κατ' Αἰγυπτίους οὕτω καλουμένῳ) ἀνέθεντο, ὃς ἐξ ἴσου ποτὲ μὲν ὑγραίνει, ποτὲ δὲ ξηραίνει, πνευματούμενος ὑπὸ τῆς περὶ τὸν ἥλιον ὀξυκινησίας· Ἑρμοῦ δὲ τοῦτον Ἕλληνες εἶναι βού-

*) Tenebras ante lucem noctemque matrem rerum omnium ex Aegyptiâ doctrinâ prodit etiam Io. Lydus de menss. loco luculento p. 13. Addit hinc a vesperâ numerandi diei initium facere Aegyptios.

**) Vid., ut hoc utar, Caylum l. l. ibiq. tab. 12, quae triangulum in fronte Apidis luculenter exhibet. Adde Zoegam de Obel. pag. 448. Alias Apidis notas e numis memorat *Raschius* in Lexico rei num. Vol. I p. 930. Etiam gemmae adhibendae; in quibus egregias habet museum Stoschii, nunc Borussiae Regis. Vid., ut hoc utar, selecta ex eo, quae Schlichtegroll. edidit I nr. 4. II tab. 13 nr. 71, ubi lunula super dorso Apidis.

***) Sic, ut hoc utar, in Nicomachi institutt. arith. II cap. 9 τρίγωνος pro τετράγωνος habet Cod. Paris.

****) Plutarch. Quaest. Sympos. IX p. 738 E. p. 1050 Wyttenbach. Proclus in Hesiodi Ἔργ. ad vs. 770 pag. 169 ed. Antv. (ex Philochoro; vid. huius fragmm. pag. 92 — 94 ed. Siebelis) et quae alia Meursius collegit de Denar. Pythag. pag. 1362. Quibus adde Io. Laurent. Lydum de menss. Romm. pag. 21 (coll. pag. 87. 99).

λονται· αὐτῷ τοίνυν τὴν τετράδα οἱ φιλοσοφοῦντες ἀνέθεντο, ὡς ἐφόρῳ τῶν μιγάδων ψυχῶν. Subiicit Pythagoricum placitum: *animam esse* τετράγωνον εὐθυγώνιον. His iungenda ea, quae idem p. 99 de pyramide memorat: (ἡ γὰρ πυραμὶς ὑπὸ τεσσάρων βάσεων καὶ τεσσάρων γωνιῶν μόνη περιεχομένη κ. τ. λ.) praecipue quae de *Mercurio quadratâ figurâ fingi solito* in medium profert p. 102: εἶτα δὲ τετράγωνον σχήματι Ἕλληνες ἀναπλάττουσι τοῦτον (τὸν Ἑρμῆν) τεκμήριον μέγιστον παρεχόμενοι λόγον εἶναι τοῦτον καὶ λόγον ἀληθῆ, quae ex quadranguli *figurâ* explicantur *). Iam si ea reputes, quae apud eosdem scriptores de quatuor basibus et quatuor angulis pyramidis traduntur, possis etiam τρίγωνον in Apidis notis pro pyramide accipere. Neque ego tamen faciam. Advertunt enim me, quae de τριγώνῳ in hac ipsâ religionum parte disputat Plutarchus de Isid. et Osirid. p. 373 sq. p. 530 Wyttenb., ubi cum alia ponit tum vero etiam haec: „lineâ ad rectum angulum alteri insistente marem, basi feminam, subtendente (τὴν δὲ ὑποτείνουσαν) prolem utriusque significari" καὶ τὸν μὲν Ὄσιριν ὡς ἀρχὴν, τὴν δὲ Ἶσιν ὡς ὑποδοχὴν, τὸν δὲ Ὧρον ὡς ἀποτέλεσμα. Et, ne multa, *Damascius mscr.* in Platonis Parmenid. in loco de Aegyptiorum hieroglyphis, ubi plura de triangulo et quadrangulo habet, ita scribit: οἷον Ἀθηνᾶς μὲν τὸ τρίγωνον· Ἑρμοῦ δὲ τὸ τετράγωνον. Atque Minervam inter atque Osiridem arctissimam necessitudinem intercedere, vel ipse Herodotus tecte significat II cap. 170 sq. cum Osiridem Saï in eius deae templo sepultum haud obscure memorat, et eius dei mortis spectacula ibidem exhiberi in scenis sacris dicit. Quid quaeris? Minerva Osiridis membratim dissecti cor servaverat et unice curaverat, ne hic deus *multas in partes dissectus prorsus periret.* Partium *multitudinem* vindicaverat ita, ut *unitati* eas restitueret et Osiridem *unum* denuo salvum praestaret. Erat enim Osiris *mundi* quasi *anima* per universae naturae varias *partes* minutatim diffusa; h. e. omnibus in rebus Osiris erat vis *creatrix* et *altrix:* Hermes **) sive

*) Gemina leguntur in Theologumm. arithmm. §. 23 p 24 ed. Ast.; et ap. Nicomach. institutt. arith. II, 9 pag. 119 eiusd. ed. eadem explicantur.

**) Locos huc pertinentes alibi laudavi, et de *Mercurio Aegyptiorum* monui ad Ciceronem de Nat. D. III, 22 p. 604 seqq. Quod Valckenaer. ad Herodoti locum, quem tractamus, ex Porphyrio ap. Euseb.

Mercurius erat vis *fictrix* ac *rectrix* et quasi *mens mundi.* Uterque autem adest Osiridi, et *Mercurius* et *Minerva.* Itaque rei ipsa ratio postulat, *ut utriusque etiam tesserae* (τετράγωνον *et* τρίγωνον) *in Osiridis simulacro Apide apparuerint.* Quae cum ita sint, ego nullus dubito, *quin in undetriginta notis Apidis et quadrangulus et triangulus fuerit, adeoque in eius fronte etiam* τετράγωνον *notae sacrae dignitatem habere potuerit.* Neque enim ex tam paucorum scriptorum et monumentorum reliquiis eam rem definiri pro certo posse apparet. Et, si accuratius omnia circumspiciamus, illud ipsum quadratum Apidi iunctum in uno alteroque monumento reperitur. Ac reapse, qui in mumiae Dresdensis feminae involucro pictus visitur Apis, is non modo triangulum iuxta se positum habet, verum supra dorsum etiam quadratum. Haec enim figura probabilior videatur iis, qui Augustei Vol. I tabulam 2 adspiciant, quam avis aut loti floris. Alterutrum enim Beckerus l. l. supra dorsum apparere dictitat. Verum, utut est, hoc nemo infitias iverit: τετράγωνον vel maxime pertinere ad *Osiridis simulacrum*, Apim.

Satis de τετραγώνῳ. Mutilatum autem Herodoti locum dicat quispiam alia quoque de causa. Etenim quas Apidis imagines exhibent tabulae Aegyptiorum pictae, anaglypha, aliaque artis monumenta, eae, *praeter certas eius bovis notas*, quas adhuc attigimus, insuper *solis discum inter cornua locatum*, ut plurimum spectandum praebent *). Ac

---

memorat τρίγωνον tanquam foecunditatis imaginem διὰ τὸ μόριον τῆς θηλείας, et φάλητα in memoriam redigit: nec haec symbola a trianguli et quadrati significatione in notis Apidis excludenda sunt. Vide quae ad Ciceronis l. l. de Mercurio Phalete, s. ithyphallico apposui. Et Hermaphroditus etiam huc facit quodammodo ac *Venus*, cui et ipsi *quaternarius* numerus dicatus est. Io. Lydus De menss. p. 87: ἡ γὰρ τοῦ παντὸς αἰσθητοῦ φύσις ἐκ τεσσάρων ἐστὶ στοιχείων, αὐτὴ δ' ἂν εἴη κατὰ τοὺς φυσιολόγους Ἀφροδίτη.

*) Vide sis tabulae Isiacae figur. R. item Monumentum Venetum, quod ex Pricaei commentario desumsit Gronovius et habet editio Herodoti Wesseling. ad p. 166; porro quae ex hoc genere Caylus Comes memorat in Recueil d' Antiqq. Vol. I p. 43 seq. et tria Apidis simulacra Musei Borgiani a Zoega de Obelisce. p. 448 enumerata. Pricaei iconem illam quod attinet, recedit illa quidem in vestimentorum genere aliisque rebus ab antiquo cultu Aegyptiorum; nec τρίγωνον expressum: nihilo tamen secius vel maxime memorabilis est censenda. Disci inter Apis vel Mnevis cornua locati ex suo ipse museo aliquot icones

nemo nescit, iam veteres conquestos esse, Herodoteorum librorum exemplaria mutilata corruptaque vulgo ferri. Nec alibi ignotus Nostro inter buculae cornua *ὁ τοῦ ἡλίου κύκλος μεμιμημένος χρύσεος*, quae verba leguntur in loco de vacca Mycerini II, 132.

At vero hic ipse locus, cum nostro compositus, me in eam sententiam deducit, ut non tam a librariis curtatam hanc de Apide narrationem arbitrer, quam ab ipso scriptore consulto contractam, ne liberius eloqui videretur, quae suo ex iudicio ad interiores religiones pertinerent. Nam si hoc loco addidisset discum solarem notis dei Apidis, pronum erat ad intelligendum, Mycerini filiam Osiridis in modum in Apide sepultam adeoque sacratam esse. Quam taciturnitatem quomodo postmodum Historiae patri vitio verterint Aegyptii, docuit nos Aelianus loco supra laudato. Et iam mirabimur, hodieque Herodotum aliis ignorantem videri et rudem rerum omnium reconditarum; nimis credulum aliis et alieno loco loquacem? Ac si quando Noster reconditiores rerum causas non tam aperit ac recludit, quam reverenter significat: factum est fere a recentioribus scriptoribus, ut ea non pro scriptis haberent, certe non eo adhiberent, quo eas causas aliorum scriptorum ac monumentorum ope, quoad eius fieri posset, eruerent et explicarent. — "

---

enumerat Payne-Knight in libro bonae frugis plenissimo Inquiry into the symbolical Language of ancient art and mythologie §. 32 p. 23.

EXCURSUS II

AD HERODOTI LOCUM III, 98 seqq. *DE INDIA.*

Mancam esse ac perexiguam Herodoti de India notitiam vix quemquam fugiet maximeque eam spectare ad eas Indiae partes septentrionales, quae Persarum ditioni additae vel iis certe conterminae commercii usu magis innotuerint, vel ex iis intelligitur, quae ad Ctesiae fragmm. p. 52 seq. olim diximus. Quaecunque enim de India refert Ctesias Indicorum in libro, ea ad easdem ferme pertinere regiones, ad quas Herodotea spectant, satis ibi monstravimus. Has ipsas vero regiones accuratius si definire velis, Rennelius l. l. p. 519 (coll. Vincent. ibid. p. 720) de terris cogitandum censet, quibus nunc nomen *Kabul*, *Kandahar*, *Panjab*, *Sind*, trans Indum extensis usque ad loca *Raipottana.* Quae angustioribus finibus circumscribenda videntur. Wahl. Erdbeschreib. v. Ostind. p. 457 intelligi placet terram *Belur*, *Kutwer* una cum parte desertorum *Cobi Tibetumque* parvam. Singulari cura postea in haec inquisiverunt Maltebrun. in Nouvelles Annall. d. Voyag. II p. 307 seqq. et Heeren. Ideen I, 1 p. 338 seq. 352 seq. 366, cui Herodoti India et septentrionales regiones Bactriae finitimas (sive Tibetum parvam, Ctesiae quoque cognitam una cum terra Kabul) et meridionales regiones ad Indi ostia et ultra Indum usque ad fluvium Paddar terraeque Guzerat fines complecti videtur. Septentrionales regiones Darii aetate maximam partem fuisse coniunctas in unam satrapiam, cuius tamen fines accuratius constituere vix licet, cum pro Persici regni statu temporumque conditione admodum variarint, idem monet p. 352. Post Alexandri expeditionem eae terrae, quae nunc vocantur *Lahore* et *Multan* aut una eaque communi appellatione *Panjab* comprehenduntur, Graecis melius innotuere. Interiorem Indiam, quam vulgo vocamus, Gangi fluvio adsitam minime Noster novit, cum Persae, quibus sua accepta referebat pater historiae, minime ad eas usque terras progressi fuerint regnique fines eo produxerint; adeo, ut ne elephanti quidem in

recensu copiarum, quae ex India Xerxem sequebantur, commemorentur alias frequentes Indorum in exercitibus, sed Persarum in exercitu ante pugnam ad Arbela commissam haud cogniti. Observat Schlegel. Ind. Biblioth. I, 2 p. 155 seqq. idem monens p. 147 Herodoti Indos non veros esse Indos, Sanscridanam aliamve hinc deductam loquentes linguam viventesque secundum Brachmanum leges, sed rudes quasdam gentes indigenas Nigrorum ad instar, quae ad dextram Indi habitent ripam in terris *Candahar* et *Baluchistan*, ut nunc vocant. Quae eadem fere repetiit idem vir doctus in: Berlin. Taschenbuch 1829 p. 15, ubi australes Herodoti Indos quaeri vult occidentem versus in terra *Baluchistan* ad Indum inferiorem, septentrionales Indos in *Tartaria* magna; quos ipsos non tam rudes nigrosque fuisse quam Herodoto visum fuerit, qui pro Negris eos habuisse videatur (id quod in septentrionales Indos minime conveniens), idem statuit. Sufficiant haec in universum disputata; quae singula singulas ad gentes Indiae pertineant, ea suis quaeque locis enotavimus. Iam de fide, quam Herodoti narrata de India mereant, si quaeras, hanc sane multum pendere e recta locorum intelligentia, ad quae sint illa ipsa referenda, nemo non intelligit, simulque etiam regrediendum erit ad fontes, unde Herodoteam de India narrationem fluxisse sit credibile. Quam Persarum e narrationibus totam fere haustam esse, ut in universum dubitari nequit dudumque statuerat Robertson. Ueber d. Kenntn. d. Alten v. Indien p. 92 ed. vernac. Forster., ita ipsius probatur scriptoris Nostri testimonio (v. c. III, 102. 105), qui, Maltebrunium si audiamus (l. l. p. 322) haec ipsa, quae a Persis acceperit, ad notiones apud Graecos vulgo receptas magis conformarit. Ac sane in his multa inveniri perquam mira, multa falsis vera admixta quis negabit? Neque vero hoc vitio vertam patri historiae, cum ne nunc quidem prorsus liqueat de iis ipsis regionibus per omnem fere antiquitatem densissima caligine obtectis. Accedit quod in tanta harum regionum obscuritate Herodoto sciscitanti ea potissimum enarrasse videntur Persae, quae ipsis maxime mira viderentur ipsorumque animos maxime affecerant. Namque hae ipsae Indiae regiones septentrionales minus adhuc cognitae potissimum sunt, quae antiquis Indorum carminibus maxime celebrantur, ad quas multa spectant commenta, fabulae Indorum in libris sacris obviae et per omnem fere Asiam ad Persas inde aliasque nationes propagatae. Unde veri fit simillimum, hisce e terris fabularum feracibus talia ad Persas quoque emanasse indeque in Herodoti libros transiisse. Praeter Wahl., qui haec attigit in libro laudato

p. 457 plura vid. in Ctesiae fragmm. p. 55 seq., quae hic repetere non vacat. Alia placuisse video Schlegelio Ind. Bibl. I. I. p. 147, qui idem alio loco (Berlin. Taschenb. 1829 p. 83) scite admonet, talia ad Germaniae quoque poetas veteres, v. c. ad Titurelem Eschenbachii fluxisse, ubi India praedicatur omnis sapientiae arcanae parens, quae omnia arcana, omnia mira stupendaque contineat. Atque id ipsum quoque in tali quaestione haud praetermitti debet, quod haud pauca, olim fabulosa fictave quae videbantur, nunc talia minime esse videntur, ipsa terra accuratius cognita; ut sane de aliis quoque, quae nos offendant, non sine cautione quadam adhibita nobis sit pronuntiandum.

EXCURSUS III

AD HERODOT. III, 102.

Ἄλλοι δὲ τῶν Ἰνδῶν Κασπατύρῳ τε πόλι καὶ τῇ Πακτυϊκῇ χώρῃ εἰσὶ πρόσουροι κ. τ. λ.

Eadem referuntur infra IV, 44, ubi Scylax ex urbe Caspatyro et Pactyica terra profectus esse dicitur, cum ab Indo fluvio ad sinum Arabicum usque navigaret. *Caspapyrum* urbem in terra Gandarica noverat Hecataeus, teste Stephano Byz. s. v. (cf. Hecataei fragmm. coll. Klausen. p. 94). De *Gandariis* supra diximus ad III, 91; de *Pactyibus* ad III, 93. Iam *Pactyicam* regionem et *Gandaricam* pro una eademque terra habet Larcherus (Tab. Geogr. p. 401 seqq. coll. p. 102) vel potius, id quod verisimilius, *Pactyicam* pro *Gandariae* parte, qua quidem appellatione utraque regio olim fuerit comprehensa, ita ut ea Gandariae portio, cui nomen Pactyica, prope Indum sit sita, meridiem et orientem versus a Bactriana, occidentem versus a Paropamiso monte. Duplicem Pactyicam, alteram Indicam alteram Armeniacam (prouti visum erat Rennelio) unquam fuisse idem negat. Dodwell. (Dissert. de Scylac. §. 1) Pactyicam regionem eandem esse statuit atque Gandaricam, quae postea fuerit appellata, Gangi vicinam; fluviumque inde Gangem, non Indum fuisse. At *Caspatyri* urbem ad Gangem sitam fuisse cave credas; ad occidentalem Indi fluvii ripam potius exstructa videri debet,

minime illa quidem confundenda cum urbe Pehkely, quae ab Indo procul in terra mediterranea fuit sita. Heeren. Ideen I, 1 p. 355 seq. Pactyicam regionem neque in Pekhely (quae Graecorum et Romanorum Peuceliotis fuit), ut Rennelius voluerat, neque in terra Badagshan, ut Gatter. placuerat, quaerendam esse censet, sed in regione, quae nunc vocatur *Kabul*, prope quam *Pokua* invenitur, nomine ipso vestigium quoddam Graecae appellationis retinente. Itaque Caspatyrum pro *Cabul* accipit, Indumque, cui haec urbs apposita erat, ab Herodoto poni vult pro *Gureo* s. *Kameh*, fluvio in Indum delabente, ita ut Noster fluvium, qui Indo aquas suas immittat, cum ipso Indo confudisse existimandus sit. Nec aliter Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. V, 1 p. 4 terram Pactyicam in regione ponit intra Choaspem et Indum et Caspatyrum in Cabul ipsa aut certe in eius vicinia. Post exstitit Wahl. Erdbeschr. v. Ostind. p. 469 seq., qui et Heerenii et eorum sententia reiecta, qui Pactyicam in regione Kaschmyr collocant, unice hic cogitari posse putat de terra *Badachschaan*, sive *Balanian* (ut Marco Polo eam appellat), cuius urbs cognominis ad Oxum sit sita. Ad fines huius terrae, ad fontes primarios Indi in terra Gandariorum, quae nunc *Kutwer* nuncupatur, sitam fuisse vult Caspatyrum urbem. Ac Stephanus Byz., qui ex Hecataeo affert *Κασπάπυρος* et mox ex Herodoti Thalia *Κάσπειρος*, Wahlio videtur Ptolemaei urbem *Caspiram* s. *Caspirum* et urbem *Caspatyrum* pro una eademque habuisse, praesertim cum utraque appellatio eodem ferme redeat. Nam vocem *Casp* s. *Caschp* monet Wahl. (l. l. II pag. 323 seq. 479 coll. I p. 679. 793) ad montium iuga saxaque praerupta locaque edita spectare multisque cum aliis vocibus reperiri coniunctam; voculam *Tyr* (s. *Tur*, *Thor*) denotare *arcem*, voculam *pyr urbem* sive *sedem*, *arcem*, ita ut nominis Caspatyri vestigia adhuc forsitan supersint in urbe *Kutwer*, *Katwer* s. *Katoor*, quae Indo fluvio adiacet. Post Wahlium copiosius disputavit de eadem re Maltebrun. (Annall. nouvell. d. voyag. II p. 334. 344 seqq.), qui duplicem Pactyicam fuisse negans *Pactyes* Herodoti vult eosdem esse atque eos, quos nunc vocant *Afghanen*, vel certe unam eorum tribum, quae cum proprie vocetur *Pouctany*, a Persis dictitata fuerit *Pactany*, ab Indis *Patans* et *Pithans:* in quo ipso contineri existimat Maltebrun. partem s. radicem primariam vocis *Pactyum*. De Afghanorum originibus, ne plura, Tu conf. Malcolm Hist. Pers. II pag. 77 ed. vernac. Caeterum Pactyicam et Gandaricam idem Maltebrun. pro una eademque regione habet, quam alluant aquae superioris Indi et fluviorum Suad, Causch-

kaur et Cabul, indeque Gandaricam pertinere vult ad provinciam *Candahar;* quae appellatio communem prodere videatur originem, Caspatyrum urbem denique ad ripas Choaspis (qui recentiorum est Causchkaur) sitam fuisse suspicatur, quamvis in tanto temporum intervallo rerumque discrimine vix certi quid statui possit. Hodiernum *Kaschmyr* Herodoteo *Caspatyro* indicari nuper statuit I. de Hammer. in Annall. Viennenss. Vol. LI p. 36. Atque A. G. Schlegel. quoque (Berlin. Taschenb. 1829 p. 17) urbem capitalem regionis Kaschmyr significari vult, perperam adiiciens hanc Heerenii esse sententiam, quam aliam prorsus esse supra vidimus.

EXCURSUS IV

AD HERODOT. III, 115.

οὔτε νήσους οἶδα Κασσιτερίδας ἐούσας, ἐκ τῶν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ.

De his insulis, alia ut taceam, inprimis disputarunt Tzschucke ad Pompon. Mel. III, 6 §. 3 nott. exegg. p. 184—189 Vol. III P. III. Heeren. Ideen II, 1 p. 173—177. I, 2 p. 55 et A. Vogel. in Erschii et Gruber. Encyclopaed. Vol. XXI p. 109 seqq., ubi afferuntur, quae et antiquiori et recentiori aetate de his prolata sunt. Nam ne veteres quidem, qui multo post Herodotum vel de industria vel obiter occasione tantum oblata, de his insulis, unde plumbum veniat, retulerunt, de situ harum insularum numerove concordant. Quorum ad Indiam usque qui relegarent Cassiterides, non defuerunt. Magis ad verum accessisse videntur, qui extra Gades Herculeasque columnas supra Lusitaniam septentrionem versus ab Iberia eo in mari, quod ad Britanniam usque tendit, insulas illas sitas esse contenderent. Vid. Strabon. III p. 219 s. 147 p. 265 s. 175. II p. 191 s. 129 p. 181 s. 120. Diodor. Sicul. V, 38. Alia dabit A. Vogel. l. l. p. 110 seq. coll. Lelewel. in libro, qui inscribitur: Entdeckungg. der Carthag. u. Griech. auf d. atlant. Ocean (Berolin. 1831) p. 134 seq. Recentiori aetate fuere, qui ipsam

Hiberniam atque Albionem sive Britanniam indicari putarent, ut in qua terra adhuc magna plumbi vis proveniat aliasque in terras exportetur, praesertim cum Phoenices, qui e Prussiae oris electrum petierint, Britanniam quoque adiisse veri sit simillimum. Alii iique plurimi *Silurum insulas*, s. Ostrymnicas (vocantur hodie: *Scilly = Inseln*, *Sorlingische Inseln*) intelligi volunt; in quibus praeter Mannertum Heerenius quoque, hanc plumbi mercaturam monens non ad istas insulas solas pertinuisse, verum ipsas etiam Angliae Hiberniaeve oras esse complexam. Add. Lelewel. l. l. p. 15. Quod ipsum probari certoque affirmari posse negat A. Vogel. l. l. p. 112, cui credibilius videtur, Cassiterides insulas a Phoenicibus aeque fictas esse atque Eridanum fluvium, eo consilio, quo verum celarent locum, unde plumbum afferrent, sibique solis hoc commercii genus reservarent, quaerentibus scilicet, unde plumbum adferrent, in universum respondentes, *e Cassiteridibus*, i. e. *ex plumbi insulis.* Si vero, quae ipsa fuerint haec loca, unde plumbum advexerint, quaenam istae insulae, quaeras, de Hispania potius (ex qua eadem terra quaevis fere metalla pretiosiora, argentum inprimis aurumque Poenos eduxisse constat) idem cogitari vult, eiusque de septentrionalibus atque occidentalibus regionibus, quae nunc ad Gallaeciam et Lusitaniam pertinent. Nec quidquam obstare idem monet, quo minus Phoenices etiam ulterius navibus vecti ipsam eam Britanniae partem, quae ad meridiem et occidentem maxime vergat, comitatum Cornubiensem (Cornwallis), hodieque multo plumbi proventu insignem attigisse perhibeantur. Cui sententiae adstipulatur Link. (Urwelt p. 265 seq.) cum vel seriori tempore in septentrionali Lusitaniae parte in provincia Beira prope locum Viseu metalla plumbi fuerint, quae recentiori demum aetate exerceri desierint, aliaque in his regionibus inveniantur metallorum antiquorum vestigia. Rennelio p. 382 Herodotus sub Cassiteridum nomine Britannicas insulas, unde plumbum Graecis advexerint Phoenices, comprehendisse videtur. Qui eadem attigit L. Bossi in Histor. Hispan. I p. 72. 73 (Ronneburg. 1825), insulas Hispanicae orae adsitas, e quibus primi Phoenices plumbum petierint, Cassiterides fuisse dictas statuit; quod idem nomen dein ad Britanniae insulas Silurum quoque translatum, ubi scil. Phoenices, iam ulterius navibus provecti magnam itidem plumbi copiam invenerint. Ὁ κασσίτερος, qui veteribus dicitur, Nostrum esse *Zinn*, perquam est credibile, monente Beckmann. Hist. invent. IV p. 327, quo utitur Heeren. l. l. II, 1 p. 174. Romani vocabant *plumbum album*, diversum illud quidem ab eo, quod ve-

teres appellabant *stannum*, recentiores, ut monet Beckmann. l. l. pag. 321, *Werk;* quamquam vel antiquitus *stannum* subinde dici Nostrum *Zinn* vel aliam quandam splendidiorem metalli mixturam, Linkio videtur probabile l. l. p. 266. Nostrum *Blei* Romani dicebant *plumbum nigrum*, eodem observante Link.

De ipsa voce κασσίτερος eiusque etymo diversimode statuunt. Nam ex India ut metallum ita nomen quoque eius sunt qui ductum esse contendant, Sanscridanae linguae afferentes vocem *tiram*, quae plumbum significet, aut ad insulam Indicam *cashla* provocantes. Quae quam incerta sint, quivis sponte intelligit. Conf. Link. l. l. p. 265. E Phoenicum linguâ vocem repetere mavult Bochart. in Canaan. I cap. 39 cum Graeca vox Chaldaicae s. Arabicae voci similis sonet. Nam pro בדיל (IV Mos. XXXI, 22) in his dialectis reperiri *Kastira*, *Kistara* et *Kasdir*, adeoque *Kastiterion;* nisi, quae Vogelii est sententia p. 109 l. l., hae ipsae voces serioris sint aetatis, ad Graecum vocabulum confictae. Nihilominus A. G. Schlegel. (Indien. Berliner Taschenbuch 1829 p. 8) nomen κασσίτερος cum Sanscridana voce *Kastîra* convenire ait; ita ut forsitan Phoenices hoc metallum prius ex India quam ex Britannia repetierint. Quod mihi quidem non persuasit vir doctus. Et hac in sententia dicendâ, ut monuit *Cr.*, parum sibi ipsum constare iudicat A. Benary in Berlin. Jahrbb. d. wissensch. Kritik 1831 p. 759.

EXCURSUS V
AD HERODOT. III, 116.

De Gryphis.

Fabulam de Gryphis, Herodoto et h. l. et IV, 13. 27 obiter tantum indicatam, haud scio an eam ob causam, quod a vero abhorrere videretur patri historiae, pluribus enarravit Ctesias (Indd. §. 12 et apud Aelian. N. A. IV, 27), e quo profecit Phile de animall. propriett. 2 p. 15 seqq. et Plin. H. N. VII, 2. Alios locos excitavit Völcker. Myth. Geograph. I p. 186 not. 156 et dudum antea Comes ill. de Veltheim: Vermischt. Aufsätze („von den goldgrabenden Ameisen und Greifen der Alten" vid. supra ad Herod. III, 102) T. II pag. 267 seqq., ubi omnem hanc narrationem ad auri lotionem refert, in desertis Cobi (quae ipsa eam fere regionem tangunt, in quà gryphi probabiliter collocantur) quae olim facta fuerit hodieque fiat ope hominum servorumve, qui vel bello capti vel quum quid deliquissent, ad hoc opus fuerint coacti Indiaeque regibus aurum hoc modo acquisitum detulerint, studiosissimis illis quidem, ne quid de his foras efflueret cognitumque fieret, unde tanta auri copia ad ipsos afferretur. Quo eodem consilio illos reges omnia vult custodiis cinxisse ac saepsisse sive ipsorum hominum sive canum ferarum, ne quis propius ad ista loca accedere auderet, certi quid de his comperturus; itemque multas fabulas horribiles miraculosasque sparsisse, quibus reliquos homines perterritos arcerent, quo minus ad has regiones accederent. Wahl. (Erdbeschr. v. Ostind. pag. 488 seqq.) Gryphos pro gente habet, cuius sedes in Asiae septentrionalis et orientalis regionibus fuerint, quaeque vix diversa sit a Riphaeorum atque etiam Hyperboreorum gente *). In montis *Altai* cacuminibus illos habitasse statuit pri-

*) Sic quoque Guignes de gente *Tartarica Niu-tche*, cuius terra auro abundet, hic cogitandum esse censet. (Mém. de l'Acad. d. Inscript. XXXV pag. 563 seq.) Quod quam temerarium sit, monet Danvill. (ibid.

mosque per Asiam artem *metallorum effodiendorum* exercuisse videri; ut huius viri docti iudicio Gryphorum aurum nullum aliud existimari debeat nisi aurum e metallis s. fodinis acquisitum. Quae gens maxime remota minusque cognita cum fuerit, factum, ut, quae de hac gente mira praedicarentur, cum fabula de avi Grypho mox confunderentur et in unam eandem quasi coalescerent fabulam *). Ac sane quam maxime tenendum, de iis hìc agi terris, quae fabularum per omnem fere orientem sparsarum fuerint feracissimae adeoque parentes, unde, quae in Indorum Persarumque mythis reperiantur, pleraque sint repetenda. Nam fabula de Gryphis ad easdem Asiae regiones pertinebit, ad quas fabulam de formicis III, 102 relegandam censuimus, ad loca ista sabulosa montiumque iuga, quae ex Persarum aliarumque orientis gentium opinione terrarum orbem claudere et quasi conterminare putabantur. Conf. Heeren. Ideen I, 1 p. 93 seqq. 342. I, 2 p. 286 seqq. coll. Ritter. Vorhalle etc. pag. 226 seq. Inde nil mirum, in ruderibus Persepolitanis Gryphum avem hodieque repraesentatam conspici, qualem Ctesias l. l. descripsit, indicante Heeren. l. l. I, 1 p. 239. Maltebrun., quem fabulam de formicis aeque ac de gryphis copiosius tractasse supra diximus, de gryphis aliter prorsus statuit (Nouvell. Annall. d. Voyag. II pag. 380 seqq.). Namque in montibus, ubi Indi fluvii sint fontes metallaque aurea, aquilas quoque fuisse putat vulturesque enormis magnitudinis; Indos vero homines, qui in his metallis opus facerent, multa de his avibus enarrasse mirumque in modum exaggerasse; mox additis iis, quae de periculis hominum in illis metallis laborantium sive per deserta Tibeti parvae ac Buchariae proficiscentium ab istis ipsis beluis ferrentur. Nostra adeo memoria in Siberiae insulis avis cuiusdam ingentis ossa detecta esse; quam olim quoque in Imai montibus exstitisse, nihil absonum. Linkii sententiam (Urwelt pag. 259), quà fabulam de gryphis cum fabula de formicis post confusam omnemque in Indiae terras rele-

---

pag. 589.) Völcker. l. l. pag. 189, quae Herodotus tradat de Gryphis Arimaspisve eorumque auro, ea historico fundamento inniti et veri quid continere ratus, hanc terram ab his gentibus incultam, auriferam, unde aurum ad Graecos Ponticos allatum fuerit, in Asia superiori circa montes Altai quaeri vult.

*) Hinc Mela II, 1, 11: — „est regio ditis admodum soli, inhabitabilis tamen: quia Gryphi saevum ac pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egestum mire amant mireque custodiunt et sunt infesti attingentibus.“

gatam fuisse arbitratur; supra iam commemoravimus. Cuius confusionis praecipuum auctorem videri Ctesiam; ipsam de gryphis fabulam e poetarum descriptionibus de gente, quae venationem falconum ope exercuerit, oriri potuisse idem suspicatur Link. Quam potius ex Persarum doctrina sacra ita explicari vult Rhode (Ueber Alter und Werth einiger Morgenl. Urkund. pag. 98 seqq. Die heilige Sage der Baktrer, Meder etc. pag. 227 seq.), ut Gryphi sint *Ahrimanii* genii s. *Dews*, quorum frequens in libris Persarum mentio, qui per deserta palantes peregrinatoribus infesti esse eosdemque quibusvis malis premere putentur, aquarum inopia, ventis sabulosis atque internecivis, quos nonnisi qui velocissimis utatur equis effugere possit. Quae tamen merito displicuerunt Hammero in Annall. Viennenss. IX pag. 53 nott. coll. Annall. Heidelb. 1823 nro. 6 pag. 92. 93, cum neque avi Simurg. (sphingi) neque avi Roch (grypho) quidquam sit commune cum istis malis geniis. Quin non defuerunt, qui Gryphos aurum custodientes cum Cherubim sacrae scripturae, paradisi introitum custodientibus, contenderent, ipsumque paradisum cum eà terrà, quam auri plenam Gryphi tutari dicuntur, in qua auream, quam dicunt, aetatem degerint homines. Vid. Hasse Entdeck. im Felde der ältest. Erd- und Menschengesch. pag. 235 ff. Hartmann. Aufklärungg. über Asien I pag. 137 seqq. Ad Indicam avem sacram dii Vischnu, quae vocetur *Garouda*, capite, pennis, unguibus aquilae instructam, hominis corpore ac pedibus, narrationem de Gryphis spectare censet Wilford in Asiatik Research. XIV, 373 coll. Vienn. Annall. LI pag. 33 seqq. Alia nunc lubens transeo; hoc unum adiiciens, ipsam vocem γρύψ Persicae originis videri Tychsenio (ap. Heeren. Ideen I, 2 pag. 386). Persicam enim vocem *gereifen* valere vult greifen; cuius terminatione abiecta, manere *greif*, quod ipsum conveniat cum Graeca voce γρύψ. Utut est, ex oriente fabulam de Gryphis ad Graecos allatam esse, minime dubium. Apud quos quantum locum mature iam tenuerit, documento sunt artis opera: in quibus frequenter occurrunt gryphi varia forma ac significatione ornatus causa adhibiti; at quid potissimum iis indicetur, haud prorsus liquere videtur Völckero Myth. Geogr. I pag. 184, nisi ut sphingibus ita gryphis altius quid ac magis reconditum, arcanam quandam sapientiam significari statuas. Sed de his pluribus disputare, huius loci non est. Tu vid. Böttiger. Kunstmytholog. I pag. 422. Vasengemälde III, 105. Creuzer. Symbol. I pag. 443. 540.

EXCURSUS VI

AD HERODOT. III, 119 coll. IV, 129.

Viro Illustrissimo Doctissimo
I. C. F. Baehrio
C. Fr. Hermannus S.

„Meministi, Vir amicissime, ante hos tres menses, quum Tu totus esses in Herodoto Tuo doctis curis illustrando, ego Sophoclis Antigonam publicis scholis explicarem, sermonem inter nos incidere de loco illo satis notabili, quo Herodoteum III, 119 Sophocles expresserit, Antig. v. 905—912:

οὐ γάρ ποτ᾽ οὔτ᾽ ἂν, εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν,
οὔτ᾽ εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο,
βίᾳ πολιτῶν τόνδ᾽ ἂν ᾐρόμην πόνον.
τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω;
πόσις μὲν ἄν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν,
καὶ παῖς ἀπ᾽ ἄλλου φωτὸς, εἰ τοῦδ᾽ ἤμπλακον,
μητρὸς δ᾽ ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν
οὐκ ἔστ᾽ ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.

quem quum haud exigui momenti esse posse ad illustrandas quaestiones tot recentissimo tempore disputationibus agitatas de historiae Herodoteae aetate atque origine intellexissemus, flagitabas, ut, quae ego de eà re sentirem, latius quam per colloquii angustias liceret, exposita per literas Tecum communicarem. Ego vero illud etsi haud gravate recepissem, diutius tamen distuli, veritus ne aut ab aliis dicta recoquerem, aut nova magis quam vera afferrem: neque haec, quae iam ad Te perscripsi, aliter accipias quam ad voluntatis meae testificationem scripta esse, quorum quae vera sint, longe a Te melius scriberentur, quae nova, ne patronum quidem sperare Te audeant; officio tamen coactus, nihil dicere quam tacere malui. Et hoc quidem extra dubitationem esse arbitror, tantam utriusque loci similitudinem esse, ut non prodiisse alter

ex altero non possit. Bene enim Wexius in Prolegom. IV, 22 not. 2 (T. I p. 73): „quid tandem, inquit, est, cur dicat ἀπ' ἄλλου φωτός, quum, si filius interisset, non necesse erat, ut et coniux demortuus esset, immo poterat ex eodem marito alios liberos suscipere? Causam hanc esse suspicamur, quia Sophocli illius feminae Herodoteae exemplum obversatum est, cui si fratrem praeferret, non solum de liberorum, sed simul de coniugis iacturà periclitandum erat.“ Praeterea adeo illud argute dictum est tamque longe a communi hominum sensu recedere videtur, ut duos in idem pro se quemque incidisse vix cogitari possit. Exstiterunt sane, ut v. c. Solgerus (cf. Nachgelassene Schriften und Briefwechsel, herausgeg. v. L. Tieck u. Fr. v. Raumer, 1826 T. I p. 162—166), qui multo maiorem apud veteres fratrum sororumque quam coniugum adeoque liberorum necessitudinem fuisse contenderent; optime tamen meà quidem sententià God. Hermannus in Praef. edit. tert. Antig.: „nam et Antigonae, inquit, illa et Intaphernis uxoris disputatio quid aliud quam etiam veteribus id mirum ac paene inauditum visum esse ostendit, si mulier marito filiisque potiorem haberet fratrem?“ Longe secus est in duobus aliis locis, quibus Herodoti libros Sophoclis animo obversatos esse vulgo opinantur, Oedip. Tyr. v. 1528—1530:

> ὥστε θνητὸν ὄντ' ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν
> ἡμέραν ἐπισκοποῦντα, μηδέν' ὀλβίζειν πρὶν ἂν
> τέρμα τοῦ βίου περάσῃ μηδὲν ἀλγεινὸν παθών:

et Oedip. Colon. v. 337:

> ὦ πάντ' ἐκείνω τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις
> φύσιν κατεικασθέντε καὶ βίου τροφάς κ. τ. λ.,

quorum alterum non intelligo cur minus aliunde quam ex Herodoto II, 35 repetere poëta potuerit, nisi in tanto commercio per Herodotum primum Aegyptiorum mores Graecis innotuisse statuamus; alterum autem adeo consentaneum est vitae humanae rationibus, ut multos illud et ante Solonem et sine eo intellexisse arbitrer. Quamquam minime negaverim, Solonis potissimum operà factum esse, ut velut in proverbium abiret certatimque deinde a poëtis usurparetur; at illud ipsum Solonis cum Croeso colloquium, quod ut a Grauerto (de Aesopo et fabulis Aesopiis p. 44 seqq.) nuper in dubitationem revocatum est, ita a Voemelio nostro propediem victriciis argumentis defendetur, alià quoque vià praeter Herodoti narrationem I, 32 ad Sophoclis notitiam pervenire potuit. Haec tamen utut sint, ad nostram quaestionem minus faciunt,

quum utrumque Oedipum post Antigonam scriptum esse constet; in Antigonâ autem, quae Ol. 84. 4 = 441 a. Chr. acta est, si locum Herodoti respexisse Sophoclem certum sit, partem saltem Herodotei operis iam tum absolutam fuisse appareat. Idque ut credam, me quidem inclinare profiteor; ne tamen temere vel incaute mihi sumere videar, difficultates, quotquot oboriuntur, haud celabo. Et primum quidem de ipsa Sophoclei loci origine dubitatum est ab Iacobo, Quaestt. Sophocl. Varsav. 1821 pag. 363 seqq., ne imbecillus quidam homo, quaecunque apud Herodotum invenisset, nullo usus iudicio, genuinis Sophoclis verbis inseruerit; ea vero opinio quum ab aliis, qui de Antigonâ disputarunt, ut Boeckhio (über die Antigone des Sophocles, in Comm. Acad. Berl. 1824 p. 77), Wexio, Hermanno, tum peculiari libello a Carolo Schönbornio (Progr. Guben. 1827) adeo est refutata, ut hanc disputationem, quae utique magis ad diiudicandam fabulae Sophocleae indolem pertinet, prorsus omittere possimus; illud tantum monebo, iam Aristotelem Rhetor. III, 16. 9 eius loci ut Sophoclei mentionem facere. Deinde Clemens Alexandr. Stromatt. VI p. 625 D. Sylb. Herodotum potius ex Sophocle hausisse autumat adeoque furti illum insimulat; sed bene intellexerunt Heysius (Quaestt. Herodd. p. 67) et Wexius, parum consentaneum esse, Herodotum suae rerum gestarum narrationi poëtae commento, cuius fidem praestare non posset, admiscendo temere commisisse, ut suam historici fidem ultro infringeret; apparetque historicum ideo tantum totam illam rem narrasse, ut singulare illud mulieris dictum posteritati conservaretur, poëtam autem longe veri similius est, dum Antigonam perfectum sororii amoris exemplar proponere vellet, omnia undique arripuisse, quae huic imagini ornamentum addere possent. Nec Suevernio equidem assentiar, qui illam narrationem hominum sermone propagatam fuisse atque ex hoc communi fonte utrumque hausisse arbitratur; licet eodem Hermannum quoque incumbere videam, qui: „fecit, inquit, Sophocles, quod saepe fecerunt tragici Graeci, ut etiam minus apto loco, quod populo, argutis disceptationibus delectari solito, acceptum fore intelligeret, eius afferendi arriperet opportunitatem; quare quum Persicae illius mulieris dictum celebratum esse sciret, utendum eo putavit, idque haud sane inscite fecit;“ dubito enim, an eiusmodi factum prorsus singulare, cuius nec nobilis actor et scena satis remota esset, nisi per illum ipsum, quem talia primum ipsis in locis studiose conquisisse novimus, in hominum ora venire non potuerit; ideoque Wesselingio, Musgravio, Wexio potius

accedo, qui ab Herodoto demum illud Sophoclem accepisse censent. Quamquam ingenue fateor, longe graviorem eam difficultatem ingruere, utrum ex scripto Herodoti libro, an potius ex familiari historici sermone poëta id didicerit, quod praeter Schönbornium et Iaegerum (Disputatt. Herodd. p. 23), Wexio quoque satis probabile est visum: „Fieri autem potuisse, ut, quamvis Herodoti libri tunc nondum aut conscripti aut editi essent, ab Herodoto ista velut in familiari colloquio acceperit, inde efficies, quod ex illo epigrammate, de quo supra c. I §. 16 disputatum est, familiaritatem et consuetudinem inter illos intercessisse apparet.“ Plutarchus enim (an seni sit ger. resp. T. XII p. 104 Hutt.) *τουτὶ δὲ*, inquit, *ὁμολογουμένως Σοφοκλέους ἐστὶ τὸ ἐπιγραμμάτιον·*

ᾠδὴν Ἡροδότῳ τεῦξεν Σοφοκλῆς ἐτέων ὢν
πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα,

quod, ubi Sophoclem Ol. 70, 4 = 497 a. Chr. natum esse statuimus (cf. Wex. l. c. pag. 27 — 35), ipso anno ante quam Antigonam ederet, poëtam scripsisse apparet; quo epigrammate licet mirum in modum abusus sit Iaegerus, quum, levem quandam Boeckhii (l. c. p. 59) indicationem secutus, Sami eos amicitiam iunxisse censeat, quo tamen propter Antigonam ipsam editam demum Sophocles praetor missus est — haud tamen male proponit nobis Herodotum hilari loquacitate varia ex iis, quae viderat atque audierat, amico expromentem. At, inquies, nonne recitatis Athenis libris suis praemium a Senatu Atheniensium Herodotum accepisse Eusebius narrat; quod sive anno Ol. 83, 4 = 445 a. Chr. sive cum Scaligero et interprete Armeno praecedentis anni Panathenaeis magnis assignamus, Antigonam Sophoclis aliquot annis antecedit? Eam enim recitationem, quam iam Ol. 81, 1 = 456 a. Chr. Olympiae instituisse vulgo fertur (Heyse p. 26), licet et ipse cupidius quam verius impugnatam esse a Dahlmanno concedam, ipse tamen intelliges paullisper nobis seponendam esse, ne, dum dubia dubiis fulciamus, circulum in demonstrando committere videamur; Eusebii autem narratio accedente locupletissimo Plutarchi testimonio, de Malign. Herodoti c. 26, extra omnem dubitationem posita est. Audio, neque valde repugnabo sententiae, quam mihi quoque verisimillimam videri supra iam monui; attamen quae ipsum Plutarchi locum evolventi mihi novae difficultates obortae sint, candide Tibi, Vir amicissime, exponam. Plutarchus: *ὅτι μέντοι*, inquit, *δέκα τάλαντα δωρεὰν ἔλαβεν ἐξ Ἀθηνῶν, Ἀνύτου τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ, Δίυππος, εἴρηκεν:* sic enim pro

vulg. lect. ἀντὶ τοῦ recte ex Basil. Wyttenbachius et Huttenius reposuerunt. Sed quamvis egregie norim Anytum oratorem Atheniensem, cuius operâ domi militiaeque cives ipsius haud raro usos esse tum historia comprobat tum Plato Menon. p. 90 A., vix tamen arbitror, quem Ol. 94, 3 = 403 a. Chr. inter principes exsulum, qui a Piraeeo redierint, fuisse et triennio post Socratis accusatorem exstitisse constet (cf. quos laudavi in Comp. Antiqu. Graecc. §. 169 n. 1), eundem plus quam quadraginta annis ante talis sive Senatusconsulti sive plebisciti suasorem esse potuisse. Restaret ut bis recitasse Athenis Herodotum statueremus; sed vide ne Eusebius potius per pravam ratiocinationem in fraudem inductus sit. Nam quum vulgo notum esset Herodotum Thuriis colonum accessisse, adeo ut Plinius Hist. Nat. XII, 4 eo ipso anno, quo illa colonia deducta est, U. C. 310 = Ol. 84, 1 = 444 a. Chr. historiam eum illic condidisse tradat, facile eo pervenire chronographus potuit, ut, quam Athenis habitam recitationem nosset, eam etsi non multo ante, neutiquam tamen post illum annum collocari debere arbitraretur. At vero Herodotum non illico Thurios discessisse, sed per aliquantum temporis etiam postea in Graeciâ versatum esse videri, acute nuper Iaegerus monuit (l. l. p. 25 seq.), adhibito inprimis loco V, 77: τὸ δὲ ἀριστερῆς χερὸς ἕστηκε πρῶτον ἐσιόντι ἐς τὰ προπύλαια τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλι, qui ipsum oculis usurpasse Propylaea certissime comprobat; ea autem quum Euthymene demum Archonte, Ol. 85, 4 = 437 a. Chr. aedificari coepta sint (Harpocrat. s. v.), apparet historicum post illum annum aut adhuc moratum esse in Graeciâ aut itinere facto illuc pro tempore rediisse. Neque enim illud equidem dixerim contra veterum testimonia, non statim quum colonia deduceretur, civem illi Herodotum adscriptum; sed intelligimus ex Thucydide I, 27 haud inusitatum fuisse, ut qui nomina sua ad coloniam aliquam professi essent, certâ pecuniâ depositâ in patriâ manerent neque eo secius illius participes haberentur (εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὲν μὴ ἐθέλει συμπλεῖν, μετέχειν δὲ βούλεται τῆς ἀποικίας, πεντήκοντα δραχμὰς καταθέντα Κορινθίας μένειν); nec video quid obstet, quo minus illum identidem opportunitate oblatâ Athenas rediisse censeamus; sicuti Lysiam quoque, qui et ipse Thurios commigraverat, circa annum 430 ad visendas Athenas venisse videri haud, ut opinor, improbabiliter nuper demonstravi in Ephemer. Scholast. Nr. 82 p. 652. Sed ne in his quidem subsistendum puto. Ipsum Lysiae exemplum admonet, ut quaeramus, quid egerit Herodotus, quum post cladem Siciliensem Thurii ab Atheniensi-

bus deficerent Ol. 92, 1 = 412 a. Chr.? num veri simile sit tum, quum Lysias aliique Atheniensium amici vel eiicerentur vel discederent, Herodotum, quem tanto Athenas studio complexum esse sciamus, illic remansisse? — Magnum facinus aggredior; sed vide ne ipsa illa Anyti mentio apud Plutarchum nos cogat, ut post illum annum 412 Athenis fuisse Herodotum ibique opus suum, quod tum iam absolutum esse potuit, recitasse statuamus; ut taceam, ea, quae IX, 73 de Decelea scripsit, quum recte a viris doctis ad illos ipsos annos relata sint, multo facilius oculis illum quam auribus percipere potuisse. Quin ille quoque rumor, cuius apud Suidam (s. v. Ἡρόδοτος, Tom. II pag. 76 Kust.) memoria exstat: *τινὲς δὲ ἐν Πέλλῃ αὐτὸν τελευτῆσαι φασίν*, nimis ille indigne a plerisque spretus, aliquam certe, non dicam confirmationem, sed explicationem inde nanciscitur, ubi Herodotum sub finem belli Peloponnesiaci non in Italià, sed in Graecià ipsà versantem cogitamus; notum enim est, quanto tum studio Archelaus, Macedoniae rex, quidquid doctorum hominum Athenae haberent, ad se invitaverit; et Euripidem quidem mortuum ibi constat et sepultum, Athenis Cenotaphium tantum eius exstitit; Herodotum tamen non is sim equidem, qui contra potiora testimonia ipsis Thuriis diem obiisse negem, quo ille pace inter Lacedaemonios et Athenienses factâ facile redire potuit. Sed hae quidem hallucinationes sunt; quibus tamen reiectis illud constare arbitror, eas operis partes, quae Graeciae res Atheniensiumque laudes continent, serius quam vulgo credatur, et compositas ab illo et recitatas Athenis esse; priores libros, quibus itinerum suorum memoriam exterarumque nationum mores atque res gestas consignavit, minime repugnabo si quis, collectis omnibus, quae veri similia esse supra indicavi, iam ante Thuriorum coloniam deductam et scriptos et per recitationes Graecis innotuisse censuerit, modo ne eandem, quà nunc leguntur, formam iam tum habuisse contendat. Neque Olympiae recitasse negem eum, quem et Corinthiis (Dio Chrysost. XXXVII p. 456 Morell.) et Thebanis (Plut. de Herod. Malign. c. 31) historias suas venditasse legamus; quod tamen si iam Ol. 81 factum est, parvam tantum totius operis partem comprehendere potuisse recte Heysius intellexit, cui quae Iaegerus nuper opposuit (pag. 12): non nisi reliquis itineribus confectis magnâque rerum copià collectà totam operis rationem, unde singula pendeant, Herodoti animo designari potuisse; quum ad formam tantum operis spectent, rerum ipsarum recitationem non convellunt.

Habes, Vir amicissime, quod postulabas, sententiae meae expositionem ingenuam et candidam, eam denique, quae non docere Te, sed a Te edoceri cupiat; quam si Tu pro humanitate Tuà boni aequique consulueris, nihil amplius desidero, nisi ut Tu valeas meque, quod facis, ames! Heidelbergae postrid. Idus Decemb. 1831.

EXCURSUS VII

AD HERODOT. IV, 18.

Ἀπὸ δὲ ταύτης (Hylaeae) ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί· τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας· σφέας δὲ αὐτοὺς, Ὀλβιοπολίτας.

Olbiopolitae cives sunt *Olbiae*, quae eadem urbs etiam vocatur *Olbiopolis*, *Borysthenitarum asty* (conf. Herod. IV, 78), *Borysthenes*, eadem appellatione, qua fluvius praeterlabens *). In numis urbis adhuc superstitibus unum *Olbiae* comparet nomen; conf. Remarques sur un ouvrage intitulé Antiquitt. Grecqs du Bosphor. Cimmer. (St. Petersbourg 1823) pag. 13. 39. Namque *Borysthenis* atque *Borysthenitarum* nomina ut altera Olbiae appellatione sanequam antiquiora et apud exteros potissimum, ut videtur, postea usitatiora, ita apud Graecos illius regionis accolas, Milesios in primis colonos, *Olbiae* denominatio praevaluisse et unice quasi dominata esse videtur, quam ipsam ab opibus divitiisque mercaturà acquisitis ductam indeque retentam, honoris quasi titulum, satis intelligitur, praesertim cum aliis quoque urbibus per antiquitatem idem nomen tributum esse novimus **). Tu vid. Köhler. Mém. sur les

---

*) Minime vero dicebatur *Borysthenis*, ut quibusdam placuit. Tu vid. Creuzer. loco mox laudando pag. 1235.

**) *Olbiopolitarum* nomen Graecum cum a Scythico quodam nomine videatur translatum, mirum omnino sibi videri ait Miot, Gallus Herodoti interpres, quod, qui in Assyriae, Aegypti, aliarum terrarum descriptione nomina urbium, fluviorum, locorum minime in Graecum sermonem translata exhibeat, plane diverso modo agat in Scythia descri-

tles et l. cours. — Achille (Petersbourg 1827) p. 127 coll. 257 et Ritter. Vorhalle pag. 175. Tzschucke ad Mel. II, 1 nott. exegg. pag. 29. 33 seq. Vol. III P. II de nominibus et urbis et gentis plura afferens. Ipsa urbs, cuius meminerunt Strabo VII p. 306 s. 470 A. coll. IV pag. 180 s. pag. 272 A. coll. XIV pag. 666 s. 982 B. Plinius IV, 12 (26), Dio Chrysostom. (qui unum in urbe hac annum commoratus est) in orat. Borysthen. pag. 436 T. II nr. XXXVI pag. 74 seqq. ed. Reisk., nunc demum, ubi loco ipso urbis reperto, multisque ibi numis adeoque inscriptionibus compluribus detectis, accuratius nobis innotescere coepit. Tu vid. inprimis librum supra laudatum: Choix d. Medaill. antiques d'Olbiopolis ou Olbia, faisant partie du cabinet du conseiller d'état de Blaramberg (Paris 1822 8.), una cum Creuzeri censura huius libelli in Annall. Heidelbergenss. 1822 pag. 1234 seqq. Quo in libro accuratius de ipsa Olbia eiusque situ agitur, adiecta quoque tabulà aeri incisa ad urbis inclytae situm melius cognoscendum. Neque enim, ut olim plures arbitrati sunt, vetus Olbia eo fere loco sita fuit, quo nunc iacet Oczakow (quod ipsum meridiem versus aliquot milliaria a vetere Olbia distat), neque eo, quo nunc invenitur Cherson, sed centum fere milliaria Russica (vulgo vocantur Werst), quae viginti quinque milliaria Gallica (Lieues vulgo dicunt) aequant, ab urbe nunc celeberrimà Odessà distans ad dextram Hypanis (Bug) ripam iuxta vicum *Ilinsky*, sex tantum milliaria Russica remota ab eo loco, ubi Hypanis atque Borysthenes aquas iungunt indeque etiam non procul ab eo loco, quo Olbiae antiquum fuisse portum s. *Borysthenitarum emporium* probabiliter constituimus in not. ad IV, 17. Conf. Choix etc. pag. 11. Ob tumulos sepulcrales eo loco, in quo exstructa fuit Olbia, conspicuos, nunc illi nomen *Stomogil*, i. e. *centum tumuli*. Pertinet ille ad possessiones comitis Kuschelew-Besborodko, multaque antiquitatis continet indicia, aedium rudera, camerarum dirutarum reliquias, colles e terra sublatos, alia. Monuit de situ urbis praeter libri laudati auctorem Köhler. Mémoire etc. p. 126 seqq. coll. 120. Et conferri cum his possunt, quae protulerunt Mannert. IV pag. 82. Reichard. in Hertha 1828 I pag. 46.

Hoc igitur loco prisco admodum aevo iam colonia fuisse videtur Thraco-phrygica, Graecis admixtis et duplici *Olbiae* (i. e. *divitis*, *beatae*) et *Sabiae* (a *Sabo*, qui est Bacchus) nomine insignita. Cf. Creu-

---

benda, cuius terrae voces omnino Graeci quid spirent; quod ipsum e communi utriusque nationis stirpe explicari posse suspicatur.

zer. l. l. pag. 1235—1237. Postea circa 655 a. Chr. n. *) successit Milesiorum colonia, quae unum *Olbiae* nomen retinuit urbemque mox ad id fastigium perduxit, ut cum maximis ipsius Graeciae urbibus contendere posset, maxime florente mancipiorum, annonae, pellium ac piscium mercatura; ita ut ei urbi, quae nunc in illis ferme regionibus condita et ipsa mercaturae celebritate floret, *Odessam* dico, minime cessisse putari debeat. Nongentos enim per annos ferme stetit incolumis, sexcentos annos maxime illa quidem florens, donec Gothorum incursionibus, tertio fere post Chr. n. saeculo deleta esse videatur. Nam inde ab hoc tempore nulla invenitur mentio urbis, quam quidem iam antea Getarum sive Dacum irruptionibus, medio quod Christum proxime antecedit saeculo, tantopere afflictam fuisse credibile est, ut nunquam postea veterem splendorem atque amplitudinem recuperare potuerit. Cf. librum citatum Choix d. medaill. pag. 5. 29, cuius auctor urbis celeberrimae historiam per singula saecula persequitur numorumque adhuc inventorum accuratum adiecit indicem. Tu add. Raoul-Rochette Antiqq. Grecq. du Bosphor. Cimmer. (Paris 1822) pag. 15—25.

EXCURSUS VIII
AD HERODOT. IV, 32.

De Hyperboreis.

De *Hyperboreis* primarii exstant veterum loci apud Pindar. Ol. III, 25 seqq. Strabon. I pag. 62 s. 106 C. VII pag. 295 s. 452 C. XI pag. 507 s. 774 B. Diodor. Sicul. II, 47. Pausan. I, 31 §. 2 coll. Callimach. in Del. 282. Plin. H. N. IV, 12 (26). Mel. III, 5 init. [ubi conf. Tzschuck. nott. exegg. pag. 114—118 Vol. III P. III]. De iisdem quae varia hinc recentioris aetatis viri docti statuere, ea, hoc quidem loco minime repetenda **), collegit redarguitque I. H. Schubart in

*) Conf. Choix d. medailles etc. pag. 29. 11. Raoul-Rochette Histoir. d. établiss. d. col. Gr. III pag. 315 seqq.

**) Huc etiam ea pertinent, quae olim Gesner. disputaverat, notante *Cr.*, de Hyperboreis in Diss. de navigatt. extra column. Herc. Praelect. II sect. II pag. 647 (Orphicc. ed. Hermann.).

priori disputat. de Hyperboreis parte (Marburg. 1825 8.) p. 7—26; quibus add. Hug. Untersuch. über d. Myth. pag. 57. Tafel Dilucidd. Pindd. ad Olymp. III, 25 et K. O. Müller. Dor. I pag. 267 seqq. 273 seqq., qui bene vidit, agi hic de gente ficta ac fabulosa, cui posterae aetatis tam poetae quam geographi certas quasdam in orbe terrarum sedes assignare studuerint, modo ad ultimum Occidentem, modo ad extremas terrae oras boreales ablegantes Hyperboreos; quos qui ad occidentales terrae partes ponunt, eos egregie falli, post alios nunc luculentissime docuit Völcker. Myth. Geogr. pag. 150 seqq. 168. Itaque ne iis quidem accedere possumus, quae nuper statuit Niebuhr. Hist. Rom. I pag. 85 seq. ed. sec., Hyperboreos, Pelasgicam scil. gentem, in Italia quaerendos esse. Nobis, quae de hac gente narrantur, magnam partem eodem releganda videntur, quo narrationes de Gryphis, Arimaspis, de quibus singulis suo loco monuimus; quippe eodem ex fonte ducta. Neque tamen ii sumus, qui veri quid sub fabulae involucris latere prorsus negemus; quid vero hoc ipsum sit, accuratius indicare vix licebit; quamquam gentem quandam in Scythia videri fuisse Hyperboreorum, unde sacra illa olim Graecis fuerint allata, minime equidem infitias iverim. Nec aliam fere ipsius Herodoti mentem fuisse suspicor, qui mythica illa, opinor, potissimum respiciens et quae poetae aliive scriptores de Hyperboreis confabulati erant mirave cecinerant, admodum dubitanter IV, 32 de his pronuntiavit atque in narrationis fine IV, 36 hunc in modum scripsit: *εἰ δέ εἰσί τινες Ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι, εἰσὶ καὶ ὑπερνότιοι ἄλλοι.* Quae cum ita sint, fabulam de Hyperboreis cum Apollinis cultu e regionibus borealibus in Graeciam introducto coniunctam fuisse, vix dubium. Quae gens si re vera exstiterit, eam in Asiae septentrionalis regionibus consedisse probabile fit ac dein magis magisque occidentem versus porrectam ad Europam usque septentrionalem et occidentalem Graecis tum temporis valde rudibus incultisque haud accuratius cognitam accessisse; unde in ipsam Graeciam Apollinis sacra prisco admodum aevo illata esse quis statuat. Neque vero, ut Schubarto l. l. p. 32 placuit, Hyperboreos dixerim colonos, qui ex oriente profecti, ducibus sacerdotibus, coloniarum seriem condiderint iis in terris, quas alluat Pontus Euxinus quaeque inde septentrionem et orientem versus spectent. „Ubi (sunt verba Schubarti) quum a commercio earum gentium, cum quibus agebant, non fuerint separati, mox cum ipsis miscebantur et nomen eorum in populorum abiit nomen, quibuscum se iunxerant.“ Ex quo eodem ille explicari

posse putat, cur a Scythis Noster nihil comperire potuerit de Hyperboreis, eorumque nomen cur posteris temporibus prorsus evanuerit, cur denique in sede Hyperboreis assignanda tantopere varient auctores. Quae num sufficiant ad fabulae rationem indolemque perspiciendam, aliis diiudicandum relinquo. Nec magis mihi probatur Ritteri opinio (Vorhalle pag. 286. 317), qui Hyperboreos aeque atque Argippaeos Issedonesque pro colonis sacerdotalibus habet antiquae fidei Buddhaicae propagandae causa profectis ex India, si diis placet, interiori. Hoc quidem velim attendi, Hyperboreos plerumque commemorari una cum Arimaspis, Argippaeis, Gryphis coniunctos; ut valde inde laudanda sit Schubarti opera l. l. pag. 33 seqq. in singulis iis colligendis comparandisque, quae hisce gentibus, quas modo dixi, fuerint communia, morum dico institutorumque similitudinem, praeceptorumque congruentiam, iustitiam adeoque sanctitatem, quae iis unà tribuitur, linguae propriam indolem, carnis abstinentiam, frugumque alimenta, capitis calvitiem, quin ipsas sedes in montium cacuminibus, quae his assignantur, alia. Et confer quoque Ritter. Erdkunde II pag. 893 coll. 907. Quo prior iam Wahl. Erdbeschr. v. Ostind. pag. 491 Hyperboreos cum Arimaspis, Gryphis componi nec raro confundi monuerat, cum illi montium tractus, per omnem Asiam septentrionalem adeoque ipsam Europam porrecti, minusque cogniti, montium *Hyperboreorum*, sive, quod eodem redeat, *Riphaeorum* nomine insigniti fuerint, atque etiamnum in Ostiaccorum linguà vocula *rip* s. *riph* denotet *aurum*. Itaque *Hyperboreos* existimat esse Scythicam gentem nomadicam, ut *Issedones*, *Arimaspos*, *Gryphos*, in septentrionali Asiae tractu Graecis Romanisque parum cognito, cuius nunc maxima pars *Siberiae* accenseatur. Ipsos montes *Hyperboreales* ac *Riphaeos* ad montem, qui nunc vocatur *Ural*, refert. Quem fere secutus Rennel. Geogr. Herod. pag. 441 *Hyperboreorum* sedes in Russia ac Siberia ad fluvium Irtisch ponit; quas ad *Sinam* usque remotas voluit De Guignes Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXXV pag. 564 — 572. Reichard. (Hertha 1828 I) pag. 20 seqq. terras sylvosas intra amnes Kama Volgamque et fluvios Petschoram, Mesen Dwinamque Hyperboreos tenuisse statuit, qui iam pro Sarmatiae septentrionalis incolis a gradu LVIII et LIX latitudinis borealis usque ad mare glaciale sint habendi. Eosdem atque Gelonos esse Hyperboreos alius contendit vir doctus, quem laudavimus ad IV, 21. Nuperrime, quantum scio, in haec inquisivit Völcker. Myth. Geogr. pag. 150 seqq. totius narrationis fundum in eo poni ratus, quod antiquitus coniunctio quaedam fuerit commerciumque

inter Delphos Delumque et Tauricam Chersonesum, Milesiosque ad Borysthenem colonos Dianamque Tauricam et Apollinem Didymaeum ab his cultum. Conf. potissimum pag. 168. Haec in universum dicta sufficiant; alia quaedam in ipsis ad Herodotum notis attulimus, ut quae sit totius narrationis indoles, quae origo, inde quodammodo perspici possit.

EXCURSUS IX

AD HERODOT. IV, 42.

Num Phoenices iussu Neconis, Aegyptii regis, Africam circumnavigarint? Ad verba Herodoti l. l.: ὅς (Νεκὼ *scil.*) — ἀπέπεμψε Φοίνικας ἄνδρας κ. τ. λ.

Quum satis constet, Phoenices mature rerum navalium prae ceteris antiquitatis gentibus peritos uniceque fere per maria dominatos fuisse, minime sane mirabimur, Neconem, Aegyptiorum regem (quos a peregrinationibus, longinquis praesertim, alienos fuisse nemo nescit), Phoenices potissimum elegisse, qui Africam circumnavigarent aut certe huius rei facerent periculum. Qui quum id perfecisse narrentur *) saeculo ante Chr. n. sexto vel septimo, quod saeculo post Chr. n. decimo quinto demum successit Lusitanis, non defuerunt viri docti **), qui

---

*) Veterum locos ac iudicia de Africa, num unquam circumnavigata fuerit aut omnino circumnavigari queat, exhibuit atque recensuit Rennel. Geogr. Herod. pag. 685 seqq. Idem fecit Gosselin. (ibid. pag. 337 sqq. 376 seqq.) in examen vocans et Herodoti et aliorum scriptorum de hac re testimonia, quo nimirum probaret, nec Phoenices, nec Graecos (qui omnino aliam a vero maxime alienam opinionem de forma Africae habuerint) unquam circumnavigasse Africam, nec omnino ullam veri speciem praebere, quae de huiusmodi navigationibus per antiquitatem relata exstent.

**) In his praecipue nominamus Gosselin. pag. 342 seqq. Vincent. ibid. pag. 769 seqq. Bredow. Geogr. et Uranolog. Herod. spec. p. XXXIV seqq. Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. I pag. 19 seqq.

omnem hanc narrationem de Phoenicibus, Neconis iussu Africam circumnavigantibus, in dubium vocarent, nec veri quid iis contineri, quae Herodotus et qui eum sequantur, de hac navigatione memoriae prodiderint, contenderent, praesertim cum nullus alius scriptor vetustus, si ab Herodoto eumque sequentibus discesseris, huius rei meminerit, maxime quamvis memorabilis, nec omnino Ptolemaei Pliniive aetate ullam huius expeditionis notitiam sive memoriam exstitisse credibile sit, ipseque Strabo (I pag. 32 s. 57 A.) Africam adhuc circumnavigatam fuisse neget, cum omnes impedimentis obiectis redire fuerint coacti. Quae tamen ipsa non sufficere ad omnem Herodoti narrationem convellendam, quivis intelligit; et ipsius recentioris aetatis simile exemplum protulit Rennel. l. l. pag. 703. 704. Sed addunt ipsius itineris sive navigationis difficultates, maris fluctus, ventorum vim, litora periculorum plena, vada, scopulos, alia id genus; mirumque denique videri dicunt, quod, quae tum fuerint detecta, nullo amplius posteritati fuerint usui ipsiusque expeditionis memoria tam cito excidere potuerit. Itaque vel vulgi ex fama vel sacerdotum Herodoto verba dantium haec fluxisse contendunt, cum quî tale consilium omnino Aegyptiorum rex concipere potuerit, intelligi nequeat, neque etiam tempus, quod ad istam expeditionem insumtum fuisse traditur sufficere potuerit. Quae num sufficiant ad Herodoti testimonium infringendum, iam videamus, ad ea simul ablegantes, quae in notis ad singula Herodoti verba adscripsimus: quippe ex quorum iusta interpretatione atque intelligentia, quid de singulis dubitationibus iudicandum sit, melius perspici possit. Hic in universum quaedam proferamus, ducta ex disputationibus eorum virorum, qui nostra et patrum memoria Herodoti causam susceperunt, fidemque Herodoti in hac narratione optime tueri studuerunt. Inter quos praecipue nominandi sunt Gesner. Diss. de navigatt. extra column. Herc. P. I praecipue §. 6 seqq. Orphicc. ed. Hermann. Rennel. l. l. pag. 685 seq. 693 seqq. Heeren. Ideen etc. I, 2 pag. 81 seqq. et Koes. in scriptione peculiari, quae hoc sub titulo prodiit: „Disquisitio de fide Herodoti, qua perhibet Phoenices Africam navibus circumvectos esse, cum recentiorum super hac re sententiis excussis." Gotting. 1805. 4. Rennelio adsentitur Larcherus (in nott. ad Herodot. l. l.) itemque Dureau de la Malle Geographie physique de la mer noire etc. pag. 70 not., atque etiam quodammodo Ukert. Geogr. d. Gr. et Röm. I, 1 pag. 46 seq.; argumentis enim a Rennelio prolatis, modo quae ille sumserit accipiantur, satis probari ait, fieri *potuisse* talem navigationem, quamvis an

facta fuerit dubitari possit. Ab Herodoti testimonio standum pronuntiat quoque Schlichthorst. (Geogr. Afric. Herod. p. 110), argumenta, quibus dubitationes a Mannerto prolatae dilui possint, alii tempori reservans exponenda. Quod nunc fecisse putem Heffter. in Iahn. et Seebod. Annall. philoll. (1831) II, 4 pag. 428 seqq. singulas Mannerti dubitationes qui recenset atque refutat. Ut enim taceam a vero minime abhorrere, Phoenices, quos longe lateque navibus orbem terrarum perlustrasse et ad Baltici usque maris litora pervenisse accepimus, Africam quoque circumnavigasse, cuius partem certe iam antea accuratius cognorant, eiusque narrationis testem esse scriptorem fide dignissimum, cui quo minus hic quoque faciamus fidem, nulla profecto obstat causa idonea; sed hoc ut omittam, in ipsa Herodoti narratione nihil est, quod ullam commenti mendaciive suspicionem iure moveat, bene monente Heeren. l. l. I, 2 pag. 81. Nec equidem sane intelligo, quo iure Neconem talis expeditionis consilium suscipere potuisse negemus; quem multa ardua terra marique suscepisse, quem ad Euphratem usque arma victricia protulisse maximasque classes exstruxisse accepimus *), qui Phoenicibus, peritissimis nautis ad tale consilium eo magis uti potuit, quo magis Phoenicum potestas, tunc temporis iam debilitata, haud ita multo post a Nabuchodonosore ita fracta est, ut Phoenices ipsi istiusmodi expeditionibus longinquis minime operam dare potuerint. Conf. Heeren. Ideen I, 2 pag. 82.

Iam quod navigationis difficultates obiiciunt temporisque brevitatem aut, ut aliis placet, nimiam temporis longitudinem in hoc iter insumtam, haec minime talia esse, quae narrationis fidem elevare adeoque tollere possint, bene vidit Heeren. l. l. pag. 83 idemque edocuit Rennel. Geogr. Herod. pag. 693 (coll. Ukert. I, 1 pag. 47) accurata disputatione, quâ singula spatia Phoenicibus navigantibus permeanda diligenter emensus, ventorum simul statis mensibus flantium, ratione habita, optime commonstravit, nil hactenus inveniri, quo minus Phoenices tempore indicato Africam circumnavigare illudque iter conficere potuisse existimentur **). Qui quum terram ac litora potissimum legerent, facilius etiam victum ac potum necessarium inde sibi comparare potuerunt. Quae eadem observans Rennel. l. l. pag. 695, maris quoque fluctus tanta impe-

---

*) Conf. de his, quae plura singula protulerunt Rennel. pag. 689. Heeren. Ideen I, 2 pag. 82. Koes. l. l. pag. 14 seqq.

**) Conf. etiam Koes. l. l. pag. 21 seqq.

dimenta afferre potuisse negat (l. l. pag. 696 — 701) idemque navium vult haberi rationem *), quibus veteres usi sint, multo illis quidem facilioribus et ad navigationem secundum litora instituendam aptioribus indeque minus expositis periculo ab omni ventorum vi fluctuumve procellarumque violentia. Ac praeterea tenendum est, Phoenices, quippe assuetos ei navigationis rationi, quae litora potissimum sequitur ac tenet, ex eo ipso in navigandi arte ipsisque adeo periculis sustinendis versatiores esse factos; unde quoque explicandum, cur Europae litora legendo ad Britanniam usque Balticique maris oras pervenerint. Libyae autem oram ex parte quidem iam Salomonis inde ab aetate eos cognitam habuisse novimus; quam nisi cognovissent, profecto in eam incidere non potuissent cogitationem, ut serere messemque facere in his regionibus instituerent. Quin hâc ipsâ Libycae orae notitia eos incitatos esse putat Rennel. l. l. pag. 689, ad talem expeditionem suscipiendam regionesque ulterius sitas cognoscendas; quo eodem modo Lusitanos nautas saeculo decimo quinto post Chr. n. excitatos esse neminem fugit. Nec minus ventorum etesiarum directionem ac fluctuum cursum Phoenices novisse statuas necesse est, qui maris hac experientia freti Africam circumnavigandi incoeptum haud irritum fore haud scio an fuerint arbitrati. Cf. Koes. l. l. p. 16. 17. Ac, ne quid omittam, Africam admonent **) multo facilius, ab Arabico sinu si proficiscaris, circumnavigari posse (prouti Phoenices iussu regis Aegyptii fecisse narrantur) quam a contraria parte, a mari mediterraneo nimirum per columnas Herculeas si itineris initium feceris, cum illa viâ multa sane esse dicantur, quae expeditiorem ac faciliorem reddant navigationem, ventos dico statis tempestatibus flantes, maris fluctus, iis, qui terras legant navigando, valde respiciendos indeque Phoenicibus secundos, alia, quae hic exponere longum.

Iam haec in universum monita sufficiant; quibus addantur, quae in notis singula ad ipsa Herodoti verba rite intelligenda ac diiudicanda attulimus. „Vidimus iam (sunt verba Koesii l. l. pag. 28) nullum esse huius narrationis momentum, quod rei naturae rite cognitae repugnet, plura vero, quibus insit vis ad probandam rei narratae magnam verisimilitudinem.“ — „Omnibus, quae alicuius momenti fuerint argumentis adversus narrationem nostram Herodoteam sic perlustratis, patet, expresso testimonio historico auctoris fide dignissimi ne unicum quidem

---

*) Rennel. l. l. pag. 702. Add. Koes. l. l. pag. 45.

**) Conf. Rennel. l. l. pag. 693 seqq. Koes. l. l. pag. 16 seqq.

solidum argumentum huc usque oppositum fuisse, id vero ipsum nihil continere, quod non sit verisimillimum riteque cognitis de quibus agitur temporibus et locis prorsus consentaneum; *adeo ut iure non minus veram putemus narrationem Herodoti de Africa viginti et quod excurrit saeculis ante Vasconem di Gama circumnavigata, quam quae de huius navigatione referuntur.*" (pag. 30 ibid.)

EXCURSUS X

AD HERODOT. IV, 44.

Ad verba: *Σκύλακα ἄνδρα Καρυανδέα κ. τ. λ.*

Adhuc, quod nemo nescit, exstat Scylacis Caryandensis nomine inscriptus *Περίπλους τῆς θαλάσσης τῆς οἰκουμένης Εὐρώπης καὶ Ἀσίας καὶ Λιβύης;* cuius libri auctorem eundem esse atque Herodoti *Scylacem* post Lucam Holsten. (in Bredowii Epistt. Pariss. pag. 13), Fabricium (Bibl. Gr. IV pag. 606 Harles.), alios, commonstrare studuit Santo-Crucius (in Mém. de l'Acad. d. Inscr. Tom. XLII pag. 350 sqq. coll. Examen critiq. des hist. d'Alexandr. pag. 730), quem sequuntur Larcherus in annotatione ad Herodoti locum et Dureau de la Malle (Geographie physique de la mer noire etc. pag. 67 coll. Mazocchi Tabb. Heracl. pag. 101, qui Scylacem paulo post Herodotum scripsisse censet). At alium esse *Scylacem* primus contendit Is. Voss. in Praefat. (pag. 153 T. I Geogrr. minn. ed. Gail.). *Tres* omnino antiquitus fuisse *Scylaces* ille ponit, bene distinguendos; quorum primus idemque antiquissimus ab Herodoto commemoretur, Darii Hystaspis aequalis; alter sub Dario Notho vixerit, tertius Polybii aetate. Ipsum opusculum, quod Scylacis sub nomine adhuc fertur, *ἐπιτομὴν* et compendium maioris operis fuisse nullus dubitat. Quae valde displicuisse Iac. Gronovio, ex eius praefatione ad Henr. de Bleyswyck apparet (pag. 155 seqq. 158 seq. ed. Gail.); cui adstipulatur Coraes ad Strabon. XIII pag. 583 s. 873 C. trad. franç. Postea exstitit Henr. Dodwell., qui Peripli auctorem ab Herodoteo Scylace diversum multoque iuniorem ac Polybii ferme

aetate florentem facit; Tu conf. Dissertat., in qua ostenditur, Scylacem Polybio coaevum fuisse §. 1—4 et add. Wasse ad Thucydid. II, 97 observantem dicendi nonnullas formulas in Periplo obvias, quae recentioris aetatis scriptorem sanequam prodere videantur. At nullo niti fundamento rationes a Dodwello prolatas contendit Mannert. (Geogr. d. Gr. u. Röm. I pag. 59 seqq.), ipse Scylacem Alexandro Magno priorem statuens probabiliter vixisse primis belli Peloponnesiaci annis (ibid. pag. 61. 62). Contra Bougainvillius (Mém. de l'Acad. d. Inscript. XXVIII pag. 266 seqq.) intra annos 370—360 a. Chr. n. Scylacem, Peripli auctorem, vixisse vult. Quem Timaeo iuniorem fuisse iudicant Cluver. Ital. Antiq. IV, 4 pag. 1166 et I. H. Voss. (Weltkunde etc. pag. 7. 10). Quin sub Philippi, Macedonum regis, imperio, inde a 360 a. Chr. n. a Scylace periplum, qui superest, confectum esse Niebuhrius statuit (Denkschrift. d. Berlin. Acad. 1804—1811 pag. 83. Klein. Hist. Schrift. I pag. 105 seqq.) itemque Ukert. in Geograph. I, 2 pag. 285 seqq., ubi etiam reliquorum sententias de hoc periplo excitantur; quod idem postea fecisse video Klausen. l. mox l. pag. 273 seq. Ac sane si argumentum, quod in mari mediterraneo, Pontoque Euxino eiusque litore describendo potius quam in orientali Oceano versetur, si linguam minime illam quidem Ionicam Doricamve, quemadmodum a scriptore Herodoti aequali adeoque priori itemque Care homine exspectandum, respiciamus, Peripli auctor vix idem esse poterit atque ille, cuius Herodotus h. l. meminit. Quae cum ita sint, Gailius coniicit Atticum quendam virum, Demosthenis aequalem Scylacis viri celeberrimi (eius nimirum, qui Darii aequalis ab Herodoto appellatur) Periplum suis dedisse, saepius in suam dialectum vertendo, et additamentis perpaucis amplificasse (pag. 207 coll. pag. 225 §. 29. Geogrr. minn. T. I). Contra quae longior nunc legitur Disputatio Klausenii in libro, qui inscribitur: „Hecataei Milesii fragmenta. Scylacis Caryandensis Periplus. Berolin. 1831. 8." pag. 259 seqq., qui ipse ad Bougainvillii et Niebuhrii rationes accedens, Periplum media vel exeunte Olymp. 107 scriptum fuisse statuit. Utut est, Scylacem Caryandensem, quem Herodotus commemoravit, Peripli qualis nunc fertur, auctorem haudquaquam esse, hoc dubio vix carere mihi videtur; quamquam viri celeberrimi nomen a serioris aetatis scriptore opusculo suo praepositum fuisse valde fit credibile. Ac mirum quoque videtur Robertsono (Kenntn. d. Alten von Ind. pag. 196 seqq.), quod nec Nearchus, nec Ptolemaeus, nec Aristobulus, nec ipse denique Arrianus Scylacis de itinere ullam fe-

cerint mentionem, quod cum ex ignorantia fieri vix potuisset, quia omnium in ore manibusque versarentur Herodotei libri, hanc ille affert causam, quod de Scylacis fide hi auctores, quos dixi, maxime dubitarint. Neque hoc mea quidem sententia praetermittendum, in quod merito iam incidit Mannert. l. l. pag. 59, Herodotum, Scylacem, ubi vocat, minime scriptum quoddam, quod ille confecerit posterisque reliquerit, commemorare, quod si unquam exstitisset, ab Herodoto commemoratum certe fuisse omnis mihi persuadet ratio. Neque enim credibile est, tale scriptum, modo ullius fuisset momenti, latuisse patrem historiae.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Ad III, 1 pag. 3 in not. a lin. 7. Pertinet huc annotatio Hoffmeisteri in libro, qui inscribitur: Sittlich-religiöse Lebensansicht d. Herodotos (Essen. 1832.) pag. 82 seq., Herodotum magnam ubivis habere rationem venustatis ac formositatis corporeae accurateque semper eam, ubicunque offendat, indicare, ita ut plerumque magnitudinis notio cum pulchritudinis notione reperiatur coniuncta, V, 12. VII, 12. III, 20. 3. IX, 96. — Cum verbis: *κοσμήσας ἐσθῆτί τε καὶ χρυσῷ* conferre iuvat Ciceronis verba in Cat. XVII §. 59: „*ornatumque Persicum multo auro multisque gemmis* etc."

Ad III, 4 pag. 6 b. Iis, quae de voce *σοφίη* dixi, add. Herod. III, 85. V, 18.

Ad III, 10 pag. 16. Ad observationem nostram de voce *ψακάς* add. Creuzer. in scriptione, quae hoc ipso anno prodiit Lipsiae ac Darmstad. hoc titulo: Ein Alt-athenisches Gefäss mit Malerei und Inschrift etc. pag. 55 seq. itemque Iacobs. ad Aelian. N. A. VI, 41 pag. 228.

Ad III, 14 pag. 22 a. Ad locutionem *ἐπὶ λύμῃ* conf. Iacobs ad Aelian. N. A. I, 31 pag. 29. Similes quasdam locutiones comparat G. V. Müller. in script. III de variis rebb. Grammatt. (Torgav. 1825) pag. 6.

Ad III, 14 pag. 23 b. Ad verba *καὶ τὰ στόματα ἐγκεχαλινωμένους* conf. Gronovii Observatt. II, 22 de frenis supplicii causa ori impositis monens. Cf. Herod. III, 118.

Ad III, 14 pag. 26 a lin. 12. De infinitivi ratione in hisce (*ᾗ ὥστε ἀνακλαίειν*) subtiliter disserit Eichhoff.: Versuche zur wissenschaftl. Begründung der Griech. Syntax. (Crefeld. 1831) pag. 52.

Ad III, 16 pag. 30 a lin. 4 ab inf. Nec aliter Latini vocem *rursus* addunt verbis cum praepositione inseparabili *re* compositis. Plura excitat Herzog. ad Sallust. Catil. 18 pag. 88.

Ad III, 17 pag. 36 in not. a lin. 2. Add. Herod. III, 23. IV, 134.

Ad III, 19 pag. 38 b lin. 3 ab inf. Dahlmanno nunc obloquitur Ley in scriptione de fat. et condit. Aegypti sub Perss. imper. pag. 44, rationes, quibus ille Cyrum Phoenicibus iam imperitasse negaverat, quod Cyprus ab Amasi capta belli dedisset causam Aegyptiis inferendi, infringere studens ex chronologia.

Ad III, 20 pag. 39 a: *καὶ χρύσεον στρεπτὸν περιαυχένιον, καὶ ψέλια, καὶ μύρου ἀλάβαστρον*] „Respiciunt haec Photius, Suidas, quos laudant interpretes. Adde Scholiastam Platonis in Hipp. mai. pag. 136 Ruhnk. *ἀῤῥενικῶς δὲ τὸν ἀλάβαστρον εἶπεν Ἡρόδοτος*, qui locus Schweighaeuserum fugit ceteroqui recte monentem, articulum *τὸν* ante *μύρου* non debere obtrudi Herodoteae orationi. Reliqua, quae ad hunc locum expediendum addidit vir doctissimus, non placent. Videtur antiquus criticus, ex cuius commentariis hortulos suos irrigarunt isti Lexicographi, cum scholiasta in integriore suo exemplo legisse: *καὶ χρύσεον μύρου ἀλάβαστρον*, eamque differentiam scripto consignasse, quo lectores intelligerent, ex Atticorum usu Herodoto scribendum fuisse *καὶ χρυσέην μ. α.* Habet haec repetitio adiectivi *χρύσεον* quandam significationem nativae narrationis Herodoteae et alterum *ΧΡΥΣΕΟΝ* facile excidere poterat ante *ΜΥΡΟΥ*." Creuzer. Quem eundem conf. in scriptione supra laudata pag. 60, ubi de forma usuque huius vasculi. Mihi vel ob antecedens *χρύσεον* vix opus videtur repetito adiectivo. — Iis, quae ibid. pag. 39 dixi de *χρῆν* mutato in *χρή*, addas locum geminum I, 69: *ἐντειλάμενός τε τὰ λέγειν χρῆν*, ubi duo Pariss. codd. *χρή*, reliqui *χρῆν*, quod num recipiendum sit, alii viderint.

Ad III, 27 pag. 54 b. *Ἆπις* scribi quoque iubet Iacobs ad Aelian. N. A. X, 28 pag. 356.

Ad III, 29 pag. 58 a lin. 3 ab inf. Add. Hoeger. in Actt. phill. Monacc. III, 4 pag. 511.

Ad III, 31 pag. 60 b. Ad verba *ἐς οὗ ἀποθάνωσι, ἤ σφι παρευρεθῇ τι ἄδικον, μέχρι τούτου* compar. Hoeger. l. l. pag. 490, ubi Herodoti stilo magis convenire putat, si scribatur: *ἢν σφι μὴ παρευρεθῇ τι ἄδικον, μέχρι τούτου*, ita ut voces *μέχρι τούτου* (*bis dahin, eo usque*) non ad priora pertineant, sed cum proxime antecedentibus cohaereant.

Ad III, 35 pag. 66 b. lin. 6 ab inf. post *fragmm.* inser. Perss.

Ad III, 35 pag. 67 a lin. 5. Locus in Dantis Aligerii carmine Infern. exstat XIX, 49 et in Purgator. XXVII, 15.

Ad III, 40 pag. 77 a lin. 9 pro conf. III, 17 leg. conf. III, 16.

Ad III, 41 pag. 77 a. Ad locutionem *νόῳ λαβὼν* conf. Ellendt. ad Arrian. Exped. Alex. I, 23, 2.

Ad III, 41 pag. 79 b. De locutione *συμφορῇ χρῆσθαι* consulatur Hemsterhus. ad Callimach. in Dian. 69 pag. 104. Conf. Herod. III, 117.

Ad III, 46 pag. 84 a lin. 8. Pro „*Laconn. p.* 223 *D.*" leg. *Laconn.* pag. 232 D. (quae eadem leguntur in Arsenii Violet. nuper edito pag. 442) coll. p. 216 A.

Ad III, 50 pag. 90 b lin. 3 ab inf. pro *tyranno* legend. *tyranni*. — Ad lectiones *Προκλῆς* et *Πατροκλῆς* secum confusas conf. IV, 146.

Ad III, 52 pag. 94 a lin. 5 ab inf. pro III, 3 leg. III, 4.

Ad III, 55 pag. 99 b lin. 4. Add. inprimis Herodoti locum V, 27 init.

Ad III, 59 pag. 104 seqq. „Hanc Aeginetarum cum Cydoniis pugnam repraesentatam arbitratur sculpturis illis Aegineticis, quae nunc Monachii in glyptotheca visuntur, O. M. de Stackelberg in opere: Der Apollotempel zu Bassae in Arcadien. pag. 106—109." Creuzer.

Ad III, 65 pag. 118. Ad locutionem κατὰ τὸ καρτερὸν conf. Iacobs ad Aelian. N. A. II, 38 pag. 82 et ad locutionem κατὰ κράτος eundem ad VI, 50 pag 235.

Ad III, 69 pag. 124 εἰ γὰρ δὴ μή ἐστι] Quod reieci ἦν, id tueri video G. Hermann. in lib. I cap. 9 De particula ἄν (Opuscc. IV p. 46) his verbis adiectis: „Nam etsi hic et ἦν μὴ ᾖ et εἰ μὴ ἔστι dici potuit, tamen ne ἦν μὴ ἔστι quidem idonea ratione carere puto. Sic enim loqui videtur Otanes, ut non neget quidem, posse illum Cyri filium esse, quo fine particula rem fortuitam significante utitur, sed indicet tamen, se certo credere, non esse eum Cyri filium, quod exprimit indicativo adiuncto. Magis id eluceret, si sic dixisset: ἦν γὰρ δὴ μὴ ᾖ ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλ' ἔστι τὸν καταδοκέω ἐγώ· ut paulo post in eodem capite scriptum est: ἦν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ τὰ ὦτα ἔχων, ἐπίλαμπτος δὲ ἀφάσσουσα ἔσται, εὖ εἰδέναι ὡς ἀϊστώσει μιν. Quo loco quod tres codd. habent, εἰ τυγχάνει, minime praetulerim. Nam est quidem in illo liberiore modorum usu negligentia quaedam, sed laudanda potius illa quam vituperanda, quia non inscitiam fontem habet, sed intelligentiam veri aptique." Hermanno obloquitur censor in Allgem. Schulzeit. 1831 II nr. 123 pag. 984.

Ad III, 79 pag. 140. Ad vocem Μαγοφονία conf. Bohlen De orig. ling. Zend. e Sanscr. repet. pag. 56.

Ad III, 80 pag. 144. ἰσονομίην. Add. Herod. V, 37.

Ad III, 81 pag. 146 b lin. 4 ab inf. delendum comma post *haud scio* positum. — Valckenarii rationem probari video Hoffmeistero, libro laudato pag. 87.

Ad III, 86 pag. 153 b. Verbum ὑποφαίνειν hoc sensu frequentat Arrianus; vid. Ellendt. ad Exped. Alex. III, 21 §. 5.

Ad III, 88 pag. 155 a. Iis, quae de *Dario* diximus, add. Bohlen in script. laudat. pag. 59 seq., qui: „nomen ait, *Gustasp* (Vestasp, unde Ὑστάσπης) ab equorum hinnitu, ex quo Persae pariter ac veteres Germani solebant omina capessere, ita ut ea, quae Herodotus de Dario narrat, ad patrem potius sint referenda."

Ad III, 88 pag. 157 a. Ad ἐπιπλέατο conf. Ellendt. ad Arrian. Exped. Alex. Praefat. pag. XXI.

Ad III, 89 pag. 157. Klausen. (ad Hecat. fragmm. pag. 95) probabile videtur, universam, quam Darius instituerit regionum distributionem, exhibitam fuisse ab Hecataeo, a quo eam receperit Herodotus. Mihi secus videtur reputanti has ipsas regiones maximam partem a patre historiae ipso perlustratas esse, qui minime in talibus Hecataei auctoritatem sequi necesse habuit.

Ad III, 91 pag. 164 seq. Admonet Ley in scriptione laudata pag. 18 errare eos, si qui hoc ex Herodoti loco Memphide semper praesidia centum viginti mille Persarum fuisse probari posse credant. Namque ob Inari rebellionem paulo ante sedatam tantas copias aliquamdiu ibi relictas esse arbitratur, quae novas seditiones bellicosque tumultus cohiberent, coortosque continuo reprimerent.

Ad III, 92 pag. 167. De *Paricaniis* add. quae observat Klausen. l. l. p. 95.

Ad III, 93 pag. 170 b. Iis, quae de *Sarangarum* gente diximus, nunc add. Ellendt ad Arrian. Exped. Alexandr. III, 25 §. 13.

Ad III, 100 pag. 185. *Κέγχρος milium* est. De quo plura Creuzer. in fragmm. historicc. pag. 62 seq.

Ad III, 104 pag. 190. ὅκως ἂν — ἔσονται] „Quasi dicas, *ut, quoties id faciunt, faciant maximi caloris tempore.*" Ita Hermann. l. l. I, 8 pag. 31 De particula ἂν tempori futuro adiecta disserens. Sed

eiusmodi sensum particula ἂν futuro addita unquam exprimi posse negat censor supra laudatus pag. 983, qui particulam ἂν minime ad ἔσονται referri vult, sed ad *καυμάτων τῶν θερμοτάτων ἐόντων*, ita ut haec fere loci sit sententia: ὅκως ἔσονται ἐν τῇ ἁρπαγῇ κατὰ ταύτην τὴν ὥρην, ἐν ᾗπερ τὰ καύματα θερμότατ' ἂν εἴη. Equidem haud scio an Hermanni praestet ratio. — Ad capitis huius argumentum consulatur quoque Niebuhr. Histor. Schrift. I pag. 139 seq.

Ad III, 106 p. 195. 196. Quae de *gossypio* apud Herodotum leguntur, ea ad Sinam relata vult De Guignes in Mém. de l'Acad. d. Inscriptt. XXXV pag. 556.

Ad III, 108 pag. 198 a lin. 5 ab inf. del. semicolon post *modus*.

Ad III, 108 pag. 199 a. Iis, quae ad verba ἔστι ἐοῦσα σοφή adscripsi, add. Interprett. ad Eunap. p. 357. 593. Iacobs ad Achill. Tat. V, 10: quae attulit Walz. ad Arsen. Violet. pag. 5. 6.

Ad III, 109 pag. 202 a. De usu vocum τέκνα atque νεοσσοὶ conf. Walz. l. l. pag. 75.

Ad III, 115 pag. 208 seq. Negat vir doctissimus Voigt (Gesch. v. Preussen I pag. 15 seq.) Phoenices illa iam aetate ad Borussicas oras navibus vectos videri, indeque attulisse electrum, quod terrestri via potius et quidem triplici acceperint veteres Graeci ac Romani, unâ, quae ad Vistulam indeque per Poloniae tractus, ad Cracoviam montesque Sarmatarum usque ad Carnutum, Romanorum castrum prope Danubium, duxerit, alterâ, quae per interioris Germaniae atque Galliae plagas ad Massiliam pertinuerit, ubi electrum allatum acceperint Phoenices per omnem terrarum orbem translaturi, tertiâ, quâ electrum per Borysthenem ad Olbiam atque Scythas Graecosve Ponti accolas fuerit allatum. Equidem ut non negem, viâ pedestri posterâ potissimum aetate electrum ad meridionalis Europae plagas afferri potuisse ac re vera allatum fuisse, ita nullam invenio causam iustam, cur Phoenices quoque ad Baltici maris litora navibus pervenisse indeque electrum abduxisse negem. — Ad usum verbi κατηγορεῖν h. l. faciunt, quae notavit Iacobs. ad Aelian. N. A. I, 5 pag. 8.

Ad III, 117 pag. 212. Gatterer. (Societ. reg Gotting. T. XIV p. 14 seq.) Ἄξης rescribi placet pro Ἄκης in hoc Herodoti loco, ex quo perspicuum esse monet, Chorasmios a Persis praevalescentibus ultra Hyrcaniam et Margianam reiectos fuisse, ita ut ab hoc inde tempore eorum sedes intra inferiorem Oxum et Iaxartem quaerendae essent. Chorasmios enim in ortum proxime afuisse a Sogdiana haudquaquam dubium esse censet.

Ad III, 119 pag. 216 a. Ad superlativum ἀλλοτριώτατος conf. Hermanni Opuscc. III pag. 169, ubi h. l. laudat, bene monens Graecos ibi superlativum pro comparativo dicere, ubi haec duo simul indicare volunt, et maius quid esse alio et omnino maximum. — Ad usum imperfectorum: κλαίεσκε ἂν καὶ ὀδυρέσκετο vid. Hermann. Opuscc. IV p. 23 (De partic. ἂν I, 7).

Ad III, 130 pag. 237 b lin. 20 ab inf. post verba: *De phialis idem* inserend. *Italus interpres*.

Ad III, 132 pag. 241. Ad verba μέγιστον πρῆγμα I. Fr. Gronovius Observv. IV, 15 pag. 250 comparat Latinorum *negotium*, *res*: quae vocabula eodem modo quo Graecum πρᾶγμα adhiberi observat.

Ad III, 142 pag. 254 a lin. 11 pro conf. III, 112 leg. conf. II, 112.

Ad III, 142 pag. 254 b lin. 8. Add. Hermann. Opuscc. III pag. 169.

Ad III, 150 pag. 262. Equidem librorum vetustorum auctoritatem secutus cum Gaisf. edidi τὴν ἐβούλετο, ne memorans quidem olim vul-

gatam lectionem: τὴν ἂν ἐβούλετο, quippe cuius nullus citetur testis idoneus. Iam Hermanno (De particul. ἂν pag. 26 seq.) hanc lectionem placere video monenti differentiam esse manifestam, cum τὴν ἐβούλετο sit: *eam quam volebat*, τὴν ἂν ἐβούλετο: *quam forte volebat* s. *quamcunque volebat.* Quae in praesens tempus translata, sic efferenda fuisse addit: προσεξαιρέεται ἣν βούλεται et προσεξαιρέεται ἣν ἂν βούληται." Unde, mea quidem ex sententia, sequitur, pro τὴν ἂν ἐβούλετο, Herodoto potius scribendum fuisse: τὴν βούλοιτο; quod idem observat censor supra laudatus pag. 982, qui hoc in loco lectionem codd. consensu firmatam et ipsa sententia probatam τὴν ἐβούλετο, praeferendam censuit.

Ad III, 155 pag. 265 οὔτε τις ἀλλοτρίων κ. τ. λ. Utitur h. l. Hermann. Opusc. III p. 158 sq. de discrimine disputans inter οὐδὲ et οὔτε, quod ipsum huic loco optime convenire ait, cuius sensus sit: *Tu hoc fecisti idque non per alium, sed per me ipsum;* cum si dixisset οὐδέ, hic potius foret sensus: nemo hoc nisi tu fecisti; *non vero per alium, sed per me ipsum.*

Ad III, 155 pag. 267. τοῦτο δὲ ἐᾶν ἔχειν] Ita nunc editur sine ulla lectionis diversitate. In H. Stephani editione exstat ἂν pro ἐᾶν: quem infinitivum cum ἂν pro imperativo positum defendi posse ait Hermann. De particul. ἂν Opusc. IV pag. 178.

Ad IV, 3 pag. 278 b lin. 20 leg. *Qui quum* et lin. 22 delend. *qui.*

Ad IV, 3 pag. 278 b lin. inf. add.: Aeschylus Prometh. 426 Blomf. dixit Μαιῶτιν.

Ad IV, 8 pag. 287 a lin. 15 del. *comma* post *Erythia.*

Ad IV, 16 pag. 305. Ad notam de voce ἀκοῇ add. Lennep. ad Phalarid. Ep. pag. 229 b. — Ad locutionem ἐπὶ μακρότατον conf. Ellendt. ad Arrian. Exped. Alex. II, 19 §. 1.

Ad IV, 23 pag. 322 a lin. 13 post *species* pone comma, et lin. 16 pro *at* repon. *sed.*

Ad IV, 28 pag 333. Iis, quae de *Sindorum* gente disserui, iam accedit numus in insula Taman repertus, ut tradunt, argenteus, alterâ parte Herculis caput leonina pelle tectum, alterâ equi caput exhibens, additis literis *ΣΙΝΔΩΝ.* Quod eo magis tenendum, quia, quantum equidem scio, nullus adhuc illius gentis numus repertus erat. Tu vid. Férussac Bullet. d. scienc. histor. Janvier. 1831 pag. 28, qui citat: Journal d'Odess. 1829 nr. 77. Eodem haud scio an pertineat sepulcralis inscriptio prope Kertsch detecta anno 1830, ubi memoratur Timotheus, adiectâ voce Σίνδαξ: quâ Timotheum istum *Sindorum* e gente fuisse quis colligat. Conf. Seebod. et Iahn. Annall. (1832) I, 3 pag. 360.

Ad IV, 31 pag. 337. περὶ δὲ τῶν πτερῶν κ. τ. λ. Tangit haec Eustathius in epistoll. a Tafelio meo nuper editis (Francof. 1832) p. 310, 10.

Ad IV, 35 pag. 347 b lin. 34 add.: Usum verbi καθαγίζειν de victimis, quae arae impositae igne consumuntur, attigit Wess. ad Diod. IV, 23.

Ad IV, 40 pag. 358 b lin. 3 ab. inf. pro ἐκδέχεσται leg. ἐκδέχεσθαι.

Ad IV, 46 pag. 374 b seq. Quod vocibus τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα non addidi particulam ἂν, prouti voluerunt Schaeferus ac Werferus, id nunc probari laetor Hermanno De partic. ἂν II, 10 p. 116 seq., qui idem ad h. l. adhibuit Herod. IV, 66.

Ad IV, 53 pag. 392. Ad ea, quae de usu particularum τε—καὶ disputavi, add. Ellendt. ad Arrian. Exped. Alex. III, 16, 4.

Ad IV, 59 pag. 399. *καλεόμενος Παπαῖος κ. τ. λ.* Attigit Eustathius in orat. VI pag. 39, 50 ed. Tafel.

Ad IV, 62 pag. 402. Ad vocem *φάκελος* conf. Iacobs. ad Aelian. N. A. VI, 61 pag. 241.

Ad IV, 64 pag. 406. Ad *ἦν ἄρα* conf. Iacobs. ad Aelian. N. A. VII, 4 p. 245 et Praefat. pag. XXIX.

Ad IV, 71 pag. 413 seqq. Ad capitis argumentum conf. Taciti German. 27, ubi plura Diltheius pag. 166 et Ruperti pag. 129.

Ad IV, 71 pag. 415 b lin. inf. add. Ellendt. ad Arrian. Exped. Alex. II, 8, 9 coll. ad II, 6 §. 1.

Ad IV, 72 pag. 418 a. Ad dativum *κύκλῳ* (s. *ἐν κύκλῳ*) confer sis locos ab Ellendtio allatos ad Arrian. Exped. Alex. I, 27 §. 4.

Ad IV, 76 pag. 423. Ad vocem *παννυχίς* (*ἑορτὴ νυκτερινή*, *Pervigiliae*) conf. locos congestos a Wyttenbachio ad Plut. Morall. I p. 569.

Ad IV, 93 pag. 453. Ad usum verbi *ἀπαθανατίζειν* iam faciunt quam maxime quae attulit Ellendt. ad Arrian. Exped. Alex. I, 3 §. 1 pag. 15 seq.

Ad IV, 99 pag. 468 a. Ad infinitivi rationem *ὥς εἶναι κ. τ. λ.* explicandam disseruit quaedam Eichhoff in libro supra laudato pag. 24. — Cum iis, quae paulo ante pag. 466 diximus de Scythiae forma, qualem sibi cogitaverit Herodotus, conferantur, quae nuper iudicavit Rühle von Lilienstern. in Annall. Berolinenss. 1832 nr. 73 p. 576.

Ad IV, 118 pag. 492. *καὶ ἂν ἐδῆλον πᾶσι.* Tangit haec verba Hermann. De particul. *ἂν* I, 2 pag. 7 et IV, 7 pag. 194 monens de particula *καὶ*, quae non est simpliciter copula, sed paulo fortiorem habet vim, ut reddi queat *re vera*, cum pro affirmatione quadam sit.

Ad IV, 125 pag. 502 b. Ad locutionem *πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι* conf. Ellendt. ad Arrian. Exped. Alex. III, 24 §. 2.

Ad IV, 126 pag. 503. Ad verba *γῆν τε καὶ ὕδωρ* conf. potissimum V, 17. Namque Persae pro more ab iis, quos ditioni suae addere vellent, et terram et aquam solemni ritu per praeconem legatosve petere solebant: quam qui praeberent, imperium agnoscere; qui negarent, recusare putarentur, bello iam premendi. Quo de more plurima collegerunt Brisson. de reg. Pers. princip. III, 66 sqq. 71. Freinshem. ad Curt. III, 10 §. 8.

Ad IV, 131 pag. 508 b lin. 13 ab inf. pro V, 86 leg. V, 80.

Ad IV, 134 pag. 510. Ad verbum *διῆξε* conf. Blomfield. ad Aeschyl. Pers. 511 pag. 45.

Ad IV, 157 pag. 553 *πρὶν δὴ ἀπίκωνται.* Rationem coniunctivi post particulam *πρὶν*, omissa vocula *ἂν*, explicuit Hermann. l. supra laud. II, 8 pag. 108.

Ad IV, 195 pag. 627. *εἴη δ' ἂν πᾶν.* Attigit haec verba optativi atque particulae *ἂν* rationem explicans Hermann. l. l. III, 6 fin. pag. 165.

Ad IV, 200 pag. 634. Verbum *ἐπιφράζεσθαι* hac significatione aliquoties adhibuit Arrianus, ut observat Ellendt. ad Exped. Alex. III, 2 §. 1. Herodoti haud immemor.

LGr
H562C.2
18345

Author Herodotus

Title Musae; ed. by Creuzer, with notes, etc. by Bähr. Vol.2.

University of Toronto Library

DO NOT REMOVE THE CARD FROM THIS POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED